2.

2

Dom. Prof. Rom.

DECAPLA
IN
PSALMOS:

SIVE

COMMENTARIUS

Ex decem *LINGUIS*; (viz.)

Hebr.	*Græc.*
Arab.	*Rom.*
Syriac.	*Ital.*
Chald.	*Hispan.*
Rabbin.	*Gallic.*

Unà cum Specimine

LINGUÆ Cophticæ, Persicæ & *Anglicanæ* MSS·
in duodecim SECTIONES digestus.

In laudem D. O. M. liberatoris.

Novis TYPIS *Arabicis* & *Syriacis* donatus.

Ὁ ἀναγινώσκων νοείτω.

Accessit memorabilium Galliæ & Italiæ, *suis locis intertextura à teste oculato cum duplici Indice rerum, vocésque* Arabicas, Syriacas, Hebr. Rabbinicas *ad modum* LEXICI *enodante.*

A JOANNE VICCARS, Anglo.

LONDINI,

Prostant venales apud *Octavianum Pullein*, in
Cœmeterio *Paulino.* ANNO DOM. 1655.

PRÆFATIO

IN Decapla sive Commentarium Decaglotton in librum Psalmorum, id est, ex collatione decem linguarum, Heb. Græc Latin Syriac. Arab. Cald. Rabbinic. Ital. Hispan. Gall. ex duodecim Authoribus Septuagint. editionis Romanæ, Vulgat. Ital. Gall. Caldeo Paraphrast. in Regiis & Venetis, Syro Erpenii & Paris. Arab. Romæ & Nebiensis Rabbinis, R.Solomon Jarchi, Aben Ezra, R.David Cimchi, (cum Calvenaki, & R.Isaac Arama) R.Obadia Gaon, & Authoribus Masoræ in quatuor Venetis & una Basil. In duodecim Sectiones digestus. Primo de Syriaca. Sunt quatuor Codices MS in Psalmos. Unus in Bibliotheca publica Cantabrigiensi: Secundus Florentiæ in Bibliotheca Sancti Laurentii. Alius in Collegio Maronitarum Romæ: Quartus Parisiis. Codices hi cum duabus editionibus Erpenii & Sionitæ conferuntur, in hoc ordine procedimus. 1. Citando ipsas voces Syras propria lingua & caractere non illo novo Estrangelo. 2. Conjecturam ponendo de sensu versionis Syr. ex aliis Veteris Testamenti locis in dictis MS. & alio etiam Cod. MS. in manu Reverendissimi in Deo Patris Hyberniæ Primatis nunquam adhuc impressis. 3. Adscribitur textus Hebræo sine punctis, ex quo transfertur, & observationes quædam breves [illegible] ad [illegible] sensus [illegible] emulationem eruuntur. Hæc quatuor in cæteris versionibus peraguntur, [illegible] semel notare sat [illegible].

Dicunt Maronitæ (ut sæpe ex illis audivimus) Versionem hanc Syriacam esse Novo Testamento multò antiquiorem; est inter eos Traditio, Regem Solomonem ad instantiam Hirami Regis Tyri, Pentateuchum, Psalmos, reliquosque libros sacros [illegible] extitere, in Syriacum transferri curasse, & qui post ævum Solomonis erant scripti per Apostolos Christi erant traducti. Similiter de hac traditione [illegible] Doctor Gabriel [illegible] in præfatione ad editionem Psalmorum Parisiensem Syram.

Citatur etiam Syrus, [illegible] a S. Chrysostomo in Psal.49. & Heb.11. frequenter per Græcum Scholiastem in Pentateuchum, & Theodoret in Psalmos commentario, ut in Psal.104. Psal.113.S.8. Psal.116. & alibi.

Arabicos MS. consului multos in Collegio Maronitarum Romæ & Parisiis [illegible] 400. An. vetustate gaudentes. Sunt duæ editiones, una apud Nebiensem, Romana altera, cum versione Latina dicti Sionitæ: Hæc Arabica versio citatur [illegible] & novo Caractere, porro & Hebræo textui, Græco, Vulgat. & Syriac. (sæpe [illegible] consentientibus) applicatur.

[illegible] ab Hebræo textu discriminationes, ut res haud magni momenti, prætermitto, graviores omnes persequor.

De Caldæo Paraphraste pauca dicam: sunt duæ editiones, una in Regiis [illegible]

in Venetiis per Bombergum alia; una pro Judæis, pro incircumcisis altera, in phrasi Abben Ezræ in Psal. 3. Codices MSS. in Vaticana Romæ, & Bibliotheca Sancti Laurentii Florentiæ, reperi.

Masora est antiqua traditio Judæorum, observationibus Hebræorum in Biblia punctata successive, refertis omissis in Masora minutulis, Primò loca scripturæ citantur libri capita, & versus non extantes in Masora, supplentur. Deinde sensus textus ex concordantia locorum ostenditur, & observationes quædam exinde erutæ, ob distinctionem parenthesi, quandoque & Romano caractere, inclusæ: Quandoq; diversa loca Scripturæ ad memoriam juvandam per symbolum quoddam in lingua Aram. quasi in uno falciculo colligantur, ut in Psalmo primo in voce אשרי. De plenis & defectivis, & Derashim ex illis scribit R. Solomo in Lam. 1. in [illegible], & R. David in Psal. 51. in [illegible], & Baal Hatturim in Pentateuchum; sed has & similes observationes ut pueriles rejicit Abben Ezra præfat. in Pentateuch. Multa in magna & parva Masora ut [illegible] omittuntur, & illæ solum quæ ad illustrationem textus tendunt, afferuntur

De Rabbinis pauca [illegible] illis qui sunt impressi in quatuor editionibus quas Venetiæ mihi comparavi.

De Cimchio. Codices multi MSS. Livorn. & Venetiæ inter Judæos conferuntur: Hic quatuor editiones; prima editio Veneta sub Duce Leonardo Loredano, Cremonæ altera, quæ caret Derashim, & literalem sensum solum persequitur, pro [illegible] habet [illegible], & in multis aliis graves notantur differentiæ: hæ duæ sunt rarissimæ, duæ aliæ sunt in manibus omnium: Cimchii expositionibus in singulos Psalmos commentarii Kasvenaki & R. Isaac Aramæ inseruntur, quia paulum differt Kasvenaki per quinque Psalmorum libros à Cimchio, & Isaac Arama multa in Cimchio difficilia enodare videtur.

De Abben Ezra & R. Sol. Nemo miretur si reperiat aliquando addita, quandoq; quædam ad vitandam Tautologiam omissa; quia hic quinque editiones cum MSS. quatuor Venet. & una Basil, cum MSS. R. Solomonis Italis conferuntur In quibus discrimina quæ sunt majoris momenti hic annotantur.

Puerile Grammaticæ regulæ prætermittuntur, quas legat qui vult in Miclol Cimchi, & Cad Cemac Behai.

In Rabbinis citandis non verba sed sensum expectet qui legit: Secundò, Expositio in qua consentiunt omnes Rabbini ad vitandam Tautologiam semel scribitur: Tertiò, quicquid in Commentariis Rabb. alibi reperitur, huc adducitur, si opus fuerit: quandoq; etiam ex proprio supellectile, ad majorem sensus veri Rabbinici confirmationem, loca quædam in alio caractere, ob distinctionem, afferuntur: Denuq; optima quæque sunt selecta, omissis levioribus, semper brevitati studens in hoc & reliquis consilium doctorum domi forisq, secutus.

De antiquo Midras Tillin, a R. Solomone & aliis antiquioribus citato, & de R. Obadia Gaon, nihil addam, pro seipsis loquantur.

Sub sectione aliorum Authorum citantur Septuaginta, S. Chrysost. S. Basil. Magnus, Gregorius Nyssenus Basilii frater, S. Augustinus, S. Hieronymus, B. Theodoret. in Psalmos commentantes, ex his simul pauca delibantur, *pauca* quantum ad Criticen sensus literalis, quia eorum Volumina meritò volitant per ora virûm, facillimeque in eliguntur.

Ex

Ex Historicis quædam, Herodoto, Diodoro, Plutarcho, &c. Poetis, Pindaro, Horatio, &c. oblectationis causâ; hæc tamen præcipuè quorum in itinere meo transmarino oculatus eram testis, & quæ tendunt ad explicationem textûs; reliqua quæ observavi sunt quamplurima in thesauris reposita donec dabit Deus tempus & locum scribendi idoneum.

Quod ad Græcam versionem attinet, editio Septuaginta Romana, cum Vulgata, & Græca versione Aquilæ, aliorumq; Græcorum est collata, cum Ethiopicæ, Copttitarum, Armenæ, & Persicæ linguarum specimine.

Versiones Italæ afferuntur duæ: una Venet. An.1538. per Antonium Brucioli in lingua Toscana: Alia cum Annotationibus quibusdam An.1562. Italicè. Hispana Versio per C.R. ex Hebræo textu, non ex Vulgata sicut Gallica Lovaniensis, est eruta. Citatur etiam alia Versio Hispan. Ferraræ edita, & à Judæo secundum Rabbinorum commentarios hîc citatos ex Hebræo verbo tenus traducta.

In calce adduntur quædam notatu non indigna ex duobus MSS. Anglicanis pulcherrimis 400. abhinc annis ut quidam opinantur traductis, in Regia Bibliotheca Westmonasteriensi repositis, & aliis MSS. in Bibliotheca Bodleiana Oxoniensi, Collegioq; Emmanuelis Cantabrigiensi alio.

De Vulgata editione pauca. Est in manu mea unus MS. vetustus quem sæpe in hoc opere citavi, punctatos Hebræos codices maxime secutus, de quo quædam vide in Ps.91. Sect.10. Sunt etiam duo Cod. MS. in Coll. Trinit. Cantabrig. quatuor alii Florentiæ in S. Maria Novella, varii in Vaticana, recentiores & antiqui, in quibus omnibus est consensus haud contemnendus. Textus Vulgatæ in his Decaplis est impressus, quam Antiqui Patres S.Aug. & cæteri citant, & sequuntur, ut in Sectione hujus operis octava, undecima, duodecima, luculenter apparet; quam etiam Codices Syr. & Arab. reliquiq; Orientales unanimiter approbant.

Versionem cudere est onus unius impar humeris: Utinam observâssent quidam quòd Cainan non erat in mundo, sed erat in Vulgari Græcorum versione, ideoq; apud S.Lucam reperitur; similiter dici potest de Abraham. & 75. ψυχαὶ in Act.7. & aliis Novi Testamenti locis.

De Versionibus Armena & Cophtitarum pauca. Sunt MS. Codices in Vaticana & alibi, sed non sunt in Ecclesia Catholica tantæ authoritatis, ut Syr. & Arab. ideoque nec in Heptaplo Parisiensi, hodie sub prælo, opere Biblico absolutissimo cum illis editæ aut edendæ.

Hactenus de Versionibus, tandem ad fontem, quasi per rivulos, deventum est, Textum scil. Hebræum, quem purissimum Deus conservavit.

Inter Judæos sunt Volumina & Codices legis MS. duodecim, quos videre contigit Venetiæ, Romæ, & Florentiæ, in quibus sunt literæ majusculæ, minusculæ, & inversæ, in Num.10. & 11. 1. Nun in Manasse est suspensa, Judic.18. ut in impressis: sed omnes hi Codices MS. sunt recentiores.

In Vaticana Romæ sunt duo MS. Codices Legis antiquissima Volumina absq; punctis, in quibus membrana est vetustate exesa.

In Bononia est Volumen ab Ezra, ut aiunt, scriptum in albo corio. Aliud Florentiæ, Vaticano simile, in S. Marco, & aliud in S. Laurentii Bibliotheca cum punctis.

In

In antiquiſsimis literæ non ſunt majores ſed æquales, non ſunt ſuſpenſæ vel inverſæ, abſq; Ceri & Cethib, ut in 1 Sam.4. ſcribitur in linea יד, non יך, cum Caph. Et in 1 Reg.12. מלבו in linea, non מלבד ut in impreſsis: hi Codices ſunt multò Judæorum antiquiores, ſunt circà viginti Codices punctati MS. & abſq; apicibus, in quibus non eſt ſectionum diſtinctio nec Maſora addita.

Veruntamen in MSS.recentioribus Daleth majuſcula eſt in Deut.6.& Samech in סוף, Eccleſ.12.etiam in Vaticanis & duo verſus Joſuæ de numero Urbium ex Tribu Ruben reperiuntur in recentioribus, deficiunt vero in antiquis omnibus, ut ex marginali nota in Codice Florentino Laurentiano prædicto apparet: Hæc præfari neceſſarium erat ob Interpretes Arabicos,Syr.Gr.Vulg.Ægyp.Armen.Æthiop.& Patres Chriſtianos qui Biblia Hebræa ſine punctis interpretantur: Controverſiam intactam relinquo,qui hæſitat,Eliam in præfatione adMaſoram perlegat,ubi plenariam ſatisfactionem reperiat.

Reperitur diſcrimen aliquod, ut ex his obſervare licet, inter impreſſos & MSS. quoad literas & alia leviuſcula; ſed ex divina providentia fit, ut aquas puras & vivas, pura ſcil. fidei & bonorum operum dogmata ex his fontibus indeſinenter hauriamus.

Ut finem faciam, ecce in opere excuſo ſpecimen de futuro,Deo annuente,reliqua excudendi: reſtant adhuc tria Volumina in Vetus Teſtamentum (& duo alia in Novum) unum in Legem, in Prophetas aliud,tertium in reliquos Cethubim: ſunt tres ſanctorum Bibliorum partes, ut in Luc.24.

Ad prælum præparavi totam materiem gravibus impenſis, opera & ope chariſſimi fratris mei ἐν Χριστῷ Samuelis Viccars (nuper defuncti, quem animæ meæ dimidium neceſſe eſt ut flebilibus modis perſequar זכרו לברכה,) formam & finem (σὺν θεῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ καθολικῇ, facultatem ſuppeditante, ἐν τῷ καιρῷ, addam, ſin alitèr hic pedem figam. Gratias Deo qui ſervum ſuum (licet τῶν ἁμαρτωλῶν πρῶτον, ne dicam, τῶν ἁγίων ἔσχατον, Domine non ſum dignus) à ſeptennalibus vinculis, à Marinis,Tranſmarinis, & Tranſtiberinis periculis liberavit.

Præfatio R. David Cimchii ad Psalmos.

D*ictum est à Rab. Davidem hunc librum scripsisse per manus decem virorum; Adami, Melchisedech, Abrahami, Asaph, Hemanis, Jeduthun, Mosis, & trium filiorum Korachi, id est, isti decem Psalmos scripserunt, quorum nomina illis sunt præfixa, & aiunt Adamum fecisse 92. Psalmum, cujus titulus est,* Psalmus pro Sabbato, *creatus enim erat in vespero Sabbati; Melchisedech autem Psalmum 110. & Ethan Ezrachita est Abraham: Reliqui habent nomina dicta, & aiunt, sicut Moses Legem divisit in quinque libros, sic David Psalmos divisit. Midrash Tillin. Et exprimuntur in decem phrasibus laudum, & per Spiritum sanctum scripti erant, ideóque numerantur inter Cethubim* כתובים, *non inter Prophetas* נביאים; *differentia est inter Prophetiam & Spiritum sanctum; Prophetia enim venit dormiendo vel vigilando, tunc temporis autem sensibilibus facultatibus est destitutus, & videt hominem secum quasi loquentem, vel vocem audit: Spiritus autem sanctus in hominem occupatum divinis meditationibus insilit, & nullo sensuum ejus eum privat, est etenim velut alius homo, solummodo per Spiritum eloquitur & scribit quandóque de futuris; & in hunc modum scriptus erat Psalmorum liber, quanquam scriptores etiam Prophetæ nominentur; David* vir Dei *appellatur, & Jeduthun, & Heman* videns Regis: *& quanquam visiones vidit Daniel dormiens & vigilans, tamen non pervenit ad illam perfectionem & intelligentiam quam habuit Isa. & reliqui Prophetarum, ideoque liber ejus inter Prophetas haud numeratur; & librum Psalmorum composuit David. In titulo ante aliquos eorum, dictum est* Davidis *in his Spiritus primò venit super eum, & posteà Psalmos loquutus est: In quibusdam dicitur* Psalmus Davidis, *in illis Psalmum prius cecinit, ut in illum Spiritum attraheret.*

Præfatio Haggaon Obadiah in Psal.

F*inis libri Psalmorum est prudentem ad beatitudinem dirigere; & incipit,* Beatus homo, &c. *sic etiam finit Psal.* 144. Beatus est populus qui habet Dominum Deum ejus. *Duo sunt ad beatitudinem media, per cognitionem Dei & sanctitatem vitæ, in quibus assimilatur creatura Creatori, & prosperitatem suam Deo, non Fortunæ, nec influentiis Stellarum, propriisve manibus attribuit, sicut in Psal.* 16. Posui Dominum semper ante me, &c.

Idcirco David hunc librum super bases laudis, precum, confessionis, & gratiarum actionis ויודו *stabilivit.*

Quando quis laudat Creatorem agnoscendo majestatem ejus, inde nascitur Dei timor in corde, & quando gratias agit Deo pro beneficiis, exinde Dei amor oritur; Per preces & confessionem, prospera & adversa Deo attribuit, exinde obedientia emanat: Timor, Amor, & Obedientia sunt totum hominis, *Eccles.* 12.

Psalmista dividit librum in 5. partes, & cum benedictione Dei singulas finit.

Prima pars continet Psalmos Deum celebrantes pro suis supra naturam mirabilibus, & quomodo Psalmista revixit à morbo suo quando desperavit.

Secunda pars continet preces filiorum Core & Davidis, concluditque versu illo, Preces David sunt finitæ, *Psal.* 72.

Tertia habet gratiarum actiones pro beneficiis Dei.

In quarta sunt variæ confessiones Davidis & Mosis, & concludit in Psalmo cujus subjectum sunt peccata congregationis totius & membrorum ejus, quæ sequuta est captivitas.

Quinta habet Psalmos de redemptione per Christum ex captivitate.

Alphabetum

Alphabetum Syriacum.			
L	ܠ ܠ ܠ ܠ Lomad	A	ܐ ܐ ܐ Olaph
M	ܡ ܡ ܡ ܡ Mim	B	ܒ ܒ ܒ ܒ Beth
N	ܢ ܢ ܢ ܢ Nun	Gh	ܓ ܓ ܓ ܓ Gomal
S	ܣ ܣ ܣ Semkath	D	ܕ ܕ ܕ ܕ Dolath
	ܥ ܥ ܥ ܥ Ee	H	ܗ ܗ ܗ ܗ He
P	ܦ ܦ ܦ ܦ Fe	V	ܘ ܘ ܘ ܘ Vau
Sf	ܨ ܨ ܨ ܨ Sfodhe	Z	ܙ ܙ ܙ ܙ Zain
Cq	ܩ ܩ ܩ Cqoph	Hh	ܚ ܚ ܚ ܚ Hheth
R	ܪ ܪ ܪ ܪ Rise	Tt	ܛ ܛ ܛ ܛ Tteth
Sc	ܫ ܫ ܫ ܫ Scin	Y	ܝ ܝ ܝ ܝ Yudh
T	ܬ ܬ ܬ ܬ Tau	K	ܟ ܟ ܟ ܟ Koph

Ligatur. Syriac.

ܠܐ el, ܠܐ el, ܠܐ el, ܠܐ la, ܐܠ al, ܠܠ ll, ܠܐ le, ܠܐ la, ܐܠ e tau, ܡܐ me, ܡܐ me, ܠܬ l tau, ܠܠ ll, ܡܬ m tau, ܡܢ mn, ܡܠܠ mll, ܫܓ sg, ܛܡ m Tteth l, ܡܠܬ ml tau, ܛܠܠ Tteth ll, ܛܠ Tteth l, ܛܐ Tteth e, ܛܠܬ Tteth l tau.

Alphabetum Arabicum.			
D	ض ضـ ـضـ ـض Dad	A	ا ا ا ا Elif
T	ط ط ط ط Ta	B	ب بـ ـبـ ـب Be
D	ظ ظ ظ ظ Da	T	ت تـ ـتـ ـت Te
ע	ع عـ ـعـ ـع Ain	T	ث ثـ ـثـ ـث Thse
G	غ غـ ـغـ ـغ Gain	G	ج جـ ـجـ ـج Gjim
F	ف فـ ـفـ ـف Fe	Hh	ح حـ ـحـ ـح Hha
K	ق قـ ـقـ ـق Kaf	Ch	خ خـ ـخـ ـخ Cha
C	ك كـ ـكـ ـك Kef	D	د د د د Dal
L	ل لـ ـلـ ـل Lam	D	ذ ذ ذ ذ Dhsal
M	م مـ ـمـ ـم Mim	R	ر ر ر ر Re
N	ن نـ ـنـ ـن Nun	Z	ز ز ز ز Ze
W	و و و و Waw	S	س سـ ـسـ ـس Sin
H	ه هـ ـهـ ـه He	Sj	ش شـ ـشـ ـش Sjin
J	ي يـ ـيـ ـي Je	S	ص صـ ـصـ ـص Sad

Ligatur. Arab.

ﻠﺠ lgch, لي لي li, لا لا لا la, ع ain m, ﻨﻬ nh.

Specimen abbreviatur. Masoreth. Rab. Syr. Lat.

ר״ל id est, Rabbothenu, memoria eorum sit in benedictionem, ד׳ ר״ quatuor sunt, ר׳ ראשי פ׳ פסוקים initia versuum, pag. 3. sect. 7. 2. M. A. 2. A. M. duo codices Anglicani MSS. Neb. Rom. Nebiensis, & Romana Editio, Arab. Eff. Arg. Effectum, Argumentum, & cæteri termini Logici divers. caus. dissim. pari. subjunct. adjunct. &c. Proph. prophetia. ג׳ ב׳ חסרי׳ Gimel est 3. Beth ב׳ tria sunt, duo חסרים defectiva. S. M. Syr. MS. pag. 15. sec. 12. ר״ל רצה לומר vult dicere, Sec. 2. pag. 22. Syr. ܠܒ in numeris est 32. ducta linea est Abbreviaturarum Syriac. indicium. Sic de cæteris.

Errata quæ, in Syr. & Arab. Typographo haud assuefacto irrepserunt, sic corrigi possunt.

אותיות ܐܬܘܬܐ Sect. 12. psal. 5. psal. 12. Sec. 12. البشر لعمر لو يعط psl. 5. sec. 12. p. 13. يعوا insec. 12. psl. 16. sect. 11. psl. 17. ... & ... cum Rise. Sec. 11. psl. 18. ... sic psl. 150. Sect. 11. & ... מבריתא cum He. Syr. ... & ... ante ... psal. 31. Sect. 11. psl. 19. ... Sect. 11. psl. 38. ... psl. 39. Se. 11. ... Se. 11. psl. 48. ... Sect. 11. psl. 64. ... Sec. 11. psl. 68. ... & ... dele punctum sequens, Sect. 12. psl. 115. ... cum punctis 2. Sect. 11. p. 123. Sect. 11. psl. 73. ... psl. 74. sect. 11. ... & psl. 104. Sect. 11. & psl. 105. Sec. 11. Sect. 11. psl. 75. ... Sect. 11. psl. 78. ... Sect. 12. in psal. 80. ... psl. 83. Sect. 11. ... cum Lomad. psl. 87. Sect. 12. الانسان psl. 88. se. 11. & psl. 89. se. 11. & psl. 90. sec. 12. ... sec. 12. الفارسيا psl. 89. sec. 12. ... psl. 90. se. 11. ... dele sequens spatium. psl. 105. se. 12. ... Syr. ... cum Nun. psl. 119. ... cum Olaph. se. 12. ... psl. 127. se. 12. ... cum Elif. psl. 129. se. 12. جلاني ut vox una. psl. 140. se. 12. يبنعي. psl. 141. وجدا هذا. In Indice 19. Arab. ... in Pe, & Cant. 7. In 2°. pro Arab. Shebnam in psal. 52.

In Heb. Gr. Rabb. Cald. Lat. &c. sic.

MEkor p. 19. חנו cum Nun ib. חנני cum duplici Nun, sect. 1 p. 22. cum pro Nun, sec. 1. ib. יזרע cum Zain, sec. 3. p. 2, בין לחבין cum Beth, sec. 5. p. 22, נורא ורנו se. 3. p. 22. locuti p. 30. ortæ, se. 1. p. 34. ἐπλάνησεν, sec. 8. p. 67. Frescata ib. totius, sec. 8. p. 71. nari, sec. 12. p. 82. occupatum, se. 8. p. 83. pepigit, se. 8. p. 70. super te, psl. 32. in textu. Judic. 5. sec. 11. p. 91. Aramitica p. 90. se. 7. יקו, sec 8. p. 91. mei, p. 59. se. 2. corpore, se. 1. p. 59. ותו se. 12. psl. 22. prævalebimus, se. 2. p. 97. solo, se. 5. p. 106. plenè, se. 7. p. 107. *Dignior* extra parenthesin, se. 8. p. 114. tuæ, ib. ... se. 2. 122. Loro, se. 7. p. 123. *tiempos*, se. 9. 127. consecratam, se. 8. 131. lege 26. p. 162. ישראל, se. 11. 173. Finibus, se. 1. 173. desideravit, se. 10. 179. effossi, se. 1. 182. pascua, se. 2. 183. כשרין & משני p. 193. se. 6. Basan, se. 1. 19c. ... sec. 8. 194. quas, se. 1. p. 197. occidit, se. 1. 229. fitis, dele comma, se. 2. 122. ... se. 8. 123. *pioggie*, dele punctum & sequenti voci, *tuorum* connecte. Eccles. 4. se. 11. 132. obedientiam, se. 2. 157. Judic. 11. 158. Masoram, psl. 12. in psl. 11. redundant. dele 91. lege 84. psl. sec. 10. nostra, 85. se. 12. Eripe, se. 11. 262. pro ... lege ..., se. 2. 275. puerum, psl. 100. sec. 10. adjuti, psl. 106. sec. 1. 138. lege psl. 119. sec. 11. tuâ, operari, sec. 9. ... גורים ג״ב psl. 136. sect. 5.

DECAPLA IN LIBRUM PSALMORUM.

PSAL. I.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.
2 Sed in Lege Domini voluntas ejus, & in Lege ejus meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo:
Et folium ejus non defluet: & omnia quæcunque faciet prosperabuntu..
4 Non sic impii, non sic: sed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.
5 Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum.
6 Quoniam novit Dominus viam justorum: & iter impiorum peribit.

SECT. I.
Ex R. DAVID CIMCHI. in *Psal.* 1.

O*Beatitudines.*] אשרי semper est in plurali, quia nemo est beatus in uno, sed in pluralitate bonorum. *Qui non ambulavit.*] In hoc Psalmo totum est hominis officium, & merces justorum & improborum, & incipit cum evitatione mali, ista enim præcedit prosecutioni boni; *nam hominis imaginatio mala est à juventute sua*, Gen. 7. *Improborum.*] *Improbi* sunt qui seipsos vexant ad acquirendam opulentiam, & mundi cupiditates, quovis modo: Ita scriptum est, *Quocunq; seipsum vertit vexavit eos:* vox eadem in 1 Sam. 14. 47. Dicit autem, *in consilio improborum:* nam consulunt homines ad colligendas divitias, & ad delicias; & plurimi huic inclinant consilio. *Non stat in via peccatorum.*] Dicit, *stat*, quoniam peccatum committitur, quando *stat* homo in loco suo, & quiescit, utrum peccatum sit in cogitatione, verbo, aut facto. *In via.*] Id est, in consuetudine: sic in Isa. 58. 13. *à faciendo vias tuas*, id est, consuetudines; & dicit, *non stat*, id est, non diu manet in societate eorum, ne vias eorum discat. *Et non sedet in sede derisorum.*] *Derisores* sunt, qui secretum unius alteri revelant: & ait, *Non sedet in sede:* mos enim eorum est qui otiosi sunt, & sedent in angulis platearum, & Rab. ר'ז'ל aiunt, si non ambulet, quomodo potest stare? & si non stet, quomodo potest sedere? & si non sedeat, non deridebit. *Et in Lege illius.*] Primò vocatur Lex Domini, & postea Lex *ejus*, qui discit eam. Derash. ר'ז'ל est, in cod. Cremon. *Nocte & die.*] Id est, perpetuò, in temporibus liberis à necessariis laboribus ejus, propter cibum et vestimentum. *Erit sicut arbor.*] Est merces boni operis prædicti, quia declinat à malo, et facit bonum, ideo *erit ut arbor, &c. Plantata per divisiones aquarum.*] Ut juxta illam utrinque aquæ currunt, & semper repleta est. *Quæ fructum suum edit in tempore suo.*] Quanquam deficit pluvia propter aquas; subter eam fructum facit. *Folium ejus non consumet.*] Consumptio enim per siccitatem venit, & hæc arbor per rivos plantata est. Vel, *non decidet.*] Non in tempore pluviarum, sicut multæ arbores ex nimia humiditate perdunt folia. *In tempore suo.*] Tempus ejus est, quando exit sol, ut homines foliis indigeant propter umbram, & de fructu edunt, et aquas per eam bibunt: Ita mundus documentum à viro bono recipit, per umbram viarum, et fructum operum ejus. *Non ita sunt improbi.*] Mentionem facit *improborum*, sub illis autem *peccatores* & *derisores* comprehendit, et ait, *Non sunt ita*, id est, nullum commodum per eos venit, sed damnum, velut gluma per ventum in oculos hominum pulsa, et damno afficit eos, vel super hortos & domos cadit. Vel, *improbi non erunt ita.*] Id est, pœna eorum erit, ut depulsi fuerint velut gluma coram vento, et peribunt subitò. *Idcirco improbi non stabunt in judicio.*] Ait *idcirco*, quoniam in impia via ambulant. *In judicio.*] In die judicii, qui dies mortis est. *In congregatione justorum.*] Dicit *congregationem*, quoniam animæ justorum congregatæ sunt. *Nam Jehova cognoscit viam justorum.*] Id est, cognoscit eam propter bonum, ad remunerandam eam: Sic in Exod. 33. 17. *Cognosco te nomine.* Sic in 1 Sam. 25. 29. *Anima domini mei ligata est in fasciculo viventium. Via improborum peribit.*] Sic in 1 Sam. 25. 29. *Animam inimicorum tuorum ejaculabit velut è medio funda.* Non est in cod. Cremon.

SECT. II.
Ex ABBEN EZRA in *Psal.* 1.

N*On ambulat in consilio.*] Sunt in Scripturis quatuor corporis situs vel dispositionès, sedere, ambulare, surgere, jacere; & in hoc loco sunt tres ex illis, ambulare, sedere, & stare, seu surgere. Dicunt Sapientes, ambulare minus est quàm stare, & stare quàm sedere. Sensus est, quòd vir beatus nullo modo habet communionem cum impio. Vel non stat, multò minùs si non ambulet. R. Mosh. Hacohen. Et dixit *non ambulet*, id est, non est seductus per consilium eorum,

המפוריה. *Impiorum.*] Sunt inquieti sicut *mare inquietum*, Isa. 57.20. *Peccatorum.*] Hi sunt quieti & assueti peccatis, hic gradus est superior priori, ideóque adjungit ei *Viam. Derisorum.*] Qui revelant secreta שיגלה סוד in contumeliam aliorum; est supremus gradus, eíque contraria est humilitas, quæ erubescit aperire os in opprobrium proximi, Pro. 3.34. *humili dat gratiam. Derisorum.*] à מליץ, *Exod.* 42.23. *Interpres*, qui accipit ab uno, et narrat ad alterum. *Meditatur.*] In corde et lingua, בלב ובפה, Psal. 35.28. *Lingua mea meditabitur. Die & nocte.*] Huic respondent quatuor situs prædicti, quia alii sunt *die*, alii *nocte*. *Fructum suum in tempore.*] Id, est anima rationalis plena השמה מלאה חכמה sapientiæ in *tempore* senectutis opportuno separatur à corpore, sicut fructus ab arbore; et non moritur ante diem [in Prov. 3. *Sapientia est arbor vitæ.*] *Vel fructum.*] Filii juventutis. *Folium.*] Memoria ejus זכרו post mortem, Pro. 10. Vel divitiæ עשרו ut in Eccles. 7. *Bona est sapientia cum hæreditate. Prosperabitur.*] In divitiis, & honore, & filiis. Vel, *quod ipsa facit.*] Id est, arbor, quia *folia sunt in medicinam*: Et scinde ramum tenerum, & prosperabitur in alio loco. *Non est sic.*] Cum inquietis, multò minùs cum quietis peccatoribus et derisoribus. *Sicut palea.*] Sed vir bonus est sicut frumentum. *In judicio.*] Die Judicii generali יום דין. Vel particulari in die mortis במותו. Beth in במשפט habet Patha propter defectum, He indicativ. sic בשמים pro בהשמים. *In congregatione justorum.*] Quia impii congregantur ad proprium locum.

SECT. III.
EX MIDRASH TILLIN in *Psal.* 1.

BEatus est vir.*] David benedicit Israëli, sicut Moses in Deut. 33. *Benedictus es tu, &c.* Moses eduxit Israël ex Egypto, David de servitute regnorum; Moses gessit bella cum Sihon, David pugnabat prælia Domini, 1 Sam. 25. Moses erat *rex in Jesurun*, Deut. 33. similiter erat David: Moses divisit mare, David pugnabat cum Aram-Neharaim, Psal. 60.1. Moses ædificavit altaria, sicut & David: *Moses* scripsit 5 libros Legis, David totidem libros Psalmorum, & repetit *Beatus* אשרי 22. vicibus, sicut sunt 22 literæ Heb. Rab. *In Lege Domini.*] Deus dedit 6 mandata Adamo, Gen. 2. *Dominus Deus praecepit Adam*, &c. *Arbor plantata.*] In horto Eden. *Fructum.*] Cain. *Folium*] Abel. *Prosperabitur.*] Seth. *Impii non stabunt.*] Serpens & Gibeonita non sanantur de futuro, in Isa. 65. *Pulvis erit cibus Serpentis*, & Ezech. 48. *Servi erunt ex omnibus tribubus*, non ex Gibeonitis. *Justi.*] Adam & Eva. Dicit שתיל non נטוע quia omnes venti unà flantes non eradicabunt arborem illam. *In Lege.*] Sicut Deus dixit, Jos. 1 *liber hujus Legis ne discedat ab oculis tuis &c.* tunc *prosperaberis* in hoc seculo, et *habebis prosperitatem* in futuro. Dixit Solomon, Pro. 6.22. *ducit te* in hac vita, et *quando experrectus es* in altera, *colloquium habebit tecum.*

Alio modo.

Vir.] Noachus. *Impii*] Ætas Enosh, R. Jehudah. *Peccatorum.*] Ætas Diluvii. *Derisorum.*] Ætas confusionis linguarum, quando omnes deridebant. *In Lege.*] Septem præcepta data filiis Noa. Gen. 9. *Meditatur*, vel, *accipit sensum unum de medio alterius.*] ab הגו Pro. 25.3 *removete scorias &c. Fructum.*] Noa ad 500 annos genuit filios, sed reliqui 50, 70, 80 annos generabant; & si Noa genuisset ante & plures, fabricaret multas Arcas ad salvandos eos. *In tempore.*] Sem. *Folium.*] Ham. *Prosperabitur.*] Japheth. *Impii.*] Viri diluvii.

Alio modo.

Beatus vir.] Abraham, ut Gen. 20. *Redde viro uxorem* האיש. *In consilio impiorum.*] Seculum divisionis, Gen. 11. Cujus erant tres societates; Una dixit, Ascendamus & habitabimus illic: Altera dixit, pugnabimus cum illo: Tertia, serviemus diis alienis: & erant castigatæ tribus pœnis, una cum Diabolis & Spiritibus, altera cum divisione linguarum, tertia cum dispersione, Gen. 11. *Peccatores.*] Sodomitæ חטאים, Gen. 13. *Derisores.*] Abimelech, qui dixit, *Terra mea est in facie tua*, sed ipse non sic intendebat. *In Lege.*] Est Isaac, ut Gen. 18. *Novi quòd præcipiet Abraham semini ejus*, sed Abraham non habuit Doctorem alium quàm Renes, ut in Psal. 16. R. Simeon ben Jochai. *Plantata.*] Deus posuit Abraham in terra Canaan, et in horto *Eden*. *Fructum*] Isaac. *Folium*] Ishmaël. *Quicquid facit.*] Filii Ceturah. *Impii.*] Nimrod, & socii ejus.

Aliò modo.

Vir.] Tribus Levi non ambulavit in Idololatria Bovis, Exod. 32. Deut. 33. *cum viro sancto tuo. Peccatorum.*] Ut in Exod. 32. *Populus hic peccavit peccatum magnum. Sede derisorum.*] Ut Exod. 32 *Sedebat ad edendum, surgebat ludere*: Sed filii Levi *congregabant ad Mosen*, & non dedissent annulum נזם ad usum Idoli, Exod. 32. R. Berechi in nomine R. Samuel. *In Lege.*] Ut in Mal. 2. *Lex veritatis erat in ore ejus*, nempe Levi. *Plantata.*] Quia Levitæ intrabant in Canaan, exceptis Mose, Aharon, et Miriam, R. Zeira, beshem R. Josh.

Alio modo.

Vir.] Filii Cora, qui non sunt mortui cum patre eorum. *Peccatorum*] Sic in Num. 16. *Thuribula horum peccatorum. Derisorum.*] Cora deridebat Mosen & Aharon, dicendo; Erat una vidua, et duæ orphanæ filiæ; habuit agrum unicum: venit arare; dixit Moses, *Non arabis cum Bove & Asino*: Venit ad serendum; dixit Moses, *Non cum* כלאים, Levit. 19.19. Venit ad metendum; dixit Moses, *Relinque* שכחה *&* פאה, Deut. 24.19. Venit ad triturandum; dixit Moses, Da *oblationes & decimas*, primam & secundam. Fecit hæc omnia, et tandem coactus vendidit agrum, et emit duos agnellos, ut vivat à lana & fructu; Venit Aharon, dicendo, da mihi primogenitum הבכור et primitias lanæ. Tandem mactavit eos, dixit Aharon, Da mihi brachium, maxillas, & הקיבה & in fine cepit omnia pro חרם, ut in Levit. 27. & reliquit viduam duásque filias lugentes. Hactenus derisio Corachi. *In Lege Dei.*] Filii Cora. erant cantores, & quando absorptus erat pater, stabant ab invicem, sicut tres columnæ. *Impii.*] Corah, & socii ejus perditi.

Alio modo.

Si in Lege Dei, delicia ejus sunt illi.] Si delectatur in lege Domini, dabit illi Dominus delicias suas. *Die & nocte.*] Legit sectionem קרית שמע, *Audi O Israel*, Deut. 6. quam si legat homo mane et vesperi, accepta est ista lectio pro die et nocte, R. Josua. Bar siphra dixit, duo capita, פרקי. Vel dixit, *die & nocte*, id est, meditatur *septies in die*, ut Psal. 119. R. Josi in nomine R. Josuæ. *Per rivos aquarum.*] Verba legis sunt sicut pluvia de cœlo, ut Exod. 20. *Locutus sum vobiscum de cœlis.* Et aquæ habentur sine pretio, sic Isa. 55.1. *Venite ad aquas*,

aquas, accipite sine argento, &c. Descendunt pluviæ cum tonitru, similiter erat Lex data, Exod. 20. Sunt aquæ viventes, & Lex est vita. Descendunt aquæ per guttas, sic Lex parum hic, parum illic discenda est, Isa. 28. donec fiat fons vitæ, Prov. 10. In siti immediatè venit homo ad aquas, & in siti animæ ad Legem. Non est προσωποληψία in Lege, & aquæ sunt communes pauperis cum divite. *In tempore.*] *Est tempus opportunum* pro Lege, &c. Eccles. 3. 1. *Folium.*] Omnes necessitatem habent colloquii ejus. *Prosperabitur.*] Sicut Consilia R. Eliezeris semper erant felicia. Dixit populus, Tu es Propheta. Respondit ille, Minimè: nec filius Prophetæ, sed didici à Rabbi meo, quòd omnia Consilia ad Dei gloriam habent in fine successum exoptatum, sicut in Prov. *Consilium Domini stabit.* *Sicut gluma.*] Montana sine humiditate, sed Israel est *Lilium convallium*, semper viret, Cant. 2. *Non sic.*] Contrarium in Gen. 2. 9. *Erat sic. In judicio.*] Non dicit, Judiciis, quia *una plaga occidit impium*, Psal. 34. Impios bis repetit, & Peccatores bis, & similiter sunt quatuor Monarchiæ. R. Aba. *Peribit.*] Ne justus ambularet in ea [ut Psal. 126. *Ne justus extenderet manum ad iniquitatem.*] *Vel perit.*] Id est, impii in initio impediti sunt in via eorum, sed in fine, quando defatigati sunt quærendo eam, inveniunt eam, ut Deus dixit Baalamo in fine, *Vade*, Num. 22. R. Eliezer. *Vel peribit.*] In Gehenna, R. Johan. ut in Isa. 66. *Hominum qui transgrediuntur*; dicit in præsenti, quia non relinquunt peccata sua ἐν βιωτικοῖς, R. Huna in nom. R. Simeon.

SECT. IV.
Ex HAGGAON R. OBADIAH in *Psal.* 1.

Beatus est vir.] Quoniam *portio Dei est populus ejus*, potest ipse assimilari Deo in theoria & praxi [sicut ipse dixit, *Estote sancti quia ego sanctus sum*] Idcirco Rex David incipit Librum suum cum intentione Dei in hominis creatione, ut fieret homo beatus in æternum, & in hoc Psalmo ostendit viam ad beatitudinem. *Impii.*] Qui ponunt divitias summum bonum. *Peccatores.*] Qui non inveniunt recta media ad finem, & sic desiderio carnis persequuntur corruptibilia. *Non stat.*] Si cadat in peccata, non permanet, sed resipiscit ab illis. *Derisorum, vel otiosorum.*] Qui sedent otiosi in angulis platearum, (à מליץ interpres) qui tempus consumunt in vanum, in falsis super facta aliorum hominum interpretationibus. *In Lege Domini.*] In theoria cognoscere & timere Deum. *Et in Lege ejus*] In praxi faciendo bona opera. *Sicut arbor—per aquas.*] Quæ non eget hominum servitio, quia intellectus in imagine Dei, quando est in perfectione sua, non eget famulitio facultatis corporeæ [ut apparet in Prophetis à Spiritu sancto ductis, & sic erit in cœlo.] *In tempore suo.*] Quasi arbor judicare potuit de tempestivitate fructûs, et idcirco præpararet fructum in illo tempore: sic intellectus judicat de futuris, quæ non cadunt in sensus [ut apparet in Prophetis.] *Non arescet.*] Id est, non senescit sic intellectus, non debilis fit in senectute, sed indies corroboratur, quod indicium est, non esse facultatem corpoream, quia corporeæ in tempore debilitantur. *Prosperabitur.*] Id est, præter fructum, in multis aliis utilis etiam est hæc arbor: sic anima non defatigatur, ut corpus, sed augescit, ut dicunt ר' ל' Audi etiam nova, &c. sicut vetera. *Sicut gluma.*] Quæ non est fructûs, sed tegmen fructûs, sic divitiæ et divites accumulant vacua vasa in servitiū animæ. *Via justorum.*] Qui pugnant contra concupiscentias, quas persequuntur peccatores. *Perit.*] A seipsâ, quia per eam non adipiscuntur vitam, quia Lex est vita nostra.

SECT. V.
Ex R. SOLOMON JARCHI in *Psal.* 1.

Beatitudines viri.] Id est, laudes viri sunt, quòd non ambulat, &c. תהלותיו *Sed in Lege Dei.*] [Observa quòd sedes derisorum evacuat Legem Dei.] *Novit Deus viam.*] Id est, amat et prosperabitur, sed odio habet viam impiorum.

SECT. VI.
Ex CHALD. PARAPHRAS. in *Psal.* 1.

Meditatur.] Sic in Psal. 19. *Meditatio cordis*, הגיון R. Sol. Vel canit כרגן sicut Psal. 119. *Statuta tua sunt cantica mea.* *Sicut arbor.*] Arbor vitæ, Gen. 2. sic Isa. 65. *Dies populi mei sicut dies arboris vitæ*, in Targum ibidem, [Videtur esse Prophetia de diebus Christi.]

SECT. VII.
Ex MARGINALI & TEXTUALI MASORA in *Psal.* 1.

Beatus.] אשרי Textualis Masora notat, quatuor sunt initium versûs ר' ב"פ cum accentu, Ps. 32. 2. *Beatus est vir cui Dominus non imputat peccatum.* Prov. 8. 34. *Beatus vir qui audit me.* Ps. 40. 5. *Beatus vir qui facit Dominum fiduciam suam.* Et symbolum est in Lingua Aramitica גברא חשיב שמיע hæ quatuor voces, singulæ reperiuntur in singulis versibus prædictis. [*Obs.* Via beatitudinis est evitare malum & facere bonum.] *Non stabunt* vel *resurgent in judicio.*] Id est, ad judiciū justorum, quod est absolutionis. יקמו Septem sunt defectiva sine Vau in Scripturis. *Vota stabunt*, Numb. 30. 8. 2 Sam. 2. 14 *Surgant pueri* (posterior versus.) Isa. 26. 14. *Mortui sunt, non resurgent. Non resurgent & hæreditate accipient terram*, Psal. 78. 6. *Resurgent & declarabunt &c.* Isa. 27. 9. *Imagines non stabunt*. Hoc loco. [*Obs.* Impii et Idola eorum non stabunt in judicio justorum.]

SECT. VIII.
ANNOT. ex AL. AUTHOR. in *Psal.* 1.

O Beatitudines viri.] Ita Christus in Sermone suo in monte, benedictiones et exsecrationes pronunciat in Luc. 6. 21, 22. et manifestum est, quòd totus Psalmus secundus de Apostolis intelligitur. *Qui non ambulavit in consilio improborum.*] Primus est beat. velut improbi Pharisæi, qui consilia cordium suorum sequebantur, sicut in Joh. 11. 53 *Consultabant unà ut interimerent eum.* Christus ad illos opponit *pauperes in spiritu*, qui in consilio verbi Dei ambulabant. Et Josephus de Arimathea non erat in hoc consilio, Luc. 23. sic applicat Tertullian. hunc locum. *Qui non stetit in via peccatorum.*] Second. est. Viâ justificationis per opera velut Pharisæi faciebant: hi autem credentes, esuriunt

post justitiam Christi, Luc. 6. 21. qui dicit in Joh. 14. 6. *Ego sum via.* Vel via est vita, Basil: sic Eccles. 11. *Vias cordis.* *Non sedet in sede derisorum.*] Tert. eff. beat. sicut Pharisæi, qui Christum deridebant, *avari enim erant*, in Luc. 16. 14. et deridebant viam justificationis per fidem, et ita Servator noster in Pharisæos denunciat plurima væ, in Luc. 6. 25. *Væ illis qui nunc rident.* *Vel in sede pestilentiæ.*] Basil. Id est, hominum peste laborantium, qui Spiritu oris inficiunt; ut in Act. 24. *hominem* λοιμόν. *Sed oblectatio ejus est in Lege Domini.*] Id est, in evangelio, ejus est Regnum cœlorum ad præbendum ei consilium, in Luc. 6. 20. Promissium est sub priore conditione. *Per rivos aquarum.*] Dona spiritus, in Joh. 7. 37. *Ex ventre ejus flumina vivæ aquæ fluent, quod de spiritu loquutus est.* Vide in Ezech. 47. 12. in Apoc. 22. 1. et hoc præcipuè est post ruinam Bestiæ. *Fructum suum edet in tempore suo.*] Fructum fidei (quem Pharisæi non producerent) ita tales qui esuriebant repleti sunt *gaudio & pace in credendo*, in Luc. 6. 21. et in Matth. 21. 41. *Qui produceret fructum ejus in tempore suo.* *Quicquid facit* arbor *prosperabitur.*] Tert. promis. eff. Id est, *fructus* fidei et pœnitentiæ nunquam deficient, tales gaudebunt in æternum, in Luc. 6. 21. *Improbi non sunt ita.*] Id est, infideles, ab opposit. *Sicut gluma*, vel, *pulvis*, Gr. *quam dispellit ventus.*] Nam *consolationem suam* receperunt, merces eorum est laus hominum, in Luc. 6. 24. et ita sicut gluma pereunt, carentes fide, 1. Comminat. *Improbi non stabunt*, vel, *non surgent in judicio.*] Id est, condemnati erunt, et cadent in judicio, et nunquam surgent, Secund. Comminat. ab oppos.

SECT. IX.

Annot. in Psal. 1. ex Collatione Versionum diversarum, Vulg. Ital. Hisp. Gall. Anglican. Vet. Græc. Theodor. impressis & manuscript. in Florentiâ, Paris. Cantabrig. & Oxoniens. Biblioth. Bodlian. & Angl. Man. duobus in Biblioth. Regia Sancti Jacobi.

D*Erisorum*, vel, *pestilentiæ.*] Vulg. *Pulvis.*] מוץ Vulg. 2. M.A. *Sicut arbor.*] Id est, palma, aut oliva, quia folia earum non cadunt. Annot. Italian. *Non cascano le foglie.* *In consilio.*] A. M. sicut unus ex Sanhedrin & senioribus, sic Psal. 101. *Non sedebit mecum.* *Non resurgent in judicio.*] Vulg. 2. A. M. sed justi cadunt in tribulationes, et judicia, et resurgunt, Prov. 24.

SECT. X.
EX VERSIONE GRÆCA 70. ET VULGATA in Psal. I.

B*Eatus*] Vel perfectus, τέλειος, Sept. quia beatitudo est perfectio bonorum. *Vir.*] Juvenis, Gr. ut Psal. 119. *Quomodo juvenis mundabit viam suam?* *Voluntas ejus.*] Vulg. delectatur in Dei lege, secundum *hominem interiorem*, Rom. 7. cupit implere eam, licet in membris sit contraria *lex peccati*: sic Sechem in Dina, Gen. 34. חפץ. *In cœtu.*] Vel ἐν βουλῇ, in consilio. οὐκ ἀναστήσονται.] Non resurgent, Gr. Vulg. Vel Aq. ἐν συναγωγῇ.] Heb. סוד est consilium, & congregationem implicat, quia congregant ad capiendum consilium. *Iter impiorum.*] Vulg. vita impiorum peribit, quia vita hominis est via ad mortem.

SECT. XI.

Ex Syr. Impress. Cod. Erpen. & Paris. collat. cum Manuscrip. in Biblioth. Sancti Laurent. in Florentia, Colleg. Maron. in Roma, in Paris. & Cantabrig. in Bibls. publica, Psal. 1.

I*N consilio.*] Vel in via, Syr. quia consilia sunt *via cordis.* *In via.*] Vel in cogitatione peccatorum. Syr. רעינא ܒܪܥܝܢܐ *Prosperabitur.*] Vel perficit ad maturitatem, S. M. [*Obser.* Desiderium adeptum est arbor vitæ, in Proverb.] משלם ܡܫܠܡ *In aggregatione justorum.*] Quando justi aggregati sunt patribus suis, impii peribunt; Dominus enim patiens est erga impios, ut nullus suorum pereat, 2 Pet. 3. 9. Syr. בכנושתא. ܒܟܢܘܫܬܐ

SECT. XII.

Ex Versione Arabica apud Nebiens. & edit. Roman. collatione facta cum M.S. in Psal. 1. in Roma, Paris. &c.

P*Rimus liber Psalmorum, primus Psalmus Davidis Regis & Prophetæ, M. S. Arab. Decus pietatis, & spes futuri seculi, Titul. Arab. M. S. *Pestilentia*, vel *superborum.*] Arab. Neb. & Rom. *Non resurgunt in congregationem justorum.*] Id est, in resurrectione ultima non *resurgunt* ad vitam æternam sicut justi, sed congregantur in infernum, Mat. 25. & Psal. 69. *Ne intrent in justitiam tuam:* & Ezech. 13. *Non scripti in libro domus Israel*, נקום פי מגמע, Arab. Neb. Rom. نقوم في مجمع

PSALM. II.

*Q*Uare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?*
2 *Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.*
3 *Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum ipsorum.*
4 *Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.*
5 *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.*
6 *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus.*
7 *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

8 *Postula*

8 *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

9 *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.*

10 *Et nunc reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.*

11 *Servite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.*

12 *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa.*

13 *Cùm exarserit in brevi ira ejus, beati omnes qui confidunt in eo.*

SECT. I.

Ex R. David in Psal. 2.

HIc Psalmus secundus est in omnibus Libris, et à Rabboth. dictum est, quod Psalmista primum Psalmum incipit cum *Beati*, et secundum concludit cum *Beati*; et ita Psalmi ambo in sensu unus sunt. Nunc autem quod ad ordinem Psalmorum spectat, ut cognoscas velim quod non ordinati sunt secundum opera. Tertius enim Psalmus continet fugam Davidis ab Absalom, quæ erat post fugam à Saul; in fine tamen hujus libri, Psalmus est Davidis quando *erat in spelunca*, Psal. 141. et David loquutus est hunc Psalmum in initio regni sui, quando audiebant Pelisthæi Davidem Regem factum esse, *ascendebant ad quærendum Davidem*, in 2 Sam. 5. 17. Hinc ait; *Cur insaniunt gentes, vel, tumultuantur?*] Sic in Targ. in Ezech. 30. 10. *Cessare faciam multitudinem Egypti*; vox eadem. *Meditantur, vel, submurmurant inane.*] Ostentabant enim quasi subjugarent Israëlem, sed omnia verba eorum vana sunt. *Reges terræ & gubernatores.*] Non invenimus quod Reges appellati sunt, sed tantum Domini Pelisthæorum, סרני, cogitabant autem seipsos in superbia eorum quasi Reges, et forsan cum illis erant Reges alii. *Consultant, vel, fundamentum posuerunt.*] Nam consilium ad actionem est quasi fundamentum ad ædificium. *Contra unctum ejus.*] Nam Samuel Davidem unxit à Domino. *Disrumpamus vincula eorum.*] Dicit *vincula*, quoniam post 7. annos omnes Israëlitæ in uno consilio vincti erant ad ungendum Davidem in regem. *Funes.*] Id est, densos funes, עבה similitudo est de subtili consilio, et hic per vincula et funes sensus idem est, licèt verba sint varia. *Sedens in cœlis.*] Hic inducitur Dominus despiciens eos, contra quem simul consultaverunt: et dicit, *in cœlis*, quoniam particularia eorum non pereunt, velut horum inferiorum. *Regem meum.*] Dicit *meum*, ut in 1 Sam. 16. *Inveni mihi regem inter filios ejus. In Sionem montem sanctum meum.*] Dicit *in Sionem*, quoniam non subjugatus erat donec David eum ceperit. *Enarrabo decretum, vel, in consuetudinem.*] David hoc dicit *enarrabo in consuetudinem*, decretum quod Dominus dixit mihi. *Es filius meus.*] Obediens mihi, velut filius patri suo: sic in Deut. 14. 1. *Filii estis Domini Dei vestri. Hodiè genui te.*] Quando enim unctus erat David, spiritus prophetiæ genitus erat in eo. *Dabo tibi gentes in possessionem tuam.*] Nam Edom, Moab et Aram, fiebant servi Davidis, et *nomen ejus divulgatum erat*, in 2 Sam. 8. 12, 13. et alibi dicit, *Faciam tibi nomen sicut nomen magnatum terræ. Nunc ergo Reges prudentes estote.*] Ne cogitetis contrà Deum in pugnando prævalere: si insipientes fuistis, eruditionem recipite, et prudentes estote. *Colite Dominum cum timore.*] Cum *timore* potentiæ ejus. *Et gaudete cum tremore.*] Id est, ne invideatis quod Rex inunctus sum, sed gaudete. *Osculamini filium.*] Recipite doctrinam filii, quæ osculum oris est, Chald. et dicit *filium*, id est, quem pater ante filium suum nominat. Non est in Cod. cremon. Vel, *Osculamini eum qui purus est.*] Et vobis causam non præbet pugnandi contra illum: sic in Psal. 73. 1. *Puris corde*: vox eadem. Vel, *Osculamini eum qui selectus est.*] *Selectus* à Deo ad regnum, sic in 1 Sam. 7. 8. *Seligite vobis virum*, à ברו Non est in Cod. Cremon. *Et pereatis in via.*] In *via* mala, à qua non divertetis, sed pereatis in illa. *Quando ira ejus exarsit parum tantum.*] Verba hæc, *parum tantum*, referri debent ad vocem *via*; quasi diceret, si tantum parum in *via* mala insistatis, peritis; nam exarsit ira ejus in vos. Nonnulli ex Rabboth. hunc Psalmum exponunt de Gog et Magog, et de Messia futuro, qui erit unctus Domini: et hoc etiam manifestum est.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 2.*

רגשו] Id est, congregant, ut in Psal. 55. ברגש *in societate. Meditantur, vel, loquuntur vana.*] Ut in Psa. 1. huic est contrarium illud, *In Lege Dei meditatur. Contra Dominum*] Contra lumen naturale in illis insitum. *Qui sedet in cœlo.*] Oppositum ad illud, *Reges terræ sedent, &c. Facit illos ludibrium.*] R. Gaon. ודברו אלימו] Id est, destruit potentes eorum, 2 *Reg.* 11. 1. *Destruxit semen regium*, et אלימו ab אילי sed ibi adest Jod, vel sicut אליהם ad illos. *Regnare feci regem meum.*] à נשיכי *Principes Sihon*, et Mic. 5. 5. *Octo principes, &c.* R. David. *Regem meum.*] Davidem, et Christum ejus filium. Quando David unctus erat in Hebron, tumultuantur Pelisthæi, Moab, et Edom, R. Sol. *Narrabo decretum.*] Author Psalmi loquitur, vel David de seipso *Genui.*] Sic Deut. 32. *Rupes quæ genuit te. Dabo tibi.*] Sicut patres dant filiis hæreditatem. *Sapientes.*] Opposit. ad illud, *Contra Dominum.* הוסרו *estote ligati.*] Opposit. ad illud, *Rumpamus Vincula. Cum timore.*] Oppositum ad illud, *Projiciamus. Cum tremore.*] Id est, gaudete in hoc tremore ante Deum, תגילו אם רעדתם vel in gaudio, si venit memento re timere Deum. *Osculamini filium.*] Oppositum ad illud, *Contra Christum.* Et dicit *Osculamini*, id est, subjicite, sicut hodie mos est in India, מנהג בארץ הודו, ostendere subjectionem per oscula, sicut fecit servus Abrahami per aliam ceremoniam, Gen. 24. Et fratres Solomonis *dabant manum sub Solomone*, in subjectionis signum, 1 Chron. 29. 24. *Filium.*] Sic Prov. 31. 12. בר si esset à לבב ברי esset בור vel הבר *Ne irascatur.*] Dominus. *In viâ.*] Propter viam malam.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 2.*

INsaniunt.] Impii sunt sicut *mare furiosum*, Isa. 57. *Spumans*, sicut Pharo dixit, *Quis est Dominus?* Exod 5. Et Sisera et Sennaherib, *Quis est iste Deus?* 2 Reg. 18. Et Nebuchadn. Dan. 3. *Quis eripiat vos?*

Vel

Vel ſicut mare, cujus fluctus franguntur ab arena: ſimiliter Gentes ante Iſrael, qui ſunt ſicut *arena*, Iſa.10. *Gentes.*] Gog et Magog. *Unctum.*] Meſſiam, qui percutit impios Locuſtis. *Contra Dominum.*] Non ſicut Cain contra Abel, et Haman contra Judæos, et Eſau contra Jacob; omnes iſti erant ſtulti: ſed dixit Gog, pugnabo primùm cum patrono, פטרון, et tunc facilè vincam filios; ſed non novit Gog quot tonitrua et fulgura præparavit Deus contra faciem ejus. *Vincula.*] Phylacteria manuum. *Funes*] Phylacteria capitis. Vel vincula ſunt ſeptem præcepta filiorum Noa, Gen 9. *Et funes.*] Præcepta feſtorum, ſcil. Tabernaculorum, &c. *Deridebit.*] Quatuor vicibus dicitur Deus deridere impios, ſicut ſunt quatuor Monarchiæ. *In ira.)* Erga Gentes, ſed gratioſus eſt erga Iſrael, Pſal. 116. *Texi.*] Quaſi in Tabernaculo regio Davidis lapſo, Amos 9. à סוכה. *Filius.*] בני, ut filius non dicit, בן לי. *Pete à me.*] Dixit Deus tribus, *Pete*; Solomoni in Gibeon, Paralip. 2.1. Ahazo Iſa.7. *Pete ſignum*; et Meſſiæ hoc loco, R. Joan. [Chriſtus eſt ſapientia iſta et ſignum ἀντιλεγόμενον.] *Recipite frumentum.*] בר Licèt impii ſint Vas figulinum, rejiciendum foràs, et ſicut gluma, ventis ſeparanda; tamen Iſrael eſt Triticum in Apothecam recolligendum, ut menſuræ tritici numerantur, non glumæ, R. Haninah. Sic in Cant.7. *Sicut acervus tritici eſt Iſrael*, R. Idi. R. Hunah. Vel recipite legem ut triticum, Prov.9. *Edite de cibo meo. Ardebit parum.*] Si filius regis prædictus eſt interceſſor pro populo, facilè placatur rex. [Chriſtus noſter filius Dei ὑπερεντυγχάνει.] Vel Rex caro et ſanguis; מלך ב״ו, quando iraſcitur, non placatur, ſed Deus *in ira meminit miſericordiæ*, Hab. 3.

Sect.4. *Ex Rabbi Obad. in Pſal.*2.

IN hoc Pſalmo mentionem facit dierum Chriſti ad convertendum genus humanum ad cultum Dei. *Quare tumultuantur?*] Finis eorum eſt, ut accumulent res terrenas. *Contra Chriſtum ejus.*] Ne regnet. *Vincula illorum.*] Id eſt, Domini, Dei, & Chriſti; & dixit Vincula, id eſt, leges datas filiis Noachi, quas Ethnici tenentur obſervare, Gen.9. *Funes.*] Tributa, ſecundùm morem Iſraelitarum. *Deridebit.*] Quia vana ſunt eorum conſilia. *Subſannabit.*] Reſpondet ad illud bello eorum. *In ira ejus.*] Chriſtus percutiet terram cum virga oris ejus, Iſai.11. *Unctus ſum à Rege meo.*] Deus meus regnare me fecit ſuper montem meum Sionis, & hoc erit in redemptione futura. *Decretum.*] Quod decrevit de me & meo regno. *Filius meus es.*] Et ad me pertinet te defendere. *Cum virga ſicut ferro.*] Id eſt, Virga oris, quæ percutit rebelles, Iſa.11. *Cum lætitia*] Non ſicut illi qui *elevant jugum*, & nolunt portare, Hoſ.a 1. כמרומי. *Parum.*] Sic ut non erit vobis reſipiſcentiæ locus. *Qui confidunt in eum.*] Et exſpectant redemptionem, illis Lux oritur.

Sect.5. *Ex Rabbi Solom. in Pſal.*2.

V*Incula.*] Quibus ligant jugum. *Dominus dixit mihi.*] Per Nathan, Gad, & Samuel. *Genui te.*] Ut ſis filius meus, ut in Pſal.89. *Primogenitum. Virgâ ferreâ.*] Gladio. שאל.] Id eſt, Ora, ut in Pſal.122.6. שאלו, *Orate pro pace Jeruſalem. O Reges, ſapientes eſtote.*] Prophetæ Iſraelis ſunt miſericordes, & ex miſericordia loquuntur ad Gentes. *Gaudete vos in tremore.*] Si eſtis ſervi Dei, gaudium erit vobis, quando tremunt Hypocritæ, Iſai.33.14. *Tremor tenet hypocritas. Oſculamini cum puro corde.*] בר ר׳ ל׳ בבור לבב. *Vel diligite filium.*] נשקו à תשוקה. Gen.3. *Erit deſiderium tuum*, Menachem. *In via.*] Impiorum peribitis, quia perit via impiorum, Pſal 1.6. *Parum ardet ira ſua.*] In momento conſumpti eſtis, פתאום, quia *Deus noſter eſt ignis conſumens.*, Aben Ezra. *Beati qui confidunt.*] Dicit *Beati*, quia erunt noti, quando impii pereunt, ſicut in Mal.3. *Tunc erit differentia, &c.* & Mal.4.1. *Sol juſtitia oritur, &c.*

Sect.6. *Ex Cald. in Pſal.*2.

H*Odie genui te.*] Purus es, quaſi hodie genuiſſem te. *Gentes.*] Id eſt, divitias Gentium. *Fines terræ.*] Id eſt, gubernatores, ut in Judic.20. *Angulos terræ*, id eſt, principes, qui ſunt ſicut lapis angularis. *Gaudete.*] Vel orate. *Magnificavi Regem meum.*] in Pſal.105.15. *Unctos meos*; id eſt, quos ego exaltavi in Prophetas, R. David. Sic in Prophetæ Iſai.45.1. *De Cyro uncto meo.*

Sect.7. *Ex Maſora in Pſal.*2.

C*Ontra Dominum.*] Id eſt, contra Prophetam, vel verbum Domini. Sunt 31. in Scripturis, Exod.16.7. & in ver.8. *Non contra nos, ſed contra Dominum.* & Num.16.16. & 27.7. *&* 26.9. *&* Deut.13.5. et cætera hìc citantur. *Qui ſedet.*] Sanctus et Altiſſimus. Duo ſunt plenè ſcripta in libro, in Pſal.22.4. *Tu ſedes ſanctus ille. Super Sion.*] על ציון unus eſt אל ציון *Ad Sion*, Zech.8.7.

Sect.8. *Ex al. Auth. in Pſal.*2.

C*Ur inſaniunt Gentes.*] In initio regni Chriſti inſaniebant Herodes, Pilatus in Act.4.27. et Romani & *populi* Judæi. *Meditantur inane.*] Hoc refertur ad perſecutionem Apoſtolorum Chriſti poſt aſcenſionem ejus, in Act.4. 25. prim. Prophet. eff. Evangelii, vel à diverſo. *Reges terræ, & Gubernatores.*] Ita de ſeipſis ut Regibus cogitabant Herodes et Pilatus in ſuperbia eorum: ſic Peliſtæi in R. David. *Contra unctum ſuum.*] Chriſtus ait, *Spiritus Jehova unxit me*, in Luc.4.18. *Frangamus vincula eorum.*] Quibus nos facerent Chriſto ſubjectos: et dicit, *Vincula*, quoniam Apoſtoli et alii unà vincti, in uno conſilio erant ad faciendum Chriſtum filium Davidis Regem: ſic 1 Sam.10. חבל, *Funis Prophetarum*, id eſt, multi ſimul juncti. *Vexabit eos in vehementi ira ſua.*] In deſtructione Jeruſalem, eff. *Poſui Regem meum.*] Chriſtum per Evangelium ejus in montem Sionis, poſt deſtructionem Jeruſalem et Templi, Apoc.14.1. *Vidi agnum in montem Sionis*. Secund. Prophet. *Enarrabo decretum.*] Vel prædicabo fœdus Dei, Gr. Evangelium ita ait Chriſtus. 3. Prophet. præd. *Jehova dixit mihi.*] Patet Chriſti. *Hodie genui te.*] E mortuis, in Act.13.33. Vel ut Rex eſſes et Sacerdos in Eccleſia, ſic in Heb.5.3. et 1.5. Hoc refertur ad divinam naturam Chriſti, Heb.1.5. et ad mortem ejus, in qua ut filius obediens erat, Heb.5.5. et ad reſurrectionem, in qua manifeſtari incepit pro filio Dei, Act.13.33. 4. Prophet. reſurr. et aſcent. *Diſſipabis eos velut vas figulinum.*] Dicit *Eos*, id eſt, omnes hoſtes in perpetua eorum ruina, Apoc.2.27. et 12.5. 5. Prophet. *Colite Jehovam cum timore.*] Ferrei ſceptri. Vel, *Colite Jehovam in timore*,] Id eſt, ſecundùm

dum evangelium ejus, quod timor ejus est, velut in Psal. 19. 9. *Timor Dei purus est. Et gaudete.*] In evangelio suo. *Cum tremere.*] Cogitantes de hoc sceptro suo. 1. eff. min. *Osculamini filium.*] Id est, evangelium accipire ab ore ejus, ut in Cant. 1. 1. vel credire in eum, & eum diligire, Gr. vel colite (Gr.) filium, 2. eff. vel colire purè (Gr.) sine ulla mixtura idololatriæ. Vel, *accipite illuminationem.*] Gr. δράξασθε, à δράξ, palma manus, & בר à באר Explanare. *Pereatis in via.*] Justificationis per opera, Caus. *Quando accenditur ira sua parum tantùm*, vel, *Ira ejus parum tantùm ardebit.*] Id est, subitò, quando incipit, prorsus consumet, 1 Sam. 3. ἐν τάχει, Gr. adj. modus v. 12. *Beati sunt isti qui fiduciam ponunt in eo.*] Propter justificationem. 3. est.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 2.*

G*Entes.*] Contra David, Ital. Annot. *Fremuerunt.*] Vulg. A. M. Gnastden with teeth, à רגש & Boanerges, filii sonitùs. *Deridet illos.*] Quia non est possibile, ut pugnent cum Deo qui est in cœlis tàm longè ab illis, Ital. Annot. *Genui te.*] Hæc est manifestatio Christi in Ecclesia, Act. 13. 33. Ital. *Predicans mandatum.*] Vulg. 2. A. M. Sunt verba Christi confitentis coram pontifice se esse *filium Dei*, Matth. 26. *Osculamini*, vel, *accipite disciplinam.*] 2. A. M. Vulg. Gall. Osculum hoc, est subjectionis signum, sicut loquuntur vulgariter, *Bascio le mani de vostre signoria*; id est, Ego sum servus tuus, Ital. Hisp. *Dad obediencia. In via.*] Id est, modo vivendi, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. Vul. in Psal. 2.*

I*N unum.*] ἐπὶ τὸ αὐτὸ, Sept. simul, vel in eodem tempore, vel loco, ut Act. 3. 1. *Vincula*, vel, *jugum.*] Vul. ζυγὸν, Septuag. *Ego constitutus sum rex ab eo.*] Sept. Vul. vel Διέσωσα, 6. Edit. *servavi*, מלכי pro מלכו Rex suus, Jod pro Vau, sic קדשו

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 2.*

DE vocatione Gentium, & passione Christi, Titulus in Impress. Cod. Paris. *Et projiciamus.*] Quando fregimus eos. *Perturbavit eos.*] Syriac. נדלח ܢܕܠܚ sicut aquæ puræ perturbantur: ira in Ezech. 32. 2. *Perturbâsti fluvios. Enarrabo*, vel *ut enarret decretum.*] Syr. Id est, Fœdus meum, Novum Testamentum. *Nam hodie genui te.*] Id est, ut facias voluntatem meam. להוים הוה sicut Christus ipse dixit, *Ad hunc finem veni in mundum.* Joh. 18. & Joh. 6. *Cibus meus est, &c. Dissipabis eos.*] Quando fregisti eos, sicut in Levit. 26. *Septies adhuc, &c. Ira ejus parum tantùm ardebit.*] Idcirco illi cum gaudio servire, sic in Psal. 30. *Ira ejus est in momentum, &c.* Syr. ܥܕ ܩܠܝܠ עד קליל

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 2.*

DE Christo, & vocatione Gentium, Arab. MS. non Arab. Rom. *Osculamini filium*, vel *tenete firmiter disciplinam.*] Gr. Arab. Neb. Rom. אלזמוא אלאדב الزموا الادب *Genui te.*] Non ordinariâ, sed novâ, & antè inauditâ generatione Christus est genitus, לבראתו חושה Midrash Tillin.

PSALM. III.

Psalmus David cùm fugeret à facie Absalom filii sui. (2 Reg. 14. 15.)

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.
2 *Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo ejus.*
3 *Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.*
4 *Voce mea ad Dominum clamavi: & exaudivit me de monte sancto suo.*
5 *Ego dormivi, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me.*
6 *Non timebo millia populi circundantis me: exurge, Domine, salvum me fac Deus meus.*
7 *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.*
8 *Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 3.*

DIcunt Rabboth, quando David ascendebat montem Olivarum flens, fecit hunc Psalmum, Derash, 2 Sam. 15. 30. Midrash Tillin. Dicunt porrò quòd aliquam consolationem cepit quando vidit quòd filius ejus erat qui insurrexit, & non servus, vel spurius, qui minori misericordiâ commotus esset: & porrò consolationem cepit quòd Jacob fugiebat, & Moses etiam sicut ille, Midrash Tillin. *Psalmus.*] Literaliter, non ita appellatur in tempore componendi, sed in tempore canendi in Sanctuario: & qui de captivitate loquuti sunt Psalmi, tunc erunt in reditu: & hic Psalmus priori conjungitur, nam ibi Pelisthæi regnum quærebant, hic autem filius ejus, & vicit omnes, ideoque administri ejus post utramque victoriam reperiuntur, in 2 Sam. 20. 23. & in 2 Sam. 8. 15, 16, &c. Non est in Cod. Cremon. *Quàm aucti sunt?*] Hoc dicit, quoniam filius ejus, et Amasa sororis ejus filius, et plurimi Israëlitarum eum relinquebant. *Multi sunt qui dicunt de anima mea.*] Ait, *Multi*, id est, prudentes viri, velut Ahitophel, et alii qui putabant quòd regnum nunquam rediret ad Davidem propter peccatum ejus in re Uriæ. *Non est auxilium ei.*] Minimè, non pro anima ejus in seculo futuro. *Nullum auxilium.*] Repetit, *Nullum auxilium, nullum auxilium*, neque in hoc, neque in futuro seculo, et sic עזרתה cum ה' redundante habet hunc sensum. *Selah.*] Id est, vocem eleva in loco ubi ponitur, à סלן ita in Isa. 62. 10. *Elevate, Elevate*, idem, et ratio est quoniam non reperitur nisi in hoc libro, et in oratione Habac. quæ canticum est. *Tu Domine clypeus es pro me.*] In oppositione ad verba eorum

qui

qui dicunt, *Non est auxilium* pro me. *Gloria mea.*] Vel clypeus *gloria mea*, id est, animæ meæ, velut in Psal.16.9. *Gloria mea gaudebat, etiam caro mea.* Vox *clypeus* bis sumitur. *Extollens caput meum.*] Ut non pudore afficiar, nec cadat vultus meus. *Et audivit.*] Vel, *Audiet me*: In futuro est, sensus est, Fidem habeo quòd exaudiet me, à certitudine spiritûs Prophetiæ. *A monte sanctitatis suæ.*] Id est, monte Moriah, ubi Templum ædificandum erat, & ubi tunc Arca erat in tentorio suo. *Et expergefeci.*] Et non turbatus fui, velut vir in afflictione plerumque est per somnia quando expergefacit. *Nam Dominus sustentabit me.*] Hoc prævideo per spiritum. *Qui seipsos posuerunt contra me.*] Vel, *Bellârunt contra me*, ut in Isa.22.7. *Equites castra ponent ad portam.* *Surge.*] Est Milra, & sic ubique in libro hoc, nisi ubi dicit, *Surge in auxilium meum.* *Benedictio tua est super populum tuum.*] Quòd non morientur in hoc bello.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.3.*

INsurgentes contra me.] Absalom & Israël. *Multi dicentes.*] Hi sunt pessimi, quia Israël dividitur in tres partes; Affligentes, צרים sicut filii Benjamin; alii, Insurgentes, קמי sicut filius Absalom, &c. alii, & pessimi, Derisores, לצים. *Non est salus.*] ישועתה sunt duo signa fœminini, ut in אימתה. *Selah.*] Dicunt multi quòd significat Vincere. Alii, quòd nihil significat; sic qui interpretatur Psalmos propter incircumcisos: sed sensus est באמת. *Non est salus ipsi in Deo in veritate*, vel, *Amen.* *Gloria mea.*] Dando mihi gloriam Regis, vel quia Victor semper habet gloriam. *Clamavi ad Dominum voce meâ.*] Licet non exibam ad pugnandum; sic 2 Sam.18.3. *Sis nobis adjumento ex civitate*, scil. per preces tuas. *Monte sancto.*] Quia Arca ibi erat antequam erat ædificatum Templum. *Dormiebam.*] Nocte bellum subsequente למחרת המלחמה Dicunt aliqui quando alicujus fortuna cadit, מזל ipse videtur dormire ex dolore.] שותות à שתון fundamenta, sicut Isa 22.7. vel retia. Denotat firmum propositum in adversariis cum calliditate. *Salus Domini.*] Tunc apparuit omnibus. *Super populum tuum.*] Dicit *tuum* de illis qui pugnabant pro Davide: conspiratores enim non erant Dei populus. *Sit*, vel, *erit benedictio.*] Est prophetia vel oratio, התנבא. *Super.*] ב in לחי deficit.

Sect.3. *Ex Midrash in Psal.3.*

COnjunctus est hic Psalmus priori de Gogo, quia Absalom intendebat majus malum Davidi, R. Jacob. bar Acha. *Psalmus Davidis.*] Cecinit quando ascendebat montem & flebat, 2 Sam.15. sicut Rex iratus cum filio mittit eum in exilium, & post eum mandat pædagogum filii, qui invenit illum flentem propter exilium, & cantantem, quia non ad mortem condemnatus erat; sic David flevit, & Psalmum cecinit. *Quomodo multiplicati sunt?*] Si alter accepisset regnum, & afflixisset uxores meas, magna esset tribulatio; sed quia filius meus hoc fecit, O quàm multiplicati? Quis potest sustinere? ut in Psal.55. *Si inimicus esset, &c. Sed est tu, familiaris meus, &c.* רבים] Id est, statura grandi, ut Shobac erat sicut *Cedrus Libani*, שובך Isa.10. & Goliath. *Elevas caput meum.*] Per manum Nathanis, qui dixit, *Non morieris*, 2 Sam.12. quia ante flevit, declinans caput suum, sicut mos erat in fletu, Isa.58. Gen.4. *Nónne est elevatio*, nempe capitis! *Vel multi.*] De Gentibus. *Clypeus.*] Id est, patrum nostrorum. *Elevator capitis.*] Numerat me inter servos suos, ut in Exod.30. כי תשא ראש summam vel capita; & in Gen.40. *Levavit caput*, vel numeravit inter servos suos. *Dormiebam.*] A spiritu prophetiæ. *Experrectus sum.*] Per manum & consilium Hushi, 2 Sam.15. *Non timeo.*] Sicut dixit Moses, Deut.20.1. *Vidisti currus, & equos, & populum numerosum præ te, ne timeas, &c.* *Surge.*] Repetit hoc vocabulum quinque vicibus in primo libro Psalmorum: quatuor respondent ad quatuor Monarchias, & quintum ad Gogum, R. Phinehas in nomine R. Hoshaiah.

Sect.4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.3.*

DIcentes de mea anima.] Dicunt quòd peccatum Bathshebâ commissum erat crimen inexpiabile. *Elevans caput.*] Per pœnitentiam [opposit. ad illud in Isa.58. *Incurvans caput*, nempe in mærore.] *Salus.*] Absque armis, בלי זין

Sect.5. *Ex R. Sel. in Psal.3.*

NOn est salus.] Quia peccavit cum uxore proximi. שתו] à שאיה] Desolationem. *Dormiebam.*] Ex dolore. רבים] Id est, viri nominis in sapientia, divitiis, & staturâ, sicut filii Rapha gigantis. *In maxilla*, vel *ore.*] Quia Ahitophel ore suo dedit præcepta familiæ suæ, & suffocavit seipsum, Derash. Vel plaga oris est plaga ignominiæ, Micah 5.1. *Judicem Israelis in maxilla percutiunt*, R. David. *Dentes.*] Fortes: ut in Cant.4. *Dentes tui*, in R. Sol.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.3.*

SAlus.] ישועתה Duo sunt: Jon.2.9. *Salus est Domini.* [*Obs.* Deus salvat ubi nulla est spes.] *Sum experrectus.*] Forsan à Prophetia in somno: Tria sunt in Scripturis, duo defectiva, ג׳ב׳ חס׳ Jer.31.26. *In hoc experrectus sum*, Psal.139.18. *Adhuc sum tecum.* *Decem millibus.*] מרבבות Duo sunt, Deut.33.2. *Decem millibus Sanctorum.* [*Obs.* Multò plures sunt nobiscum quàm contra nos.] *Benedictio tua.*] Duo sunt, Gen.27.35. *Frater tuus cepit benedictionem tuam.* [*Obs.* Divinam benedictionem nemo tollit, non sic humanam.]

Sect.8. *Ex Auth. Al. in Psal.3.*

PSalmus Davidis.] Vel Davidi, Psalmus inspiratus in eum, Gr. *Quando fugiebat.*] Fuga hæc durabat sex mensibus, Hieron. ex tradition. Heb. *Multi.*] Vel magnates dicunt. *Non est ullum auxilium propter eum in Deo.*] i. arg. ab eff. *Selah.*] ἀεὶ διαψαλμός, Gr. *Nullum auxilium.*] Dicebant quòd per Absalomum periret funditus. *Ego dormiebam.*] Id est, fere dormiebam (2 eff. fugæ. v.2. vel 2. divers.) ad mortem, somnum perpetuum. *E sancto monte*, vel *è monte sanctitatis suæ.*] V.4. 2. caus. experi. id est, à divino Oraculo in propitiatorium. Ita ut hic Psalmus contineat orationem Davidis propter liberationem. *Cubui & dormivi.*] Quando persequebatur per Absalomum, ab eff. 3. arg. in oratio. *Surge, Domine, & salva me.*] Ab Absalomo. *Dentes improborum fregisti.*] Ut non damno afficiant me: & dixit, *Fregisti*, id est, tempore præterito, & priori experientiâ David movet Dominum, v.7. caus. 4. arg. *Esto benedictio tua in populum tuum.*] Ad elevandum illum supra inimicos suos.

Sect.9.

Sect.9. *Ex Ital. in Psal.3. Davidi A. MS. Bodleian. Oxonien.*

N*Eginoth.*] Instrumentum, aut tonus, Ital. *Selah.*] Significat *la veritá*, & vox cum corde erat elevata, Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.3.*

Αντελάβετο] Justinus, Æthiop. Psalt. Arab. *Suscepit me.*] Ut ante dixit, *Susceptor meus*, à מגנת fortitudo, & durities cordis, in Lament.3. לחי *Sine causa.*] Vulg. Gr. quia patienter dedit maxillam percutientibus.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.3.*

Q*Uando fugiebat.*] Titulus non est in Syr. Cod. *In Deo*, vel, *In Deo tuo.*] Syr. סלה ܣܠܗ non est in Syr. in ver.5. *Selah*, vel, *In aeternum.*] Syr. לעלם, ܠܥܠܡ in MS. Flor. ܠܥܠܡܝܢ לעלמין, & in MS. reliquis prædictis, ut in impress. Cod. Paris. *Laus decet te Domine.*] Syr. MS. sed non in impress. Cod.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.3.*

NOn est titulus (apud Nebiensem, vel Rom.) hujus Psalmi, seu cæterorum. *Gloria mea.*] Quia habitavit Deus inter Israelitas in sancto sanctorum, Mid. Til.

1 *In finem in carminibus. Psalmus*

PSAL. IV.

2 *CUm invocarem, exaudivit me Deus justitiæ*
meæ : in tribulatione dilatâsti mihi.
Miserere mei, & exaudi orationem meam.
3 *Filii hominum usquequò gravi corde ? ut quid*
diligitis vanitatem, & quæritis mendacium ?
4 *Et scitote quoniam mirificavit Dominus san-*
ctum suum : Dominus exaudiet me cùm clamavero
ad eum.
5 *Irascimini, & nolite peccare : quæ dicitis in*
cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
6 *Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in*
Domino. Multi dicunt : Quis ostendit nobis bona ?
7 *Signatum est super nos lumen vultus tui Do-*
mine : dedisti lætitiam in corde meo.
8 *A fructu frumenti, vini, & olei sui multi-*
plicati sunt.
9 *In pace in idipsum dormiam, & requie-*
scam;
10 *Quoniam tu Domine singulariter in spe con-*
stituisti me.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 4.*

P*Ræfecto musicæ.*] Qui præcellebat in cantu : & nullo loco invenies, Cantori ; semper autem, *Præfecto musicæ* traditi erant Psalmi : erant enim qui præcellebant in instrumentum Neginoth, alii erant qui præcellebant in instrumentum Sheminith, &c. & inter eos erant toni diversi ; magna sapientia erat, & excitabat animam sapientiæ ; velut Maschil, & Alamoth, & Mictam, & Shigaion, & Nechiloth, & Gittith, & non certè novimus utrum cum voce simul & instrumento canebant, tamen scriptum est, *Musici canebant, & tibicines tubis clangebant*, 2 Chron. 29. 27. jam verò musici erant Levitæ, & tubæ in manibus erant Sacerdotum, velut in Numb. 10. 8. *Sacerdotes filii Aharonis tubis clangent. Deus justitiæ meæ.*] Dicit *justitiæ*, quoniam secum jus erat, injuria verò cum Absolomo, & omnibus Israelitis, in quorum rebellionem, velut prior, sic compositus erat hic Psalmus. *Dilatâsti me.*] Hoc in Prophetia dictum est, id est, tam certò facies, quasi jam factum esset, vel futurum pro præterito. *Filii virorum.*] Id est, viri summæ dignitatis, sic in 1 Sam. 26. 15. *Nonne vir es?* איש Non est in Cod. Cremon. *Vertetis gloriam meam in ignominiam?*] Id est, animam meam, vel regnum in ignominiam, opprobrio afficientes me, & dicentes, *Nulla salus est pro eo in Deo suo*, velut in Psal. 3. 2. *Et quæretis post mendacia.*] Id est, post regnum Absolomi quod deficiet, sic in Isa. 58. 11. *Cujus aqua non deficiunt*, idem, יכזבו *Eum qui sanctus est*, vel, *Eum qui misericors est ei qui malum rependit ei.*] Ita vox חסד significat, & ita benignus erat David in Saul qui eum persequebatur. *Jehova exaudiet quando inclamavero ipsum.*] Et eripiet me ab hac persecutione Absolomi. *Commovemini.*] Deum timete qui me Regem selegit. *Ne peccetis.*] Ampliùs per rebellionem. *Cogitate*, vel, *Loquimini cum corde vestro in cubili vestro.*] Dicit, *In cubili vestro*, tunc enim à mundi negotiis homo liberrimus est, & dicit, *Cogitate*, quia cogitatio cordis est verbum mentis. *Et quiescite*, vel, silete, à dicendo, vel, agendo contra me aliquid, sic *tempestas fit tranquillitas*, in *Psal.* 107. 29. idem; sic *substitit sol*, in Josh. 10. 12. Non est in Cod. Cremon. *Sacrificate sacrificia justitiæ.*] Id est, propter peccatum rebellionis, & convertite ad Dominum ; & dicit *Justitia*, non sicut improbi, qui sacrificant sacrificia, & tunc iterum ad peccata sua revertunt. *Fiduciam habete in Domino.*] Et non in robore vestro, & multitudine, quoniam multi estis cum Absolomo. *Attolle lucem faciei tuæ.*] Non ut illi cupiunt videre bonum in ruina mea. *Majorem post tempus quo frumentum eorum crescebat.*] Id est, mihi malum rependunt, ego verò gaudio afficior in prosperitate eorum, Chald. *Et cubabo, simul & dormiam.*] Id est, simul cum illis pacem desidero, quanquam rebellant contra me. *Facis ut securè habitem.*] Id est, in nullo alio nisi in te tantùm fiduciam habeo, ad componendam pacem inter me & illos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 4. למנצח] Id est, qui excellit, & est Præfectus aliorum in musicâ, מנצח. *Super Neginoth.*] Est concentus Poëticus initium Psalmi, sicut Hammaaloth, Alamoth, Maschil, Jonath, Elem, &c. Vel aliqui dicunt נגינות Id est, Duobus tonis. *Deus justitia.*] Vel, judex & prima causa manifestam faciendi meam justitiam. *Filii* איש] Id est, viri superbi cordis in juventute eorum, loquitur de adjutoribus Absolomi, R. Mosh. Hacohen. הפלה] Id est, manifestavit palam eum qui sanctus est. רגזו Id est, *Timete.*] Deum, & ne gloriam despicite

meam, quia Rex requiret derisionem à manu derisorum. Vel *ne peccate.*] Id est, ut scribunt aliqui, ne exeat cogitatio mendax in actum: sed non est rectum, quia etiam peccatum est in *corde*, ut Psal. 15. *Loquitur veritatem in corde*, & in Prov. *Cor cogitans mala*, quia cor est principale, lingua est interpres. *Silote.*] Et ne loquimini mendacia in die. *Sacrificia justitia.*] Id est, שלמים pacifica facta in Eucharistiam, non propter peccatum, [עולה est oblatio propter cogitationem malam quæ ascendit in cor] sed gratias agite Domino qui collocavit præsentiam suam inter vos: ad illud respondeo, in Psal. 51. עולה est respectivè ad Reuben & Simeon, & distinguitur à sacrificiis justitiæ. *Quis ostendet nobis bonum?*] Dixerunt de Davide, & servis ejus, quando fugiebant, quod nemo potest ostendere illis bonum. נסה pro נשא He pro Aleph, & Samech pro Shin, in Numb. 6. 26. *Elevet faciem suam*, idem, sic קמש & קמץ pro ש media litera abscondita, עליצי sic in *Job* 4. 2. הנסה R. David. *Posuisti—à tempore.*] Gaudeo ego in eorum prosperitate, licèt illis non placet mea. [Ecce cor Davidis invidiâ vacuum.] יחדו Id est, una cum illis. *Tu qui solus es.*] Ut Deut. 32. 12. *Dominus solus duxit illos.* Vel *tu solus habitare me facies.*] Licet illi fruantur prosperitate, tamen non habitant in eâ. [Prosperitas impiorum est pro momento, Job 20.] לבדו Cum Lamed, vel absque, ut לבטח

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 4. Deus justitia mea.*] Ad te spectat respondere, & judicium pro me facere, quia ego de Jehuda orior, & in Deut. 33. *Orat Moses, Exaudi Domine vocem Juda.* R. Jehudah. Vel, quia pertinet ad justum judicem facere justitiam. *Dilatâsti me.*] In tribus angustiis in quibus erat David, Prima in negotio sanctuarii, Psal. 131. 1. עונתו *Afflictionis ejus, &c.* in hac dilatavit illum, & monstravit locum, 1 Paralipom. 21. 1. Dixit David, *hac est domus Dei.* Secunda in negotio Uriæ, De quo dixit Nathan, 2 Sam. 12. *Non morieris.* Tertia in negotio regni & successoris, cui dixit Deus, *Solomo filius tuus regnabit post te. Respondet mihi.*] Non est sicut caro & sanguis, exaudiens divitem, non pauperem; aut volens aliquando & non potens, sed facit quicquid vult: deinde caro & sanguis longè est aliquando, Deus verò propè, & audit omnem hominem, qui ἐν τῷ κρυπτῷ orat in Ecclesiâ, לוחש תפלתו עומר אחר עמוד stat-que ponè columnam unam, devotus sicut Hanna, 1 Sam. 1. *Vanum.*] Dicendo, quod Deus dereliquit me à Ruth Moabitissâ oriundum. *Loquimini cum corde.*] Quod vos omnes orti estis à duabus sororibus lege prohibitis [nempe Rahele & Leâ.] *Irascimini.*] Contra concupiscentias carnis, & ne peccetis, [ita hæc vocatur alibi ἀγαθὸς ?,& ?.] *Quis ostendet nobis?*] Prosperitatem quam habet Israel: sunt verba Gentium. *Lumen vultus.*] Id est, salus, in Psal. 80. 8. ונושעה *Illumina nos, & salvi sumus. Gaudium in in corde.*] Si Gentes prosperè vivant, quia obediunt septem præceptis filiorum Noa, Gen. 9. quanto magis Israel, qui habet 613. præcepta. Si canes satiantur, multo magis filii. [utitur hoc proverbio in Mar. 7. κυνάρια, &c.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 4. Dilatâsti.*] In bello cum Leone, Urso, & Goliath. *Mendacium.*] Favor Saulis, ut in Psal. 62. *Viri sunt mendacium. Sanctum.*] David, sicut in 1 Sam. 15. *Quæsivit Dominus virum secundū cor ejus. Timete.*] Cum fuero Rex, in manu mea erit hastas amentatas retorquere. *Loquimini in corde.*] De voluntate Dei per manum Samuel. *Sacrificia.*] Cor contritum, sicut in Psal. 51. *Spiritus contritus.* [S. Aug.] *Dedisti lætitiam.*] Gavisus sum ego in prosperitate eorum, & unà יחדו cum illis dormiam in portu pacis, post mortem Saulis extra tela & pulverem positus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 4. Filii viri.*] Abraham, Isaac, Jacob, sicut Gen. 20. De Abrahamo, *redde viro* איש *uxorem ejus*; De Isaaco, *Gen.* 24. *Quis est vir ille?* De Jacobo, Gen. 25. *Vir integer*, Midrash Tillin. *Gloriam in ignominiam.*] Dicentes per modum opprobrii, *filius Jesse*, 2 Sam. 10. 30. *Filiū Jessead ignominiā tuam.* Mid. Til. *Justitia.*] Facite fructus bonorū operū, quę placent Deo, sicut sacrificia. *Quis ostendet nobis bonum?* Quando Israel vidit nationes mundi in prosperis, dixit, Quis ostendet nobis similem prosperitatem? Attamen dicit David, Psal. 37. 1. *Ne invideas, &c. Attolle.*] Sicut insigne, à נס. *Lumen vultus.*] Præsentiam divinam in templo, sicut Ezech. 43. *Lux gloria intrabat in Atria sancta.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 4. Audiet.*] Davidem quando orat. *Loquimini cum corde.*] Dicite orationem ex corde: sic *Abraham locutus est cum Deo*, Gen. 18. *Silete.*] Habete in memoria diem mortis & silentii, Psal. 94. 7. *In silentium*, id est, sepulchrum. *Sacrificia.*] Domate concupiscentias יצריכון & æstimatur ut sacrificia.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 4. Super Neginoth.*] Vel, in canticis. Tria sunt plena, Psal. 6. *Ne increpa me, &c.* Psal. 69. 12. *Cantiunm fui ebriorum.* התפלה non est amplius cum He. *Ne peccate.*] Timor Dei cohibet peccatum. Duo sunt. Alter locus, Exod. 20. 19. *Timorem ejus, ne peccetis. Leva.*] נסה Duo sunt, unus est scriptus נסה; alter שא.

Sect. 8. *Ex A. Anth. in Psal. 4.* Psalmorum liber quæcunque utilia sunt in omnibus Scripturæ libris continet: primus Psal. de homine Dominico, ut secundus, tertius de somno mortis ejus, & resurrectione, & in hoc quarto sunt verba hominis Dominici, S. Aug. *Super Neginoth.*] Super cantica, vel instrumenta cantus, Gr. vel, Epinikion, post victoriam, super Psalteria, vel Lyras, Psalmus Davidis, Gr. Psalmi dicuntur qui cantantur ad Psalterium, S. Aug. *Quousque vertetis gloriam meam?*] Deum qui est gloria mea, 1 Cor. 1. *Glorietur in Domino.* Vel, religionem meam; Vel, linguam meam in canendo Psalmos; Vel, calamum meum in scribendo eos. Vel, *quousque gravati cordis eritis.*] Id est, tardi corde ad credendum post Filii adventum, S. Aug. ut Luc. 24. & Mar. 16. σκληροκαρδίαν, Heb. 5. νωθροί. Dividunt vocem Hebræā לכלמה לב למה pro לכלמה *Cognoscite autem Dominum sibi separavisse eum qui sanctus est.*] Vel, mirabilem efficit, (Gr.) in resurrectione sua. *Eum qui sanctus est.*] Id est, Christum sanctum suum, Psal. 16. S. Aug. quem suscitavit ab inferis. *Separavit.*] Ut esset Servator noster, & Advocatus, ver. 3. 1 Joh. 1. παράκλητον. *Dominus exaudiet eum inclamavero ipsum, vel, in ipso.*] In nomine ejus, Joh. 16. *Solah.*] In Hebræo, *fiat*, in Græco Diapsalma, est in psallendo silentium, S. Aug. *Irascimini, & ne peccetis.*] Gr. Et Apostolus hunc locum citat, ut mansuetudinem disceremus, absque ira temeraria, quæ erat in hostibus Davidis; & idcirco cogitatemus cum animis nostris antequam loquamur, in Ephes. 4. 26. Vel, irascimini de præteritis peccatis, S. Aug. *In cubilibus.*] In cordibus

bus. S. Aug. *Silete.*] 1. eff. silentium extinguit iram. *Offerte sacrificia justitia.*] 2. eff. incarnat. Christi, preces & laudes, celebrantes justitiam Christi, sic in Heb. 13. 15. *Vitules labiorum nostrorum, gratias agentes nomini ejus*, θυσίαν αἰνέσεως. Vel, seipsum puniens Deo mactet, S. Aug. *Multi dicunt, quis ostendet nobis ullum bonum?*] A dissimil. *Multi dicunt pone super nos lucem faciei tua, velut vexillum.*] Gr. Id est, multi in verbis orabant propter bonum. *Signatum est.*] Ut denarius Regis imagine, S. Aug. *Posuisti autem letitiam in corde meo.*] Dicit, *In corde*, opposit. ad dicta eorum, *Multi dicunt, &c* à minori vers. 7. 3. eff. incarn. & 4. eff. vers. 8.

Sect. 9. *Ex Ital. in Psal.* 4.

De conjuratione Absalomi, Ital. *Prafecto musica.*] Psalmi hi erant cantati in Ecclesiâ ab omnib' Musicis, & ab uno præfecto; quando dicit Psalmus, id est, instrumento sine voce; quando dicit, Psalmus & Canticum, dicit cum voce etiam, quando est Canticum & Psalmus, tunc instrumentum incipit, & vox sequitur, Ital. præfat. *Graves corde.*] 2. A. M. Vulg. sicut in Græc. *Habete compunctionem.*] A. M. רמו à נרמה *Excisa est mater tua*, Hos. 4. *Irascimini, & nolite peccare.*] 2. A. M. Gall. Vulg. sicut in Ephes. 4. vel irascimini vobiscum, & domate concupiscibile, Ital. Annot. sic in 2 Corinth. 7. *Quam indignationem, &c.* *Bonum.*] Ut simus liberi ab hac persecutione, Ital. *Una.*] Id est, cum inimicis.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 4.

Dormite.] κατανύγητε, Sep & ne male cogitate. He. רמו in Rom. 11. *Soporis*. *Exaudivit.*] Vulg. Gr. ענני Mos est loqui aliquando ad Deum, quandóque de illo; ut Deut. 32. *Jesurun recalcitrat*, & sequitur, *Pinguis facta es.* *Solus.*] Κατ' ἰδίαν, Sept. Vulg. *Levatum est ut signum.*] à נס Gr. Vulg. *Qua dicitis?*] Id est, non debetis liberè cogitare quodlibet, ut Job 1. *Maledixerunt in cordibus.* *A fructu frumenti.*] Gr. Vulg. מעת tempus fructuum.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 4.

Titulus non est in Syr. Cod. *Deus redemptor justitie mea.*] Id est, proferens tanquã *Meridiem justitiã meam*, velut in Ps. 37. 6. Syr. פרוקא ܦܪܘܩܐ [*Obs.* Innocentia sæpenumerò est captiva, sed Deus redimit eam.] *Et procuraturi eritis mendacium?*] Quod decipiet vos, nam Absolom non regnabit. *Dominus separavit sibi unum cum admiratione selectum.*] Arab. Syr. Id est, Solomonem, cui Deus admirabilem dedit sapientiam, Syr. בתדמורתא ܒܬܕܡܘܪܬܐ Heb. פלא à הפלה *Exaudiet eum.*] Quando precabatur in dedicatione Templi, & quando propter sapientiam orabat, eum exaudivit. *Commovemini.*] Et ne peccetis in Deum qui Solomonem elegit; vel, *timete Deum & Regem*, ut in Prov. 24. *Quiescite*, vel, *cogitate super cubilia vestra.*] Syr. דנו ܕܢܘ *Sacrificate.*] Animalia in hilaritatem in unctione Solomonis, sicut pro Absolomo, 2 Sam. 15. & pro Adoniahu, 1 Reg. 1. *Quis ostendet nobis bonum?*] Dicebant, quomodò salvabit nos hic Solomon? Sicut dixissent de Saul. *Expande super nos.*] Syr. נפרוס ܢܦܪܘܣ Heb. נסה velut נס *Velum*, vel, *vexillum amoris*, Cant. 2. 4. *Lucem facies tua.*] Ut salvi simus. *Simul.*] Id est, non solùm cubabo, sed etiam dormiam, quod multi facere non possunt.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 4.

Deus justitia mea.] Qui nôsti justitiã meã. *Graves corde.*] קלובכם قلوبكم Ara. Ne. ثقيلي القلوب Arab. Ro. תקילי אלקלוב Gr. Id est, νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, Heb. 5. *Pigri auribus*, inobedientes. *Irascimini & nolite peccare.*] Arab. Gr. neq; date τόπον τῷ διαβόλῳ, id est, calumniatori, qui calumniis suis incitat iras, ut in Ephes. 4. pœniteat vos (quando soli estis in cubilibus) cogitationis vindictæ, cogitate & silete, vel compuncti estote, Arab. אנדמוא اندموا ut in Ps. 35. רמו. *Una.*] In adversis ego dormio securè, sicut illi in prosperis, Psal. 127. 3. *Sic dabit dilectis somnum*, Arab. Neb. מיעהם ميعهم & Petrus dormit securus in carcere, Act. 12. *Vel propter pacem ipsorum omnium.*] Quia omnes illi unà vivunt in pace & abundantia, non solum non invideo, sed lætor cum illis, לגמיעהם لجميعهم Arab. Non majus est mihi bonum, *Illuxit Dominus* in me, Arab. اضا

---

1 *In finem pro ea, qua hæreditatem consequitur, Psalmus David.*

PSAL. V.

2 *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.*

3 *Intende voci orationis mea, Rex meus & Deus meus.*

4 *Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam.*

5 *Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

6 *Neque habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injusti ante oculos tuos.*

7 *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

8 *Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordia tua.*

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9 *Domine deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.*

10 *Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.*

11 *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant; judica illos Deus,*

Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine.

12 *Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt : & habitabis in eis.*

13 *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo.*

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronâsti nos.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 5.*

S*uper Nebiloth.*] Instrumentum est uti (aiunt nonnulli) stridorem faciens, velut sibilatio verborum, R. Ajai. Dicunt Rabboth. hunc Psalmum compositum esse de Doeg, & Ahitophel. *Rex mi.*] Ideóque rectissimè te inclamo propter auxilium. *Deus mi.*] Vel, Judex mi : Judices enim *dei* appellantur, Exod. 22. הקשיבה Poal יוצא. *Et speculabor.*] Expectaus responsionem tuam, ut in Hab. 2. 1, 2, *In specula mea expectabo, &c.* Non est in Cod. Cremon. *Non delectaris in improbitate*] Ideóque necessariò odio habebis inimicos meos, nam improbi sunt ; & רע est nomen substantivum. *Stultus non consistet coram oculis tuis.*] Id est, non pones oculos tuos in eum, nec respicies eum ; & dicit, *Destrues, abominabitur*, mutando personam pro more linguæ. *Quod autem ad me spectat, ingrediar domum tuam.*] Odio habes illos, non me tamen. *Templum sanctum tuum.*] Locum ubi Arca erat, ubi Deus habitabat ; & dicit, *Adorabo ad Templum*, id est versùs sanctum ponit faciem suam. *Deduc me in justitia tua.*] Id est, in via recta ; & ait, *Deduc me*, ut non titubem. הישר Jod Pe Happoal movetur præter morem quiescentium Pe, sic הוצא. *Propter inimicos meos.*] Vel, observatores meos, ut videant, quando malum super me veniet, velut in 1 Sam. 18 9. *Figebat Saul oculos in Davidem. Sepulchrum apertum est guttur eorum.*] Id est, per verba blandientia gutturis eorum faciunt, ut cadant homines in cogitationes suas, velut in sepulchrum : & ait, *Guttur*, velut in Isa. 58. 1. *Clama in gutture tuo:* & multæ literæ verborū sunt gutturales, quæ sine *gutture* pronunciari non possunt, velut A. H. &c. Item, quoniam guttur via est ad interna, quæ sepulchro assimilat, idcirco ait, *Guttur eorum.* *Destrue eos, O Deus.*] Chald. Vel, *Reos fac istos.*] Ut conscientia eorum accuset eos, & ut intentiones eorum fiant peccatum. *Nam rebellârunt in te.*] Dixisti quòd Rex fuero, & hi oppugnant. יעלצו Ain & Lamed cum Sheva. *Quoniam protegis eos.*] Velut per Tabernaculum, ut nihil damno afficiat eos. ועטרנו in Cal.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 5.*

אל] Sicut על sed non mutantur, nisi solummodo literæ Ehevi, אהוי, & Samech cum Shin, non Ain cum Aleph. הגיגי] Duplex Gimel, ut in זנוניה. *Mane.*] Id est, omni mane. *Rex meus.*] Non habeo Regem alium ad supplicandum ei. *Non delectaris in impio.*] Sicut מלכי terræ delectantur, R. Sol. *Derisores non stabunt.*] Sicut stant ante מלכי terræ, ut lætos eos faciant, כמשפט מלכי, ut de Achish insinuat, 1 Sam. 21. & dicit, *stabunt* more servi coram Domino suo. *Versus Templum.*] Cœlum. *Inimicorum.*] Qui observant me, à שור observare, ut Num. 24 17. *Videbo illum, &c.* *In ore ejus.*] Id est, in ore uniuscujusque, כל אחד. *Pars intra.*] Cor. *Nequitia.*] Sic dicta, quasi quam in actum cupit educere, ab הוה id est, אולי תהיינה. *Sepulchrum apertum.*] Quod est periculosius quàm clausum, האשימם.] Ab אשם vel, Aleph pro Jod. ותסך] Ex verbis geminatis, Samech sine Dagesh, ut הקל. תעטרנו] In Cal. vel forma נוסף R. David.

Sect. 3. *Ex Mid. Tillin in Psal. 5.*

Super Nebiloth.] De eo quòd Israelitæ hæreditate accepissent שנחלו Idolum Vituli, Exod. 32. sicut in Lege dictum est, Numb. 21. 20. à *Mattanah*, ubi dedit eis Legem ad *Nahaliel*, donec possidebant Deum alterum, נחלו אל ut in Exod. 32. *Hi sunt dii tui, &c.* & à *Nahaliel* במות *Bamoth*, id est, mortui sunt per Angelum mortis, במות in Num. 14. & in valle, הגיא mortuus est justus ille Moses, Deut. 34. 5. Vel dicit, *Nebiloth*, quia possidebant Deum verum, in Deut. 26. האמרת &c. Vel, *Super hæreditates.*] In plurali, quia Deus est portio populi sui, & populus Dei. Vel, *Super fluminibus.*] Quæ dedit Deus populo in deserto, Num. 21. הבאר sicut uxor quæ discedit à domo patris ad domum mariti per *Barcam :* ait enim Psalmus, *Ambulabant in navibus super flumine*, בצוות à צי Vel de sanctuariis quæ vocantur נחלה *hæreditas*, in Deut. 12. sicut in flumen descendit aliquis immundus, & ascendit mundus, sic in sanctuarium. Vel, *De hæreditate bonorum cœlestium.*] להנחיל יש in Prov. 8. *Hæreditare substantiam:* idcirco amici Dei sunt pauperes, quia non occupantur in rebus terrenis. Dixit R. Samuel, sunt quatuor Psalmi pro Adamo aptissimi, primus est 24. *Terra est Domini*, quia propter Adamum creata erant omnia. Alter, Psal. 19. *Cœli enarrant*, quia Adam vidit cœlos primò. Tertius, Psal. 92. 1. *In die Sabbati.* Quartus, *Super Nebiloth*, quia erat Adam primus mundi Dominus. Vel, super hæreditate regni terrestris & cœlestis, R. Samuel bar Nachmani : est נומדיק de 5. libris Mosis. *Pauper sum.*] Dixit David, 1 Paralip. 29. *In paupertate mea preparavi*, id est, afflictione mea, *pro domo Dei.* *Ausculta.*] Contra Babel, &c. R. Jehudah exponit hoc de quatuor Monarchiis. De Edom dicit, *Rex mi & Judex*, propter tot decreta quæ decrevit Edom ad destruendum cultum Dei. *In impio.*] רשע id est, Deus non delectatur in morte peccatoris, Ezech. 18. & in vexandis creaturis בחייבן sic in 1 Sam. 15. *Vexabat eos*, Idē, *Malum non habitabit tecum.*] Sed malum stat à longe, est *opus alienum*, Isa. 28. & Angelus mortis venit de longinquo; sicut dicitur, *Veniunt vasa iræ de terrâ remotâ*, Isa. 13. 5, R. Berechias in nomine R. Levi. Tres legiones ambulant ante Dominū benedictum, Justitiæ, Ignis, Pestis, sed Justitia est proxima, reliquæ remotiores. *Insani.*] Quorum cor plenum est *insaniâ*, Eccles. 9. vel, à יללה causant lamentationes in mundo, vel homines mixti, non sinceri, & ἀνυπόκριτοι, à מהל *Mixtum aquis*, Isa. 1. *Loquentes mendacia.*] Ut Balaam, Doeg, Ahitophel, Gehazi, non habent sortem in seculo futuro. *Destrue.*] Loquitur de Nebuchad, qui conversus erat in bestiam : & tunc in uno versu comprehendit epitomen totius libri Psalmorum, *Ego laudo & magnifico regem cœlorum, cujus opera sunt veritas, &c.* & dicit David Psal. 147. *Lauda Deum tuum ô Sion*,

ô Sion. Et Moses, Deut. 32. *Perfectum est ejus opus:* tamen respuit Deus personam, & laudes Nebuchadnez. R. Berechi. in nom. R. Helbo. *Lætabuntur omnes sperantes in te.*] R. Zabdi ben Levi legit hunc Versum, in hora mortis & discessûs ab hoc mundo. R. Josi bar Phineas, istum in Psal. 32. *Omnis sanctus orabit, &c.* Alius, istum in Psal. 84. *Dies una in atriis tuis, &c.* R. Josue ben Levi: Alius istum in Psal. 31. *Quam multa est bonitas tua, &c.* *Sicut clypeo.*] Benedicit Deus justo, & etiam facit circa eum clypeum, ne perdat benedictionem per latrones, vel raptores.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 5.*

Verba mea.] In 1 Sam. 26. 18. *Quare Dominus meus persequitur servum ejus?* *Meditationem.*] Quando per me stabat quo minus servi mei non occidebant Saul, 1 Sam. 26. *Expectabo.*] Ut liberes me ex manu eorum, à צופה in Ezech. 3. *Impius.*] Doeg, licèt detentus erat coram Domino, 1 Sam. 21. *Stulti.*] Ziphit. qui quærebant honorem à Saul. *Loquentes mendacium.*] Sic 1 Sam. 23. *Nónne abscondit se inter nos?* & Doeg, 1 Sam. 22. *Consilium cepit pro Davide, &c.* *Guttur eorum.*] Deglutire divitias. *Destrue eos.*] Vel adde peccatum peccato eorum, אשם in Psal. 51.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 5.*

Nehiloth.] Id est, contra flumina *Belial* hostes *Israel*, à נחלי בליעל in Psal. 18. Targum סיעת. seu à נחלה Derash. *Meditationem meam.* Quando loqui non possum, Derash. [Consolatio est hæc oranti in corde sicut Hannah, 1 Sam. 1.] *Intende.*] כל בינה in scripturâ habet accentum sub Nun, sed hæc vox habet sub Beth, & alter in Job, Midrash, Masora. *Dirigam.*] In ordine sicut holocaustum, seu panis propositionis in mensa sancta. [Cavete à battologia.] *Stulti*, vel, *insani.*] In Mishneh. *Non habitat tecum.*] יגורך ר ל׳ אצלך [Ne habitet peccatũ ut rex in te.] *Vir sanguinũ.*] Esau & semen ejus, עשו. seu, Doeg. *Misericordia.*] Non cum Minchah, oblatione. [Misericordia est supra sacrificia.] *Inimicos.*] Qui observant me, & lapsus meus erit illis in lætitiam, sperantes me à Deo relictum iri. *Sepulchrum apertum.*] Deglutire labores aliorum, sicut cadaver à sepulchro. *Justus.*] Jacob, & semen ejus. *Coronabis.*] 1 Sam. 23. 26. עוטרים idem sensus. [Favor Dei est corona.] *Clypeo.*] Circuit tres partes hominis.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 5.*

Inimicos.] Vel, adulatores, qui me laudant, רושבחי Heb. à שיר

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 5.*

Super Nehiloth.] Vel, hæreditates in Canaan, seu, in templo. Tria sunt cum אל cætera cum על Deut. 12. 9. *Non adhuc ventum est ad hæreditatem*, in Judic. 21. 26. *Redibant ad hæreditatem, &c.* *Attende.*] בינה Duo sunt cum accentu in penultima, בּמלעיל Job 34. 16. *Si est intelligentia, audi hoc*, & cum Vau, ובינה Dan. 10. 1. *Habuit intelligentiam*, vel, *Attende visioni.* *Loquuntur mendacia.*] Ab utero; quatuor sunt: tria defectiva, & unus plenè scriptus. Psal. 28. 3. *Loquuntur pacem, sed est mendacium.* Psal. 58. 2. *Errant ab utero.* Plenus, Psal. 63. 11. *Os eorum qui loquuntur mendacia, &c.* *Apertum.*] Quatuor sunt. Jer. 5. 16. *Pharetra eorum sepulchrum.* Num. 19. 15. *Vas apertum*, Job 29. 19. *Radix aperta.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 5.*

Psalmus Davidis super Nehiloth, vel, *Psalmus Davidis in acerbis infirmitatibus.*] à נחלה & חליו Eccles. 5. *Morbus.* Vel, *Psalmus Davidis de possessione regni.*] Gr. Midrash. Vel, *De hæreditate.*] Id est, duodecim Tribubus in afflictione. Vel, *De Ecclesia.*] Quæ accepit hæreditatem vitæ æternæ, S. Aug. *Mane dirigam*, vel, *ordinabo orationem meam ad te, & oculos attollam*, vel, *vigilabo.*] Ita ait S. Paulus, precantes *cum omni precatione, & excubantes ipsi*, in Ephes. 6. 16. adj Tempus. *Ordinabo.*] Velut prælium ordinatur, ita cum Deo luctavit per precationem. Hos. 12. *Potentiam habuit cum Angelo, flevit & oravit.* *Malus non habitabit tecum.*] 1. Caus. vers. 4. Habitare non vult, velut Proselytus, Gr. *Stulti*, vel, *Superbi ostentatores.*] De suis viribus, 2. Caus. *Vir sanguinis.*] Saul, 3. Caus. vers. 6. *Adorabo versus templum sanctum tuum.*] In Christo in quo habitavit Deitas, vers. 7. Templum enim tunc temporis non erat ædificatum, 1. eff. à dissimil. *In justitia tua.*] Id est, in veritate promissi tui, [Caus. 4. vers. 8.] in Deo. *Complana viam.*] Promissionis Regni. *Coram me.*] Vers. 8. *Non est fidelitas in eorum*, vel, *ejus ore.*] Id est, in Saul: sæpe enim dixit quòd injuriâ me non afficeret, tamen progreditur, Vers 9. velut in 1 Sam. 26. 21. *Revertere, fili David, non ampliùs te damno afficiam*, Caus. 5. *Sepulchrum apertum est guttur eorum.*] Per mendacia me devorarent, & abstulerunt vitas Sacerdotum Domini, velut sepulchrum absorbuerunt eos, vers. 9. *Decidant.*] Est Prophetia, non maledictio, S. Aug. Caus. 6. *Circundabis*, vel, *coronabis eum, velut cum clypeo.*] Dicit, *eum*, id est, Davidem, v. 11, 12. 2, 3. eff. ruin. impii. *Bonæ voluntatis tuæ.*] Quæ præcedit nostram bonam voluntatem, S. Aug. *Coronabis.*] Quando coronatus erat Rex.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 5.*

Nehiloth.] Id est, hæreditatum, A. M. Vulg. Gall. vel instrumentum, sic vocatum à sono aquarum, quem imitabatur, *Del acqui*, Ital. à נחל flumen. *Cum clypeo favoris.*] A. M. ut Psal. 91. *Veritas ejus est clypeus.*

Sect. 10. *Ex Gr. Vulg. in Psal. 5.*

Videbo.] ὅ ϕομαί σε, Ethiop. Theodoret. Ut Elias, 1 Reg. 17. coram quo sto, ἐπό ϕει με, Arab. ἐπόϕομαι τὰ αἰώνια, Chrys. videbo cœlestia. *Astabo tibi.*] Vulg. Gr. à ערכי in Psal. 55. *Homo secundùm ordinem meum.* *Domine.*] Κύριε est in Ethiop. & Vulg. *Inimicos.*] Aq. ἐϕοδεύοντας. *Latentur omnes.*] Ethiop. & Arab. Vulg. *Habitabis in eis.*] Vulg. חסך à סוכה ut in Tabernaculo, sic Joh. 1. ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 5.*

Oratio à facie congregationis, quando manè profectus est in domũ Domini, Paris. edit. cit. non est in Syr. Erpen. Impres. nec in Manus. *Præparabo, & visus ero coram te.*] In Tabernaculo manè coram arca, אחחזה Syr. ܐܚܙܐ Heb. אצפה *Stulti*, vèl, *jactatores.*] Syr. שבהרנא ܫܒܗܪܢܐ Heb. הללים ab הלל qui seipsos laudant, ut hypocritæ.

In

In timore tuo, Domine, deduc me.] Syr. Quia timor Dei cohibet peccatum: finis octavi versus est initium proximi. *Complana coram me.*] Ut non titubem, & cadam in manus eorum, dicit *complana*, sic in Zach. 4. *Mons in planiciem*, & in Isa. 40. *In ore illius*, vel, *illorum.*] Syr. Id est, omnium. *Vociferabunt*, vel, *laudabunt te.*] Syr. Id est, voce magna, ut Levitæ in templo canentes. *Protegis*, vel, *habitas super eos.*] Sicut in Isa. 31. *Ut aves volantes*, & ut Benjamin (in cujus portione erat templum) *habitabat securus*, Deut. 33. *Latentur*, vel, *robusti sint in te.*] Syr. Lætitia Psalmorum templi corroborat animum.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 5.

De hæreditate.] Arab. MS. *Dirigam*, vel, *astabo directè coram te, ut videas me.*] Arab. *Sicut oculi servi ad manum Domini*, וחראני وتراني Arab. *Malus* רע] Vir malus, Gr. Arab. Neb. Rom. id est, in cœlestem hæreditatem non intrabit immundus, ut Psal. 15. 1. *Quis habitabit, &c.* האשימם] Id est, judica illos, Græc. Arab. الانعم *Stulti*, vel, *mutantes præcepta tua.*] Miscentes cum illis traditiones vanas, Heb. à מהול in Isa. 1. Arab. نكالغوا נחלפוא *Coronabas illum, seu nos.*] Gr. Arab. applicant ad Christum qui est ille justus in Act. 7. Arab. כללתנא كللتنا

---

1 *In finem in carminibus, Psalmus David, pro octava.*

PSAL. VI.

2 *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*

3 *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.*

4 *Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequò?*

5 *Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.*

6 *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?*

7 *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.*

8 *Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.*

9 *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocē fletus mei.*

10 *Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.*

11 *Erubescant, & conturbentur vehementèr omnes inimici mei: convertantur & erubescant valde velociter.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 6.

In octavum diem.] Diem circumcisionis, Derash. Non est in Cod. Cremon. Hunc Psalmum loquutus est David de ægritudine sua, & de omni viro in ægritudine, velut formam precationis. Dicunt nonnulli quod de Israël in captivitate dicitur, על גלות *Quousque?*] Vel quando erit mihi requies. Chald. *Anima mea etiam conturbata est valdè.*] Cum timore mortis. *Revertere Domine.*] Ab ira tua. אומלל] Toar, licet sit cum Pathac. *Salva me.*] à morte. *Propter misericordiam tuam.*] Non propter justitiam meam, nam peccavi, חייב. *Singulis noctibus facio ut natet lectus meus.*] Dicit, *Noctibus*, tunc enim ægritudo gravissima est. Vel, quoniam tunc homines dormiunt, ut non audirent eum flentem. מי יודה] Quia corpus descendit ad sepulchrum, ut lapis, & non laudat Deum. Cod. Cremon. *Recedite à me omnes qui operamini improbitatem.*] Hoc dicit in ægritudine sua, per Spiritum Prophetiæ, prævidens restaurationem suam. *Dominus accipiet orationem meam.*] Hoc tempore, & in posterum, sicut antè fecit. *Pudore afficiantur omnes inimici mei.*] Sicut, *afficientur pudore*, post restaurationem meam, quoniam mortem meam expectabant. *Revertant.*] Et pacem quærant mecum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 6.

Sheminith.] Instrumentum octo chordarum, vel, Canticum octo tonorum. David composuit hunc Psalmum, quando liberatus erat à morbo suo: vel, de Israële in captivitate, qui est sicut ægrotus, כמו חולים. אמלל] Cum Pathac, ut ait, R. Mosheh, sicut נשאר pro נשארתי in Ezech. 9. *Ossa mea.*] Quæ sunt fundamenta corporis, & dicit, *Sunt turbata*, quasi sensum habuissent, & ponit *ossa*, pro toto corpore, & in proximo versu mentionem facit *animæ*, quæ in corpore turbatur. *Quousque.*] Aspicies, & non sanabis me. *Quis gratias agat?*] Id est, palam, בגלוי & cum aliis. *In sepulchro.*] Captivitate, R. Sol. אשחה] Id est, ארחץ in Targum. R. David. *Lavo cum lachrymis.*] Denotat dolores captivitatis. Lament. 3. 48. *Oculus meus stillat lachrymas, &c.* R. Sol. *Ex invidia.*] Quando video inimicos gaudentes in mea ægritudine. עששה] à עש tinea consumens. *Propter inimicos.*] Qui aperiunt os suum in contumeliis, Lam. 3. 46. quibus dicit David. *Discedite à me.*] Per Spiritum prævidet restaurationem suam à morbo ejus, sicut Jonah, in Jon. 2. *Adhuc addam videre, &c.* *Accipiet orationem.*] Instar holocausti. *Turbentur.*] Respondet ad illud, *Ego sum turbatus.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 6.

Sheminith.] Præceptum circumcisionis est octavum, David dixit, Psal. 119. *Septem vicibus laudabo te*; Id est, ter fecit orationes, legit קריית שמע bis, & bis benedicit cibo, ואכל ומברך שתי פעמי׳ R. Abni in nom. R. Nehem. Ecce 7. & circumcisio est

est octavum, in Isa. 5. *Quia non est statutum*, לבלי חק Circumcisionis ideo descendunt in Gehennam, R. Meir. Vel, *super Sheminith.*] Id est, octo regna, Babel, & Chaldeos, Medos, & Persas, Javan, & Macedon, Edom, & Ishmael, & Ecce octo in Imagine, Dan. 2. Manus & brachia duæ, viscera & ירכתיה duæ, שקוהי duæ, Pedes duæ. Ecce octo, R. Ibo. *Non in ira tuâ.*] Licet in Prov. 3. dictum est, *Beatus est vir quem castigas*, tamen ne sit in ira; *funde iram super Gentibus, &c.* Jer. 10. sicut rex qui jurat transiturum gladium super collo filii, mittitque in vaginam, & sic transit in vagina sine nocumento filii, & tamen implet juramentum, R. Eleazar. *Infirmatus sum.*] Sicut homo à latronibus vulneratus, sic Israel à Gentibus terræ subjugatus est, & oppressus. *Turbata est vehementer.*] Propè ad mortem, tu es medicus; sana me subito, ne moriar. *Confunduntur.*] Ostendit Deus hortum Edenis impiis, ut videant eum, non ut intrent: sic deridet eos Deus, & confunduntur. *Non in furore.*] Quia furor regis est ut nuntii mortis, & furorem Dei nemo potest sustinere. *Lectum meum.*] Uxorem ejus dormientem à latere, אשתו ישנה אצלו, quam non cognovit, licèt purificata erat.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 6.*

Precatur ne peccatum sit causa יגרום cadendi in manum Saul. *In ira.*] Propter peccatum patrum. *Furore.*] Propter peccatum generationis præsentis. *Anima mea.*] Facultates animales. *Os.*] Naturales. *In sepulchro.*] Correctionum, sicut Psal. 116. *Dolores inferni.* *Invidia.*] Propter gaudium inimicorum. צוררי] Sunt illi qui addunt afflictioni meæ, sicut Rabboth ר'ז'ל dicunt, Bos cadit, & multi sunt qui occidunt eum. *Fletus.*] Portæ lachrymarum non sunt clausæ.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 6.*

Debilis.] Sic Neh. 4. 2. *Debiles Judæi.* אשותה à בשותה & שחי abominatio, vel, à שחו Ezech. 47. 7. *Menachem.* *Revertentur.*] In hac vita preces faciunt Idolis, & quando luunt pœnas in Gehenna, revertuntur ad Deum verum, sed non exaudiet illos, quia faciebant illum בטפילה accessarium: sic in Judic. 10. *Ite ad Deos patrum; surgant, & salvos vos faciant*, R. Samuel bar Nachmani in Midrash Tillin.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 6.*

Sheminith.] 8. chordarum כינורא Ab. Ezra.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 6.*

Revertas.] Id est, captivitatem שובה, quinque sunt cum accentu in ultima, in Psal. 127. 4. *Converte captivitatem nostram.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 6.*

Psalmus super Sheminith, vel, *Octavam.*] Id est, octavam ætatem mundi, S. Aug. Vel, Diem octavum: nec mirandũ, quia in fine Psalmi est gaudium de Resurrectione, licet tristitia flet in porta: sic antiqui patres. Hic Psalmus precatio est propter liberationem. *Sana me Jehova.*] Vel, *remitte* manus tuas *super me. Nam infirmus sum.*] 1. Caus. movens, vel, 1. Divers. *Quousque.*] Manebo in hac ægritudine? *In morte nulla est recordatio tui.*] Cum laude. Idcirco Christus resurrexit è mortuis *propter justificationem nostram*, ut Deum laudibus extolleremus, 2 Caus. v. 5. *Defatigatus sum ingemiscendo.*] *Ingemiscebat Christus*, Joh. 11. in re Lazari, &c. 3. Caus. v. 6. *Ira.*] Suà, an Dei, S. Aug. *Recedite omnes qui operamini iniquitatem*] Pharisæi. vers. 8. 10. 1. eff. vel, separabuntur à justis impii cum judicii dies venerit, S. Aug. *Vocem fletus mei.*] Idcirco lacrymæ vocem habent æquè ac orationes, v. 9. *Christus flevit* pro Lazaro, Joh. 11.

Sect. 9. *Ex Ital. in Psal. 6.*

Super octavam.] Id est, postulare misericordiam, quia mandavit populum numerari contra legem, Exod. 30. sine pecunia ibi assignata, A. M. Glossa. Vel, octava est tonus altissimus in musica, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. Vulg. in Psal. 6.*

Qui memor sit, ὁ μνημονεύων.] Sep. Vulg. *Inveteravi.*] ἐπαλαιώθην, Gr. inveterascit oculus, vel, ut cura facit canos. *Quis confitebitur.*] Peccata sua in sepulchro, ibi est nulla remissio. עתק] Vetus, in Isa. 23. *Vestitum veterem*, idem.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 6. Davidis S. M.*

Ut natet, vel, *liquefacio.*] Lectum meum cum lacrymis meis. Vel, *Cogito super lectum meum, & spondam meam liquefacio.*] Cogito de peccato meo, & perturbatio lacrymas meas efficit, Syr. צבעת [illegible] Heb. אשותה à שיחו, sic Amos 4. 13. *Quæ sit cogitatio ejus, &c.* *Propter dolorem*, vel, *indignationem.*] Syr. רוגזא [illegible] Id est, indignationem inimicorum meorum, Heb. כעס velut in Job 5. Prov. 27. *Ira gravis est, &c.* [*Obser.* Ira hominis, multo magis Dei, est intolerabilis.]

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 6. Davidis. S. M.*

Nec instruas me in furore.] Sed in mansuetudine, Arab. חורבני توبخني est eadem vox in Psal. 2. in Arab. supplicatio pro peccato, Arab. MS. *Liquefacio*] Metaphora à sole res duras liquefaciente, Nebiensis אמסה. *Contristata*, vel, *scissa est anima mea.*] Arab. ונפסי גזעת ونفسي جزعت sic Psal. 42. *Ut occisio in ossibus meis, &c.* *Redeant.*] Retrocedant, & in terram cadant, Arab. وينصرعوا

---

1 *Psalmus David, quem cantavit Domino proverbis Chusi filii Jemini, 2 Reg. 10.*

PSALM. VII.

2 *Domine Deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.*

3 *Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.*

4 *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.*

5 *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.*

6 Per-

6 *Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat.*

7 *Exurge Domine in ira tua : & exaltare in finibus inimicorum meorum.*

8 *Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandâsti : & synagoga populorum circumdabit te.*

Et propter hanc in altum regredere : Dominus judicat populos.

9 *Judica me Domine secundùm justitiam meam, & secundùm innocentiam meam super me.*

10 *Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, scrutans corda & renes Deus.*

11 *Justum adjutorium meum à Domino, qui salvos facit rectos corde.*

12 *Deus judex justus, fortis, & patiens, numquid irascitur per singulos dies?*

13 *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : arcum suum tetendit, & paravit illum.*

14 *Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.*

15 *Ecce parturiit injustitiam : concepit dolorem, & peperit iniquitatem :*

16 *Lacum aperuit, & effodit eum : & incidit in foveam, quam fecit.*

17 *Convertetur dolor ejus in caput ejus : & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.*

18 *Confitebor Domino secundùm justitiam ejus : & psallam nomini Domini altissimi.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 7.*

SHiggaion.] Suprà dixi quod species est soni, sic in precatione Habac. *In Sigionoth*, cap. 3. *De verbis Cush.*] Vel, Cis, id est, Saul, filii Cis, ex tribu Benjamin : & appellatur Cush, Vau pro Jod, quod frequens est. Vel, Æthiopem significat; nam sicut ille cutem non mutat, ita neque Saul odium ejus in Davidem, ר׳ד׳ל Derash. Cald. Par. בר כיש & appellatur Cush, non Saul, secundùm nomen ejus, secundùm illud in Eccles. 10. 20. *Regi ne maledicito in cogitatione tua*, Derash. Vir sapiens autem ille magnus, R. Abraham Aben Ezra hoc rejicit de Saul; ait enim, quomodo dici potest de uncto Domini, *parturit iniquitatem?* huic autem talia responsio potest fieri, quòd David idem dicit coram Saul, *Improbitas exiit ab improbo, & Dominus me vindicet à te*, in 1 Sam. 24. 13. & dicit, *De verbis*, vel, rebus Saul; David enim res multas habuit cum Saul, qui sæpe quæsivit ad occidendum eum. Non est in Cod. Cremon. *Ab omnibus persequentibus me.*] Qui sunt cum Saul. *Si feci hoc.*] Quod ille facit mihi. *Si sit iniquitas in manu mea.*] Id est, si cum manu mea violentia usus sim in aliquem. *Colenti pacem mecum.*] Sicut Saul mihi malum rependit, qui pacem cum eo colebam, gener ejus eram qui prælia sua pugnabam. *Eripui eum qui immeritò erat inimicus meus.*] Id est, Saulem eripuit ab Abishai, qui dixit in 1 Sam. 26. 8. *percutiam eum hastâ usque ad terram. Persequatur inimicus meus animam meam.*] Vox hæc ירדף est è duabus formis composita, Cal & Dagesh, & sensus est, persequatur me ipse, & alios faciat me persequi : & dicit, *animam meam*, vel, vitam : Saul enim non quærebat Davidem in carcerem committere, sed eum trucidare. *Honorem meum in pulverè*] Id est, animam meam in pulvere : similitudo est, sicut in Psal. 119. 25. *Anima mea pulveri adhæret*, vel, in cogitationibus inimici qui cogitavit Davidem virum improbitatis fuisse, & quòd anima ejus periret. *Propter indignationem inimicorum meorum*, vel, *in indignationibus super inimicos meos.*] Id est, ad perdendum eos in indignatione tua. *In judicio.*] Id est, in judicio regni quod præcepisti המלוכה *Congregatio populi.*] Id est, duodecim Tribus, sic in Gen. 28. 3. Isaac ait Jacobo, *Esto multitudo populi*, & dicit, *Congregatio*, erant enim Patris unius; & si de nationibus mundi hìc loquatur, non diceret *congregatio*, nam multæ sunt congregationes nationum. *Nam congregatio populi circumdat te.*] Dicit, *te*; David enim inunctus erat per os Domini, & qui eum circumdabant ad capiendum, quasi Deum circumdabant : sic in Zach. 2. 8. *Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. Propter eos idcircò in altum revertere.*] Ad triumphandum, vel, totum hoc similitudo est : quando enim Deus peccatum remittit, quasi descendere dicitur; quando autem peccatores suppliciis afficit, *in altum ascendere*, ad thronum ejus judicii, velut in Exod. 15. 1. *gloriosè triumphavit*, vel, *in altum*, quando perditus erat Pharaoh. *Dominus judicabit populum.*] Populum Israëlis; & dicit, *judicabit*, quoniam nullam causam eis dedisset David cur eum persequerentur. *Deficiat*, vel, *Malum improborum consumat eos.*] Precatur tantum in improbos Israelis, multi enim Israelis Davidem diligebant, in 1 Sam. 18. 16. *Stabilito justum.*] Hoc de seipso loquitur, & de illis Israelitis qui cum illo erant. *Exploras cor & renes.*] Multi enim justi esse videntur, & non sunt. *Clypeus meus in Deum est, qui salutem dabit rectis corde.*] Fiduciam habeo quòd eis salutem dabit æquè ac mihi : vox עם לי hunc sensum confirmat. *Deus judicat justos, & Deus judicat iratum quotidiè.*] Vox *judicat* bis repetenda est secundum morem, & dicit, *iratum*, intelligens Saulem, qui Deum contempsit, & Davidem persequutus est, quanquam cognovit quod à Deo inunctus erat; & porrò quoniam David innocens erat, & quoniam juravit quod non amplius persequeretur eum, persequebatur tamen, idcircò vocatur, ישוב *Si vertat*, vel, *quoniam non vertet.*] Hic versus cum priori cohæret, idcirco Deus eum judicat. *Quoniam.*] אם sumitur pro כי, sic in Num. 36. 4. *Cum erit jubilaus*, vel, *quoniam erit. Gladium suum acuet.*] Ad occidendum me. *Etiam paravit in eum instrumenta lethifera.*] Id est, Saul paravit pro seipso, & aliis qui me persequuntur, instrumenta ad occidendum me. *Aptat sagittas suas propter persequentes.*] Propter *persequentes* me cum illo, sic in Gen. 31. 36. *persequutus es me*, idem, & ego semper sum quasi sub periculo arcus. Vel, *Pro seipso.*] Id est, ad occidendum seipsum, quanquam intendit eas contra me. *Seipso.*] לו sic in Dan. 9. 26. *sed non pro seipso.* Non est in Cod. Cremon. *Concipit.*] In cogitatione. *Parit.*] In opere. *Cecidit in foveam quam fecit.*] Hic præ-

prædicit per spiritum Prophetiæ; quòd Saul per gladium cadet.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 7.*

Sigaion] Est species toni, sicut Hispani in initio post ordinem Psalmi scribunt tonum notum, vel, canticum de variis rebus in quas rapta erat affectio Davidis, ut Prov. 5. 19. à תשגה, *Erra in amore ejus.* *Cush.*] Erat Judæus nomine Cush, כוש שמו ex Benjamin ortus, non erat Saul. חמיתי] Verbum præteriti, & est semper cum Beth. *Non est eripiens.*] Nisi tu solus. *Si hoc feci.*] Rapere ut Leo. שולמי] In Cal. cum Dagesh. *In manibus.*] Quia cum manibus homo unus occidit alterum. *Gloriam meam.*] Animam, vitam, ut Gen. 49. 6. *Anima mea gloria mea. In pulvere.*] Ignominiosa afflictione, ut Psal. 119. 25. *Hæret anima mea ad pulverem. Selah.*] Id est, fiat in veritate, סלה ר"ל באמת. *In judicio quod præcepisti.*] Dare mihi regnum Jehud. R. Mosh. Hacohen. *Quando congregatio populorum circumdabit te.*] Id est, ad capiendum me, & dicit, *Te*, quia quod factum erat Davidi, erat contra Dominum. *Populorum.*] Gentium, הגוים, vel, Judæorum. *Super eam eleva teipsum.*] Ad faciendum pro me judicium super populos, *leva* teipsum ad cœlos, & sede super thronum, ut sequitur in versu sequente. *Probat corda.*] Tu solus nosti quis est justus, & quis est injustus, ideóque *judica* populum. Vel, אל est pro אלה, ut in 2 Sam. 23. אל להרפה. *Deus irascitur cum impio---si non convertet.*] A peccato. *Acuet gladium suum.*] Acuit impius ferrum contra seipsum. *Preparavit pro seipso.*] לו לעצמו, sic Ezech. 34. 2. *Pascunt seipsos. Unusquisque persecutorum praparavit sibi sagittas.*] Id est, ad vulnerandum seipsum, לו sumitur iterum à priori versu, sicut לא in Prov. 30, 2, 3. [Destructio tua est à teipso, Hos. 13.] Vel, *Preparat sagittas cum ardentibus.*] Cum carbonibus, דלקים. Vel, pro iis qui sunt socii, & servi mei sequentes me. *Falsitatem peperit.*] Fallitur in spe sua quam habet alios destruendi. *Descendet.*] Decreta *descendunt* de cœlo, ideo addit, *Canam nomini tuo, ô altissimi,* ut in Ruth. 3. מי את: *Quomodo res cadet?*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal. 7.*

Sigaion.] Id est, error Davidis, quia maledixit adversarius ejus, & Saul uncto Domini, dicendo in priori Psalmo, *Confundantur inimici, &c.* & tamen scriptura dicit, *Ne maledicas Regi, &c.* Eccles. 10. Nota tamen quod maledictio Davidis venit super Saul, 1 Sam. 26. *Venit dies ejus, peribit in bello, &c.* R. Jehud. In nom. R. Levi. [Nova lex dicit, Ignoratis cujus spiritus estis, Luc. 9.] *Cecinit.*] Erat שגיון error ejus in casu inimici lætari contra præceptum, Pro. 24. *Ne læteris in lapsu inimici, &c.* *Super. verbis Cush Benjamin.*] Id est, verba Jonathanis ad Saulem, ne persequeretur Davidem, & appellatur Cush, vel, Cis; id est, filius Cis, & dixit Saul, *Excitavit filius meus servum meum insidiari*, 1 Sam. 22. R. Hanana bar Papa. Vel, Super prædicta verba Saulis. *Non est liberans.*] Non est unus qui coram Saule partes meas tuetur. *Qui compensat mihi malum.*] Id est, aliquis de Israële. *Adversarios.*] De Gentibus. *Gloriam meam.*] Regnum. *Quod præcepisti.*] In 1 Sam. 20. *Requiret Dominus de manu inimicorum Davidis*, & Psal. 35. 1. *Contende cum illis qui contendunt mecum. Revertere in altum.*] Et derideas populos qui circundant te, ut in Psal. 2. *Qui sedet in cœlis deridebit illos, &c.* Vel, *In altum.*] Quia delatores, & mendaces circundant te, ideo remove tuam præsentiam ab illis in cœlos. צדיק & שוב sunt hic eundem sensus. *Deus irascitur omni die.*] Nam postquam sanctuarium erat desolatum, maledictio sequuta est, ros non descendit, nec gustus fructuum, R. Simeon ben Gamaliel, Olivæ, & triticum cessant. R. Simeon ben Eleazar. *Persecutoribus.*] Israëlis. Vel, *His qui ardent.*] In peccatis, R. Ibo. vel, qui ardere faciunt ignem in Sanctuariis, R. Josi. *In caput suum.*] Exemplum est in Hamane. *Laudabo te.*] Ubi mentionem facit ruinæ impiorum, laus præcedit & sequitur, ut in hoc & Psal. 9. R. Josue ben Levi. Vel, *Super verbis Cush.*] Id est, Israëlit. quando peccant, sunt *sicut Cushita*, Amos 9. *Eripe me.*] Liberatus est David à Saule, Doego, & tandē ab Abitophele, hisce trib⁹. *Cush.*] Saul luit pœnas 5. peccatorum, internecionis Sacerdotū, misericordiæ erga Amalec, inobedientiæ, &c.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon, in Psal. 7.*

Deliciæ David.] שגיון sicut שעשוע in Psal. 119. *Cush.*] Homo de Benjamin, qui accusavit David ante Saul, quasi hostis Saul & Israel evasisset in bello cum ejus consensu & adjumento. *Hoc si feci.*] De quo ego accusatus sum. *Pacifico.*] Saul, qui tunc erat in pace cum David. *Adversario.*] In bello. *Sine causa.*] Præter morem belli. *Judicium.*] Per manus Samuel. Dixisti quod ero Rex. *Et congregationem populorum.*] Id est, surge super istum cætum populorum qui congregant contra tuum populum עליה. *Consumet.*] יגמר impietas eorum consumet eos. *Et Deum provocantem.*] ועם, id est, judicat illum qui provocat Deum. *Gladium ejus.*] Id est, impii, של רשע. *Arcum ejus.*] Dicit, *ejus*, scil. quem præparavit contra alios. *Propter persecutores.*] Id est, dare in manum eorum qui persequentur impium. *Super caput ejus.*] De cœlis descendet.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 7.*

Sigaion.] Vel, de errore, quod gavisus est de morte Saulis, ר"ל שגגתו Vel, quando scidit alam vestimenti Saulis, tunc enim percussit eum cor ejus, vel, est nomen instrumenti, Menachem. Vel, de errore ejus, quia desideravit ut caderet in manus hostis ejus, ne peteret semen ejus propter suum peccatum, ר"ל בשגיות. *Cush.*] Saul, Cushi במעשיו in operibus suis. *Si reddidi malum illi qui reddidit mihi malum.*] Sauli. *Sine causa erat inimicus.*] Quem potui, & nolui occidere. *Surge in ira tua.*] Contrà Ishbibenob, & fratres suos, & Philistæos. *Si congregatio populorū circumdabit te.*] Ad quærendum contra me auxilium. עליה] Id est, supra eam reverte in altum in cœlos, & ne audias eam. Vel, *reverte*, id est, ostende manum tuam esse altam. *Si non revertetur.*] Impius ab impietate suâ. *Acuet ferrum.*] Deus benedictus. *Parturit mendacium.*] Parabola est, Quicquid genuit mendaciū, dispellit maledictio. פתחא נסבא בל מה דמוליד שקרא In MS. Rasi Comment. sic in Psal. 55. פתחא in lingua Aram est maledictio, in R. Sol. ibidem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 7.*

Si hoc feci.] Si feci hunc Psalmum ex prava dispositione, vel, vindicta in Saul, Shiratha hada. *Selah.*] לעלמין in æternum, ut in Syriac. *Si non convertet.*] Ad timorem Dei. *Contra persecutores.*] Justi.

ויחבל]

ויחבל] Id est, unusquisque persecutorum concipit iniquitatem in corde.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 7.*

De verbis.] Decem sunt in Scripturis, 2 Sam. 3. 8. *Propter verba Ishbosheth*, 2 Reg. 22. 13. *Inquisitionem facite de verbis, &c.* De Josia, duo sunt illic, & in Paralipom. semper est על דברי, sed unicus est אל 2 Chron. 35. 22. *Josia non reversus est propter verba Neco. Rapiens.*] Duo sunt, Lament. 5. 8. *Non est qui eripiat, &c. Propter*, vel, *super illam.*] עליה Id est, ad conculcandam congregationem istam. Tria sunt, 2 Sam. 13. 18. *Super ipsam tunica, &c.* Job 31. 10. *Alii incurvent sese super ipsam. Clypeus meus est in Domino.*] Duo sunt, in Psal. 62. 7. *Salus mea in Domino, &c. Judex.*] שופט, sex plenè. ילטוש] Duo plenè. כצדקו] Non iterum reperitur, & unus est בצדקו

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 7.*

Shiggaion.] Vel, erratio, Davidis; vel, error Davidis, ἀγνόημα, Gr. Chrysost. *De verbis Cush Benjaminita.*] Saul, vel, Shimei, qui in calumniis suis potius Cushitis, vel, Æthiopibus, [αἰθίοπος, Chrys. Gr.] quàm Israelitis similes erant, Vide in Jer. 13. 23. *An mutare potest Æthiops cutem suam?* Rasi, vel, de Absalomo filio dextræ, בן ימין id est, à Davide dilecto. Basil. τῆς δεξιᾶς. precatur propter liberationem ab Absolomo. Vel, *De verbis Cushi.*] Id est, Cushi הארכי amico Davidis, S. Aug. 2 Sam. 15. qui erat de civitate quadam in Tribu Benjamin, Josh. 16. 2. הארכי. *Ne dilaceret me—*] Absolom, vel, Shimei, sine misericordia, 1. Caus. impulf. *Domine Deus mi, si hoc fecerim.*] V. 3. si vir sanguinis fuerim, secundùm accusationem Shimei, in 2 Sam. 16. 7. Caus. 2. *Si rependerim* malum *rependenti malum mihi.*] Sauli, Gr. 3. Caus. Rasi. *In judicio quod præcepisti.*] Temporibus præteritis quando in afflictione fui, Caus. 4. ver. 6. *Congregatio populi*, Tribus Jehudæ, *circumdabit te.*] Cum laudibus propter liberationem meam. Vel, convertet ad te per pœnitentiam, quando vident peccatores pœnas luentes. Basil. 5. Caus. Vel, congregatio credentium, sive, persequentium Christi, S. Aug. *In altum.*] In cœlum ascendit Christus, S. Aug. *Dominus judicabit populum.*] In die magno, idcirco Domine libera me, 6. Caus. v. 8. *Deficiat quæso improborum* conjuratorum contra me *improbitas.*] Ut semel quiescam in regno meo antequam moriar, ut in Psal. 39. 7. Caus. v. 9. *Deus nonne iratus est cum improbo?*] μὴ ὀργὴν, Basil. Heb. אל. *Gladium suum acuet.*] Deus perdet eum, 8. Caus. *Nam ecce parturit iniquitatem.*] Id est, improbus. *Contra persequutores.*] Vel, quisque fervidorum persequutorum. *Aptavit sagittas suas.*] Contra nos. Vel, *Rebus ardentibus.*] Id est, ignitæ Dei sagittæ, S. Aug. cadunt in materiem aridam, & igni combustibilem, non in diamantem, vel petram aliam perduram, Basil. *In eam ipse cadet.*] Nam Achitophel seipsum suspendebat, & Absolomus in foveam dejectus erat, v. 15, 16. 1. eff. 2. eff. vers. 17.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 7.*

Shigaion.] Principium cantici vulgaris, Ital. Vel, Ignorantia, quia erat causa mortis Sacerdotum, Gloss. A. M. *Cush.*] Vel; Æthiopis, A. M. Vulg. Cusi. A. M. Emman. Coll. Cantab. Vel, est Cis, pater Saulis, Ital. Vel, *Purgatio Davidis*] Hisp. sic חטא est peccatum & purificatio in Psal. 51. *In pulvere.*] Mortis & ignominiæ, Ital. *Contra persecutores.*] Meos, Ital. Vel, rebus ardentibus, Vulg. 2. A. M. Basil. He. דלק ut in Isa. 5. *Donec vinum inflammat*, idem.

Sect. 10. *Ex Gr. Vul. in Psal. 7.*

Decidam merito.] Vulg. ante inimicos meos inanis, & dicit, *decidam*, ut in Prov. *Justus cadens ante impium, &c.* ἀποπέσοιμι, Sept. *In finibus.*] In fines terrarum suarum vicinos terræ Israël, Vulg. Gr. *Hostium meorum.*] Sept. Æthiop. Arab. Vul. Alii, *Tuorum hostium. Super eam.*] Vel, propter, ὑπὲρ, Sept. Vulg. *Non iram adducens.*] Sept. nunquid, Vulg. τοῖς καιομένοις.] Sept. Vulg. ardentibus. *Nisi conversi fueritis.*] Gr. Vulg. Heb. ישוב id est, nisi unusquisque vestrum convertetur.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 7.*

Davidis. S M. De conversione gentium, & confessione Trinitatis. חליותא Paris. edit. ܠܚܠܝܘܬܐ

Si oppressus fuerim inimicum meum immeritò.] Syr. אלצת ܐܠܨܬ Heb. אחלצה à voce illa in 2 Sam. 2. 21. *Accipe tibi exuvias ejus. Selah.*] Non est in Syr. *Attollere super iram*, vel, *colla inimicorum meorum.*] Ut Josue, & viri militiæ, Jos. 10. Syr. קדלא ܩܕܠܐ He. בעברות *transitus. In altum reverte-re.*] Quando pro me judicium fecisti, nam in executione judicii *Descendit Deus*, Gen. 18. *Perfice malum super impios.*] Syr. [illegible] ut in 1 Sam. *Incipiens, & perficiens. Deus est justus, & protectio mea adversus.*] Syr. adversus inimicos meos. על non est in Syr. *Non iratus est quotidie.*] Ar. Syr. [illegible] לא רגז He. אל, non servat iram suam, ut Psal. 103. *Si non reversus fuerit.*] אלא הפך [illegible] Syr. id est, ab ira sua sine dubio revertetur, אם id est, אמת ut in Prov. 3. *Certò derisores deridebit, &c. Præparavit—propter persequentes eum.*] He. דלקים לו propter persequentes Deum, Syr. M. [illegible] לדיקידין aut, *Propter eos qui ardent, &c.* Nempe malitiâ. *Quoniam concipit impietatem.*] Id est, unusquisque persequentium.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 7.*

Si indui manus meas iniquitate.] Arab. البست אלבסת, ut Esaui man'. *Decidam ab inimicis sine causa.*] Ara. لسقط ut cadam coram hostibus meis. *In indignationem*, vel, *limites adversariorum.*] Id est, in terris eorum ostende potentiam tuam, Arab. اقطار אקטאר Gr. πέρασι, Heb. עברות in Jer. 22. *Congregabuntur ad te.*] Ad laudandum te quando judicium pro me fecisti, Arab. *Erit Dominus in altissimis.*] Judicans incolas terræ, Arab. sic in Psal. 68. *Judex orphanorū, &c.* الرب في العلي אלרב פי אלעלי

1. In

1 *In finem pro torcularibus, Psalmus David.*

PSAL. VIII.

2 *Domine Dominus noster, quàm admirabile*
est nomen tuum in universa terra!
Quoniam elevata est magnificentia tua super
cælos.
3 *Ex ore infantium & lactentium perfecisti*
laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimi-
cum & ultorem.
4 *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum*
tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundâsti.
5 *Quid est homo, quòd memor es ejus? aut fi-*
lius hominis, quoniam visitas eum?
6 *Minuisti eum paulò minus ab angelis; glo-*
ria & honore coronâsti eum.
7 *Et constituisti eum super opera manuū tuarū.*
8 *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves &*
boves universas, insuper & pecora campi;
9 *Volucres cæli, & pisces maris, qui peram-*
bulant semitas maris.
10 *Domine Dominus noster, quàm admirabile*
est nomen tuum in universa terra!

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 8.

SUper Gittith.] Species est soni, vel, quando David erat in Gath, hunc Psalmum composuit. Et hic Psalmus facta Dei magna declarat, eúmque laudat. *Nomen tuum.*] Id est, tu ipse, & potentia tua. *In universa terra.*] Inhabitata, & deserta. *Posuisti gloriam tuam super cælos.*] Dicit, *cælos*, nam robur Dei in eis maximè apparet, terra est tantum pusillum cum illis comparata, & per cœlos terra gubernatur. *Qui posuisti.*] Futurum tempus pro præterito, תנה pro נתתה Megor pro præterito. *Ex ore lactentium.*] Initium mirabilium in homine postquam venit in mundum in sugendo est, & sicut homo Deum laudat propter opera sua in cœlo, & in terra; ita in corpore suo: idcirco dicit, *fundavisti robur*, nam velut fundamentum ædificii initium est, ita sugere initium est divinæ misericordiæ, quæ fecit foramen in ubere instar tenuis fili; non nimis latum, ne dispersum esset lac sine suctu, & nè nimium simul veniret; non angustum nimis, ne labia infantis in sugendo gravata essent: & porrò, pro homine Deus ubera posuit, in loco intelligentiæ ר״ל & non sicut in reliquis creaturis, idcirco ait, *fundavisti robur*; ut ostendat quod omnia per divinum robur veniunt, & non fortuitò, velut Athei, Dei inimici affirmant, de quibus dicit, *& silere facit inimicum & ultorem. Ultorem.*] Dicit, *ultorem*, quoniam propter ultionem in Deum ita loquuntur, qui eos suppliciis afficit propter peccata sua; & quanquam bestiæ sugunt æquè ac homo, tamen solus homo misericordiam potest agnoscere, idcirco dicit, *Ex ore infantium.* Vel, *Fundavisti robur*] Quoniam gradatim post sermonem anima pueri robore magis magísque augescit, A. Ez. Non est in Cod. Cremon. *Cum respicio lunam & stellas.*] Non mentionem facit *Solis*, aiunt nonnulli, quoniam hic Psalmus in nocte compositus erat, vel, quoniam in die Sol tantùm videtur, in nocte autem magnus exercitus cœli, cujus potiùs mentionem facit. Alii dicunt, quòd per cœlos intelligit Solem. *Quid est homo?*] Id est, quando video magnas in cœlis creaturas, & hominem animadverto, non possum non mirari. *Ut memor esses ejus.*] Per creationem, & acciperes de gloria creaturarum suprà, quæ non habent corpora, ut illam ei indueres, & tamen nihil est respectu corporum cœlestium. *Quod visitares eum?*] Per providentiam. *Gloria & honore.*] Anima rationali per quam in omnes creaturas dominatur. *Opera manuum tuarum.*] Inferiores creaturas, & superiores etiam; hucúsq; dominatur in eas, quòd stellarum motiones intelligit. *Omnia posuisti sub pedibus ejus.*] Omnes creaturas inferiores, sic in Gen. 9. 2. *Timor vester, terrórque vester erit omni bestiæ. Omnes oves & boves.*] Talium creaturarum mentionem facit, quæ simul cum homine crescunt, & propter cibum ejus, & vestimentum sunt, aliósque usus. צנה Aleph absconditum. *Etiámque bestias agri.*] Id est, bestias agrestes quæ simul cum eo non crescunt, & dicit, *Etiam*, ut ostendat quod per prudentiam ejus potest dominari in eas, etiam aves qui cum eo non sunt in terram, & pisces qui sunt subter eum in mari. *Et transit per semitas marium.*] Id est, per prudentiam ejus in navibus per maria *transit*, eósque capit, & ita Psalmista vertit, Deúmque laudat propter potentiam ejus datam homini qui res tam pusilla est.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 8.

Gittith.] Instrumentum in manibus Obed Edom. Githæi Levitæ. R. Mosh. vel, isti familiæ genealogizatum. R. Mosh. vel, Psalmus erat traditus familiæ ejus, ut Jeduthuni; vel, Canticum cujus principium est Gittith, in honorem; sed vani homines exponunt de *torculari. Dominus noster.*] Homo non habet alium Dominum nisi Deum, sed est Dominus omnium Dei operum, Gen. 1. *Ex ore infantium.*] Est miraculum quomodo vivunt, nutriuntur, & crescunt, qui loqui non possunt, R. Mosh. Vel, quando incipiunt infantes loqui, שיחל לדבר ore glorificant Deum, quod non faciunt reliquæ creaturæ. *Propter inimicos.*] Atheos, qui negant Deum, & faciunt suam vindictam, si possint, in omnes qui credunt Deo, sed ore infantium obturantur eorum ora. *Opus manuum tuarum.*] Digiti sunt decem, & Sphæræ sunt decem, ideóque more hominum dicit, opus digitorum; quia notum est, quod duo magna luminaria, & quinque planetæ habent septem mansiones, & octava est propter exercitum stellarum, magnum habentem motum ab oriente ad occidentem, & nona est cœlum stellarum, & decima est thronus gloriæ. *Luna & stella.*] Non facit mentionem Solis, quia dicit, *quando aspicio cælos*, sed non potest quis intueri Solem, sicut Lunam & Stellas, vel, חורך, id est, Sol. *Quid est homo?*] In comparatione ad cœlos, in quibus sunt creaturæ plus gloriosæ, nam luna & 11. stellæ sunt sicut punctum in circulo cœlesti, & tota terra est sicut punctum ad cœlos, & homo est sicut punctum ad terram. *Inferiorem Angelis.*] In corpore suo. *Cum gloria.*] In anima. *Sub pedibus.*] Id est, metalla, & plantas, &c. *Oves & boves.*] Pro cibo & vestitu. *Bestias agri.*] Ad equitandum super illas, & addit proximò, *volucres*

in cœlo de suprà, *piscésque* infrà. *Et quicquid transit.*] Naves quas fecit homo in sapientia sua ad transeundum in mari: & mentionem facit *navium* post *pisces*, quia in navibus capiunt pisces.

Sect. 3. *Ex Mid. Tillin in Psal.* 8.

Super Gittith.] Quando venit Gog, & omnes prophetæ vident torcularia, in Joel 3. *Torcularia exuberant, &c.* Isa. 27. *Vinea vini optimi, &c.* Asaph, Psal. 80. David, in Psal. 8. *Super Gittith.* Per quatuor similitudines illustratur Redemptio; Vindemiæ, in Obad. *Si veniant vindemiantes, &c.* Messis, Joel 3. *Messis maturescit, &c.* Parturientis, Mic. 5. *Usque ad tempus parturientis.* Aromatum, Cant. 8. ult. *Super montibus Aromatum.* *Quid est homo?*] Sic dicunt Angeli, *Quid est homo?* ut dignus sit tanta sapientià, sicut in Gen. 2. *Dedit nomina omni bestia, &c.* & ut habitaret Deus inter homines in tabernaculo, darétque illis legem. *Ex ore infantium.*] Quando lex erat data, parvuli qui erant sine peccatis, respondebant ad singula, Non, vel, Etiam. *Potentiam.*] Id est, legem. עוללים] Sunt illi qui non adhuc vident lucem, Job 3. יונקי'] Sunt extra uterum matris, R. Josi. *Homo.*] Abraham, sicut Gen. 19 *Recolit Deus Abraham.* *Filius hominis.*] Isaac, ut in Gen. 21. *Visitavit Dominus Saram*, Isaaci matrem. *Minorem Angelis,*] Jacob, Gen. 32. & Hos. 12. *Coronâsti.*] Mosen cum gloria vultus splendentis, Exod. 34. *Dominium dedisti.*] Josuæ, qui habuit Dominium solis, Jos. 10. *Sub pedibus.*] Davidis, Psal. 18. *Sicut pulvis terra.* *Bestias agri.*] Sicut Daniel, in antro leonum. *Aves cœlorum.*] Corvi alebant Eliam, 1 Reg. 17. *Pisces maris.*] Jonah fuit in visceribus Leviathan. *Transeuntes semitas maris.*] Israelitæ in mari rubro, Exod. 14.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 8.

In hoc Psalmo precatur, ut faciat differentiam aliquam inter Israel, & terram aliorum populum א'ה' ע'ע'א', sicut Moses, in Exod. 33. *Dominus noster.*] Specialiter. *Infantium.*] In tempore conceptionis. *Cessare facere inimicum.*] Quando vidit differentiam prædictam. *Quid est homo?*] Sine cognitione, & moribus, est respectu cœlorum res contemptibilis. *Transeuntes?*] עבר, quid est homo, ut queat transire vias maris?

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 8.

Super, vel, *ad Gittaum.*] Obed Edom, ex Gittim civitate in Juda, Neh. 11. 33. Ab. Ezra. Vel, super instrumenta à Gittæis artificibus peritis fabricata. Vel, de torculari in quo Edom calcatur à Deo solo, ut Isa. 63. 1. נתית אמרו ר'ז'ל' על אדום עתידה לידרך בגת; sed materia Psalmi non huc tendit, MS. R. Sol. & Venet. *Parvulorum.*] Levitarum in templo cantorum, מפי הלוים, ubi habitationem tuam בענותך הגדולה, in magna humilitate posuisti, quoniam gloria tua est super cœlos. עוללים] Sic dicti à עוללתי, Job 16. *Pollui cornu meum*, quia parvuli (in quorum numero erant Levitæ in principio) in pueritia multùm inquinantur. *Minorem Angelis*, vel, *Deo.*] Josua, filius Nun, erat minor Mose, qui dictus est *Deus* Pharaonis, & Josua subjugabat totam terram Canaan, sub pedibus ejus *Oves, boves, &c.* & Moses exiccabat mare rubrum, & Eliah resuscitabat mortuos Sareptanę, & Sunamitidos, quibus miraculis paulò minores erant Angelis, להחיות מתים, Venet. [In MS. R. Sol. מתים, in plurali ob dictos duos resuscitatos.]

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 8.

Qui transit.] Id est, ipse Leviathan, sicut Psal. 104. 26. Job 41. 32. *Splendere facit post se semitam, &c.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 8.

Domine Dominus noster.] Id est, cui obedire obligati sumus, sunt 3. Socius hujus in Psalm. 8. ult. Nehem. 10. 29. *Omnia mandata Domini, Domini nostri.* [Si est Dominus noster, ubi est timor ejus, Mal. 1.] *Cœlos tuos.*] שמיך. 3. plenè, Deuteronom. 28. 23. *Cœli tui suprà caput tuum erunt as.* Dicit, *Cœli tui*, quia *cœli* sunt in usum hominis, Psal. 144. 4, 5. *Inclina cœlos tuos.* Cœli sunt Domini, & aperit clauditque sicut sibi placuerit.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 8.

Psalmus super Gittith.] Vel, De torcularibus, id est, evangelio quod cor exhilarat, Chrysost. Vel, ecclesia, quæ est etiam Area, S. Aug. Vel, γεωργίοις, Chrys. Gr. Vel, de effusione sanguinis Christi, qui calcat torcular, Athanas. Vel, torcularia sunt Martyria, S. Aug. *Domine noster, quam excellens est nomen tuum!*] Nomen Christi in tota terra, ut Mal. 1. *Ab ortu solis ad occasum*, Chrysost. 1. Prophet. miraculorum. *Ex ore infantium.*] Parvulis in Christo, 1 Cor. 3. S. Aug. Servator noster per similitudinem hoc discipulis applicat, qui clamabant Hosanna, in Mat. 21. 16. Sicut per *lactentes* hic, ita per discipulos illic, Deus in Christo glorificatus erat, Chrysost. *Statuisti*, vel, *perfecisti laudem.*] Vel, fundavisti laudem, Gr. Chrysost. quicquid enim Deus fundat, vel, incipit, perficiet, Chrysost. 2. Prophet. Vel, *Fundavisti robur super os lactentium.*] Id est, super fidem, & confessionem Discipulorum, firmè fundata est Ecclesia, vers. 2. Mat. 16. *Super hanc petram, &c.* Vel, per prædicationem eorum congregabatur, sicut potentia Dei visa est in nutritione infantium. *Ut silere faceres inimicum & ultorem sui.*] Id est, clauderes os Pharisæorum, qui sub prætextu vindiciarum blasphemiæ Christi contra Deum, Christum persequebantur, ὡς πατέρα, Chrysost. *Inimicum.*] Populum Judæorum, Chrysost. *Quid est homo ut visitares eum?*] Id est, ut descenderes, & habitares in natura ejus, quandoquidem in cœlis desupra eras, à Divers. v. 4. 3. Prophet. de incarnat. *Fecisti eum*, id est, humanam naturam ejus, *Paulispèr minorem Angelis.*] Per mortem, v. 5. 4. Prophet. de morte, sic in Heb. 2. 9. *Præfecisti eum.*] Id est, naturam ejus; nam Christus omnia gubernat, ut Deus & homo, & deponet omnes hostes suos, quanquam adhuc non subjecti sint, 5. 6. Prophet. de resur. & ascen. *Et transit per semitas marium.*] Apostolus in 2. ad Heb. vers. 6. hunc locum applicat homini Christo, minorem Angelis facto in morte ejus, exaltato in resurrectione sua, & regnanti super omnes hostes ejus, qui sub pedibus ejus ponendi sunt post lapsum hominis peccati, & bestiis assimulantur, &c. verum etiam est quod per eum homo dominatur. *Et quod transit.*] עבר Id est, Leviathan, cujus regnum est in mari: Targum. Vel, τὰ διαπορευόμενα, id est, naves, & transeuntes homines, qui vident Dei mirabilia in profundis, Chrys.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 8.

Gittith, seu, *pressura.*] Ang. MS. Reg. & Bodleian. sicut in torculari, Gal. Vul. Id est, de Christo Rege qui

vicit

vicit per suas passiones, Gloss. in Ang. M S. *Quid est homo!*] Principaliter de Christo capite, Heb.2.6. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. Vulg. in Psal.* 8.

Ut destruas.] Vulg. καταλῦσαι.] Sept. vel παῦσαι, cessare facis, id est, per ruinam suam. *Aptâsti laudem.*] Sept. vel fundâsti, id est, incepisti, ut fundamentum est initium ædificii, & pueri primò laudabant Christum, Mat.21. *Quæ tu fundavisti.*] In signa stabilia, Sept. Vulg. *Angelis*, vel, *Deo.*] θεόν, Gr.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 8. Davidis, Sy. M.

Prophetia de pueris laudantibus Deum in Hosanna, Mat.21. Paris. edit. *Præparâsti laudem tuam.*] ܬܩܢܬ S.M. חקנת ut in Matt.21. in Sy. impress. Edit. Dei præparare est perficere. *Infantium*, vel, *adolescentiū.*] Syr. עלימא ܥܠܝܡܐ *Quod transit.*] Pisces maris, Sy.M. נונא ועברין ܢܘܢܐ ܘܥܒܪܝܢ *Tibi Domine sit laus.*] Sy.M. Non est in Heb.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 8. Davidis, Arab. M S.

Perfecisti, vel, *præparavi laudem.*] Gr. Arab. in ore puerorum, licet pueri isti sunt imperfecti, Arab. هيلك, attamen verbis eorum usus sum in laudibus tuis, ait Psalmista. *Angelis.*] Gr. Arab. dixit *Angelis*, tamen Christus non ἡγήσατο ἁρπαγμὸν, æqualitatem ejus cum Deo, Phil. 2.6,7. *Quæ transeunt.*] Pisces, Arab. Neb. Rom. אלמסלכה المسالكة.

---

1 *In finem pro occultis filii, Psalmus David. IX.*

2 *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.*

3 *Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.*

4 *In convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua*

5 *Quoniam fecisti judicium meum & causam meam: sedisti super thronum qui judicas justitiam.*

6 *Increpâsti Gentes, & periit impius: nomen eorum delêsti in æternum, & in sæculum sæculi.*

7 *Inimici defecerunt framea in finem, & civitates eorum destruxisti.*

8 *Periit memoria eorum cum sonitu: & Dominus in æternum permanet.*

9 *Paravit in judicio thronum suum: & ipse judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in justitia.*

10 *Et factus est Dominus refugium pauperi: adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.*

11 *Et sperent in te qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.*

12 *Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter Gentes studia ejus.*

13 *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.*

14 *Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.*

15 *Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*

16 *Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.*

In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

17 *Cognoscetur Dominus judicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

18 *Convertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliviscuntur Deum.*

19 *Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.*

20 *Exurge Domine, non confortetur homo: judicentur Gentes in conspectu tuo.*

21 *Constitue Domine Legislatorem super eos: ut sciant gentes quoniam homines sunt.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 9.

Super Muth labben.] Nonnulli dicunt, super mortem Nabalis: sed hoc procul est, nam hic Psalmus de magno hoste Israelis loquitur; Nabal autem nullum injuria affecit, nisi seipsum, quia avarus erat. Dicunt alii, quod Labben est quasi Ben cum Jod, בין, & ita vocatur Goliah איש הבינים, Duellator, qui venit *inter castra*, in 1 Sam.17.4. Chald. Par. Alii dicunt, quòd Labben erat Ben Musicus, cui traditus erat hic Psalmus; cujus fit mentio in 1 Chron.15.18. Adoni abi R. Joseph Cimchi. Et Almoth, quæ scribitur ut una vox, legitur ut duæ: sic פקחקוח יפיפיה in Isa.61.1. *Apertionem custodiæ, &c.* & dicit Labben quod inusitatum est, ponens He indicativum proprio nomini. Si autem cum Sheva fuisset, tunc ignotum fuerit quòd de Ben Musico loquebatur. *Lætabor in te.*] Quoniam juvenis eram, & Goliah vir bellicosus, tuo tamen auxilio vici. *Quando inimici mei vertuntur retrorsum.*] Dicit, *vertuntur retrorsum*: Pelisthæi enim videntes quòd duellator eorum mortuus erat, fugiebant, in 1 Sam.17.51. *Defendisti jus meum*, vel, *Fecisti judicium meum.*] Magnum enim erat mirum, cùm totus ferro tectus esset, quòd lapis in frontem ejus intraret. *Rectum judicans.*] In Goliam hunc, qui opprobrio affecit exercitus Dei viventis. *Increpâsti gentes.*] Pelisthæos, Chald. נערת absque Beth est in malam partem. *Perdidisti improbum.*] Hic Goliah est, Chald. *O inimice, consummatæ sunt vastitates in æternum.*] Velut *Civitates quas perdidisti*, periere nomina sua, ita est nomen tuum obliteratum. *Periit cum eis*, vel, *periit memoria eorum.*] Cum duplici affixo, ם & המה, unum autem sufficit: sic Exod.2. *Et videbat eum puerum. Vel memoria eorum periit: sunt ne illi?*]

Non

Non certò. *Suntne illi?*] Legitur cum interrogatione, quasi diceret, Illi non sunt. Vel, *vastitates inimici consummatæ sunt in æternum.*] Id est, Pelisthæorum, ut ampliùs non resurgant, Chald. *Refugium propter oppressum*, vel, *arx robusta in afflictione.*] Nam Israelitæ hoc tempore in magna afflictione erant per hostem. *Qui habitat in Sione.*] Dicit, *habitat*, quanquam arx Sionis hoc tempore esset in manu Jebusæorum, quoniam inter eos receptum erat, Sanctuarium ædificandum esse in Sione. *Quando propter sanguinem inquirit.*] Propter sanguinem pauperum, quem effuderunt Pelisthæi. *Non obliviscitur clamoris humilium*, vel, *afflictorum.*] Ita est, Cethib, Ceri est cum Vau; viri enim afflicti plerumque humiles sunt. חננני] Cheth cum Cametz indicat vocem esse ex Dages, sed fit lenis. *Respice afflictionem meam, quam patior ab inimicis meis.*] A reliquis omnibus inimicis meis, velut ab hoc inimico. *Qui elevas me à portis mortis.*] Omnes enim illum pro homine mortuo reputabant, quando cum Goliah pugnaturus erat. *Portis mortis.*] Id est, prope mortem, velut porta ad domum. *Enarrabo omnes laudes tuas.*] Id est, pro omnibus liberationibus ejus ab hostibus suis illi notis; alter omnes laudes Dei dici non possunt, quia plures ignorat homo quàm novit. תהלתיך.] Cum Jod, absque signo Pluralis fœminini, sed habet signum Pluralis masculini. *Demersa sunt gentes.*] Id est, Pelisthæi. *Adrete*, vel, *ad hoc ipsum rete quod absconderunt.*] זו sicut זה. Nonnulli accipiunt hanc vocem pro אשר. *Notus est Jehova per judicium quod exercuit.*] In Pelisthæos, quia pauci ex Israel vicerunt tot ex illis. *Illaqueatus est improbus.*] Hic Goliah est cæsus cum suo gladio. *Opere manuum ejus*, נוקש.] Cum Tseri, ut Pathac in Niphal, vel, cum est radicalis, & est in Cal à ינקשו. *Higgaion Selah.*] Id est, hæc salus meditatio est perpetuo, & laus, ab הגה, sic in Psal. 1. vers. 2. *Meditatur die & nocte.* Non est in Cod. Cremon. *Ad sepulchrum.*] Id est, Gehennam, Derash, לשאולה est in Cod. Cremon. *Omnes gentes oblitæ Dei.*] Id est, non tantum hi Pelisthæi, sed omnes alii inimici Israelis. *Ut cognoscāt seipsas esse tantum homo.*] Id est, velut unus æger homo, qui immedicabilis est: sic in Jer 30. 15. *Dolor tuus immedicabilis est. Timorem.*] He pro Aleph.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 9.*

Super Muth Labben.] Aliqui dicunt, *Mortem Nabal*, per transpositionem, ut כבש & כשב &c. Vel, Alii, *super morte Golia.*] ביןי à לבן ר׳ל איש הבינים quia ostendit se gloriando *inter exercitus*, 1 Sam. 17. 3. Vel, ad Ben unum ex cantoribus, 1 Paral. 15 18. Non est rectum, quia est præter morem linguæ dicere ליצחק cum Pathac in Lamed ante propria nomina. Vel, *De morte Labben.*] Erat nomen unius ex principibus Gentium opprimentibus Israelem, sicut Laban. אחר מנשיכו Donesh Hallevi. *Declarabo.*] Palàm. *Cum toto corde.*] Clàm. *Æquitatem meam.*] Ergo hic Labben fecisset iniquum, forsan fregisset fœdus. *Destructiones.*] Vel, gladii: dicit Ben Laberat se vidisse codicem antiquum Man. S. in quo erat חרבות cum Pathac, sicut in Jos. 5. *Cultellos acutos. Memoria eorum perit.*] Et tu putas evadere; sed præparavit Dominus thronum suum, & judicabit te secundum opera tua, R. Mosheh. המה.] Sicut אתה. *Considera tribulationem meam.*] Antequam sit perditus hic hostis. *In portis filiæ Sionis.*] Oppositum ad illud, *Portis mortis. Gentes immersæ sunt.*] Hoc est initium Cantici Sanctorum. *Higgaion Selah.*] Id est, hæc est meditatio in veritate, לר׳ אספר באמת. *Convertentur ad sepulchrum.*] Dicit, *Convertentur*, quia de pulvere terræ erat homo in initio factus, Gen. 2. *Egenus.*] Israel. בצרה.] Est tempus famis, ut in Jer. 14. 1. *De verbis famis.* מורה.] He pro Aleph, à ירא. אנוש.] Homo, id est, intendit Regem, & subjectos indicat per גוים Gentes.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 9.*

De secretis filiorum.] De die mortis & judicii, vel, de mercede futura, quam *oculus non vidit.* Isa. 64. & in Psal. 31. *Quam multa est bonitas tua, &c.* Vel, de tempore redemptionis incerto, Dan. 12. *Verba sunt signata, &c.* Vel, de peccatis secretè à filio Israel commissis. Vel, de morte filiorum Israel, quæ purgat à peccatis. *Cum toto corde.*] Dicit, *toto*, quia mala imaginatio non adhæret. *In te.*] In lege, vel in salute tuâ. השמך עליון.] Nomine tuo altissimo & excellenti. *Retrorsum.*] Ad ignominiam suam, quando Saul discedebat à Davide, 1 Reg. 23. *Venit nuncius, &c.* Vel, loquitur de futuro, R. Huna. Vel, postquam oraverunt ad idola, quæ non respondebant, revertuntur ad Deum, & ille non respondet. משפטי ודיני.] Duo sunt in eodem sensu, sunt etiam præterea quatuor, עדי וסהדי & פרא ועדר & ומעץ & שיבה וזקנה & גרמוי. *Gentes.*] Amalec, *principium gentium*, Num. 24. *Inimici consumpti sunt, desolationes sunt in perpetuum.*] Ut Alexander ædificavit Alexandriam, Antiochus Antiochiam, &c. *Deleta est memoria.*] Quia non relicta est arbor Amaleci, ne dicas, Hæc erat arbor Amaleci. *In Sione.*] De futuro, R. Hanina. *Sanguines.*] R. Aqiba & sociorum ejus novem, simul etiam sanguinem Bar Ciphra, qui condemnavit pro R. Jehudah alium; cujus astutia detectâ, ambo erant occisi, Bar Ciphra & Jehudah. לשאלה.] Cum Lamed, præter morem, quia omnis vox quæ non habet Lamed in principio, recipit He in fine, R. Nehemias, R. Sol. אל יעוז.] In regno eorum & prosperitate. *Terrorem.*] Vel stultitiam in illis mitte, מורא à Gr. μωρία. *De morte filii.*] Qui ex amore Patris moritur, ut Shadrac, Meshac, &c. Dan. 3. mori sese dabant.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 9.*

Super mortem Labben.] Rex unus nationum terræ ע׳ע׳ה. *Increpâsti.*] In Egypto. *Impium.*] Pharaoh. *Ipsa.*] Nunc sunt re-ædificatæ in eodem loco, נמשאי המה, sicut labor tuus sit irritus. *Fecerunt.*] Sic Ægyptii in Exod. 18. *In quo erant superbi, erat Deus supra illos. Notus est.*] Sicut in Exod. 14. *Et Ægyptiis notum facio quod ego sum Dominus. Higgaion Selah.*] Meditatio excellens, מעילה à סלסלה in Pro. 8. licet sint duæ radices. *Convertantur.*] Id est, iterum altera vice. *Homo.*] Id est, fracti, אנוש.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 9.*

Super Muth Labben, vel, *Alamoth*, *ad intelligere faciendum.*] Nempe, arcana: Alamoth est nomen instrumenti, ut Psal. 46. 1, 2. לבן.] Pro להבין, R. Menachem. Vel, *de morte filii.*] Id est, Absalomi, sed non est rectum, quia non dicit הבן pro more linguæ,

linguæ, sed לבן, & materia Psalmi non huc respicit, Cod. Venet. non MS. R. Sol. penès me: non est in Psalmo ne γρῦ quidem, quod confirmet hunc de Absalomo esse dictum. Vel, *De semine Laban.*] עלמות ר״ל זרע de ruina Edom futura, & deletione seminis Esaui & Amaleci, ר״ל בפסיקתא. Et reperio in Masora, quod עלמות est vocabulum unicum, sicut in Psal. 48. 14. Vel, *de morte Nabal.*] Sed hoc non est rectum transponere vocabula, etiam in hoc Psalmo non fit mentio Nabalis. Cod. Venet. non in MS. Vel, *de juventute ad albificandum.*] Ad albificanda peccata Israelis, sicut nix; & ad renovandam juventutē ejus, à ללבן & à עלם *Juvenis*, 1 Sam. 17. *Improbum.*] Esau. *Omnia mirabilia tua.*] Ultima redemptio est reputata sicut omnia, גאולה אחרונה.
Destruxisti civitates.] Ut de Esauo dicitur, Jer. 49. 13. *Civitates erunt ruina perpetua.* Non est in MS. *Desolationes*, vel, *Gladii sunt in æternum.*] Id est, asperitas, & inimicitiæ, quas servat Esau in æternum contra fratrem suum, ut Amos 1. *Sedebit Dominus in æternum.*] Thronus ejus est perfectus post ruinam Amalec, sed כס, scribitur defectivè, Exod. 17. ult. Est in MS. *Pro sanguine.*] Israelis. *Tribulationem meam.*] In captivitate. *Convertentur in infernum.*] Id est, abducentur de Gehenna ad Judicium, & de Judicio revertentur ad infimum inferni ordinem, R. Aba bar Zabdi. שאולה] Omne vocabulum quod caret Lamed in initio, habet He in fine, R. Nehem. *Higgaion Selah.*] Sensus est ואת נהגה [ultimum judicium debet esse continua meditatio.] *Terrorem.*] מורה, mitte in eos, vel תער novaculam, ut in Ps. 7. 20. *Novaculam mercede acceptam*, id est, acutam, nempè gladium hostis. Non est in MS. Vel, *Mitte in eos dejectionem.*] à ירה, Exod. 15. 1. *Dejecit in mare.* Vel, *Pone Dominium in eos.*] à מרות, & מריא *Dominus* & *Jugum.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 9.*

Labben.] Goliah, ut in R. David.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 9.*

Almuth, vel, *in mortem.*] Duo sunt, Psal. 48. ult. *Ducet nos usque ad mortem.* *Labben.*] Duo sunt, *Filio dexteræ meæ*, לבן ימיני. *Civitates*, vel, *hostes.*] Decem in significatione *odii*, לשון דבבו 1 Sam. 28. 16. *Et factus est hostis tuus.*] Psal. 139. 22. *Inimici tui elati sunt nomen tuū in vanum*: nota quod עריך sumitur in Masora pro *inimicis* in hoc Psal. 9. *In temporibus.*] עתות, duo plenè, & יודעי quatuor plenè. *Declarate.*] הגידו, non habet similem defectivum Jod. אותם.] Quatuor plene in Cethubim, Psal. 106. 26. *Adfaciendum illos cadere.* Psal. 106. 46. *Dedit illis misericordiam.* Est. 9. 22. *Illos dies gaudii*, & totus liber Ezræ est similiter plenè excepto uno 'א'מ'ב, in Nehem. 1. 9. *Si ea*, &c. אתם. *Humilium.*] עניים, quinque sic scripta, sed leguntur ענוים, Psal. 10. 12. *Surge Domine*, &c. Prov. 3. 34. *Deridet derisores*, &c. Prov. 14. 21. *Qui contemnit proximum suum*, &c. Prov. 16. 19. *Cum humili*: E contrario duo scribuntur, ענוים, *humiles*, & leguntur עניים, *pauperes.* Ifa. 32. 7. *Instrumenta avari*, &c. Psal. 9. 18. *Pauperes non erunt obliti*, &c. [1. Afflictiones sunt humiliationis causæ. 2. Plerùmque quia pauperes, & humiles, ideo oppressi.] *Immersi sunt Ethnici.*] Sicut Core, & socii ejus in Abyssum terræ. Duo sunt initium versus. Lament. 2. 9. *Porta ejus immersæ sunt.*

Higgaion Selah, vel, *solemni sono in altum.*] Duo sunt, Psal. 92. 3. *Super solemnem sonum cum cithara*, לשאולה, non ampliùs plenè. *Ne prævaleat homo.*] יעז, duo sunt defectivè, & unus plenè, Psal. 52. 2. *Qui corroborat se in iniquitate sua.* Dan. 11. 12. *Sed non corroborabitur.* (In quibusdam Codicibus Masoræ est scriptum 3. defective, Nota R. Jacob. *Novaculam* מורה] non amplius cum He.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 9.*

De secretis filii.] Unigeniti, S. Aug. humilis adventus, &c. *Super Muth Labben Psalmus Davidis.*] Vel, νεανιότητος, de juventute, Chrys. à עלם, Vel, de filio mortis, & perditionis, Gr. τοῦ θανάτου, Chrys. Vel, de secretis filii istius, Gr. Nam *mysterium est iniquitatis*, mysterium Anomi, 2 Thess. 2. Vel, de mysterio pietatis, Theodoret, τῶν κρυφίων, Chrysost: Vel, de morte Saulis, qui dictus est filius anni, 1 Sam. 13. Gratiarum actio propter ruinam Anomi sub typo Goliah. *Sedes in solio rectum judicans.*] Id est, destruens eum, & post eum regnans; velut, in Apoc. 20. 8, 9, 10. 1. eff. v. 4. vel. Caus. eff. *O inimice, consummata sunt vastitates.*] Ecclesiam non devastabis ampliùs, v. 6. Diaboli frameæ defecerunt, S. Aug. Vel, *Gladii deficiunt.*] αἱ ῥομφαίαι, id est, spoliatus es armis, Chrys. *Cum illis*, vel, *cum sonitu.*] המה: ab המיה, Chrys. μετ' ἤχου, S. Aug. strepitu. *Dominus refugium erit in tempore perturbationis.*] Perturbationis sub eo v. 10. 3. eff. destruct. v. 11. *Nam inquiret propter sanguinem.*] Id est, Martyrum Jesu, 1. Caus. v. 12. *Illaqueatus est in opere manuum suarum.*] v. 16. id est, opere ignominioso quod abscondit, Chrys. *Sion.*] Ecclesia, Chrys. *Higgaion Selah*, vel, *modulatio est semper.*] φθογγὴ ἀεὶ, Chrys. 2. Caus. *Improbi vertentur in infernum.*] *In stagnum ignis & sulphuris*, in Apoc. 19. 20. *Expectatio pauperum*, Sanctorum & Martyrum, *non erit oblita.*] V. 8. 3. Caus. *Pone timorem in eos.*] Per exercitus tuos. *Timorem.*] Vel, legem docentem, νόμον, Gr. à ירה, מורה, in 2 Chron. 15. *Sacerdos docens*, idem. Vel, Legislatorem, νομοθέτην, Chrysost. Ut non incedant amplius Anomi, ut 2 Thess. 2. Vel, Legislatorem Antichristum, S. Aug. Vel, φόβημα, Chrysost. *Ut Gentes agnoscant se homines ægros esse.*] Et non Deos, ut dixit Rex Tyri, *Ego sum Deus*, Ezech. 27. finis, 4. Caus. v. 20. *Mitte timorem in eos.*] Malum quo non est gravius ullum. Dapes à Dionysio Siculo Tyranno apparatæ, vinum, marmora, unguenta, &c. non restituent somnum quem Metus cordis abstulit: qui habet αὐταρκείαν, sine timore, εὐμενεῖ est perturbatus.

Horat. Lib. 3. Od. 1.

Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non avium, citharæque cantus
Somnum reducent. Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit——
Desiderantem quod satis est, (αὐταρκείαι) *neque*
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sævus arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hœdi:
(Duæ stellæ tempestuosæ)
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundúsque mendax, arbore nunc aquas
Culpante,

Culpante, nunc torrentia agros
Sydera.——
—Sed timor & mina
Scandunt eodem, quò Dominus: neque
Decedit arata triremi, &
Post equitem sedet atra cura.
Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sydere clarior
Delenit usus, nec Falerna
Vitis, Achemeniúmque costum,
(Unguentum Persicum, id est, Dolor est insanabile malum.)
Cur invidendis postibus, & novo
Sublimo ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operosiores?

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 9.*

Al Muth Labben, id est, *arcana filiorum.*] Gall. Vulg. id est, Merces ultima bonorum & malorum, Reg. Bodl. Ang. MS. Heb. à עלם. Vel, Labben, est nomen Philisthæi, Ital. Aut instrumenti. Vel, ostendit, quod Christus adventu suo oppressurus est Antichristum, Lat. Man. 4°. in Trinit. Colleg. Cantab. *Destructiones.*] Vel, gladii, Gall. *Glaines*, 2. Ang. MS. à חרב. *O inimice.*] Saul, tuæ destructiones in inimicos Israel, habuerunt finem, Ital. Hisp. *Enemigo.*

Sect. 10. *Ex Gr. Vulg. in Psal. 9.*

Infixa sunt Gentes.] Quasi in fovea plena luto, ut in Jer. dicitur de Zedechia, pedes tui luto *infixi sunt. Higgaion.*] Ode semper, Aq. ἀεὶ. *Legislatorem super eos.*] Vulg. id est, super pauperes in captivitate, ut pugnet prælia eorum contra Gentes, sic Gen. 49. *Nec Legislator, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 9.*

De Regno Christi.] Par. Edit. *O inimice*, vel, *Inimicum gladii consumpserunt in æternum.*] Syr. M. בסיפא ܒܣܝܦܐ He. חרבות, sic in 2 Reg. 21. de Josiah. *Inquirit & recordatur eorum.*] Ut vindicet sanguinem eorum ab inimicis, Syr. & dicit, *Recordatur*, ut in Psalm. 137. *Recordare filios Edom, &c.*

Higgaion Selah.] Non est in Syr. *Illaqueatus est in opere manuum suarum.*] In senectute quando relinquitur à peccato, turpiter ad idem revocatur in desideriis.

Horat. lib. 4. Od. 1.

Me nec fœmina, nec puer,
Jam nec spes animi credula mutui,
Nec certare juvat mero;
Nec vincire novis tempora floribus.
Sed cur heu Ligurine, cur
Manat rara meas lachryma (Ex pudore) *per genas?*
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis ego te somniis
Jam captum teneo, jam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubileis.
(Propè Tiberim.)

Timorē, vel, legem super illos.] Ut hucúsq; & non ultrà progrediantur, sicut de mari, in Job 38. 11. Syr. נמוסא ܢܡܘܣܐ He. מורה, sicut in Ps. 148. *Dedit illis legē*, est consolatio piorum, quod limites posuit Deus hostibus eorum.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 9.*

Labben, seu, *De mysteriis filii.*] Et de gloriâ Christi, resurrectione, regno, & destructione filiorum inobedientiæ, Arab. MS. *Labben.*] Seu, Princeps & Capitaneus, פולמירכא, Chal. Nebiens *Desolationes*, vel, *destruxisti gladios.*] אברת סלאח أبلت سلاح Arab. Neb. Rom. Gr. id est, consumpta; sunt ita ut non amplius per illos sunt interficiendi homines. *Recordatus est quærentis sanguinem eorum.*] Arab. الطالب id est, vindiciæ eorum sanguinis placent Deo in die judicii. *Infernum.*] Hades, Gr. אלגחים Arab. الجحيم *Terrorem.*] Gr. est in Arab. Legem, אלנאמוס الناموس *Homo, vel, caro.*] Arab. بشر בשר, id est, mortales; ut in Isa. 40, *Omnis caro fœnum*, quod cito perit.

PSAL. X. *secundum Heb.*

1 *Ut quid Domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?*

2 *Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.*

3 *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.*

4 *Exacerbavit Dominum peccator, secundùm multitudinem iræ suæ non quæret.*

5 *Non est Deus in conspectu ejus: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.*

Auferuntur judicia tua à facie ejus: omnium inimicorum suorum dominabitur.

6 *Dixit enim in corde suo: Non movebor à generatione in generationem, sine malo.*

7 *Cujus maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua ejus labor & dolor.*

8 *Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.*

9 *Oculi ejus in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.*

Insidiatur ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

10 *In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum.*

11 *Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.*

12 *Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum.*

13 *Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.*

14 *Vides, quoniam tu laborem, & dolorem*

rem consideras : ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper : orphano tu eris adjutor.
15 *Contere brachium peccatoris & maligni : quæretur peccatum illius, & non invenietur.*
16 *Dominus regnabit in æternum, et in sæculum sæculi : peribitis Gentes de terra illius.*
17 *Desiderium pauperum exaudivit Dominus : præparationem cordis eorum audivit auris tua.*
18 *Judicare pupillo et humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 10.

Q*uare Jehova procul stas?*] Hunc Psalmum David composuit pro toto Israele, & etiam pro omni secretè afflicto per inimicos suos insidiantes, & ait *procul,* quando non fert opem : nam quando opem fert propè est ; velut, *Quæ natio Deum tam propinquum habet?* in Deut. 4. 7. *Improbus in superbia pauperem persequitur.*] Id est, palàm, loquitur de improbis in singulari, & plurali, quia est unus Dux, & reliqui ejus asseclæ. Cod. Cremon. *Quæ meditati sunt.*] זו est pro אשר, sic in Isa. 42. 24. *In quem peccavimus,* idem. Non est in Cod. Cremon. *Benedicit avaro quem Deus abominatur,* vel, *benedicit quæstum facienti.*] Ut in Mal. 3. *Superbos beatos æstimamus. Abominatur Dominum.*] Quasi non potens esset Dominus ad eripiendum oppressum è manu opprimentis, Chald. Vel, existimando quod providentia ejus non est super eos [ut, Job 22. & Psal. 73. *Quomodo novit Deus?*] *Per superbiam vultus sui.*] Dicit *vultus,* quoniam ibi apparet superbia. *Non inquiret post Deum.*] Ei non fundet preces. *Deus non est, in omnibus cogitationib⁹ suis est?*] Cogitationea ejus sunt non esse Deum sceleris vindicem in terra, & ita vivat homo prout sibi placuerit. *Viæ ejus perpetuò graves sunt.*] In pauperes. *Judicia tua procul absunt suprà à conspectu ejus.*] Nullum judiciorum tuorum in eum cadit. *Efflat apud eos.*] Velut expirationis, & afflatus oris sui æstimat. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Illaqueat eos.*] à פח. *Execratione os ejus plenum est,* vel, *replet.*] Jurat quod nullos fallet, ut faciliùs eos fallat, מלא, id est, ממלא, non est Toar, sed verbum פיעל. *Fraudes sunt & dolus.*] Id est, omnia juramenta ejus tendunt ad decipiendos homines. *Fraudes.*] à תוך quoniam fraus in medio cordis est. *Sedet in locis insidiarum.*] Plerúmque enim improbi violentiam palàm non faciunt. *Oculi ejus contra inopem secretè positi sunt.*] In secreto loco positi sunt, ut nemo videat, יצפנו verbum stans. *Inopem.*] He redundat. *Rapit pauperem.*] Id est, celeriter (sic vox denotat) sicut Leo. *Quando trahit eum ad rete suum.*] Velut auceps qui funes retis in manu tenet, & quando avis in illud cadit, trahit rete, & capitur avis : ita improbus procul stat à semitis, donec videt infirmos venientes, sine armis, & ita in eos cadit. *Atterit, & humilem seipsum reddit.*] Hic aliud medium est quo pauperem capit ; ipse & socii ejus latrones seipsos ægros & attritos esse fingunt, ut homines in societatem eorum trahant, quando autem procul absunt à villis in eos cadunt. *Robusta sua.*] Manus & pedes ejus, עצומיו est Toar. *Pauperes.*] Vel, turba attritorum, à חיל כאים. *Oblitus est Deus.*] Id est, si unquam cognoverit oblitus est hujus rei, vel, Deus illud non omninò cognoscit, rem enim cujus oblitus est homo non cognoscit [sic dicitur, *Oblitus est purgationis à veteribus peccatis* ; id est, non est purgatus.] *Illud vidisti.*] Improbus ait te non videre, illud autem vidisti, ראתה deficit Jod in loco Lamed הפועל. *Inquire in improbitatem ejus.*] Quanquam dicit quod *non inquires. Dare est in manu tua.*] לתת, id est, dare vindictam quando tibi placuerit. *Donec nullum invenias.*] Nullum hominem improbum in terram. *Dominus Rex est in æternum.*] Quando judicium facit in opprimentes Israelem suum in captivitate, & hoc in futurum, velut in Zach. 14. 9. *Unus erat Dominus in tota terra. Desiderium pauperum audivisti.*] Priusquam in os eorum venit, velut in Isa. 65. 24. *Nondum clamantibus respondebo. Præparabis cor eorum.*] In removendis ab illo mundi negotiis. *Ad judicandum pupillos.*] Sicut ipsi oraverunt. לערץ verbum יוצא.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 10.

Longè.] Sicut homo qui nec videt, nec juvat. *Laudat desiderium animæ.*] Impius prædictus laudat alium impium quem amat. *Benedicit.*] Dat illi dona & benedictionem, sicut Gen. 33. *Accipe benedictionem servi tui.* Vel, *Maledicit Domino.*] Sic, 1 Reg. 21. 18. *Maledixit Deo & Regi, &c. Superbia faciei suæ.*] *Superbia* est in corde, sed apparet in facie ; ut, *Superbi oculi,* Prov. 30. Beth deficit in כל. *Omnes cogitationes suæ sunt, non est Deus, non requiret.*] Dicit in corde suo, non est Judex, nec judicium, R. Sol. *O Altissime, Judicia tua sunt ex ejus conspectu.*] Non sentit ea. *Altissime.*] Sic, Psal. 92. 8. *Tu Deus altissime. Viæ ejus semper terrent.*] Prudentes mirantur ejus prosperitatem. Vel, *Semper habent effectum.*] Secundùm sua desideria, ut, 2 Sam. 3. 29. *Descendat super caput Joabi.* Vel, viæ Domini debent esse timor ejus, sed non sunt, à חיל *Dolor parturientis. Efflat (& incendit) eos.*] Ut, Prov. 29. 8. *Derisores incendunt urbem,* idem. *Usque ad generat. & generat.*] Nec ego, nec filii mei. *Oculi sui occultant sese.*] Ne videantur nutus oculorum ejus derisorii. Vel, *vigilant pro paupere.*] יצפנו pro יצפו Nun redundat, R. Haggaon. *Humiliat sese.*] Sicut mos est leonis, antequam capiat prædam. חלכאים] Vocabulum unum, à חלכה He pro Aleph, ut in מורה, Psal. 9. *Ne obliviscere.*] Licit impius dicit, *Deus oblitus est, &c. Est in manu tua.*] Pœnis afficere, seu offensam remittere ad libitum tuum. *Es,* vel, *fuisti adjutor pauperis.*] Ideoque pauper *relinquit* seipsum, & currit ad te. *Donec invenias nullum.*] Ne unicus impius sit relictus. *Inquire.*] Sicut homo quærit perditum in secreto, Loquitur ad Brachium Domini. *Rex in æternum.*] Hoc regnum erit notum quando impii omnes pereunt. *Audivisti desiderium.*] Quod nunquam venit in linguam. [Est consolatio illis qui non possunt verbis exprimere conceptus cordis.]

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 10.

A longè.] Idcirco subjugati sumus à Gentibus, ut

in Dan. 7. *In tempus, tempora, & dimidium temporis*, quia quæsimus Deum, & non invenimus; sicut Caupo הבורגני, quærit ab itinerantibus, ut intrent Cauponam propè vesperam, & illi eum respuunt, tenebræ noctis veniunt, tum redeunt ad Cauponam (quando porta est clausa) supplices, Caupo tamen obturat aures; sic Deus benedictus dixit, in Isa. 55. *Quærite Dominum quando potest inveniri*, hoc dictum prædicavit Dominus tribus annis & dimidio ante destructionem Jerusalem, R. Johan. ex Ezech. 9. & Ezech. 11. [Hæc parabola reperitur in Luc. 13. *Contendite intrare per angustam portam, antequam clausa sit janua, &c.*] *Pauperem.*] Lot, cum hominibus Sodom. *Impius laudat.*] Cantica cecinit quando adeptus est desideria sua. *In manu tua.*] In spiritu Prophetiæ super Isaac, dedisti terram semini ejus. Vel, Spiritu super Jerem. dedisti mundum Nebucad. Ann. 70. *Pauper.*] Deus est pater Orphanorum: Remus & Romulus relicti erant, matre mortua, fratres Orphani, nutriti à Lupa, & duorum celebrium Romæ montium patres. *Non invenies.*] Justitiam in illo.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 10.

Psalmus est de captivitate Israel, sub bestia quarta. *In inventionibus.*] Destruere legem. *Desiderium.*] Concupiscentiæ, & homicidii, & avaritiæ, בוצע. *Non investigabit.*] Utrum patres ejus haec editate non acceperunt mendacium. *O Altissime.*] מרום & יפיח ex פח laqueus. *Sub lingua.*] Quando loquitur pacem, *sub lingua* est dolus. *Labor.*] עמל, fraus intellectu difficilis. *Insidiis.*] Occasiones decipiendi. *Per fortia.*] בעצומיו, id est, impia decreta. *Dare est in manu tua.*] Tu dedisti Electionem homini, & nosti ejus *cogitationem malam*, Gen. 8. *Improbi.*] רשע לשמים ורע לבריות, adversus Deum, & creaturas. *Non invenies.*] Ullam iniquitatem in populo tuo posthac. *Non amplius.*] Sicut antehac in Dan. 7. *Comedit totam terram.*

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 10.

Capti sunt pauperes in imaginationibus quas excogitârunt.] Impii. [Justi aliquando clausi sunt in manus impiorum.] *Ostentat se de cerdis desiderio.*] Quia potest illud adimplere. *Laudat avarum*, vel, *avarus laudat seipsum.*] ברך, ut חרף, dicendo, *Pax erit mihi*, Deut. 29. 18. *Efflat.*] Et flatu oris cadunt sub eo, Venet. & MS. *Unaquaque viarum est gravis.*] In pios, vel prosperatur, à חיל in Deut. 8. 18. *Ad comparandum divitias.* Non est in MS. *Contra exercitum tuum.*] חלכה, id est, חילך, sicut notat Masora. Est unum istorum verborum quæ habent כה pro ך, ut בכה pro בך & אתכה pro אתך, &c. *Secietas contritorum.*] חלכאים, id est, חיל כאים à נכאה, ut notat Masorah. Est unum 25. verborum, quæ scribuntur ut unum, & leguntur ut duo; ut בגד, Gen. 30. & אשורה, Deut. 33. *Lex ignea*, & מלכם, Isa. 3. & נכאה est sicut נקלה, Nun radicali. *Per fortia eius.*] Manus & pedes, sicut pedes Leonis, Ab. Ezra. Vel, fortia consilia, Isa. 41. 21. *Educite fortia argumenta.* Vel, *Vires suos robustos.*] בקילורים, sic, *Nebuchad. Præcepit robustis suis*, Dan. 3. 20. R. Simon. Vel, per nutus oculorum, עצומיו à עוצם, *Clausit oculos*. *Fuisti adjutor.*] Antehac. [עוזר] Id est, relinquit in te onus suum, vel, à te quærit, ut juves illum, sic, Exod. 23. עזוב, Menachem, Venet. Non est in MS. *Brachium impii.*] Actiones Esaui. *Reperies nullos.*] Nullos ex Israele impios, quando destruxisti Esauum, quia prosperitas ejus in causa est cur multi ex Israele fiunt impii. [לערוץ] Ut non addat ad perterrefaciendos terræ infimos, Ab. Ezra.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 10.

Deus non est in cogitationibus ejus.] Putat Deum ignorare cogitationes suas. *Viæ ejus prosperantur.*] à חיל *Divitias*, in Deut. 8. [פיח יפיח] à Fumus, & cineres; denotat furentem impii iram. *Quoniam non sum in male.*] Non facio malum, Quia non luit pœnas peccati, ideo existimat se esse sine peccato. *Per fortes.*] Id est, socios suos unà insidiantes, כמכוני. *Attolle manum tuam.*] Et jura ad juvandum pauperes, sicut in Deut. 32. *Si eleve manum meam in cœlos. De terra sua.*] Terra populi sui.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 10.

Gloriatur.] הלל, Non est ampliùs, & nomen viri est similitèr. *De desiderio cerdis*, vel, עד, *limite hæreditatis suæ.*] Non est ampliùs, & unus scribitur, Gen. 49. 26. עד תאות, *Usque ad limitem, &c.* *In superbiâ.*] בגבה Duo sunt, Amos 2. 9. *Sicut altitudo cedrorum.* [Impius intumescit quando sedet in altum.] *Via*, vel, *qualibet viarum suarum.*] דרכו, quinque habent defectum Jod. *Gaudium viarum*, Job 8. 19. &, *Dare unicuique secundum vias suas*, 1 Sam. 18. 14. *Prosperabatur in viis suis.* 1 Sam. 8. 1. *Filii sui non ambulabant in via sua.* [Via unaquæque justi est prospera, non sic impii, Psal. 1.] [ומרמות] Duo plena. *In latibulis occidit.*] Et opinatur quod nemo vidit. Tres sunt cum Dagesh. Jer. 23. 24. *Num potest homo abscondere se? &c.* Psal. 64. 4. *Ad jaculandum in secreto, &c.* Symbolum in lingua Targumica, est נבר אקשיר שלימא, hæc tria verba reperiuntur singula in singulis locis prædictis. *Eleva manum tuam.*] נשא, unum ex 12. istis paribus in Scriptura ex Alphabeto, quorum unum est cum Aleph, aliud cum He in fine vocis, in Psal. 4. 6. *Leva lumen vultus tui.* Aliud par in *Massah* משא 1 Paral. 15. 22. & Deut. 6. 16. *Sicut in Massah* משה cum He. Aliud par in *Sillah*. 2 Reg. 12. 20. & Lament. 1. 15. cum He, *conculcavit*. Aliud, in Num. 12. 13. נא רפא *Sana eam*. Et Psal. 60. 2. cum He. Aliud, in *Jerashah*. 2 Reg. 15. 33. & in 2 Paral. 27. 1. cum He. Aliud, in הוא Job 37. 6. *Sis tu*. & Gen 27. 29. cum He. Aliud, in *Zizah*, 1 Paral. 4. 37. Aliud, in ושנא 2 Reg. 25. 29. *Et mutavit*, & in Jer. 52. 33. cum He. Aliud, פוא, Job 38. 11. *Hucusque*. & Jos. 18. 3. cum He. Aliud, in *Hara*. 1 Par. 5. 26. & in Psal. 7. 14. *Concepit, &c.* cum He. Aliud, in Exod. 9. 4. *Separavit*. Et Deut. 28. 59. *Faciet mirabiles*, cum He. Aliud, in *tempore statute*. Prov. 7. 20. Et Psal. 81. 3. cum He. Aliud, *Harbonah*. Ester. 1. 10. Et in Est. 7. 9. cum He. *Vidisti.*] ראיתה, non habet simile sine Jod. [ורע] non habet simile cum cametz, & omne *bonum*, & *malum* est similitèr.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 10.

Apud Græcos, Sept. Chrysost. &c. Latinos, S. Aug. &c. conjuncti sunt hi duo Psalmi, cùm de eodem subjecto sint, ruina scil. hostiū Ecclesiæ. *Imprebus in superbia sua persequitur*, vel, *comburit pauperē.*] 2. v. 5. Cau. ἐμπυρίζεται, Chrys. Gr. id est, persequitur ad mortem per ignem, quæ erat unum ex quatuor generibus, ut apparet in filia summi Pontificis, Levit. 21. vel. accenditur pauper ad rectè vivendum comparatione peccan-

peccantium, S. Aug. Lat. MS. ardet pauper. *Improbus insanit post desideriū cordis sui.*] 6. Caus. Post homicidium, vel libidines; hinc libidinosæ mulieres dicuntur à Græcis ἱππομανεῖς, equæ furentes; Jecur ulceribus scatet in ardore isto, ut Horat. de Lydia jam vetula, Od. 25.

Invicem mœchos anus arrogantes
Flebis, in solo levis angiportu,
(Derelicta)
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sæviet circa jecur ulcerosum,
Non sine questu :
Læta quòd pubes edera virenti
Gaudeat ———

Vel, *Improbus ille laudans* Deū *propter desideriū cordis sui, Et avarus ille benedicens* Deo, *abominatur à Domino.*] Gr. Preces ejus sunt abominabiles, ut in Pro. *Sacrificium impii est abominabile, &c.* Vel, *Improbus iste laudatur in desiderio cordis sui.*] Per illos qui similes sunt ei, v. 3. ἐπαινεῖται, Gr. 7. Caus. *Et avarus iste benedictus est, quem deus abominatur.*] Gr. Est inimicus laminæ terris abditæ, nisi temperato splendeat usu, Od. 2. lib. 2. & Od. 18.

Tu (avare) *secanda marmora*
Locas sub ipsum funus : & sepulchri
Immemor, struis domos,
Marisque Baiis (propè Puteolos ubi erat nova Roma) *obstrepentis urges*
Summovere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid? quod usque proximos
Revellis agri terminos? & ultra
Limites clientium
Salis avarus? (Job 24.) *pellitur paternos*
In sinu ferens deos
Et uxor, & vir, sordidósque natos.

(Id est, avarus ædificat domos, rapit agros aliorum, & expellit eos; sed te tenui se contentum dicit, nec à Deo, vel Mecœnate petit majora.) Od. 18.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar :
Non trabes Hymettiæ
(Marmoreæ)
Premunt columnas ultima recisas
Africa ———
At fides, & ingeni
Benigna vena est : pauperémque dives
Me petit : nihil supra
Deos lacesso : nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
(Villâ sua Sabinâ.)

Deus non est in omnibus cogitationibus ejus, Parturiunt viæ ejus.] Lat. MS. v. 4, 5. ut Jacob. 1. *Concupiscentia parturit peccatum, & peccatum quando perficitur parturit mortem.* Vel, viæ ejus sunt profanæ, βεβηλοῦνται. 8. Caus. Chrys. à חוּל, consilia ejus immunda sunt, S. Aug. *Quicunque sunt hostes ejus, apud eos afflat.*] V. 5. ἐμφυσᾷ, Chrys. Vel, dispellit eos per verba sua; id est, furor ejus est *ventus fortis,* Job 8. Vel, κατακυριεύει, à פּוּחַ, Dux, Chrys. *Dicit in corde suo, nunquam malo afficiar.*] Sic ait Babylon in Apoc. 18. 7. *Ero sine malo,* Lat. MS. 9. Caus. securitas, v. 9. *Execratione os ejus plenum est.*] 10. Caus. v. 7. Sed quia perjuria non cito puniuntur, ideoque impii matri mortuæ promissa non servant, Deum & homines fallere conantur, prospero eventu ridentes, ut Horat. in Barinen. Od. 8. lib. 2.

Ulla si juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuisset unquam,
Dente si nigro fieres, vel uno
Turpior ungui,
Crederem : sed tu, simul obligâsti
Perfidum votis caput (ut Mat. 5. per caput tuū)
Pulchior multo ——— *(enitescis*
Expedit matris cineres opertos
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo, gelidáque divos
Morte carenteis.
Ridet hoc inquam Venus ipsa, rident
Simplices Nymphæ, ———.
Adde quod pubes tibi crescit omnis,
Servitus crescit nova, ——— (Perjuriis)
(Sed in fine, *Terra propter perjuria luget,* Jer. 23.)

Velut Leo.] Persecutio per Antichristum ventura est violenta, & fraudulenta, S. Aug. sic in Psal. 91. *Super Serpentem, & Leonem,* Serpens denotat fraudem, Leo violentiam, S. Aug. *Cum divitibus,* vel, *Juxta vestibula.*] Lat. MS. In villis. *In pauperem,* vel, *robustos tuos.*] Lat. MS. חילך à חיל exercit'. *Incurvat,* vel, *Confringetur, quando incurvatur, & cadit cū robustis suis* (qui pro illo pugnant) *per pauperes,*] Pauperes oppressi perdent eum, in Jer. *Homines transfossi,* 11. Caus. Instrum. v. 10. Gr. Vel, *Robustis.*] Sociis suis qui deprædantur in viis, Chrys. ἰσχυρῶν. Vel, *Cum dominatur pauperum.*] S. August. ut in Arab. Vel, *irruet viribus ejus.*] Lat. MS. *Frange brachium improbi, inquire* (suppliciis affice) *improbitatem ejus, donec non invenias ullam.*] Sic Psal. 9. *Inquirit post sanguinem.* Vel, *Quæres, & non invenies.*] Lat. MS. ut ille cogitat, quia abscondit peccata sua. eff. 4. v. 15. *Tibi pauper,* vel, *fortes tui relinquuntur tibi.*] Lat. MS. חילך, ut antè. *Præparâsti, ut cor eorum.*] Lat. MS. ideoque audiet auris tua. *Dominus Rex est in æternum.*] Sic in Apoc. 11. 15. Omnia regna mundi facta sunt regna Christi, 5. eff. ruin. v. 16.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 10.

Pauper est accensus.] Ang. MS. à דלק. *Invenies nullum.*] Quia non apparebit ad se defendendum, Ital. *Homo terra.*] Id est, terrenus, *Ital.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 10.

In opportunitatibus.] Vulg. ἐν εὐκαιρίαις.] Gr. Afflictio est tempestivitas auxiliandi. *Ut non inveniatur ille.*] Sed pereat. *In superbia impii incenditur pauper.*] Id est; afficitur pudore, quia tunc facies rubescit, ut *Flamma,* in Isa. 13. *In conspectu ejus.*] Cogitationes sunt cordis visiones. *In villis.*] Vel, atriis, חצרים, Heb. Vulg. Divitibus qui habitant in spatiosis domibus cum pulchris atriis, S. Aug. *Ut tradas eos in manus tuas.*] Vulg. ut punias eos nempè qui causant dolorem, & laborem per manus tuæ plagas. *Quæ præparat cor eorum.*] Antequam loquuntur *ego audiam,* dicit in Isa. 65. ut Prov. 16.

Preparatio cordis est in homine, חכין cum לבבם & אשר deficit. *Judicare pupillo.*] Id est, pro pupillo, Lamed deficit.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 10.

De diabolo tentante Adam, אכלקרצא ܐܟܠܩܪܨܐ Par. Edit. *Persequitur,* vel, *accendit pauperem.*] Syr. יקד ܢܘܩܕ inflammat, primum hominem malâ concupiscentiâ. *Non inquiret.*] De re qualibet, existimat enim se satis intelligere, Syr. לא מעקב ܠܐ ܡܥܩܒ *Dolore affecta,* vel, *dissoluta.*] Syr. שרין ܫܪܝܢ Heb. יחילו à חול profanæ. *De malo cogitat, execratione os ejus plenū est.*] Sy. ܪܢܐ ܒܝܫܬܐ רנא בישתא Heb. אשר לא ברע, sicut לו cum Vau. *Villarum,* vel, *habitationum.*] Syr. 1 Pet. 5. *Diabolus est ut Leo rugiens,* latitánsque in secretis, decepit & occidit primos parentes. *In robustis suis,* vel, *ossibus, ægritudo est & dolor.*] Syr. MS. Id est, in fine simulat seipsum, ac si æger esset, Syr. כורהנא ܟܘܪܗܢܐ He. חלכאים à חיל dolor, & נכאו à כאים in Job, 30. Observanda Hypocrisis impiorum, & Eva dixit, Gen. 3. *Serpens decepit me.* *Intueris quod relictum est manui tuæ.*] Syr. Ut conserves pauperem qui tibi relictus est. *Non invenies improbitatem ejus.*] Secundùm quod ipse cogitat; observa Atheismum, ut in Job 22. *Quomodo novit Deus?* Psal. 73. *Quod præparat cor eorum auris tua audit.*] Syr. He. חכין, Deus est καρδιογνώστης. *Ut non ampliùs destruant homines è terra.*] Syr. MS. sicut Serpens destruxit Adamum, Deus est justus pariter, ac longanimis.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 10. Est continuatio noni Psalmi in Gr. Arab.

Via ejus impura.] Gr. Arab. ידנס يدنس à חול, 1 Sam. 21. & Diabolus ejus Pater est, *Spiritus immundus,* Mat. 12. יפיח *Dominium exercet.*] יתשלט Gr. Arab. Neb. Rom. ويتسلط Id est, facit quicquid vult. *Absque malitia.*] Ero sine adversis, Arab. *In villis,* vel, *cum divitibus.*] Vel, Leonibus, Arab. Gr. מע אלאעניא مع الاغنيا Id est, raptores, & lattones latent cum illo. Heb. כפירי, sicut in Psal. 34. *Leones,* vel, *divites,* in Syriac. *Quando potentiam habet in pauperes.*] Gr. Arab. Neb. Rom. תסלט تسلط He. בעצומיו à עצמו in Exod. 1. *Fortes facti sunt.* *Humiliat sese,* vel, *eum.*] Arab. id est, pauperem, quando cepit eum. *Perterrefacere,* vel, *gloriari super pauperes.*] Arab. Græc. יפתחר يفتخر μεγαλαυχεῖν, ut in Jacob. 3. μεγαλαυχεῖ, de lingua. *Tradere est in manu tua.*] Arab. in manu tua est tradere eum ad hostes ejus, & ad mortem, في يديك Arab. פי ידיך.

1 *In finem Psalmus David.* X. *Heb.* XI.
2 IN *Domino confido: quomodo dicitis animæ*
meæ: Transmigra in montem sicut passer?
3 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.*
4 *Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: justus autem quid fecit?*
5 *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus: Oculi ejus in pauperem respiciunt: palpebræ ejus interrogant filios hominum.*
6 *Dominus interrogat justum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.*
7 *Pluet super peccatores laqueos: ignis & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.*
8 *Quoniam justus Dominus & justitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 11.

F*Ugite sicut passer.* Scribitur נודי in plurali, id est, corpus & anima Davidis, quia inimici Davidis putabant, corpus ejus periturum per manum Saulis, animámque perituram, sicut κακόποιος, contra Regem suum. Dixit, *fuge,* vel, *vagare,* quia anima impii est vagabunda, & agitata, sicut lapis in funda, 1 Sam. 25. 29. in Targum. *Ad,* vel, *à monte vestro.*] Quia David abscondebat se inter illos, illi verò revelabant locum ejus, 1 Sam. 23. 7. *Et dictum erat Sauli, dicendo, &c.* הרכם] Mem deficit, sicut Josh. 10. 13. *De inimicis, &c.* *Sicut passer.*] Vagatur passer de nido ad nidum & de monte ad montem. *Confido in Domino.*] Qui salvabit me. *Ecce impii.*] Dicit, *Ecce,* quia sicut illi revelabant Davidem, sic alii revelabant machinationes eorum ad Davidem. *Rectos corde.*] David erat integer, in quo erga illos non erat iniquitas minima. In Derash, est applicatio ad captivitatem 10. Tribuum, in diebus Hezechiæ, quando lætabantur Gentes. *Impii.*] Shebna & Joah, qui scripserunt literas, & affigebant illas sagittæ, quam jaculabantur ad Senacherib, & scribebant quod totus populus Israelis pacem facturus erat cum Sennacheribo, sed Isai. & Hezechi. erant impedimento. R. Berech. in nom. R. Aba. Derash. Non est in Cod. Cremon. *Fundamenta.*] Id est, consilia sunt fundamenta actionum, Isa. 19. 10. *Fracti in consiliis suis,* Idem. *Et justus id quod fecit.*] Id est, remunerabit Deus justum secundum *id quod fecit,* consilia ejus non erunt irrita, sicut impiorum. *In templo sancto.*] In cœlo, respicítque terram. *Tentat justum.*] Per afflictiones, ut Prov. 3. 12. *Castigat quem amat,* & Gen. 22. *Tentabat Abrahamum,* decem tentationibus in Targ. Jerusalem. *Impium odio habet.*] Et non castigat eum, sed quando venit dies ejus, de mundo exterminat illum. *Pluit.*] Decreta descendunt, sicut pluvia de cœlo, Ruth. 3. *Quomodo cadet res.* *Laqueos.*] Vel, lapides cum tonitru, Prov. 26. 21. *Sicut carbones,*

bones,&c. Vel à פחים, in Numb. 16. Ab. Ezra. *Tempestatem ardentem.*] ut in Lam 5. *Portio Calicis*, vel, *Portio partis eorum.*] Id est, ipsissima eorum portio; duplicatur idem sensus duobus verbis, ut ארסת עפר Dan. 12. & in Psal. 40.2. Vel, *Preparatio Calicis.*] הזמנת. *Respicit rectos.*] Vel unusquisque rectorum respicit faciem ejus. Chald. Par. *Facies ejus.*] פנימו pro פניו, sic Job. 22.2. עלימו pro עליו, Mem & Vau sunt plurali. Vel, *Facies eorum vident rectum.*] Id est, Deum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 11.

Ad montem vestrum.] Ut ibi illaqueetur anima mea in vestro rete. *Fundamenta erunt diruta.*] Id est, vestra consilia contra justos עצות. *Quid fecit justus?*] Ipse nihil fecit, Deus solus irrita fecit illa. [Confidat simplex in Dei sapientia.] *Oculi sui vident.*] Oppositum ad illud, *Jueulantur in tenebris. Tentat justum.*] Afflictio venit, לנסותו ad probandum eum, & *benefaciendum in fine*, Deut. 8.16. פחים] Id est, פחמים, *lapides ardentes*, cum pluvia descendentes. ולעפה] Id est, רעדה, tremore. *Recti videbunt faciem suam.*] Id est, filii hominum, in ver. 4. Ratio est, quia facies non videt, sed oculus, אין פני ראים neque reperitur vocabulum in plurali in hoc sensu cum יהוה, sed cum אלהים, solù propter profundum secretum, סוד עמוק [forsan mysterium Dei Triuni quem scrupulum, cum multis aliis in scriptis Ezræ, Judæi Liburni, Patavini, Romani, Venetíve (quibuscum in itinere brevis erat mihi velitatio) eximere non potuerunt.]

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 11.

נודו] Quando captivi erant Israelitæ, exultabant nationes ad fugam eorum, qui erant ut aves vagantes à nido. R. Aca. *Impii.*] Shebna & socii ejus. R. Berechiah in nom. R. Aba R. Sol. R. David. *Fundamenta.*] Justi sunt lapis fundamentalis terræ. [Isai. 28. *Mitto in Sion lapidem, &c.*] *In Templo.*] Terrestri, quando Israel operatur bonum; quando malum, tunc Dominus est in cœlis *Probant.*] Justos, non impios, quia impii non stabunt in tentatione. *Laqueos*, vel, *Carbones.*] פחם qui superbit, ignis erit merces ejus, ut in Babel, Gen. 11. Job. 22. Sodom, Gen. 19. Senacherib, Isa. 10. Nebuchad. Dan. 3. Edom, Dan. 7. Gog, Ezech. 38. Sisera, Jud. 5. *pugnabunt de Cœlis, &c. Calicis.*] Sunt quatuour Calices vindictæ, ut salutis. *Amat justos.*] Sed omnis artifex odio habet ejusdem artis artificem, R. Jehud. bar Simon. *Vident faciem ejus.*] Sunt septem mansiones justorum in Eden, & impiorum in Gehen. Vide Sect. 12.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 11.

Quando fugit à facie Absalom. *Mons vester sicut passer.*] Id est, Rex vester, in Zech. 4. *O mons, &c. In tenebris*] Sicut Ahitophel dixit, *Persequamur eum nocte*, 2 Sam. 17. *Subvertentur.*] Quia Deus irritum fecit ejus consilium. *Quid fecit?*] Sine vitio Israel persequebatur eum. *Impius* רשע] quia consilium dedit de incestu. *Violentus* חמס] Quia contra patrem Absalomi. *Laqueos.*] Sic in 2 Sam. 18. *Silva devoravit plures, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 11.

Ad montem vestrum.] Dicit, *montem*, ubi solebant in obscuro mittere laqueos & retia, ut in Hos. 5.1. *Rete super Tabor.* Vel, Tu David, & socii tui, fugite à nobis ad montem vestrum, ubi protectionem habere potestis, ut 1 Sam. 26.19. *Expulistis me hodie à manendo in hereditate Domini*; & addit, *sicut passer*, quia *homo errans à loco suo, est sicut avis à nido suo*, Prov. 27.8. *Impii.*] Servi Saulis delatores, דילטורי. Vel, Shebna & socii ejus, Venet. R. David Midr. ידרכון] à דרך, calcavit, quando arcus est fortis, calcant in eam, ut tendant, Venet. non in MS. *Rectos corde.*] Sacerdotes Nobi, כהני נוב. *Arcum.*] Chordam arcus, in ling. extranea. *Chorda dearuc. Fundamenta.*] Sacerdotes super quos fulciebat se populus, ut Psal. 75. *Columnas ejus. Justus quid fecit?*] David non dedit occasionem ullam internecionis Sacerdotum. [Erat per accidens causa, ut in 1 Reg. 22.] *Qui amat violentiam.*] Doeg. ולעפות] Id est, tempestatem ardentem, שריפה, ut Lam. 5.10. *Famem ardentem.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 11.

Fundamenta.] Si fundamenta terræ diruantur, non timet, quia *non movebitur in æternum*, Psal. 15. ult. *Justus habet quod fecit.*] Id est, recipit mercedem suam. *Pluit.*] Pluviam vindictæ, sicut super Sodom.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 11.

לירות] Duo sunt; unus est defectiv. in Psal. 64.2. [Sed in quibusdam codicibus est plenè.] *Quid fecit?*] Duo sunt. *Justitias.*] Quatuor sunt tradita in Psal. 103. *Cum labiis adulantibus.*] Tria sunt, in ver. 3. in Isai. 30.10. *Loquuntur blandientia. Nunc surgam.*] Duo sunt, in Isai. 33.10. *Nunc exaltabor, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 11.

Prafecto, vel, *In finem.*] Gr. pro quo alii τῷ νικοποιῷ, vel, ἐπινίκιον, vel, εἰς τὸ νῖκος, *In victoriam*, Sensus est idem, quia omnis certaminis victoria est *finis*; admonet ut εἰς τὸ τέλος βλέποντες, spe coronæ, certaminum laborem in stadio hujus vitæ imminuant, Greg. Nyssen. Sunt omnes tituli conjuncti cum *In finem*, athleticæ cohortationes, ut Commutabuntur, Maeleth, dilecto, Arcanis filiorum, hæreditas, &c. Greg. Nyssen. *Psalmus.*] Est melodia per organum musicum. Ode διὰ σώματος voce, προσευχὴ est ἱκετηρία, pro necessariis petitio. Hymnus est εὐφημία, Dei benedictio: αἶνεσις est commendatio Dei mirabilium, Greg. Nyssen. Dicit Apostolus, *In Psalmis, Hymnis, & Canticis*, Ephes. 5. Vel, *In finem.*] Christus est finis legis, S. Aug. *Quomodo*, vel, *Quoniam dicitis.*] Lat. MS. *Ut avis.*] 1. caus. in rete capta, ut in Hos. 5.2. *Rete expansum super* montẽ *Tabor*, pro avibus. *Si fundamenta destruantur.*] Propheriæ de regno Davidis, quid tunc faciat ille? nam super eas ædificavit. ver. 3. caus. 2. *Fundamenta.*] Sic in Ephes. 2.20. *Fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Vel, *Leges & doctrinas.*] οἱ θεσμοί, Chrys. διδασκαλίαι, Lat. MS. apud me *Leges dissipatæ erant.* Vel, *Quæ tu perfecisti.*] ἃ κατηρτίσω, Chrys. *Quid fecit justus?*] Defendit sese ope spei, ut in proximo versu, Chrys. Vel, quid fecit Christus vobis, S. Aug. *Quæ tu perfecisti.*] Laudes in ore parvulorum, S. Aug. *Dominus super improbos pluet laqueos.*] Nam in persequendo Davidem illaqueati erant, & postea peribant per Philistæos, velut per tempestatem horribilem, v. 6. sic in stagnum ignis & sulphuris dejectus est Pseudo-Propheta, in Apoc. 19.20. Vel *laquei* sunt vetera peccata (& cupidines) iterum prædominantia.

Horat.

Horat. Lib. 4. Od. 1.

Intermissa Venus diu
Rursus bella moves. Parce precor, precor.
——Desine dulcium
Mater sæva cupidinum,
Circa lustra decem(50. An.)*flectere mollibus*
Jam durum imperiis. Abi
Quò blandæ juvenum te revocant preces,
Si torrere jecur quæris idoneum.

Vel, carbones, ἄνθρακας, Chryſ. ut in Ital. *Æquitatem*, vel, *Rectum videbit facies ejus.*] Lat. MS. ut in Psal. 67. *Levet lumen vultus sui in nos, &c.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 11.

De monte vestro.] Id est, terra vestra, Ital. Hisp. *Fundamenta.*] Id est, quos tu perfectos fecisti, Ang. MS. Gal. Vel, quicquid tu perfecisti destruunt sine causa, quia justus est inculpatus, Ang. MS. Vulg. Sive, *Retia.*] Id est, fraudulentæ imaginationes impiorum, Ital. sic in Isa. 19. Idem, Hispan. *Las redas.* *Spiritus tempestatum.*] Ang. MS. Vulg. ut in Psal. 58. יסערנו, *ut vivens & in ira, &c.* *Laqueos.*] Seu, Carbones. Ital. *Carboni accesi.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 11.

Quæ perfecisti.] Vulg. Gr. Id est, opera manuum tuarum quæ incepisti, & perfecisti, destruunt illi, nempè vitas hominum & corpora. *Probant*, vel, *interrogant.*] Vulg. Gr. quia per interrogatoria veritas dignoscitur. *Facies ejus vidit eam.*] Vulg. Gr. פנימו pro פניו, & Vau in יחזו est affix. *Laqueos.*] Carbones, Chryſ. Gr.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 11. Davidis, S. M.
Quando erat exul, & filii ejus, Par. Edit.

Vagare & habita super montes velut passer.] Syr. Par. Edit. Heb. הרכם sicut כצפור הריכם. *Fundamenta*, vel, *quod præparatum est à te diruunt.*] Syr. M. ועתורת [illegible], & spoliant quod reposuit justus.

He. השתות à שות, & עתות in Deut. 32. 35. Non est fiducia ponenda in divitiis, 2 Tim. 2. 6. *Thesaurizantes καλὸν θεμέλιον.* *Quid operatus est justus?*] Haud ullam causam dedit illis, δωρεὰν persequantur eum, ut Joh. 15. *Ventum*, vel, *spiritum plagæ.*] Syr. qui dejicit omnes, velut Angelus qui percussit exercitum Sennacherib. He. זלעפות à עיפה in Syr. M. Lam. 5.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 11.

De victoria militis Dei. Arab. MS. *Ad montes.*] Gr. Arab. Neb. Rom. id est, ad vagandum huc & illuc super montes, sicut mos est lugentium, & certa sede vacantium. *Diruunt fundamenta.*] Quæ tu ædificasti, Gr. Arab. اصلاحك אצאחות, Id est, Sanctuaria tua in terra, verùm tua habitatio est in cœlis, ἐξω βέλων, sic in Psal. 74. *Diruunt, &c.* Psalmus est de ruina templi, & captivitate populi. *Quid fecit?*] Hostes transgressionem hanc faciunt *sine causa*, ut in Psal. 25. Vel, *Justus Deus, quid facit ille?*] Sedet in cœlo, videt illos, & vindictam mittit de cœlo, *laqueos, &c.* *Vident rectos.*] Est κακοδαιμονισμός, Gr. Arab. Vel, *Recti vident faciem ejus.*] Arab. Rom. Dicunt Rabbini, sunt septẽ gradus gloriæ in cœlis; Solis, Lunæ, Stellarum, cœli, vel firmamenti: ברקים fulgura, ששנים lilia, לפידים, & lampades, in 1 Cor. 15. *Gloria una Solis, alia Lunæ, alia Stellarum*; sic est, *In resurrectione mortuorum.* Et sunt septem mansiones Gehennæ, Infernum שאול, destructio, vallis Hinnom, דומה silentium, umbra mortis, ארץ תחתית, terra infima, terra sitibunda, Midrash Tillin.

---

1 *In finem pro octava, Psalmus David.*

XI. *Heb.* XII.

2 *SALvum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.*

3 *Vana locuta sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.*

4 *Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam.*

5 *Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?*

6 *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.*

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

7 *Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.*

8 *Tu Domine servabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.*

9 *In circuitu impii ambulant, secundùm altitudinem tuam multiplicâsti filios hominum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 12.

DE futuro quando prævalent impii supra justos. *Falsitatem.*] Unum in ore, aliud in corde. *Cum labio adulatorum*, vel, *adulantium verborum.*] Et אמרות deficit, חלקות est תאר Toar. *Propter linguam.*] Id est, quia possumus jurare & mentiri, ideo prævalebimus, Chald. Par. *Propter oppressionem.*] Quam video. *Et gemitum.*] Quem audio. *Dixit Dominus.*] Dixit mihi per prophetiam, ut in Isa. 5. *Est in auribus meis, &c.* *Pura verba.*] Sicut dixit, sic fecit. *Sicut argentum purificatum à Domino terræ.*] Id est, verba ista sunt prolata à Domino cœli & terræ, בעל à בעליל Hoſ. 2. 16. Lamed Happaal duplex est, ut in סגריר, vel, Lamed in לארץ in loco He indicativi. שבעתים, bis septem, id est, multis vicibus. *Ambulant in circuitu.*] Ad lædendos justos, ideoque *serva* illos. *Quando exaltantur impii est vilitas filiorum hominis.*] Ut in Prov. dicitur, *Quando exaltantur impii, lugent justi*, Non est in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 12.

Super octavam.] Tonum, Poësim, פיוט, vel, Chordam.

dam. *Cessat.*] à faciendo justitiam. [Qui stat caveat ne cadat.] *Deficiunt.*] Excinduntur, ut Dan. 5. 5. *partem manus*, idem, à פס. In omni loco ubi erat David, loquuti sunt ad illum pacificè, sed tradebant eum Sauli maliciosè, 1 Sam. 23. 19. *Nonne David absconditse nobiscum? Excinde.*] Oratio, vel, prophetia. *Ponam eum in salute qui loquitur verba Domini, verba pura.*] Id est, qui meditatur in lege, & *loquitur* sine fuco duplicique lingua. ידבר יפיח] Ut in Prov. 19. 5. idem. *Sicut argentum—Domini terreni.*] בעליל à בעל. *Custodies ea.*] Verba prædicta. *Servabis eos, vel, eum.*] Qui meditatur de verbis tuis. *In circuitu.*] להרע, ut lædant alios. *Quando vilitas filiorum hominis,*] Homines ignominiosi זלות קלון, ut Jer. 15. 29. *Pretiosum à vili. Exaltatur.*] Tunc audaces fiunt impii.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 12.

A filiis hominum.] Non ab Angelis, R. Phinehas. *Vanitatem loquuntur.*] Ut mercatores salis, &c. in urbe quadam unus prævenit reliquos, & cariùs vendidit, quod viliùs emisset. *Quis est noster Dominus?*] Lingua mala negat radicem, nempe Deum, pejor est idololatriâ, adulterio, vel homicidio. Bar. Ciphra in nom. R. Jonathan. R. Josi Bar Hanina, sicut sagitta percutit socium in omni loco. Quare vocatur lingua tertia תליתאי, quia occidit tres, sed in diebus Saulis occidit quatuor, Doegum, Saulem, Nobum urbem Sacerdotum, & Abnerum qui non illam coercuit, 1 Sam. 22. R. Samuel ben Jochai. R. Bibi in nom. R. Joshüe. *Ponam illum in salute,* יפיח לו] Id est, deridebit לו oppressorem. *In circuitu impiorum incedunt.*] Nempe justi exeunt de horto Edenis, & vident *cadavera hominum pravaricantium*, pœnas luentium in Gehenna, Isa. 66. ult. R. Jehud. tunc justi laudant Deum, qui pœnis affecit justos in hac vita. זלות] Id est, quando Israelitæ exaltantur, qui vilissimi à Gentibus æstimantur. Vel, minima legis præcepta quæ *vilia* sunt in oculis hominum, ut præceptum Sabbati, Circumcisionis, &c.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 12.

Deficiunt.] In desolatione domus primæ & secundæ. *Nobiscum* אתנו] Id est, in natura, בטבע apti sumus ad sermonem. *Quis est Dominus?*] Quia non est in hoc pœna Domus judicii. *Pura.*] à mendacio. *Dominus terra.*] בעליל, id est, Messias tunc temporis erit *argentum purum*, & *Dominus* omnium.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 12.

Deficiunt.] פסו, id est, אפסו, R. Menachem. Venet. Non est in MS. *Cum linguis prævaluimus.*] Contra Sacerdotes, ad interficiendos illos, 1 Sam. 22. 8, 9, 28. *Pauperum*] Id est, Sacerdotum Domini, & servorum Davidis, qui à Saule erant persequuti. *Qui voluit illaqueare illum.*] à פוח Menachem. Vel, loquetur, ut in Habac. 2. *Non mentietur*, idem. Venet. & MS. *In fornace terra.*] Id est, optimæ terræ, ex qua communiter factæ sunt fornaces. עליל à מעלה, & עליון, ut R. David. Vel, cum aperto gaudio, עליל est גילוי in Mishneh. Vel, עליל est à עלי instrumentum quo contundunt res aridas, ut in Prov. 27. Venet. Non est in MS. à בעל יר Vel, Domini terræ, Targ. Jonath. in sensu ארעות. Vel, *Sicut argentum, ô Domine terra.*] Est sermo ad Deum. *Verba pura.*] De regno Davidis promisso, מלכות. שבעתים]

Lex habet 49. facies, Rabboth. Venet. Non in MS. *Viles filiorum hominis.*] Sicut David sumptus ab ovili, & exaltatus in Regem, sic Psal. 118. *Lapis quem repudiârunt, &c,* Vel, Israel in captivitate vilis reputatus, in redemptione est exaltatus, על ישראל לעתיר Midrash Agaddah. Vel, *Sicut monoceros. sicut helluo filiorum hominis.*] Id est, monocerotes comedentes filios hominis, זלות, sicut זולל in Prov. 23. 21. R. Menachem. & רום, sicut רים [vid. Targ. apud Nebiens. Sect. 12.] Venet. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 12.

יפיח לו] Id est, peccatum impii ידבר loquitur ad impium, & conscientia ejus redarguit illum: sicut in Psal. 50. *Reprehendam te, &c. Loquitur.*] Sic in Prov. *Testis qui loquitur mendacia*, idem. *Viles.*] זלות; vel, sicut Hirudo sugens humanum sanguinem, בעלוקה in Prov. 30. idem.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 12.

Cum labiis adulantibus.] Tria sunt, in ver. 3. in Isai. 30. 20. *Loquuntur blanditia. Nunc surgam.*] Duo sunt, in Isai. 33. 10. *Nunc exaltabor, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 12.

Super Sheminith, vel, octavam.] Futurum seculum, dicitur una dies magna, & *octava*, quia præsens sæculum ἑβδόμασι terminatur, S. Aug. Greg. Niss. *Fideles deficiunt.*] Dubitabant utrum Christus erat ille Messiah, in Luc. 24. 21. 1. eff. mort. *Cum duplici corde.*] Ut Horat. de Ulysse, Od. 6.

——*Cursus duplicis per mare Ulyssei.*

Loquuntur falsum quisque cum proximo suo.] Pharisæi dicebant quod Impostor erat, in Mat. 27. 63. 2. eff. *Sunt cum nobis.*] Chrys. Lat. MS. nobiscum. *Qui dixerunt, linguis nostris prævaluimus.*] Per ψευδομαρτυρίαν, ut in Luc. 23. 1, &c. Caus. mort. Vel, *Linguã nostrã roberemus.*] Lat. MS. ut percutiamus lingua. *Quis Dominus est supra nos?*] Dicunt in corde, *Non est Deus*, Pl. 14. 1. 3. eff. *Propter suspiria pauperũ*] Caus. *In salutari.*] In Christo, S. Aug. *Qui efflat.* Ut in Psal. 10. vel, ponam auxiliũ ejus manifestũ, τὸ σωτήριον ἐμφανές, Chrys. Vel, *Ponam in salutari auxiliũ eorũ.*] Lat. MS. à Christo venit omne eorum auxilium. אשר יפיח, id quod loquitur os meum, perficiet manus. *Dicta Domini dicta pura sunt.*] v. 6. sine scorio, ut Psal. 119. 2. Caus. *Velut argentum in catino terra.*] Antè dictum tunc erit probatum. Vel, *Effusum in terra.*] τὸ ῥέον, Chrys. Vel, *In fabrica terra.*] עליל *opus*, in Lament. 1. Vel, *Separatum à terra.*] Lat. MS. à בעל maritare, vel, disjungere, ut in Jer. 32. cum Beth ex Arab. notat Cimchi in בעלתי, sic in Heb. 8. *Separatus sum ab illis. Conservabis eos.*] v. 7. ut τοὺς μαθητὰς, & ἐσφραγισμένους, in Apoc. 7. 3. 1. eff. resurr. *Quando vilissimus hominum extollitur.*] Lat. MS. Quando illi exaltantur qui *viles reputantur*, ut 2 Cor. 2. tunc impii fugiunt præ timore.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 12.

לנו] Id est, prompti ad defendendum quodlibet, Ital. *Quem impius illaqueat.*] Ital. à פח. *In fornace, vel, per ignem.*] Ang. MS. qui ascendit בעליל à עלה.

Sect. 10. *Ex Vers. Vulg. & Gr. in Psal.* 12.

Pro octava.] Vulg. Gr. Lat. MS. Die octava, ut in Ezech. 43. ult. *In die octava, & deinceps, Sacerdotes facient holocausta, &c.* Est dies octava Consecratio-

nuna

num Altaris, ut in Levit. 8. חסיד] Sanctus, Vulg. Gr. sic in Psal. 86. *Ego sum sanctus*, idem. *Veritates.*] Vulg. Gr. raro loquuntur vera, sed mendacia. *Frustra loquitur.*] Lat. MS. usus enim linguæ est, ut sit interpres mentis. *Magnificabimus linguam nostram.*] Vulg. Gr. Lamed redundat in ללשננו, sensus est, ut in Jacob. 3. *Lingua* μεγαλαυχεῖ *gloriatur de magnis.* *A nobis sunt.*] Vulg. Gr. opposit. ad illud, Prov. 16. 1. *Responsio eris est à Deo*, אתנו, & אתו, sic usurpantur in Exod. 9. *Servabis nos.*]Vulg. Gr. Heb. Lat. MS. *eos*, id est, nos cum illis, תשמרם pro תשמר להם, ut Psal. 5. יגודך, R. Sol. Gr. αὐτοὺς, alia, Chrysost. *Secundum altitudinem tuam.*] Vulg. Gr. id est, in loco tuo, ut Eccles. 10. 2. *Servi sunt in sublimi, &c.* He. כרם. *Multiplicâsti filios hominum.*] Vulg. Gr. Heb. זלות, multiplicare impensas, in Isa. 46. 6. & זולל, Helluo ciborum.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 12.*

De adventu Christi, Par. Edit. *Fideles*, vel, *Fidelitas.*] Syr. Heb. אמונים. *Blandientibus*, vel, *Dividentibus labiis.*] Ut detractationibus unum ab alio disjungant, Syr. ܡܦܠܓܢܬܐ מפלגנתא vel quæ dividuntur à corde, unum est in ore, in corde aliud. *Labia nostra pro nobis sunt, quis nobiscum contendet?*] Syr. MS. plura loqui possumus pro nobis quàm omnes qui sunt contra nos, Syr. ܡܢ in quibusdam cum Risch, Heb. ארין, Dicunt, 2 Pet. 3. *Ubi est promissum adventus* Christi? *Operabor salutem palam.*] Ut homines de illa loqui possent, He. יפיח לו, Syr. MS. גליאית ܓܠܝܐܝܬ loquitur de adventu Christi secundo. *Selectum argentum quod est probatum in terra.*] Syr. ܕܒܚܝܪ דבחיר, Heb. בעלי חיים, velut בעל, & בעליל in R. David. R. Levi. *Salva me ab hac generatione.*] Syr. ut in Act. 2. *Salvate vosmetipsos ab hac prava* infidelium *generatione.*

Sect. 12. *Ex Arab. MS. in Psal. 12.*

Juva, vel, *serva me.*] חלצני خلصني Arab. quasi bellicosus per instrumenta belli, ut 2 Sam. 2. *Arma ejus*, idem; & Exod. 15. *Dominus est vir belli.* De fine mundi, quæ continget in die octavo, & prophetia de adventu Christi, Arab. MS. *Fideles*, vel, *fides diminuta est.*] Arab. ut in Luc. 18. *Quando filius hominis venit reperiet in terra fidem?* Ar. *purus* est in opere, *fides* in ore. *Sunt nobiscum.*] معنا מענא Arab. pro nobis contra omnes, & *quis est noster Dominus* qui sermone in nos prævaleat. *Corde duplici*, vel, *variè.*] Id est, lingua semper à corde varianti, Arab. بشفة عاشة وقلب مختلف וולב מחתלף *In camino*, vel, *sicut argentum, sunt verba Domini terræ.*] Id est, verba Dei. Vel, *Sicut argentum quod est Dominus terræ.*] Id est, selectissimum argentum, & laudatissimum, מסבוחה, Arab. MS. Gr. δοκίμιον, Arab. مشبوح Vel, *Argentum probatum in terra.*] المجربة אלמגרבה, Arab. Rom. Heb. בעליל quasi terræ maritatum, לארץ. Vel, *Sicut argentum Domini terræ.*] Id est, argentum regis, quod est optimum. *In salute.*] In ultimo die judicii. Vel, *Ut argentum sic est Dominus terræ.*] Sic est Christus in adventu suo. R. Obad. Gaon. *Pugnabo in illum.*] Arab. بجاهر به Heb. יפיח in Prov. 29. *urbem accendunt*, idem, & Jod pro Aleph, vel, loquar per illam salutem, Arab. Rom. ירבר est loqui & pugnare, Ps. 127. 5. *Sicut hirudo sugens filios hominum.*] Targum apud Nebien. Vel, *Liberalitèr amplificâsti ætates filiorum carnis.*] Ar. Ro. البشر اعمر اوسعت sunt longævi, ideoque magis impii, He. זלות liberaliter expendit, Isai. 46. 6.

---

1 *In finem, Psalmus David. XII.*
Heb. XIII.

Usquequò Domine oblivisceris me in finem? Usquequo avertis faciem tuam à me.

2 *Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?*

3 *Usquequò exaltabitur inimicus meus super me?*

4 *Respice, & exaudi me Domine Deus meus.*

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte.

5 *Ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.*

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero:

6 *Ego autem in misericordia tua speravi.*

Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 13.*

Locutus est David hunc Psalmum in persona captivitatis, vel quando ipse erat in afflictione ab inimicis. *Quousque?*] Loquitur in persona Gentium, qui putant Deum oblitum esse Ecclesiæ. [אנה] Sicut מתי. *Consilia capiam.*] De modo liberationis, & tamen non sum liberatus. *Dolor est in corde meo in die.*] Dicit, *in die*, quando alii occupati sunt negotiis suis terrenis, & obliviscuntur dolorum suorum, tunc ego sum turbatus. *O Domine.*] Qui potens es ad salvandum me: ab היה. *Deus.*] Vel, Judex mi, ut in Exod. 22. 28. *Deos*, id est, Judices. *Illumina oculos.*] In tenebris hujus captivitatis, ut in Hest. 8. *Judæi habebant lucem.* *Somnum mortis.*] Id est, antequam moriar. *Lætabitur cor meum.*] Opponitur ad istud, *Inimici mei lætantur.* *Cantabo.*] Sunt quatuor verba consolatoria opposita quatuor oppressionibus prædictis; 1 *Confisus sum* in Babel. 2 *Lætabitur cor* sub Madai. 3 *Cantabo* sub Javan. 4 גמל עלי sub Edom, Non est in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 13.*

Quousque?] Videtur Deus suorum oblivisci in opinione

nione hominum,non revera. *Consilia capiam in corde.*] Abscondere dolorem est aggravare eum. *Considera.*] Respondet ad id, *Quonsque,&c.*

Sect.3. *Ex Mid. Tillin in Psal.13.*

Usquequò?] Quatuor vicibus objurgat Dominus Israelit. dicendo, *Usquequò recusatis,&c.* עד אנה Exod.16. & *quousque provocabunt me,&c. quousque non credent,&c. quousque hæc congregatio mala,&c.* Num.14. idcircò à quatuor Monarchiis subjugantur, exclamantes hoc Psalmo quater *Quousque*, lex retaliationis, Par pari. *Ponam consilia in anima mea.*] Ad defendendum legem tuam, quam evacuare gentes student. *In misericordia.*] Id est, in lege tua, ut Prov.31. *Lex misericordia sub lingua ejus.* Vel, sub Babel. *In salute tua.*] Sub Madai; & dicit, *tuâ*, quia salus Israel est salus Dei, R.Abohu. *Canam.*] אשירה, sub Javan. *Retribuit.*] גמל, sub Edom.

Sect.4. *Ex R.Obad. in Psal.13.*

De hac captivitate. *Consilia.*] Quomodò vivam in hoc mundo. *Prævalui.*] Ad transgressionem legis eum alliciendo.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.13.*

Quousque?] Repetit hoc quatuor vicibus,& erant quatuor Monarchiæ opprimentes Israelem, sunt *quatuor bestiæ* in Dan.7.

Sect.6. *Ex Cald.in Psal.13.*

Illumina oculos meos] Lumine legis, Prov.6. *Lex est lumen,&c. Somnum mortis.*] Cum peccatoribus in æternum. *Inimicus meus.*] Mala imaginatio.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.13.*

In corde meo.] Tria sunt, 1 Reg.2.35. *Fidelem Sacerdotem qui secundùm cor meum,&c.* 4 Reg.10.30. *Fecisti totum quod est in corde meo.* [Cor hominis est rectum,quando est secundùm cor Dei.] *Inimicus meus.*] איבי, septem sunt; *Dedisti inimico meo dominium.* & 3 Reg.21.20. *Invenisti me, O inimice mi?* Psal.13.4. & Psal.41.12. *Quia inimicus meus non triumphat.* Job.27.7. *Sit inimicus meus ut impius.* Lam.2.22. *Consumpsit inimicus meus.* [Aliquando prævalent inimici sanctorum,quandoque subjugati sunt.]

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.13.*

In finem.] Finis legis Christus, S.Aug. David per Saulem fugatus hìc est velut typus Christi, vel afflictæ Ecclesiæ, S.Aug. alibi. *Consilium.*] Non opus est consilio, nisi in adversis, S.Aug. *Illustra oculos meos, ne unquam somnum mortis obdormiam.*] L. MS. sic Horat. lib 3. Ode 11.

Surge, ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur,&c.

ab eff.v.6. à caus.v.5. Vel, ne moriar in æternum. *Oculos.*] Cordis, Chrys. ut Ephes.1. *Oculi mentis vestra.*

Sect.10. *Ex Vulg.& Gr. in Psal.13.*

Dolorem in corde meo?] Vulg.Gr.quia quando cogito in corde meo de hostibus meis,doleo,eorum prosperitatem intuendo. *Si motus fuero.*] Vulg. Gr. opposit. ad illud in Psal.15.ult. *Non movebitur:* & in Psal.112. *Non movebitur à rumore malo. Bona tribuit.*] Vulg. remuneravit me, ut in Psal.119. in Gimel, id est, secundùm justitiam meam. Lat.MS. reddidit mihi bona.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.13.*

Consilium, vel, *Dolorem in corde meo.*] Quia quando cessat afflictio, *consilium* de liberatione finit. S.Aug. Syr. חברותא [illegible] Heb. עצות velut עצב.

Ut non dormiam usque ad mortem.] Syr. id est, ut non dolore afficiar usque ad mortem, sicut Luc.22.45. *Dormiebant præ tristitia.* Dolor mundanus *operatur mortem*, 2 Cor.7.

Sect.12. *Ex Arab in Psal.13. In Gr. Arab.12. & sic in cæteris, ut in Vulg.*

De triumpho hostium, & præsentia Christi, Arab. MS. *Inimicus.*] Caro, Chald. Nebiens. *Somnum ad mortem.*] Cum impiis in Gehenna post judicium ultimum. Vel, *Ne dormiam mortuus.*] انام ميتا אנאם מיתא Arab.Rom. id est, *liber inter mortuos*, ut Psal.88. *Laudabo nomen Domini Altissimi.*] Arab.Rom. العالي Non est in Heb.

---

1 *In finem Psalmus David.*
XIII. *Heb.* XIV.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

2 *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.*

3 *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

4 *Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis?*

5 *Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.*

6 *Quoniam Dominus in generatione justa est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes ejus est.*

7 *Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob, & lætabitur Israel.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 14.

S*Tultus.*] Rex Gentium, האומות opprimens Israelem; vel in alio Codice Cremonæ, Rex Babel, בבל. *Non est Deus.*] Id est, nullus Judex, nec judicium. *Qui intellexit.*] Quòd est judicium futurum. סג] Sicut סר à נסוגו & Gimel, Resh, Beethbash, באתבש, vel, à סרוי, in Targum, in Exod. 16. *Putrescet.* *Non est qui facit bonum.*] Vivunt quasi non esset Judex. *Non invocant Deum.*] Non existimant Deum illos intueri, ideoque non resipiscunt. *Comedunt populum, comedunt panem.*] Id est, vivunt, & non puniuntur post oppressionem populi mei, ideoque dicunt, *Non est Judex.* *Ibi timebant.*] Dicit, *Ibi*, id est, in loco ubi opprimunt. *Consilium pauperis.*] Consilium quod cepissent pauperes ad liberandam vitam eorum à manu vestra, *viz.* per confidentiam in Domino. הבישותם] Id est, quia non videtis illos subitò liberatos, ideo deridetis, dicentes, *Ubi nunc est Deus vester?* *Quis dabit?*] Nobis pura, & præparata corda ad salutem istam: & dicit *Ex Sione*, quia Gloria Dei ibi habitabat in Sancto Sanctorum. *Jacobus lætabitur.*] Id est, omnes duodecim Tribus ex Jacobo orti; ostendit hæc vox *Jacobus* Psalmum hunc esse de futuro, quia omnes Tribus non sunt adhuc congregati: [ut in Hos. 1. ult.] בשוב] à ישב quietum reddere, vel, est verbum יוצא, quasi השיב

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 14.

Abominabiliter in opere.] In omni opere. *Dispexit.*] Per similitudinem, quia Deus habitat in excelsis. *Comedunt.*] Gentes terræ comedunt Israel. *Non invocant Dominum.*] Non agnoscunt potentiam hanc super Israel à Deo datam esse, sed propriis viribus attribuunt. *Ibi.*] Venit afflictio ubicunque terrarum comedebant Dei populum. *Est in generatione justi.*] Ad juvandum eum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 14.

In corde suo.] Deus probat cor & renes, quia *oculi ambulant post cor*, Num. 15. etiam 248. partes corporis, & renes consilium dant cordi, & cor perficit omnia: cor bonum, est bona; malum, est mala imaginatio. Putant impii, quod ignorat Deus secreta cordis cubicula, cum tamen ipse ædificavit omnia: sic latrones abscondunt se in penetralibus domus, quasi ab oculis artificis, vel, patroni qui ædificabat domum latituri, R. Levi. *In corde suo.*] Impii sunt in manu cordis eorum, Jeroboam dixit *in corde suo*; Haman dixit *in corde suo, &c.* sed cor justorum est in eorum manu, [Eccles. 10. *Cor sapientis in dextra sua.*] *Stultus.*] נבל Esau qui implebat mundum נבילות stultitia & immundicie, R. Jehud. in nom. R. Samuel. Vel, cadaveribus populi Dei, נבלות. *Comedentes populum meum, comedentes panem.*] Id est, qui devorat facultates Israelis, gustat in pane (aliàs insipido) quasi dulcedinem majorem. *Timebant.*] Quando decem tribus erant catenis in captivitatem ducti. *Ubi non erat timor.*] Quia Judah non erat captivus. Vel, *Timebunt.*] In seculo futuro. *Quia non erat timor.*] Dei, in illis hoc seculo. *Ex Sione salutem.*] Omnia bona sunt ex Sione, *Benedicat te ex Sione*, & *ex Sione luxit*, Isa. 50. *Lex ex Sione*, Isa. 2. *Corroborabit te ex Sione*, Psal. 20. *Vita ex Sione*, Psal. 133. *Et salus*, & repetit, *Quis dabit*, bis hic, & in secundo libro, quia Rab. pronunciat unum, Discipulus versum alterum, [sic Deut. 27. *Omnis populus dixit, Amen.*] Vel, quia pueri bis in die, Mane nempè & Vesperi, dicunt, *Salva nos Deus salutis nostræ, &c.* R. Jodan. in nom. R. Josu. ben Levi.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 14.

Stultus.] Omnis generatio Israel. in hac captivitate mentis inops. *Unà.*] Etiam ipse qui tractat legem. *Comedunt panem.*] Rapinæ ex oppressione populi mei. *Quia est Deus justus in generatione ista.*] Deus qui exequitur judicium. *Consilium pauperis.*] Quod dedistis vos *pauperi.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 14.

Stultus.] Titus, vel, Nebuchad. qui destruebat Jerusal. ut Isa. 54. 13. Comedebat Israel. in captivitate, filius filii ejus Belshaz. fecit convivium magnum, Dan. 5. 1. ad triumphandum super Israel. טיטוס. Non est in MS. R. Sol. *Non est Deus.*] Sic dixit, Isa. 54. 53. *Exaltabo thronum meum super stellas Dei.* *Illic timebant timerem.*] De Belshazz. dicitur, Dan. 5. 6. *Tunc mutata erat facies regis, &c.* *Sicut comedunt panem.*] Id est, Si non opprimant Israel. cibus eorum non est dulcis ר'ז'ל, nota בפירושים אחרים &c. Non est in MS. *Pudefecistis.*] Ut Belshaz. in Dan. 5. 2. *Bibit in sacratis vasibus* in triumpho super Deum & Israel populum suum. *Justi.*] Id est, Jeconiæ quem Deus exaltavit post pœnitentiam suam, 4 Reg. 25. & Jer. 22. in R. David. *Salutem.*] In futuro, לעתיד.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 14.

Davidis.] Per spiritum prophetiæ in Davide. *Non est Deus.* Non est providentia Dei in terris, sicut impii dicunt, Job 21. *Quomodo novit Deus?* & in Psal. 73. *Edunt populum meum.*] מעודי, id est, fulciuntur per populum meum, sicut corpus per esum panis, attamen non *invocant nomen Domini*, nec agnoscunt eum, sic in Ezech. 3. *Ede volumen, &c.* ubi accipitur in bonam partem.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 14.

Non est, non est.] אין, sunt 16. versus habentes *non non* in medio versus, loci sunt traditi in Isa. 40. & Jer. 8. alter locus est in hoc Psalmo, *Non est qui facit bonum, non est.* *Turpes facti.*] Duo sunt in Psal. 53. 3. *Salutem.*] Ecclesiæ futuram: 5. sunt cum Pathac in Scriptura, Exod. 14. 13. *Videte salutem Domini.* Isa. 52. 50. *Denudavit sanctum Brachium*, & *Recordatur misericordiam*, & 2 Paralip. 20. 17. *Videte salutem Domini.* [Sicut in Ægypto, & in Valle Jehosaphat, sic salus erit in futuro.]

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 14.

Stultus dixit in corde suo, non est Deus.] Id est, in tribus personis, Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Vel, *Apostata à Christo lapsus.*] 1. eff. dicit non est Christus Deus, à נבל folium quod cecidit. Vel, nemo audet dicere, etiamsi ausus sit cogitare, S. Aug. *Præter unum.*] Id est, Christum, S. Aug. *Putridi facti sunt.*] 2. eff. per mala opera coram hominibus, *Guttur eorum sepulchrum apertum, &c.* ita sequitur in Rom. 3. 10. sicut Vulg. hoc loco. *In studiis suis*, vel, *studiosi.*] Lat. MS. studens facinora nova perpetrare. Dicunt quod Augustinus propheta Anglorum habuit Psalterium Hebræum in quo erant hi versus prædicti; forsan erant è Latino translati, quia inter omnes Hebræos Codices quos vidimus inter Judæos Venetiæ, Romæ in Vaticano, Bononiæ, & Florentiæ, hos versus non reperimus,

perimus, nec in Las. MS. quem sæpe hic citavimus. *Comedunt populum meum.*] Ubi timor Dei non est, ut adipiscantur homines divitias omnia perpetrant facinora, virtutem odio habent, leges (aleis ludentes, &c.) violant, mare & terras circumambulant, fiunt perjuri, &c.

Horat. Od. 24. Lib. 3.

O quisquis volet impias
Cædeis, aut rabiem tollere civicam,
——— Indomitam audeat
Refrænare licentiam,
Clarus post genitis. Quatenus, heu nefas,
Virtutem incolumen odimus,
(virtuosos viventes)
Sublatam ex oculis quærimus invidi?
Quid tristes querimonia,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
Vana proficiunt? ———
Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere, & pati:
Virtutisque viam deserit ardua.
——Scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Pravi sunt elementa: & tenera nimis
Mentes asperioribus
Formanda studiis. ———
——Ludere doctior,
Seu Græco jubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Cum perjura patris fides
Consortem socium fallat, & hospitem.
——— Scilicet improba
Crescunt divitiæ, tamen
Curta nescio quid semper abest rei.

Comedunt populum meum, sicut panem comedunt.] Quotidiè, S. Ang. Vel ἀπηλγηκότες, Ephes. 4. κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, 1 Tim. 4. Vel, cum eadem fame, & inexplebili desiderio, vers. 4. Vel, *Non invocant.*] Id est, pro pane suo non dant gloriam Deo vero, sed Idolis. *Dominum non invocant, ibi timuerunt timorem.*] Id est, timuerunt, & adoraverunt falsos deos, 4. eff. apud Græcos sunt hi duo unus versus. *Pudefecistis consilium pauperum.*] Quoniam fiduciam ponit in Domino, certò statuens per eum se justificari, & non per opera, vide in Rom. 3. 10. ubi exponitur hic Psalmus, 5. eff. *O si quis dedisset è Sione salutem!*] Id est, Christi Servatoris Gentibus, ab eff. vers. 7. Hic Psalmus omnes homines describit sub peccato, vel Apostasiâ.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 14.

Venenum aspidum,] Versus hi adducuntur in Vulg. & Gr. novi Testamenti, & 2. Ang. MS. in Hisp. & Gall. non in Ital. *Facta*, vel, *studia.*] Ang. MS. ut in Mic. 2. *Excogitantes iniquitatem, &c.*

Sect. 10. *Ex Vul. & Gr. in Psal.* 14.

Non est usque ad unum.] Vulg. id est, Usque ad ultimum numerando, ut Joh. 8. *Exibant usque ad ultimũ*, non est in Heb. in a.v. sed Lat. MS. & in Gr & Syr. Rom. 3. 13. ex Heb. in v. 4. *Inutiles facti.*] Vulg. Gr. ut res putida, Heb. sic Exod. 16. de Manna *putruit.* *Est guttur.*] Sic Nebuchad. Deglutivit facultates Israel. ut Draco, implevit *Ventrem, eorum delicatis*, in Jerem. 50. & dicit, *Cum linguis dolosè agunt impii*, ut cadant innocentes in eorum guttur, & occidant, opprimántve, os eorum est plenum juramentis, de non nocendis egenis, sed pedes velociter currunt ad effundendum sanguinem eorum. Hi tres versus sunt in Arab. Vulg. Æthiop, non in Gr. *Nonne cognoscent?*] Vulg. Gr. Lat. MS. certè veniet tempus in quo cognoscent peccatum hoc per pœnam.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 14.

Comedunt populum meum cum comestione belli.] Id est, illos bello consumunt, Syr. ܡܐܟܠ מאכל Heb. לחם, velut in Judic. 5. 8. *Bellum in portis.* *Non invocant Dominum.*] Prisci Ethnici deos suos invocabant, bísque indies, Mane & Vespero.

Horat. Lib. 4 Od. 1.

Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium (Sacerdotum Martis) *ter*
quatient humum.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 14. *Heb. Arab.* 13.

De objurgatione impiorũ. Ar. MS. *Stultus.*] Ingratus homo, sicut in Deut. 32. *Stultus*, vel, *ingratus populus*, in Ab. Ezra, ideo sic dicitur *Nabal*, quia reddit Davidi malum pro bono, 1 Sam. 25. Arab. الجاهل אלגאהל, homo ignarus & indoctus, vocatur bestia; in Psal. 91. *Fœtidi*, vel, *Spreti.*] Arab. Rom. quod enim fœtet, spernitur, & conculcatur. ورذلوا ורדלוא Arab. *Venenum aspidum, &c.*] Hi versus adducuntur in Arab. Neb. & Rom. & in Lat. Vulg. Version. ex Rom. 3. sed non in Heb. nec Gr. Nebiens. *Dominum non invocaverunt.*] Et ideo timebant ubi non erat timor. Arab. Rom. الهم אלהם. *Sepulchrum apertum.*] Est etiam in Arab. Rom. *Sub*, vel, *in labiis eorũ.*] Ara. Ro. في سفاهم פי ספאהם ψευδομαρτυρία occidunt homines. *In generatione innocentium est.*] Ara. Ro. في جيل פי גיל, Ut Noa ambulavit cum Deo, & Deus erat secum, sic in Dan. 1. *Vestra ætatis*, idem.

1 *Psalmus David.* XIV.
Heb. XV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?
2 *Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam:*
3 *Qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua:*
Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit adversus proximos suos.
4 *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat.*

Qui jurat proximo suo, & non decipit.
5 *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram,*
& munera super innocentem non accepit.
Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 15.

IN *Tabernaculo.*] In cœlo expanso sicut *cortina*, Isa. 40. *In monte sancto.*] Monte Moriah, ubi Israelitæ congregabant, Chald. *Quis habitabit?*] Cujus anima? *Qui ambulat integer.*] Vel, in via perfecta, si תמים est תואר Toar, ut Psal. 101. 6. Id est, ambulat in sinceritate cordis, sine terrens & profunda fraude in rebus hujus sæculi. *Et operatur justitiam.*] In operibus, Præcepta sunt affirmativa, vel, negativa; in opere, ore, corde; primò de opere, deinde de ore, *Loquitur veritatem*; tandem corde, in *Corde suo*, non est aliud in ore, in corde aliud, loquitur de Deo, & ejus unitate, quæ est ipsa veritas, & sic sentit. *Non calumniatur.*] Mentionem facit præcepti negativi (sicut antè affirmativi) in ore & opere, sed non in corde, quia antè dixisset, *Loquitur veritatem in corde suo*, & si cogitationes ejus sunt veritas, non est in illis malum, & dixit לא רגל, sed non facit mentionem ceterorum negativorum præceptorum, de lingua, ut *Non maledices, &c.* quia calumnia est usitatissima, רגל est verum dicere, ex quo oritur malum versus alium האמרת שהוא רע, intentio susurronis potest esse bona, Doeg loquitur veritatem, sed verba sua lædebant Sacerdotes Domini, ideoque David maledixit Doego, & intentio Uzzæ erat bona [Joseph attulit *famam malam in fratres*, Gen. 37. quia pater ejus sic præcepit illi, vel, dici potest quod magnum exinde oriebatur malum, ideoque Joseph puerili & indiscreto more fecit, R. Levi.] *Non facit malum proximo suo.*] Nec proximo, nec peregrino, sic Exod. 20. *Non testificaberis contra proximum*, sed mentionem facit *proximi*, quia negotia emendi, &c. sunt cum illo, & habitatio ejus est illius vicina, & quando dicit, *Non facit*, comprehendit omnia præcepta negativa inter unum hominem aliúmque in opere. לא נשא] Id est, non tollit in lingua sua calumniam contra proximum, licèt proximus nocuit ipsi, sic Exod. 20. 7. *Non tolles nomen Domini*, sic in Psal. 16. *Non tollam in labiis, &c.* Vel, non recipit linguam malam, nec credit illi, Chald. sed separabit ab ejus societate; lingua mala Zibæ quantum lædebat Davidem, ita ut non potuit credere Mephibosethum fuisse ex omni parte innocentem, 2 Sam. 19. quia verba detrectatoris, הרכיל *sunt vulnera* in Proverb. & non possunt facilè sanari. *Contemptibilis est.*] Contemnit seipsum, nec superbit in omnibus prædictis bonis operibus, Chald. Par. *Honorat.*] Reputat opera aliorum præstantiora suis, & putat quod ipse non facit *unum ex millibus*, sicut oportet. להרע] Ad *affligendam* animam in jejuniis. *Jurat.*] Ne concupiscibile sit impedimento quo minus humiliet seipsum jejuniis quæ dura sunt ferre. *In usuram non dedit.*] Ante dixit, *Non facit malum* contra voluntatem proximi, hîc addit, non *dedit in usuram*, nec cum voluntate ejus, David & prophetæ non prohibent nisi quod lex prohibet, quis dixit Moses, *Non addes, &c.* Deut. 12. 32. Et lex non prohibet usuram ad הנכרי *Extraneum*, Deut. 23. 20. sed non dixit lex, opprimes extraneum, vel furaberis ab illo, &c. Israeli, præcepit Deus, ut ostendat misericordiam cum Israel. etiam cum extraneo qui ostendit misericordiam cum Israel. & mutuatio sine usura in multis locis est major misericordia quam mutuatio gratis, quia erubescit homo liberalis donum mutuo accipere gratis (hucusque in Codice Cremonæ, in alio Codice Venet. est facta additio) Israel non habet præceptum (gratuitæ mutuationis) erga Gentes, quia plerúnque Gentes odio habent Israelem, & prolixiori usus sum sermone in hoc articulo, ut habeas responsum ad הנוצרים, qui dicunt quod David nullum posuit discrimen inter Gentes & Israelem. *Munus contra innocentem.*] Munus pecuniæ voluntariè datum. Vel, *Ab innocente.*] Id est, ad faciendam justitiam non accipit munus, מבעל דין, Samuel dixit, *Cujus bovem accepi?* 1 Sam. 12. 3. De munere ad pervertendam justitiam dixisset anteà, *Qui non facit malum.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 15.

Ambulat integer.] Respectu sui, in omni negotio. *Operatur justitiam.*] Cum aliis suis sociis חביריו. *Loquitur veritatem.*] Cum omni homine. *Qui non revelat secreta* רגל *cum lingua.*] Exinde est מרגלים, *exploratores.* *Non fert contumeliam à proximo.*] Nemo potest eum reprehendere, quia vita ejus est inculpata. Vel, *Non portat contumeliam contra proximum.*] Non publicam facit ad alios, ut Exo. 23. 1. Vel, *Non fert ignominiam.*] Odit audire infamiam proximi. *Ipse est vilis in oculis suis, sed honorat timentes Deum.*] Cupit esse similis illis in sanctitate, & mediocriter; etiam nihili æstimat propriam obedientiam, habito respectu ad debitum suum. [Dei servus est humilis, & alios præfert.] להרע] Id est, Jejunio, לצום, ut Num. 30. 13. *Ad affligendam animam*, quia jejunia debilitant corpus, R. Sol.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 15.

Quis habitabit?] Si *ignis Dei est in Sione*, ut in Isa. 31. Vel, si Nadab & Abihu igne Dei destructi erant, *Quis stabit?* Vel, si Uzza coram Deo mortuus fuerit. *Ambulat perfectus.*] Deus benedictus, ut in Deut. 32. *Rupes, opus ejus est perfectum*, non operatur malum, non dat in usura, Isa. 55. *Sine argento, &c.* non mutat juramentum pœnæ, להרע, multò minùs misericordiæ, להיטיב, *Quis ergo habitabit?* nempe qui similis est benedicto Deo. Vel, *Perfectus.*] Ut Abraham, Gen. 17. 1. תמים. *Operans justitiam.*] Isaac tradidit animam suam, Gen. 22. *Veritatem.*] Jacob, ut in Mic. 7. *Veritatem Jacobo*, in Gen. 27. *Non* רגל.] Benjamin non revelabat venditionem Josephi. *Non operatur malum.*] Joseph fratribus, Gen. 45. *Opprobrium non accipit.*] Phinehas occidit Zimri, Num. 25. נבזה] Moses contemnit spolia Ægyptiorum. *Honorat* יכבד] David in honore habuit Presbyteros Judæorum, 1 Sam. 31. *Misit benedictionem, &c.* *Ad affligendum* להרע] Boaz jurabat, Ruth. 3. contra concupiscibile, & Elisha contra avaritiã, 2 Reg. 5. & Elia contra pluviæ descensum, 1 Reg. 17. *Non dedit pecuniam.*] Obadia nutriebat prophetas gratis, 1 Reg. 18. Shammai & Hillel docuerunt gratis. *Non accepit munus.*] Samuel dixit,

dixit, *Ecce ego, &c.* 1. Sam. 12. *Non movebitur* לא ימוט] Id est, ad mortem, ut in Prov. 24. מטים להרוג, &c. Quando R. Gamaliel legebat hunc versum, flevit dicendo, Quis faciat hæc? respondit R. Aquiba, qui facit unum ex his omnibus, reputatur ei in justitiam quasi fecisset omnia, quia *misericordia est supra Judicium,* & qui tetegit unum reptilium באחת est immundus quasi tetigisset omnia, idcirco, R. Aquiba exultavit quando legebat versus in Ezech. 18. *Super montes non comedit, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon, in Psal.* 15.

In tabernaculo.] In sanctuario futuro. *Integer.*] תמים tota sua dispositio est ad legem Dei. *Loquitur veritatem.*] Bonum operatur, & confert beneficia etiam voti vinculo solutus. *In usura.*] Non Gentibus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 15.

Non רגל] Ut Ziba Mephibosheth. *Loquitur in corde suo.*] Eadem est veritas in corde & in lingua. *Non tollit contumeliam.*] Non facit proximum suum proverbium inter homines quando malè fecit, punit eum secundum leges, sed non exprobrat, in ling. extran. *Reporta.* Non est in MS. להרע] Multò minùs mutabit (קל וחומר Ven. ק'ו in MS.) in re parvi momenti quæ non nocet. *Pro innocente.*] Non ad justificandum eum in causâ sua ר'ז'ל' לנקותו בדינו. *Non movebitur in æternum.*] Potest in momentum moveri, sed non in æternùm, resurget enim: עולה In MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 15.

לא רגל] Id est, לא אכל קורצין, non edit buccellas, sicut mos erat remunerare calumniatorem, in Psal. 35. לעגי מעוג derident alios apud mensam, & פתבג est eorum Merces. *Qui facit hæc.*] Id est, prædicta bona opera. *Non movebitur.*] Ligata est anima ejus in fasciculo vitæ juxtà thronum gloriæ, quando animæ impiorum agitantur inquietæ, *Sicut lapis in medio fundæ;* Targum. in 1 Sam. 25.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 15.

Loquitur veritatem.] Etiam in porta ante principes: quinque sunt defectivè, Isa. 33. 15. *Loquitur justitiam.* Amos 5. 10. *Odio habent illum qui loquitur rectum.* in Proverb. *Amat illum qui loquitur rectum.* Ester 10. 3. *Loquitur pacem.* [Qui loquitur veritatem est à Deo & hominibus dilectus.] *Non, non, non.*] לא, quatuor sunt initium versus, alter in v. 5. *Homo vilis.*] נמאס duo sunt cum Camerz, in Jer. 6. 30. *Argentum reprobum, &c.* *Et non mutat.*] Votum suum, non reperitur iterum defectivè, & tria sunt plena, Levit. 27. 10. *Non mutabit, &c.* Duo sunt ibi. Micah. 2. 4. *Portionem populi mei mutavit.* [1. Vota sunt solvenda in individuo.

Horat. Lib. 4. Od. 2.

Te decem tauri, totidémque vaccæ,
Me tener solvet (à voto) *vitulus relicta*
Matre, qui largis juvenescit herbis
In mea vota.

2. Qui mutat quæ Dei sunt perdidit sua.]

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 15.

Quis habitabit in sancto monte tuo?] In Ecclesia, præsertim sub Evangelio, sic in Heb. 12. 22. *Venimus ad montem Sionis,* & post lapsum Babylonis in nova Jerusalem, in quam nullum immundum intrabit. *Qui ambulat integer.*] In cultu Dei sine macula, ut in primo & secundo præcepto: Vel, ut,

Horat. Lib. 1. Od. 22.

Integer vitæ scelerísque purus,
Non eget mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra:
Sive per Syrteis iter æstuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Námque me sylva lupus in Sabina,——
Fugit inermem, &c.

Qui operatur justitiam.] Cum proximo suo. *Qui veritatem loquitur quæ est in corde suo.*] Gr. Id est, lingua confitetur quod credit corde, secundùm præceptum tertium. *Non circumambulat,* vel, *non est facilis in lingua sua.*] Lat. MS. (רגל, ut, הרגל assueta) Ad testificandũ falsum testimoniũ contra nonum præceptum. *Ad execrandum & jurandum.*] Contrà tertium præceptum; ad spargenda mendacia, ut effundatur sanguis, contra sextum præceptum; ad decipiendum proximum, contrà octavum præceptum, Gr. & hæc sunt in verbis, Vel, *Ad secreta revelandum.*] Non habitabit mecum in eodem tecto, qui arcana revelaverit, ut qui raró effugit pœnam.

Horat. Lib. 3. Od. 2.

Est & fideli tuta silentio
Merces. Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcana, sub iisdem
Sit trabibus, fragilémque mecum
Solvat phaselum. (Navem oblongam, Gundalo, Felluca, Ital.) *Sæpe Diespiter.*
Neglectus, incesto addidit integrum.
Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

(Puniuntur quandóque innocentes, multò minùs effugient scelesti pœnam.)

Non operatur malum erga socium suum.] In factis, in occidendo eum, vel in furando ab eo, vel in perpetrando immundiciẽ cum illo, contrà præcepta sextũ, septimũ & octavũ. *Opprobriũ non permittit in proximũ suũ.*] Id est, *opprobrium* peccati sine reprehensione. Vel, non fert (in memoria) opprobrium, vel injuriam factam per proximum suum; hoc spectat ad cogitationes. Vel, *Non fert opprobrium in seipso.*] Id est, non permittet peccata in seipso dominantia. *In cujus oculis contemptus est vilis,* vel, *respuit oculus ejus improbos.*] Lat. MS. honorat autem omnes superiores, &c. qui timent Dominum juxtà primum præceptum, v. 4. *Jurat in damnum suum,* vel, *proximo suo & non mutat.*] τῷ πλησίον αὐτοῦ, Gr. להרע, Basil. pactum servat juxtà nonum præceptum. Vel, *Jurat ut se affligat.*] Lat. MS. *Pecuniam suam non exponit fænori.*] Contrà præceptum octavum, fœnus erat ex hoc Psalmo prohibitum per Concil. Nicenum, Can. 18. & 18. alia Concilia. *Contra innocentem munus non accipit.*] V. 5. Contrà decimum præceptum quod avaritiam vetat radicem ejus; ita Christianus hic describitur per effecta sua.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 15.

להרע] Id est, ad detrimentum suum, vel amici, Ital. Hisp. interpretatio de jejunio non est bona, Ital. An.

Sect.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 15.

Sine macula] Vulg. Gr. ut in Jacob. 1. ult. in hoc *saeculo immaculatum*, licèt impii eum calumnientur, est tamen innocens. *Non egit dolum.*] Vulg. Gr. ut explorator solitus est facere res dolosè, ne capiatur à רגל. *Adversus proximos suos.*] Gr. Vulg. Lat. MS. *Sodali*, id est, quemlibet proximorum, Heb. ut Psal. 17. *Similitudo ejus, &c.* Vel, Jod signum pluralis deficit pro more, Aq. Theodot. τῷ πλησίον. *Super innocentem.*] Vulg. Gr. ad justificandum innocentem, Rasi, Chimchi Lat. MS. *adversùs.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 15.

De perfecta conversione ad Deum, Par. Edit. *Quis habitabit?*] Id est, sancti sunt aptè dispositi, ut veniant in domum tuam, & legem tuam discant, & tibi serviant. *Veritatem loquitur —— & non mentitur.*] Syr. ולא נכולתן ܘܠܐ ܢܟܠܘܢ *Opprobrium.*] Nullum factum probrosum in illum facit, velut in Gen. 34. 14. *Opprobrium nobis.* Vel, *Non accipit munus in propinquum suum.*] Syr. MS. ܫܘܚܪܐ שוחרא Heb. חרפה, velut in Job. 29. 4. *In diebus juventutis meae, aut opprobrii.* Vel, donorum meorum, quando illi benedixit Deus. Vel, à כפר. *In damnum suum.*] Vel, jurat propinquo suo. Syr. לחברה ܠܚܒܪܗ Heb. להרע. *Irritans est vilis.*] Syr. MS. Par. Edit. *Usura.*] רביתא ܪܒܝܬܐ Incremento, Syr. omne incrementum praeter legem est prohibitum, non solùm serpentina illa & mordens usura. *Justus est, & nunquam dimovebitur.*] Syr. cum *rumore mali*, ut in Psal. 112. 6, 7.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 15. Heb. Arab.* 14.

Davidis in finem, & de eo qui est perfectus cum Deo, Arab. MS. *Integer.*] In corde, Arab. Rom. بلا عيب בלא עיב, sine nube vitiorum, ut in Isa. *Iniquitates vestras delens ut nubem.* *Operatur justitiam*] In opere. *Loquitur veritatem.*] In ore. Ecce haec tria, corde, ore, opere, summa legis, similiter in 3, 4, 5, vers. est obedientia secundae tabulae. *Non accipit.*] Corde. *Non calumniatur.*] Ore. *Non facit malum.*] Opere. *Non decipit ne unum.*] Arab. Rom. لغيرا אחרא multò minùs plures. *Qui honorat.*] Corde. *Jurat.*] Ore. *Non accipit mercedem.*] Opere. להרע] Ad proximum suum, Gr. Arab. Neb. Rom. & MS. تحلف لقريبة חחלף לקריבה. *Non quaerit opprobrium proximi sui.*] Non quaerit illum calumniis perstringere, Arab. لا يلتمس לא ילתמס. *Usuram.*] بالربا באלרבא ut in Syriac.

1. *Tituli inscriptio ipsi David.*

XV. *Heb.* XVI.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te.
2 *Dixi Domino : Deus meus es tu,*
quoniam bonorum meorum non eges.
3 *Sanctis, qui sunt in terra ejus, mirificavit*
omnes voluntates meas in eis.
4 *Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.*
Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : nec memor ero nominum eorum per labia mea.
5 *Dominus pars haereditatis meae, & calicis mei : tu es, qui restitues haereditatem meam mihi.*
6 *Funes ceciderunt mihi in praeclaris :*
etenim haereditas mea praeclara est mihi.
7 *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.*
8 *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dexteris est mihi ne commovear.*
9 *Propter hoc laetatum est cor meum, & exultavit lingua mea : insuper & caro mea requiescet in spe.*
10 *Quoniam non derelinques animam meam in inferno : nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*
Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis me laetitia cum vultu tuo : delectationes in dextera tua usque in finem.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 16.

Serva me Deus.] Id est, O potens, אל, quia est in manu tua. *In te spero.*] Et non in altero. *Dixisti Domino.*] Et confessus es quòd ad te pertinet judicium, Chald. Par. *Ad te,* עליך] Id est, mihi benefacere non obligatus es. Vel, mea bonitas non prodest tibi, sed prodest sanctis in terra, sic Job 35. 8. R. Joseph. Cimchi. *Mea delicia.*] Ad benefaciendum illis, quia sunt excellentes. Vel, secundùm priorem sensum ad sanctos in terra pertinet bonitas tua, non ad me. Vel, conjunge cum אמרת, quasi dixisset, O anima mea, *Dixisti Domino, Deus meus es tu.* Dic etiam *Sanctis, illi sunt excellentes.* *In quibus sunt mea delicia.*] Id est, ad discenda opera eorum ר'ד'ל. Et dicit, *in terra*, quia sancti in coelo sunt supra nos. & non possunt à nobis exactè imitari. *Dolores eorum multiplicabuntur.*] Qui serviunt Deo alieno, sed amo sanctos, & eorum viam. *Sanguinis.*] Non vini, quia oppressores sunt pauperum, & ex rapina adducebant oblationes, ut Amos 2. 8. *Bibunt vinum condemnatorum*; ideoque *Sacrificium impiorum est abominatio*, Prov. 15. 8. & dicit Dominus, Isa. 61. *Odi rapinam pro holocausto.* *Nomina eorum.*] Non honorabo illos labiis meis. *Dominus est portio mea, calix & pars.*] Non sicut isti in Deo alieno, & hic utitur quatuor verbis in eundem sensum, ad corroborandum. תומיך]

Id

id est, juvas me in electione sortis hujus i est cum Hiric, sicut cum Tseri, ut Isa. 38. 5. Non est nota hæc in Cod. Cremon. *In locis amœnis.*]Quia in Deo est portio, mea, est quasi in loco amœno. *Hereditatem etiam pulchram.*] Dicit etiam גם, quia non invidet alienæ pulchriori portioni, sicut mos mundi est. נחלת Tau in loco He, quia non est conjunctum. *Dedit consilium.*] Ad eligendam hanc partem, *hoc unum necessarium.* *Ante me.*] Id est, in omnibus meis viis recordor illum, quasi objectum semper ante meos oculos positum. *Ad dexteram meam.*] Ad juvandum me ne cadam. Vel, sicut res aliqua quam necesse est recordari, quâ utitur continuè, Rambam. *Cor meum.*] Spiritus. *Gloria.*] Rationalis anima *gloria* corporis. *Caro.*] Corpus, hæc tria; corpus, anima, & spiritus. *In spe.*] Quod in vivis servabis me à periculis, & post mortem spero quod vermis non habebit in me potestatem, Derash. *In Gehenna.*] Id est, ad descendendum in Gehennam לרדת שאול, quia vita mea est in via recta. Vel, anima non descendit cum corpore in sepulchrum. *Ostendes*, vel, *ostende viam vitæ.*] Est prophetia, vel oratio. *Dexteram tuam.*] Dextra est honos major quam sinistra.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 16.

Michtam.] Præ auro puro, à כתם, R. Sol. *O Deus fortis.*] Potes. *Dixisti Domino, tu es Dominus meus.*]Et tibi serviam sine spe præmii. *Propter meam beneficentiam non ad te oro, sed propter sanctos.*] Miserere sanctorũ, non oro pro meipso, quia non sum dignus. *Qui sunt in terra.*] Dicit, *in terra*, quia sunt Angeli *sancti* in cœlis. Vel, *Bonitas mea non in te.*] Non est in te debitum, sed beneplacitum, R. Mosheh. *Multiplicantur dolores eorum.*] Dolores sanctorum, quando vident idololatras. *Post alium Deum.*] Vel, populum, עם. *Accelerant*, vel, *mittunt dona.*] à מהר, id est, conspirant cum aliena Gente. *Cum sanguine.*] Mixta cum sanguine sacrificiorum זבח עם דם, erant ambo conjuncta. Vel, *partis.*] à מנות, Exod. 12. 4. מנת חלקי כוסי. *In amœnis.*] Quia habeo verum Deum, meam portionem. *Dedit mihi consilium.*] Ambulare in viis suis. *Renes instruunt me.*] Quando in nocte cogito de accidentibus mortuorum. *In nocte.*] Quando quis solus est, à negotiis mundanis liber, בהתבודדו. *Posui Dominum ante me.*] Hoc erat ex instructione renum. *Gloria mea*] Anima, ut in Gen. 39. *Gloria mea ne sis unita.* *Quiesces in spe.*] In hoc mundo, quia anima non est morbis obnoxia, sicut corpus. *Gehenna.*] Non peribit pro peccato cum Bathsheb. R. Sol. *Ostendes viam vitæ.*] In qua anima it ad cœlos post discessum. *Ad dexteram tuam.*] Dicit *dexteram*, quia homines dextera dant dona amicis suis.

Sect. 3. *Ex Midrash. Tillin. in Psal.* 16.

בל עליך] Id est, omne bonum, יובל, redit ad te, sicut à te emanat. Vel, *Non sine te.*] Prosperitas, & bona cuncta non agnoscunt alium nisi è tua misericordia ortum. Vel, *Bonitas mea non est in te, sed in sanctis qui sunt in terra.*] Nemo dicitur sanctus ante funera, quia sanctitas potest amitti. *Funes.* Lex scripta & oralis. *Amœna hæreditas.*] Id est, merces Præceptorum legis. *Renes.*] Abraham non habuit præceptorem nisi renes ejus, R. Sam. bar Nachman. R. Simeon ben Johai. Revelavit Deus Abrahamo legem, oblationes, Gehennam & regna, hæc quatuor inter partitiones, Gen. 15. (Vid. Targum Jerusalem.) *Lætatur cor.*] In verbis legis. *Gaudet gloria mea.*] In Rege Messia, ut in Isa. 4. *Super omnem gloriam, &c.* *Caro mea habitabit.*] Post mortem, quia vermis non habuit ἐξουσίαν in illam, R. Isaac. *Sanctum tuum.*] חסיד dicitur, qui audit maledicentem, & non respondit, sicut David Shimei, R. Alexander. *Viam vitæ.*] Id est, timorem Domini, ut dicitur, *Timor Domini addit vitam.* Vel, Legem Dei, ut Prov. 3. *Arbor vitarum, &c.* R. Azariah. שובע] Lege שבע ad denotandum septem societates justorum qui vident faciem Domini in futuro sæculo. (Midrash מכתים.)

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 16.

Contra illos qui putant effici posse miracula per nomina Angelorum aut aliorum. *Bonitas mea.*] טובתי, id est, anima mea rationalis. *Non est super te.*] עליך aliqua creatura. *Post alterum.*] Angelum, aut aliam creaturam. *De sanguine.*] Est abominabile quod illi faciunt, ut descendant spiritus. *Nomina eorum non tollam.*] Per quæ putant illi operari miracula. *Sortem meam.*] Inter servos tuos numerari. *Cor.*] Imaginatio. *Gloria.*] Intellectus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 16.

Davidis humilis, & perfecti.] מכתם ר"ל מך ותם Derash. Vel, cujus plaga erat mirabilis, ר"ל מכתו תמה, & שהיה מהול ,תמה, est in MS. Vel, est nomen unius tonorum. Vel, Præ corona æstimatur hic Psalmus, כעטרה מכתם, ut Psal. 5. ult. *favore* coronabis eum. Non est in MS. *Dixisti*, vel, *dic Domino.*] ô congregatio Israel. vel, ô anima mea. Non est in MS. *Bonitas mea.*] Id est, quam mihi largitus es. *Non est super te.*] Ut des mihi bona mea propter justitiam meam. [Ut in Psal. 115. 1. *Non nobis Domine, &c.*] *Sed propter sanctos in terra.*] Id est, propter sanctos in terra sepultos, [ut dicitur, *Propter Davidem servum meum.*] *Propter quos est tota mea oblectatio.*] Id est, omnes meæ deliciæ, & honor, sunt mihi propter sanctos. *Nomina eorum.*] Idolorum ע"ז, in MS. *Benedicam Domino.*] Qui dedit mihi, ut eligerem optimum: hucusque loquutus est David ad congregationem, nunc ipse loquitur. *Dominum ante me.*] Id est, librum legis Domini, Non est in MS. Vel, timorem Domini, ut non peccem. *Sustentas*, vel, *humilias me ad sortem meam.*] Ut sim contentus, in MS. à ימך, *Attenuatur ædificium*, in Eccles. 10.

Sect. 6. *Ex Cald. Paraph. in Psal.* 16.

Bonitas mea non est ab alio præter te.]Non veniunt omnia bona ad me, nisi à te. *Sanctis in terra nota sunt illa.*] Id est, Gesta mea ab initio nota sunt illis. *Idola multiplicantur, postea dant dona.*] Et oblationes idolis suis, à מהר, dote. *Libamina eorum, oblationes eorum ex sanguine non offeram.*] Id est, Libamina, vel, sacrificia in quibus effunditur sanguis. *In dextera mea.*] Divina ejus præsentia est mecum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 16.

Amœna.] Non reperitur iterum cum Cametz. *Lætatur cor meum.*] Tria sunt, 1 Paral. 29. 9. *Rex David erat lætus.* Psal. 105. 38. *Ægyptus gaudebat, &c.* [Spes resurrectionis est solamen contra timorem mortis. Horat. Lib. 4. Od. 14.

Te non paventis funera Galliæ.]

ויגל] Duo sunt in duabus significationibus. *Sanctum tuum.*] Jod redundat. *Deliciæ.*] Non habet similem cum defectu Jod.

Sect.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 16.*

Mictam, vel, *Scriptura Davidis.*] Sic Isa. 38. *Scriptura Hezechiæ*, à כתם in Isa. 2. *Iniquitas tua est signata, &c.* Vel, humilis, & simplicis David. Lat.MS. *Non est fine te.*]Lat.MS. *Dolores eorum multiplicati erunt qui post alium Deum festinant*, vel *post tergum.*]Lat.MS. subito cadent. Vel, *Post acceleraverunt.*] אחר Vulg. quando dolores veniunt, subitò resipiscunt homines, ut sanarētur, S.Aug. ut Ps. 78. *Quando occidit eos, tunc quærebant eum, &c.* *Funes*, vel, *vinea.*] Lat. MS. *Non offeram oblationes eorum ex sanguine.*] Sicut Ethnici fecerunt, sacerdotes Bellonæ sororis Martis sacrificabant Romæ humano, & proprio sanguine ex brachiis effuso, & forsan in 1 Reg. 18. Baal est Mars, quia sic erat mos sacerdotum Baalis, R. Levi. Vel, sanguinem bestiarum cum vino offerebant Veneri, & aliis diis.

Horat. Lib. 1. Od. 19.

Hic vivum mihi cespitem, (Pro Altari) *hic*
Verbenas pueri ponite, thuráque,
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

Et Od. 30. Ad Venerem.

——*Et vocantis*
Thure te multo Glycera decoram
Transfer in ædem.

Et Od. 31.

——*Quid orat de patera novum*
Fundens liquorem? ——

In templo Jovis Capitolini in Monte Tarpeio Romæ erant tria sacella; unum Jovis, per quem indicabant Spiritum, ut in Act. 17. *In illo vivimus*; aliud Junonis, per quam significabant corpus; tertium Minervæ, per quam indicabant animam rationalem, Macrob. Auson. *Trina in Tarpeia, &c.* & sunt visenda Altaria Romæ, supra quæ sunt statuæ Junonis, Jovis, & Minervæ: (in hoc templo erat Sanctum sanctorum, in quod non erat licitum ingredi nisi sacerdotibus, ut in Salomonico.) Sic, *Cor meū, gloria mea, caro mea.*] Respondent loco Apostoli in quo dicit, *Corpus vestrum, animam & spiritum*, in 1 Thess. 5. 23. *Non derelinques animam meam in inferno.*] Id est, non permittes ut illic veniat, 1. Prophet. *Nec permittes ut Sanctus tuus videat corruptionem.*] Id est, non permittes ut Messias Sanctus tuus, qui venturus est ex lumbis meis, videat corruptionem in sepulchro, tertio verò die resurget, in Act. 13. 30. Vel, *Sanctus tuus.*] Id est, corpus in sepulchro sanctificatum, S. Aug. & hoc tantum David Christo applicar à seipso verius, personam mutans, ab *anima mea* ad *Sanctum tuum*, quæ verba ad Christum spectant; fateor quod in Act. 2. 27. mentio fit totius versus, prior pars ejus ad Davidem spectat, posterior ad Christum filium suum, & hoc nihil novi est, velut in Job 35. 15. prior pars Deo, posterior Jobo dicitur. *Notam facies mihi semitam vitæ.*] 2. Prophet. De vita æterna.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 16.*

מכתם] Id est, Christo humili & perfecto. 2. Ang. MS. & alter in Eman. Coll. Cant. significat aurum, quia erat auro charius Davidi, Ital. Hisp. *Conventicula eorum.*] 2. Ang. MS. Gall, S. Aug. *Sanguinis.*] Judæis non licitum erat edere de sanguine victimarum, Ital. *Calicis.*] Passionis, ut in Matth. 20. *De meo calice, &c.* Ang. MS.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 16.*

Mictam.] Tituli inscriptio, Vulg. Gr. ut Jerem. 2. 23. à נכתם *Signata est, &c.* *Mirificavit omnes voluntates meas in illis.*] Gr. Vulg. id est, beneplacita mea in illis sunt mirabilia, אדירי, valde delector in illis, sic in Exod. 15. *Gloriosus*, vel, *mirabilis in sanctitate.* Lat. MS. ut in Heb. *Dolores*, vel, *Idola.*] Gr. Theod. τὰ ἄλλα, Lat. MS. *De sanguinibus.*] Vulg. Gr. Lat. MS. *De sanguine*, illi congregant ad effundendum sanguinem, à סכתי *sepiam, &c.* Hos. 2. quia sepes intra se portionem terræ claudit. *Qui restitues.*] Vulg. Gr. & sustentas, quia sustentatio est restitutio continua, Lat. MS. *possessor.* *Usque ad noctem.*] Vulg. Gr. אף, id est, toto die cohibent me à peccato, etiam in nocte. *Gloria.*] Lingua mea, Vulg. Gr. Lat. MS. *In inferno.*] Vulg. Gr. Lat. MS. credimus omnes, Descendit ad inferos.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 16.*

De resurrectione Christi, Par. edit. *Bonitas mea nonne est à te?*] Sine dubio à te est, Syr. מן לוחך הו ܡܢ ܠܘܬܟ ܗܝ *Etiam sanctis.*] Id est, tu etiam Dominus eorum es, & qui post alium Dominum properant improbi sunt, Syr. אף ܐܦ. *Post alium*, vel, *aliorum dolores properabunt.*] Et in eos qui non sunt sancti subitò venient, Syr. ܒܥܓܠ בעגל ut in 2 Pet. 2. *Judicium eorum non dormit.* *Libamina eorum ex sanguine.*] Id est, efficiet Deus, ut proprium sanguinem bibant (non vinum) qui libamina idolis effundunt, & *propriam carnem edunt*, Isa. 49. 26, 27. דמם ושכרון. *Non recordabor nomina eorum.*] Erunt obliterata, *putrescet nomen* eorum, ut Prov. 10. *Sustentas*, vel, *restituis mihi sortem meam.*] Syr. ut in Job 42. *Restituit Deus captivitatem Job.* *Delectatio victoria dextera tua.*] Delectatio quam acquisivit dextera tua per victoriam in hostes, Satanam, mortem, Haden, Syr. MS. ܙܟܘܬܐ נצחות Heb. נצח, velut in 1 Sam. 15. 29. *Robur Israelis.* *In æternum.*] Sed in hac vita omnia mutātur, fluunt anni tempora, redeuntq; sed nos semel extincti nunquam renascimur ad hoc seculum, ideoq; celeri liberalsq; animo demus eleēmosynas, quia dies mortis est incertus.

Horat. Lib. 4. Od. 7.

Mutat terra vices, ——
Immortalia ne speres monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Pomifer Autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners. (Cant. 2.)
Damna tamen celeres reparant cœlestia Lunæ,
Nos ubi decidimus,
Quò pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus,
Pulvis, & umbra sumus.
Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Dii superi?
Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo. (Eccles. 11. 1, 2, 3. &c.)
Cum semel occideris, ——
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas, &c. (Job 7.)

Sect.

Sect. 12. *Ex Arab. MS. in Psal. 16. Heb. Arab. 15.*

De electione Ecclesiæ, & resurrectione Christi, Arab. MS. *Omnis mea*, vel, *sua delectatio.*] Arab. Gr. Rom. Neb. جميع مسرتي Per Sanctos, intelligit fideles Christianos, Apostolos, & alios quibus ostendit Deus omnia sua magnalia, ut Act. 2. μεγαλεία. אדירי Heb. in Arab. جعل נעל est depositum suum excellens. *Festinant postquam multiplicantur eorum dolores.*] Arab. Rom. سريعا סריעא, Heb. מהרו cito venient. *In conventiculis eorum super sanguinem.*] Arab. Rom. Neb. على دما עלי דמא id est, non edam super sanguinem, sicut Gentes in Levit. 17. & Israel. 1 Sam. 14. in R. David. Vel, indigitat concilia Pharisæorum ad fundendum sanguinem innocentem, & *putabant* λατρείαν, *se offerre*, Joh. 16. Vel, non conveniam cum turbis hominum qui fundunt sanguinem, ut latrones, &c. quorum dolores cito pede veniunt, sed Domini lex est portio, & vitæ regula meæ. *Funes perversi ceciderunt super me à potentibus.*] Arab. Rom. الفتال من الاعزا אלפתאל מן אלאעזא, sic in Psal. 119. *Funes peccatorum spoliârunt me*, tamen Dominus est hæreditas mea, & servat me ab amœnis, id est, impiis qui in deliciis vivunt, Psal. 141.

---

1 *Oratio David. XVI.*
Heb. XVII.

Exaudi Domine justitiam meam: intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

2 *De vultu tuo judicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.*

3 *Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.*

4 *Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.*

5 *Perfice gressus meos in semitis tuis: ut non moveantur vestigia mea.*

6 *Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.*

7 *Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.*

8 *A resistentibus dextra tua custodi me, ut pupillam oculi.*

Sub umbra alarum tuarum protege me.

9 *A facie impiorum qui me afflixerunt.*

Inimici mei animam meam circundederunt.

10 *Adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.*

11 *Projicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.*

12 *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.*

13 *Exurge Domine, præveni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam.*

14 *Ab inimicis manus tua.*

Domine a paucis de terra divide eos in vita eorũ: de absconditis tuis adimpletus est venter eorũ.

Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

15 *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 17.*

R*Ectum.*] Id est, audi orationem meam, rectè factam cum ore & corde. *Censura mea exeat.*] Et ne judica me pro meritis meis in peccato Bathshebæ, existimat Dominus meus Pater meus ז"ל, R. Jos. Cimchi, hunc Psalmum fuisse compositum de negotio Bathsh. על מעשה בחשבע. *Id quod rectum est.*] Aspice quòd feci rectum in oculis tuis, solum re Barsh. excepta. *In nocte.*] Quando commisi peccatum istud. *Non invenies.*] Me innocentem, נקי, in ista nocte. *O utinam non transgressa esset os meum.*] Utinam cogitatio de mea innocentia non esset prolata cum ore meo, quando dixi, *Proba me, &c. In verbum labiorum tuorum custodivi vias effractoris.*] Contra verbum tuum occidi Uriam, sicut effractor, R. Jos. Cimchi. Sed in oculis meis rectior sensus est. *Exeat judicium meum.*] Id est, judica me in Saulem & servos ejus, de quibus dicit hoc Psalmo, *Insurgunt contra dexteram tuam. Visitâsti me in nocte.*] Quando liber sum a negotiis mundanis, tunc sum cogitabundus. *Cogitatio mea.*] Id est, cogitatio cordis erit eadem cum sermone oris, non transgredietur os meum. *Custodivi semitas.*] Et cohibui meipsum aliósque à *semitis effractoris* per verbum tuum, sic Gen. 3. 24. *Ad custodiendam viam arboris vitæ*, scilicet ne accedant ad eam, למנוע. *Sustenta.*] Postquam monstrâsset justitiam suam corde, ore, opere, addit orando *sustenta me* ne cadam ante hostes meos. *In semitis tuis.*] Id est, gressus meos qui sunt *in semitis tuis.* ימוטו] In quibusdam codicibus est Dagesh in Teth, tunc est ex verbis geminatis; in quibusdam est sine Dagesh, tunc est ex quiescentibus Ain, id est, media vocis litera quiescit. *Exaudies me.*] Ideoq; invocavi te. *Separa misericordiam tuam.*] Ab illis qui *insurgunt contra dexteram tuam*, & norunt quod per dextram tuam regnum mihi est datum. הפלה] Ut in Exod. 33. 16. *Separati erimus ab omni populo*, idem. אישון] *Nigredo oculi*, in qua est visio, Chald. ab איש, quia in ea est figura viri pusilli, Vau & Nun sunt ad diminuendum, ut in אמינון, & שבתון, &c. בת] Est nomen proprium circuli in oculo. *Inimicis in animam meam.*] Qui quærunt vitam meam.

Pinguedo eorum clausit os eorum.] Quia sunt divites, ideo loquuntur superbè, Chald. *Nos.*] Ceri, id est, Davidem, & servos ejus quando fugiebant à Saule, Cethib cum Jod, de Davide solo, ut principali. *In terram.*] Ad abscondendum laqueos propter nos. *Similitudo ejus est sicut Leonis.*] Dicit *ejus*, id est, Saulis, ut in Psal. 7. 2. *Rapiat ut Leo. Praveni faciem ejus.*] Quando persequitur me. *A viris qui sunt manus tua.*] Id est, plaga tua, Exod. 9. 3. *Ecce manus Domini*, & inimici sunt gladius man° Domini: sicut vuln°, sic sanitas venit à Domino, Deu. 32. 39. *Ego occido & ego vivifico. Ut impleres ventrem eorum cum occulto thesauro tuo.*] Non expectant thesaurum in alio sæculo nisi in hoc. *Ut impleantur filii.*] Hoc solùm desiderant. In Derash applicatur ad R. Aquiba, & socios ejus, propter crimen læsæ Majestatis necatos. Sed deest in Codic. Cremon. *Videbo faciem tuam in justitia.*] In justitia quam ego facio videbo faciem tuam in alio sæculo, non sicut hi impii qui diligunt solùm hoc sæculum. *Satiatus ero.*] Sicut filii horum satiantur in hoc mundo. *Quando experrectus sum.*] In resurrectione. *Cum imagine tua.*] Ut Num. 12. 8. *Similitudinem Domini videbit*, hoc erat in hac vita, sed Prophetæ reliqui, & Sancti non videbunt Deum, sicut Moseh, usque ad futurum sæculum. Et visio hæc est apprehensio intellectualis quam habuit Moses in hac vita, quando omnes facultates corporales cessabant, quia non edebat per 40. dies, videbátq; imaginem Dei; non sic Eliah, quia *ambulabat in virtute cibi 40. dies*, ut exposuimus in libro Regum. Deest hæc nota in Cod. Cremon. Sapiens Abben Ezra exponit textum de hoc sæculo, & *imaginem* hanc de visione Prophetica in somno. Deest etiam hæc nota in Cod. Cremon. בהקיץ] Anima non dormit in futurum, sicut impii qui dormiunt somnum æternum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 17.*

Clamorem.] Cum alta voce, תפלה, est cum submissa. *Judicium meum exeat.*] *Judicium* condemnationis quod ego mereor, שתענישני remittatur. *Exeat.*] Et ne veniat super me. *Aspiciant recta.*] Quæ sunt in me, & accipias ea, remittendo iniqua, R. Sol. *Non invenies.*] מום deficit, id est, maculam aliquam. *Propter opera hominum.*] Id est, os meum non transgreditur præcipiendo illicita, ne facerent homines opera vetita. *Cohibui semitas effractoris.*] Ita ut non ausi sint impii erumpere in facinora. *Contra dexteram tuam.*] Opera dexteræ tuæ. Vel, Sanctos in manu tua, ut in Deut. 33. *Omnes Sancti in manu tua.* Vel, qui confidunt in dextra tua. *Claudunt in pinguedine os suum.*] Ita ut loquuntur quidlibet sine timore, ἀπηλγηκότες. *Oculos eorum declinantes.*] Observantes semitas meas si non vacillent. *Uniuscujusq.;*] כל אחד. Vel, *Ipsius.*] Id est, Coryphæi inter illos. *Viris mundi.*] Qui cupiunt longævitatẽ in hoc mundo. *Occulto tuo thesauro.*] Auro & cæteris, quæ primò occultantur in visceribus terræ, & exinde effodiuntur. *In justitia.*] Quia puri corde vident Deum. *Videbo.*] Visione mentis, non corporis. *Evigilabo.*] à somno בהקיץ, ut in Psal. 139. *Quando evigilabo sum adhuc tecum. In imagine tua.*] Quam video visione mentis, ut in Ezech. 1. *Vidi visiones Dei.* Vel, ego qui tunc ero in tua imagine, satur ero.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal. 17.*

De facie tua.] Judica nos tu, & non incidamus in manus hominum, 2 Sam. 24. *Audi justitiam.*] Quando David pugnabat cum Goliah. *Clamorem* רנתי] Quando David fugiebat à Saule. *Preces* תפלתי] Contra Abnerum, 1 Sam. 26. *Qui servas*, מושיע] Per Angelos, ut in Psal. 91. *Præcipiet Angelis suis, &c. Et à gladio tuo.*] Quo destructurus es mundum, Isa. 34. *Gladius meus in cœlis.* Vel, *Ab impio qui est gladius tuus.*] Sic Isa. 10. *Assur virga iræ meæ.* ממתים ידך] Id est, à viris roboris quibus dedisti potentiam in manum tuam, sic Jud. 20. *Civitas* מתים *virorum fortium. In hoc sæculum* מחלד] Id est, quibus dedisti dominium in hunc mundum, sic *habitatores sæculi*, Isa. 38. idem. *Thesauro tuo* צפונך] Id est, rebus consecratis, quæ positæ sunt in Thesauris domus Domini, quam spoliavit Nebuchadnez. Dan. 1. 1. Vel, filii, id est, Vespasianus, &c. *Reliquia* יתרם] Remus & Romulus, quos lactavit lupa. Vel, *Propter viros* ממתים *è mundo exterminatos propter manum tuam.*] Et unitatem essentiæ tuæ. *Occulto thesauro tuo.*] In cœlis, ut Psal. 31. *Quam magna est bonitas, &c. Parvuli* עולליהם] Generatio Messiæ. *In justitia* בצדק] Ego venio coram te, sicut mendicus propter צדקה Eleēmosynam. בהקיץ] In resurrectione videbo te facie ad faciem, sed in hac vita non videbit te homo qui vivit. [Tua imagine] ero in similitudine, τῆ ἐπαναστάσει, ut 1 Cor. 15. & corpore, & anima. Vel, ego per eleēmosynam dignus sum reputatus ad videndam faciem tuam. Vel, inter justos numeratus qui בצדק *in justitia* vident faciem tuam.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 17.*

• Confitetur peccatum בדבר Bathshebæ, R. David. R. Sol. *Non in labiis doli.*] Contrà est in Psal. 78. *Adulati sunt illum in ore eorum, &c. Semitas effractoris.*] Id est, ego fregi verbum tuorum labiorum, dicit enim, *Non concupisces. Per dexteram tuam.*] Id est, fortitudinem. *Spoliant me.*] Ahitophel, &c. *A mortuis.*] Impiis qui sunt mortui in vita eorum, מתים. *Occulto thesauro.*] Dicit, *Occulto*, quia impossibile est adipisci illum humanis viribus. *Imagine tua.*] Quia *Posui te semper ante oculos meos*, Ps. 16.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 17.*

In dextera tua.] Id est, qui confidunt in salute dexteræ tuæ. *Pupilla.*] Custodiunt eam palpebræ רימי. *In pinguedine eorum.*] Ut non videant nec timeant te. *Ab hominibus per dexteram tuam, à viris mundi.*] ô utinam mortuus essem ab hoc mundo crudeli, ut Jer. 9. 1. *ô utinam haberem casam peregrinantium, &c.* Vel, *Ab hominibus dextera.*] Id est, quos exaltavit dextera tua in hoc mundo, & fiunt superbi. Vel, in numero sim ego virorum manus tuæ, qui moriuntur in cubilibus מחלד præ senectute, non violenta morte, In MS. *Thesauro tuo abscondito.*] Quem abscondis pro timentibus te. *Quando Imago tua resurgit.*] Id est, homo in tua imagine in resurrectione. *In justitia.*] Non in severo judicio. Compositus erat hic Psalmus quando Joab obsidebat Rabbath, & David peccabat in re Bathshebæ, timuitque successum, quando nationes erant congregatæ ad rapiendam, sicut leo, animam suam, ut R. David.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 17.*

Os meum non transgredietur.] Id est, licèt cogitavi malum, tamen non veniet mea cogitatio in os vel in opus. [Ora ut in Psal. 141. *Mitte custodias ante os meum.*]

meum.] *Qui servas per dexteram tuam.*] Beth deficit. *Ad declinandum in terra.*] à recta via ad perversam. *Per gladium tuum.*] Quia meruit impius mori per gladium tuum בסייפך. *Propter viros dextera tua.*] Libera me ob eos qui morti traditi sunt nomini tuo. *Sit portio eorum in terra,& imple ventrem eorum.*] Hæreditent terram,& remunera filius filiorum suorum propter Martyrium Patrum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 17.

Oratio Davidis.] Duo sunt, Psal. 86. 1. *Jus meum exeat.*] Id est, fac quod justum est pro me, sunt sexdecem, Isa. 40. 27. *Judicium meum à Deo meo.* Isa. 50. 8. *Quis est adversarius meus?* Isa. 49. 2. *Judicium meum cum Domino.* Isa. 51. 4. *Judicium meum requiescere faciem.* & Job 27. 2. *Qui sustulit judicium meum.* Job 34. 5. Job 40. 8. *Irritum facies judicium meum.* Job 34. 6. *Contra jus meum mentiar?* & cætera hic citantur. *Effractoris.*] Duo sunt, Ezech. 18. 10. *Filium effractorem.* *Sustenta.*] תמך, non reperitur amplius defectivè. הפלה] Duo sunt, & unus est cum Aleph, הפלא. *Sicut pupillam oculi.*] Tria sunt, & plenè, ut, *Pupillam oculi sui*, Deut. 32. 11. Prov. 7. 2. *Legem meam ut pupillam oculi.* [Qui custodit legem, Deus custodiet eum.] *Clauduntur.*] Duo sunt, Eccles. 12. *Portæ sunt clausa.* *In secretis.*] Tria sunt in Jer. 13. *Relinquunt.*] Duo sunt, *Deponunt in cubiculis*, והניחו.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 17.

Explorasti me.] In igne tribulationis, Gr. tamen nulla justa inventa erat in me accusationis materia, 1. Caus. movens, v. 3. *Non invenisti cogitationes meas, transire in os meum.*] Lat. MS. Si forsan cogitassem malè, nolui actu ea exprimere. *Non transgreditur os meum.*] Id est, non meditabor, nec ore meo cupiam mortem Saulis, 2. Caus. v. 3. *Abstinui à viis vastatoris*] Per verbum tuum abstinui a viis perditionis, & Sauli peperci, v. 4. Vel, *Observavi semitas latronis.*] Lat. MS. & secundùm leges tuas luebant pœnas reperti. *Sustenta gressus meos in semitis tuis.*] Ut in futurum integer sim in eis, v. 5. *Qui servas sperantes à resistentibus.*] Lat. MS. 3. Caus. v. 6. *Adipe eorum occlusi sunt.*] Opulentia & corde insensibili, ut in Psal. 119. *Cor eorum est ut pinguedo incrassatum*, 4. Caus. *Nunc circumdederunt me in gressibus nostris.*] Ita ut periclitabatur quod caperent eum in 1 Sam. 23. 26. Vel, *Incedentes adversùm me.*] Lat. MS. אשורי. *Posuerunt oculos suos declinantes in terram.*] Ut secretè, sicut leo, dilacerent nos, 5. Caus. *Ab improbo qui gladius tuus est.*] Per quem huc & illuc pulsus sum, & tibi est potentia eum in vaginam reponere. Vel, anima mea framea tua est, S. August. *Filiis*, vel, *porcina.*] Id est, immunditia sua, S. Aug. Gr. Vel, sit gladius tuus contra homines, etiam dextera tua contra homines seculi, quorum portio in hac vita est, 6. Caus. v. 14. מחלד] In profundo, Lat. MS. Vel, thesauro iræ tuæ quam thesaurizant, [Rom. 2.] in futurum. Vel, מתים, idest, homines mortales. *Cum evigilavero.*] Lat. MS. à dolore hoc, & perturbatione, v. 15. dolores enim homines dormire faciunt, ut in Jerem. 31. *Experrectus sum*, id est, à visione luctuosa, & in Luc. 22. *Dormiebant præ dolore.* *Imaginem tuam.*] In Christo, qui est *Caracter ejus personæ*, Heb. 1. Vel, dicit, *Experrectus*, quia tempore nocturno visiones fiebant, sic apud Ethnicos Bacchi Sacerdos vigilans cõcitari solet.

Horat. Od. 25. Lib. 3.

Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio: non secus—
E somnis stupet Evias. (Sacerdos)

Oratio pro liberatione à Saul.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 17.

Cogitatio mea non est transgressa os meum.] Id est, cogito, & loquor unum & idem, Ital. *Servavi difficiles vias*] Ang. MS. Gall. S. Aug. Vulg. Et non permisi homines ambulare in illis, Ital. Hisp. *Observavi.* *Gladium tuum ab impio.*] Ang. MS. Vulg. Gall. sicut Arcam à Philistæis, sive, cum gladio, Hisp. *Imagine tua.*] Favore lætificante pios. Ital.

Sect. 10. *Ex Vers. Vulg. & Gr. in Psal.* 17.

Justitiam meam.] Justitia loquitur coram Deo, ut sanguis *clamat*, Heb. 11. 3. *Examinâsti me igne.*] τῇ πυρώσει, ignita tribulatione, & tandem factus sum ut *aurum purum*, sic Job 23. de Jobo. *Ut non loquatur os meum opera hominum.*] Ea approbando, ut Psal. 16. *Nec tollam nomina, &c.* multò minùs faciendo. יעבר] Non transibit vox os meum, Gr. Vulg. *A resistentibus dextera tua custodi me.*] Vulg. Gr. Ne prævaleant contra me. *Projicientes me.*] Vulg. Gr. Heb. אשרנו, id est, in vias publicas, & in me conculcantes, Isa. 51. 23. *Corpus tuum ut humum posuisti.* *Præveni faciem ejus.*] Gr. Vulg. Lat. MS. id est, destrue eum antequam veniat ad me. *Susceperunt me.*] Gr. Vulg. Heb. דמינו à דמו in 1 Sam. 13. *Expectate, &c.* & Vau pro Jod, sicut חמנו pro חמני Psal. 64. *Frameam tuam eripe.*] Vulg. Gr. Arcam à Pelistæis, quæ est ut gladius ad debellandos hostes. *A paucis de terra.*] Vulg. Gr. ἀπ' ὀλίγων, id est, à paucis eorum superstitibus, qui adhuc sunt in terra. *Cum apparuerit gloria tua.*] Gr. Vulg. in die Judicii, Heb. quando evigilat imago tua, est ejusdem sensus. Vel, ἀπολλύων, Gr. id est, ממתים de terra perdens.

Sect. 11. *Ex Syr. MS. & Codic. impress. in Psal.* 17.

Rectum, vel, Sancte Domine audi & vide petitionem meam.] Syr. in Deut. 32. *Opus Domini est rectum, &c.* & Psal. 119. *Justus es tu Domine.* Syr. שמע מריא קרישא וחור בבעותי ܫܡܥ ܡܪܝܐ ܩܕܝܫܐ ܘܚܘܪ ܒܒܥܘܬܝ. *A coram te.*] Mitte ex alto ut justitiam pro me facias, velut Dan. 9. *Egressus sum, &c.* Syr. ܡܢ ܩܕܡܝܟ ܢܦܘܩ ܕܝܢܝ מן קדמיך נפוק. *Nihil, vel, Nullam impietatem in me.*] Syr. ܥܘܠܐ עילא, Heb. זמותי à זמה in Levit. 20. 14. *Opera filiorum hominum os meum non transibunt in verbo labiorum.*] Id est, de illis mentionem non faciam; illa enim detestor, ut in Psalm. 16. Syr. MS. דשפותא ܕܣܦܘܬܐ, Heb. שפתיך. *Sed conservâsti me à semitis effractoris, vel, à viis malis.*] Syr. quia mali frangunt sepem, & vincula, ut in Jerem. 5. & Eccles. 10. *Qui frangit sepem, &c.* Syr. ܡܢ ܐܘܪܚܬܐ ܒܝܫܬܐ מן אורחתא בישתא. *Sustentavisti.*] Syr. & adhuc me sustenta, ܘܥܕܟܝܠ ܣܡܘܟܝܢܝ. *Mirabile pro sanctis tuis ostende.*] Signum aliquod quod eos redimes, Syriac. ܦܘܪܩܢܐ

[illegible]
Heb. חסידיך velut in Psal. 16. *Sanctum tuum.* Vel, fac servum tuum mirabilem servatorem aliis etiam qui sperant in te. *Claude eorum ora qui superbè loquuntur.* Syr. MS. סכור [illegible] Heb. סגרו, & חלבימו, non est in Syr. *Gressus nostros,vel, Me laudant, & nunc circumdant me, oculos suos ponunt, ut ad terram me dejiciant.*] Syriac. [illegible] שבחוני, Heb. אשרוני ab אשרי, Psal. 1. 1. *Praveni, vel, Surge Domine ante facies eorum.*] Antequam diripient me [illegible] *Fac ut flectant.*] Genu tibi, Syr. אברך [illegible] velut in Isa. 49. 23. *Mihi omne genu flectet.* *Ab improbo,& à gladio.*] Syriac. MS. [illegible] ab *impiis* intus, & *gladio* extra terram, & ab illis quos manus tua determinavit ante diem occidere, & à *mortuis fovea*, qui tenes sunt, & propè foveam, ab his omnibus libera me, & dicit, *Mortuis*, quia sunt jamjam morituri, ut Gen. 20. *Tu es mortuus, &c.* *Ab hominibus, vel, à mortuis per manum tuam, à mortuis per ætatem.*] Syr. [illegible] מיתא, Heb. מתים à talibus eripe me qui morituri sunt per manum tuam,[ut Psal. 88. *Per manum tuam excisi*]vel, per ætatem, velut scriptum est in 1 Sam. 26. 10. *Dies ejus veniet, &c.* Heb. מחלד. *Divide eos adhuc viventes* (Portionem Calicis, ut Psal. 11.) *imple ventrem eorum reconditis thesauris tuis.*] Syr. [illegible] חפלג, Heb. חלקם, thesauris iræ tuæ, velut Rom. 2. 5. *Satiantur filii eorum, vel, impleantur.*] Furore tuo, & quod reliquum est reponent filiorum suorum filiis, velut in Exod. 20. *Usque ad tertiam, & quartam generationem.* *Satiabor imagine tua, vel, fidelitate tua.*] Syr. MS. הימנותך [illegible] non furore, velut improbi, Heb. חמונה, sicut אמנה, *Cum expergiscar, vel, cum fidelitas tua expergiscetur.*] Id est, quando veritas tui promissi implebitur de me, Syr. מא ראתתעירת [illegible] Par, Edit.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 17. Arab. 16. Davidis, MS. Arab.*

Clamorem, vel, humilitatem meam.] Arab. Rom. id est, clamore humili. Oratio in persona viri perfecti, Christi, & omnis ab eo redempti, Arab. MS. *Oculi tui, vel, mei.*] Arab. עינאי عيناي videant oculi mei rectum tuum in hostes meos judicium. *Maculam, vel, oppressionem.*] Arab. טלמא ظلما *Custodivi vias difficiles.*] Id est, vias afflictione plenas. *Per dexteram tuam.*] Arab. id est, per eam eripe me. *Pravens faciem suam, vel, apprehende eos.*] Ara. Priusquam attingant me, אדרכהם لاادركهم *Et à gladio hostium tuorum.*] ومن ומן Arab. Neb. Rom. libera me. *Divide eis.*] Arab. Neb. Rom. portionem suam peculiarem in hac vita, אקסמהם اقسمهم. *Sit manus tua in illos qui occidendi sunt.*] Mox destrue illos. Arab. *Saturati sunt filii.*] Carne porcina, Arab. Græc, من لحم الخنازير מן לחם אלחנאזיר à חזיר porcus.

1 *In finem puero Domini David, qui locutus est Domino verba cantici hujus in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit: (2. Reg. 22. 1.)*

Ps. XVII. Heb. XVIII.

2 *Diligam te Domine fortitudo mea.*

3 *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.*

Deus meus adjutor meus, & sperabo in eum.

Protector meus, & cornu salutis mea, & susceptor meus.

4 *Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis salvus ero.*

5 *Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.*

6 *Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.*

7 *. In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi.*

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam · & clamor meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus.

8 *Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.*

9 *Ascendit fumus in ira ejus: & ignis à facie ejus exarsit: carbones succensi sunt ab eo.*

10 *Inclinavit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus ejus.*

11 *Et ascendit super cherubim, & volavit: volavit super pennas ventorum.*

12 *Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus: tenebrosa aqua in nubibus aeris.*

13 *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando, & carbones ignis.*

14 *Et intonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando, & carbones ignis.*

15 *Et misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.*

16 *Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata sunt fundamenta orbis terrarum.*

Ab

Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

17 *Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.*

18 *Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.*

19 *Prævenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus.*

20 *Et eduxit me in latitudinem: salvum me fecit, quoniam voluit me.*

21 *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

22 *Quia custodivi vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo.*

23 *Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo: & justitias ejus non repuli à me.*

24 *Et ero immaculatus cum eo: & observabo me ab iniquitate mea.*

25 *Et retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam: & secundùm puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.*

26 *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.*

27 *Et cum electo electus eris: & cum perverso perverteris.*

28 *Quoniam tu populum humilem salvum facies: & oculos superborum humiliabis.*

29 *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.*

30 *Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.*

31 *Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.*

32 *Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?*

33 *Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.*

34 *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & super excelsa statuens me.*

35 *Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti ut arcum æreum brachia mea.*

36 *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.*

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

37 *Dilatâsti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea.*

38 *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non convertar donec deficiant.*

39 *Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.*

40 *Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantâsti insurgentes in me subtus me.*

41 *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti.*

42 *Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret; ad Dominum, nec exaudivit eos.*

43 *Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.*

44 *Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium.*

45 *Populus, quem non cognovi, servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi.*

46 *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt à semitis suis.*

47 *Vivit Dominus, et benedictus Deus meus, et exaltetur Deus salutis meæ.*

48 *Deus qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.*

49 *Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.*

50 *Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: et nomini tuo psalmum dicam.*

51 *Magnificans salutes regis ejus, et faciens misericordiam christo suo David, et semini ejus usque in sæculum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 18.

Servi Domini.] Qui ponit in Domino spem suam, ut servus in suo patrono, ideo liberabat eum Dominus, sicut servus est à suo liberatus, & in hoc Psalmo liberationum, mentionem facit *Servi*: scribitur hic Psalmus in Samu. verba aliquando differunt, sed idem est sensus, & compositus erat in fine dierum ejus. *Diligam te.*] Finis hominis in hoc mundo est servire Deo ex amore, sine spe remunerationis; nam potest revereri Deum, antequam amet eum. ארחמך] Cheth cum Cametz Hateph, ut in Psal. 42.6. *Rupes mea.*] In qua salvus sum, Prov. 18.10. *Nomen Dei est rupes fortis. Et liberator.*] Quia in rupe aliquando, non semper est liberatio, sed in nomine tuo semper sum liberatus. *Deus meus*, vel, *potens.*] Ad salvandum. *Lapis.*] Idem est cum rupe. *Cornu salutis.*] In cornu est robur, Deut. 33.19. *Sicut cornua Monocerotis sunt cornua sua. Clypeus meus.*] Ad defendendum me, sicut *Cornu meum* ad offendendos hostes. In Midrash ceciderunt ante Davidem decem fortes, Saul, Doeg, Ahitoph. Sheba, Shimei, Golia, & tres fratres sui, & Ægyptius ille quem occidit Abisai, ideoque in hoc Cantico sunt decem verba, fortitudo, rupes, מצודה, liberator, Deus, lapis, סתרי, clypeus, cornu, refugium. Hæc nota non est in Codic. Cremon. *Dolores mortis.*] Per similitudinem sunt magnæ afflictiones, in quibus erat propè mortem, ut in *Sela*, 1 Sam. 23.28. quando Saul circundabat eum. *Fluvii Belial.*] Multitudo impiorum; Chald. in Sam. *Dolores inferni.*] Id est, societas, ut 1 Sam. 10.10. *Societas Prophetarum*, idem. Targ. in Sam. In Derash de Monarchiis. סוה] In Babel. *Belial.*] In Madai.

In-

Inferni.] In Javan. *Laquei mortis.*] In Edom, & mentionem facit *mortis* in prima & ultima, quia Babel, & רומי, destruxerunt primum & secundum templum. Derash non est in Editione Cremon. חבלי] Cheth cum Segol, sicut *Dolores parturientis*, & נחלי à נחלה, mortalis plaga. *Clamor venit.*] Subitò ad aures ejus. *Terra movebat.*] Ab hoc versu ad v. 16. de miraculis cum Israele, Chald. Par. *Tremebat.*] In subversione Sodom. *Ascendit fumus.*] In incendio Sodom. Vel, contra Pharaon. Chald. *Descendit.*] Quando dedit Legem, Chald. Derash. *Tenabat.*] In Cananiitas, Josh. 10. Chald. אפיקי] In divisione maris Rubri videbantur fortes canales aquarum diversi, & Deus qui fecit hæc omnia liberabit etiam me. Hæc paraphrasis non est in Cod. Cremon. Literalis sensus est per similitudinem de ruina hostium Davidis, quia afflictiones sunt, sicut terræ motus, & cœli, sicut tenebræ, carbones, ignis & fulgura, Isa. 13. 10. *Inclinavit cælos.*] Id est, velociter venit ad destruendos hostes meos. *Fumus.*] Ira Dei, ut in Deut. 29. 20. *Ira Dei fumabit, &c.* *Sub pedibus.*] Calcabat hostes. וירא] In Sam. וירא cum Resh. *Tenebras tabernaculum.*] Tenebras afflictionum super illos, ut in Ezech. 32. 8. *Mittam tenebras in terram tuam.* Vel, quia decreta Dei veniunt invisibiliter. חשרת] In Sam. quasi קשרת, quia vinculum aquarum efficit tenebras. *Luce.*] Ad amicos lux, & tenebricosæ nubes transeunt. *Carbones ignis.*] In inimicos, ut Exod. 9. 23. *Ignis cum grandine.* *Tonabat.*] Mittebat terrorem in corda eorum. *Carbones.*] Decreta dura, sicut fulgura, &c. הגו דוד] *Profunditates aquarum fortes.*] Aquæ sunt profundæ afflictiones, & redemptio ex illis fit duobus modis, 1. Dilatando aquas, ita ut exarescant, & fundamenta terræ appareant. 2. Extrahendo aliquem ex aquis, sic aliquando Deus destruit hostes, sed in Sela Deus extraxit Davidem ex eorum manibus. *Increpatione.*] Id est, ita ut exarescant, sic in Chald. *Increpavit mare,* ita ut exaruit. *Ab inimico forti.*] Golia, vel, Ishbibenob. *Praevenerunt.*] Ziphitæ, quando revelabant eum Sauli. *Calamitatis.*] Vel, quando vagabor huc & illuc. *Vias Domini.*] Omnia præcepta ejus, ideoque servat me, Chald. *Non impiè declinavi.*] Id est, non ex superbia, sed errore. Vel, in negotio Saulis non omnino declinavi. *Coram me.*] Sicut tes quas recordor. *Perfectus.*] In fide, Dei promisso (quòd ero rex) confisus, sic Deut. 18. 13. *Perfectus eris*, id est, credendo, & non murmurando. *Ab iniquitate mea.*] Non immisi manum meam *in nullum Domini*, לשלוח יד. *Secundum justitiam meam.*] Sic ut mea domus durat, & Saulis est lapsa. *Misericordem te monstrabis.*] Monstrando multò magis tuam versus eum misericordiam. *Purum.*] Retribuendo ei secundum puritatem manuum suarum. תתפתל] Reddis ei secundum vias suas perversas. *Oculos sublimes.*] Sunt indicium superbiæ, in Deut. *Non ambulabitis post oculos vestres*, & Job 31. 7. *Si ambulavi post oculos meos.* *Candelam.*] Afflictio est, sicut tenebræ; redemptio, sicut lumen, Psal. 27. 1. *Dominus est lux mea, &c.* ארוץ] à רצץ *Frangere catervam.* *Supra murum.*] Denotat subitam urbium invasionem. In Midrash de propugnaculo Sionis, 2 Sam. 5. Et caterva Amalecitarum, 1 Sam. 30. quam noctè persequebatur, & fulgura erant lumina. *Perfecta.*] Unicuique secundùm opera sua retribuendo. *Quis est Deus?*] Qui irritum faciat verbum Dei. *Viam meam perfectam.*] Ita ut nec unus servorum meorum periit. *Sicut Cervarum.*] In fuga ab hostibus coactâ, volucris. *Super excelsa mea.*] Securus, postquam evasi ab illis. *Docet manus meas.*] Victor non sum in bello propriis viribus. נחושה] Id est, arcus hostium. In Derash secundùm literam. *Clypeum salutis tuæ.*] Per te prævalui in prælio, sicut clypeo. *Mansuetude tua.*] (Non opera, nec merita mea) magnificavit me, quia pauci erant mecum, & multi mei adversarii. קרסלי] In Levit. 11. 21. Targ. pro כרעי. *Persequutus sum hostes meos.*] Amalecitas, ita ut 400. soli sunt relicti. ארוקם] à רקיקי, Levit. 7. 12. *Attenuati sunt.* *A contentionibus populi.*] Præliis Saulis, & Absalomi. *Quem non cognovi.*] Aram, Edom, Ammon, &c. *Auditu auris.*] Quando audiunt famam meam, 2 Sam. 8. 13. *David acquisivit sibi nomen, &c.* *Extraneus mentitur.*] Præ timore profitetur mihi servire, sed non est ex corde, ideoque mentitur, Chald. Vel, frangunt fœdus cum aliis initum, & mecum adhærent, sicut Syri confœderati Ammon, quando videbant Ammon percussum, pepigerunt cum Israele fœdus, 2 Sam. 10. 19. יבלו] Sicut folia arida. *In secretis locis.*] Ubi securi possint esse, tamen ibi timent, tremunt *ubinon est timor*, Psal. 14. *Qui dat vindictam pro me.*] Dat mihi vires in vindictam. *Ducit populum.*] à principibus eorum ad meum principatum, sic Isa. 5. 17. כדברם, idem. *Secundùm ductorem suum.* *Elevas me.*] Non solùm liberas. *Ab homine violento.*] à Saule, & hujus ultimò mentionem facit, quia erat principium omnis Davidicæ gloriæ. *Inter Gentes.*] à me subjugatas. *Regem suum —— unctum suum.*] Davidem.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 18.

Diligam, vel, *quaram misericordiam.*] ארחמך אבקש רחמי. מהלל] Cum laudibus invoco, R. Sol. *Flumina Belial.*] Hostium impiorum, ut Isa. 8. 7. *Aquas fluminis, Regem Assur.* בליעל] Id est, ne ascendat supra caput meum, à בלי, & יעל, R. Jehud. *Ex templo.*] Cœlo. *Colles moventur.*] Hostes Davidis proceri, sicut montes sunt rupti, בהרי חוקים Sic in Zachar. 4. *O mons magne.* רב] Verbum præteriti ex verbis geminatis, sicut חם in Gen. 47. *Torrentes aquarum videntur.*] Id est, secreta refugia hostium (qui aquis comparantur) sunt detecta. *Misit de excelso.*] Verbum, vel, Angelum. *Manum.*] Id est, operum. *Ab iniquitate mea.*] Iniquitate cordis, & secretæ cogitationis, quam nemo hominum novit, מעונתהלב. *Luctaberis.*] Donec prævalebis, à פתל in Gen. 30. 8. *De Rahele.* *Servabis.*] Oppositum ad illud *Luctaberis.* *Afflictum.*] Oppositum ad *Perverso.* *Mansuetude tua.*] Et humilitas quam posuit Deus in Davide magnificabat eum in oculis omnium subditorum. נחתה] à נחת & נחת, *Unaquaque manuum mearum.* Vel, Nun est in forma Niphal, à חתה, & Beth deficit in זרועתי. *A contentionibus populi.*] Israelis, quia quando moriebatur Ishbosheth cessabat prelium cum Domo Saulis. *Quem non cognovi.*] Cujus patres mei non erant reges. *Extranei erunt mendaces.*] Quia gloriabantur de robore eorum, & reperti sunt infirmi sicut scribitur, *In multitudine potentia inimici tui sunt mendaces, &c.*

Secretis

Secretis locis.] Palatiis suis ubi delitescũt, ארמנותיה in Targ. חרגא מותא, timor mortis. *Ab homine violento.*] Crudeli rege Gentium, מלך גוים, aliqui interpretantur de Saule, sed primo vultu est improbabile, ut ita vocaret unctum Domini, locus in 1 Sam. 24. 13. *Iniquitas exit ab iniquo*, dicitur de ministris Saulis.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 18.

In die.] *Dies tibi est, & nox tibi*, ideoque cantabo cantica die & nocte propter mirabilia tua, R. Jodan in nom. R. Jehudah. *Cecinit* שר] David laudavit Dominum cum omnibus suis membris, cum capite, Psal. 23. oculis, Psal. 25. ore, lingua, gutture, labiis, corde, & ossibus, Psal. 35. anima, Psal. 103. spiritu, Psal. 150. *Servi Domini.*] Quia pœnitentiam egit David, ideo habet hunc dignitatis titulum, & sic filii Core, in Ps. 45. 1. ידידות, Abraham appellat seipsum, עבד, Gen. 18. & Dominus sic ipsum appellat, sic Jacob, & Moseh, verum Isaac & Joshua, *Servi Domini* sunt, tamen non sese *Servos Domini* appellant. אשר דבר] David non dixit canticum antequam vicisset quatuor, & virum 24. *digitorum*, 2 Sam. 23. sic Israelitæ dicunt canticum quando vicerunt quatuor Monarchias, & illam *digitorum*, Dan. 7. *Verba hujus cantici.*] Omnis homo propter quem factum est miraculum, & dicit canticum, remissa sunt omnia ejus peccata: sic Israel, Exod. 15. & in diebus Deboræ, Judic. 5. 1. quia additur, *faciebant iterum* malum, Judic. 6. Docendo quòd antè faciebant bonum. *Et ex manu Saulis.*] Quia erat unus ex Israel. est durior ejus inimicitia quam omnium inimicorum ex nationibus terræ: sic loquitur Samson. Jud. 15. פן תפגעון. סלעי] à mœstitia, vel quia in Sela dedit Deus salutem Davidi in 1 Sam. 23. מצודתי] Quia in nomine tuo ego venor צד impios, utitur decem verbis, quia ceciderunt coram illo decem hostes, quinque ex Israel, & 5. ex nationibus, in R. David. מהלל] Laudabo Deum quando salvus ero ab hostib⁹ meis. R. Jodã. *Circũdederunt*, אפפוני] Id est, perveniebant usq; ad אף faciem meam. Vel, pro עפפוני, volabant super me afflictiones. Vel, ab אופן rota currus. Vel, אפפון filum duplicatũ, sic afflictiones veniunt duæ, duæ, *Abyssus Abyssum.* Ps. 42. Vel, a פנה respexi huc & illuc. & non est adjutor præter te, R. Aca. חבלי] Per Babel. נחלי] Per Madai. שאול] Per Javan. מוקשי] Per Edom. מות] Duplex, quia desolatio erat primæ, & secundæ dom⁹. *Cõmota est*, תרעש] Quare cõmotiones veniunt in mundũ? Respondit R. Nehorai, propter prophanationem decimarum. Vel, quia templum est desolatum, & Gentes securè vivunt. Vel, propter, ἀρστειοκοίτας, R. Acha. *Descendit.*] Per Mosen per quem dedit leges, Exod. 32. *Super Cerub.*] Quando Pharao persequebatur Israelem, equitabat Deus super *Equos salutis*, Hab. 3. *misit sagittas* ignis in Ægyptios, Exod. 14. & fulgura, lapides, & carbones, paria pro paribus. *Ex splendore.*] Nempe solis, transeunt nubes, non eget Deus Angelis, sicut rex carnis & sanguinis suis ministris. *Fundamenta.*] Quæ sunt in mari. *Spiritus oris tui.*] ut in Exod. 15. *Flavisti vento tuo, &c.* יקחני] Per dexteram suam traxit Israel ex mari, sed per eandem reverti fecit in mare Ægyptios ascendentes ex eodem, R. Simeon. *Inimico forti.*] Pharaone. *Prævenerunt.*] Amalecitæ, Exo. 17. *Custodivi vias Domini.*] Tribus Levi in re vituli, Exod. 32. חסיד] Abraham qui ambulabat בעקמנות, in Gen. 15. *Quomodo cognoscam?* Et Moses quando dixit in septem diebus rubi, *Mitte per manum, &c.* Exod. 4. נבמאז, R. Samuel. *Oculi tui sunt super* רמי *superbos*] Ad humiliandos illos. תאיר] In re Mardochei & Esteris. Vel, in re Joasi & Jehojadæ, qui abscondit Joasum in cubiculo sanctuarii, R. Eliezer. Vel, in bello cum Amaleco, quando David pugnabat per diem unum, & duos noctes, 1 Sam. 30. למחרתם, R. Josua ben Levi. *Murum.*] Jebusæorum, 2 Sam. 5. R. Caja in nom. R. Levi. *Probatur* צרופה] Tentabat Deus Abraham. decem tentationibus, 1. Ex fornace, & Ur, id est, igne Chaldeorum liberavit eum, Gen. 15. Duæ, quando dixit, *Vade, vade*, Gen. 12. Duæ in Sarah & Hagar, Gen. 16. *Ingredere ad ancillam meam*, & Gen. 21. *Ejice ancillam*; una in Reges, Gen. 14. una in Circumcisione, Gen. 17. Et in fœdere quando vidit servitutem filiorum, Gen. 15. & in filio, Gen. 22. 1. צור] Id est, צייר, non est alius, sicut Deus qui facit opera sua in tenebris, Psal. 139. *Factus sum in secreto, &c.* Opus Dei laudat Deum, sed homo laudat opus suum. Deus dat spiritum operi, non sic homo. ותתן לי] Tria sunt dona mundo data, Lex, pluvia, lumina, R. Zeira addit etiam *Pax*, Rabenan addunt etiam Vindicta, R. Josua etiam Salus. ענותך] Pro more mundi preceptor loquitur, & discipulus *respondit* עונה, Mal. 2. in contrarium Deus hic respondit, *Voce ad Mosen*, Exod. 19. R. Luhan. in nom. R. Ishmael. *Dextera.*] Lex è dextera veniens, ut in Deut. 33. Vel, *Humilitas tua.*] Christus sedet ad dexteram Dei, Psal. 110. & Deus ipse est ad dexteram Abrahami, ut dicitur, *Dominus est ad dexteram tuam*, Psal. 16. Ecce humilitas. ולא מעדו] Quando pugnabat David cum Ishbibenob, retrocessit 18. cubit. & in terram cecidit, sed Abisai juvabat illum. *Cervicem* עורף] Quando Jacob & Esau, & filii ejus sepeliebant Isaacum, quæsivit Esau interimere Jacobum in spelunca, vidit Judah, & in cervicem percutit Esavum, ideoque benedixit Judæ, *Manus tua in cervicem inimici tui.* Vel, de Goliah, qui cecidit in faciem ejus, os enim blasphemia plenum in pulvere opertum est, Job 39. Vel, quia imago Dagonis erat super pectus ejus. מגדיל] Id est, salus crescit per gradus, sicut auroræ lumen usque ad meridiem, in alia scriptura dicit, מגדול, indicat Messiam, qui est *turris* salutis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 18.

Rupes mea.] Contra alium. *Refugium.*] In afflictione. *Qui liberat me.*] מפלטי ab hoste. *Funes.*] In Leone & Urso. *Flumina.*] In duello cum Golia. *Inferni.*] à Saul. *Prævenerunt.*] Ziphit. & Doeg. *Obscuritas.*] In Ægypto. *Super Cerub.*] In plaga primogenitorum. *Tenebras.*] Juxta mare, Exod. 14. *Erant nubes & tenebræ*, etiam tonitru super Ægyptios. *Apparuerunt Canales maris.*] Quando scissum erat, Exod. 14. *A perversitate meâ.*] Ut non amplius lapsus sim. תתפל] Id est, exiges ab eo rationem minutissimorum תרקדק. *Lucernam.*] Regnum, ut 1 Reg. 15. *Lucernam servo meo Davidi.* *Mansuetudo tua.*] Teipsum humiliando, sicut in Psal. 113. *Insurgentibus.*] Philisteis.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 18.

Rupes mea.] Apud Sela quando Saul circundabat eum, 1 Reg. 23. 28. *Ab alto misit.*] Ut 1 Reg. 22. 24.

Venit Angelus, & dixit Sauli, Festina, &c. & sic David erat liberatus. Vel, misit Angelum ad liberandum Israel. ex Ægypto. *Laudans invocabo Dominum.*] Dicit, *Laudans*, quia ante redemptionem confidit quod audiet orationem suam. חבלי] Sicut mulieris parturientis, Targum in Sam. Non est in MS. *Volavit.*] Ut Aquila. *Extraxit me.*] Sicut Moses erat extractus, Exod. 2. *Ex aquis.*] Ut Israel ex mari rubro. *Post turmam.*] Turmam Amalecitarum, גדוד עמלק, 1 Reg. 30. 8. *Persequar hanc turmam? &c.* David conculcabat super eã sicut in cœno. *Super murum.*] Quando pugnabat cum Jebus, & cepit eam, 2 Reg. 5. 6. Midrash Tillin. *Sicut pedes cervarum.*] Persequendo post Amalecitas. *Fracta* vel, *tracta.*] à נחת, sicut נחר à נגחר, & נגרה à נגרה; non est à חתה, quia tunc esset sicut נעשתה à עשה, vel, est à נחתו, in Psal. 38. Vel, pendebat arcus æris in domo Davidis. *Inveterascent.*] à בלותי, Gen. 18. *Postquam senui, &c.* R. Menachem. *Erunt claudi propter vincula sua.*] In quibus clausi sunt pedes eorum; על מכבלי רגליה, R. Donesh. Non est in MS. Vel, in carceribus, ubi clausi erant per Davidem. *Claudi.*] Ut חגירא, in Targum, Donesh. Vel, *Languidi.*] חגורה solutio cinguli. R. Menachem Non est in MS. ידבר] à דבר, pestis occidens, in Psal. 91.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 18.

Invocabo laudans.] Id est, in oratione laudabo eum. *Dolores.*] Sicut parturientis, quæ est propè mortem. *Laquei.*] Qui parati sunt cum instrumentis mortis. *Misit de excelso.*] Prophetam suam. *Ex multis aquis.*] Populis. *A mea iniquitate*, vel, *Ab iniquitatibus.*] Sine affixo. *Misericordi.*] Abrahamo Domini sancto. *Puro.*] Jacobo. *Recto.*] Isaaco. *Perverso.*] Pharaone. *Afflictum populum.*] Israel in captivitate. *Candelam meam.*] Ferè extinctam in captivitate. *Illuminabit.*] Lumine sæculi futuri. *Verbum Domini.*] Lex. *Quis est Deus nisi Dominus?* Sunt verba Gentium, quando venit Christus, משיחא. *Removebant præ timore ex palatiis suis.*] In quibus clausi sunt. *Frangit populum sub me.*] Ut vas figulinum, Psal. 2. *Ab homine violento.*] Gogo, גוג, & suis exercitibus.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 18.

Servi Domini.] Duo sunt, Psal. 36. 1. in titulo. *Dignus laudari.*] Propter nomen suum. Tria sunt, & defectiva. in 2 Reg. 22. & socius ejus in hoc Psalmo, & *Nomen Domini meruit laudari.* מן אויבי] Non habet socium, & unus est מאויבי. *Circundederunt me.*] Omnia sunt plena excepto uno, in Hos. 11. 12. *Circundedit me mendaciis.* *Movebantur.*] Tria sunt 2 Sam. 22. & in Jer. 5. 22. *Licet fluctus commoveantur.* *Descendebat.*] Tria sunt cum Pathac, socius ejus, in 2 Sam. 22. Pro. 30. 4. *Quis ascendit & descendit?* [nempe Christus Deus, Joh. 3.] *Conspiciebantur.*] Quatuor sunt, socius ejus, 2 Reg. 22. 3 Reg. 8. 8. *Videbantur in sancto:* & socius ejus, 2 Paral. 5. 9. [Deus exaudivit Davidem orantem de propitiatorio in oraculo.] *Prævenerunt.*] Duo sunt, est defectiv. in 2 Sam. 22. ותאזרני] Alter socius ejus est ותזרני, in 2 Sam. 22. *Quando audiunt de me.*] Duo sunt, Job. 42. 5. *Audivi de te.* אלוהי] Duo plena, 2 Sam. 22. *Dans.*] הנותן, quatuor sunt plena, Isai. 40. 23. *Qui dat principes in nihilum*, &, *Qui dat viam in mari:* in Psal. 144. 10. *Qui dat salutem regibus.* [Sunt qui tradunt locum eum, 2 Reg. 22. 48. *Qui dat vindictam pro me*, esse plenum; sed non est, quia reperitur in omnibus codicibus emendatis defectivus, nec est nota Masoræ, sunt quatuor plena. Etiam sunt qui tradunt quod ille locus, Gen. 49. 21. est plenus, & numerant cum quatuor plenis, dicuntque sunt octo plena; sed fatigavimus nosmet in illo, & non reperimus in Codicibus MS. emendatis, quòd plenus est, sed in aliquibus codicibus legis Rectificationis scribarum reperimus plenũ eum esse, sed hodie non sumus periti in plenis & defectivis, ita ut reconciliemus ea, R. Jacob.]

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 18.

Hic Psalmus est gratiarum actio propter liberationem à Saule, &c. v. 1. *Petra mea.*] Supra quam ædificem. *Propugnaculum meum.*] ædificatum super petram. *Refugium meum.*] In propugnaculo. *Lapis meus.*] Ex quo ædificatur. *Clypeus meus.*] Per quem bellum gero quando egredior. *Cornu salutis mea.*] Dans mihi plenam victoriam in omnes hostes meos. 1 Caus. gratiarum act. v. 2. *Laudans*, vel, *Laudatum invocabo Dominum.*] Lat. MS. cùm laudaverim priùs ob præterita, tunc invocabo eum ob futura beneficia. *Funes mortis.*] 2 Caus. id est, inimici mei lethiferi unà vincti, ut 1 Sam. 10. *funis*, id est, societas Prophetarum. Est idem sensus quadruplicatus. *Exaudivit me è Templo suo.*] è cœlo. 3. Caus. ver. 6. *Concutiebatur, & tremebat terra.*] à simili, id est, David miraculosè liberatus erat, velut per terræ motum, &c. 7, 8, 9. per ventos, pluviam, & nubes, subitò, & irresistibiliter, v. 10, 11, 12, 13, 14, 15. *Effusiones aquarum apparuerunt.*] Lat. MS. multæ aquæ à quibus liberatus erat. *Fundamenta montium.*] Spes superborum, S. Aug. *Extraxit me ex multis aquis.*] multis populis, uti suprà, *fluctus Belial*, v. 4. Caus. 4. *Custodivi me ab iniquitate mea.*] Lat. MS. dicit, *Mea*, in qua erant deliciæ meæ, ex natura vel consuetudine. Vel, *Observabo me.*] In posterum, Vulg. *Perversus eris.*] Videris perversus, S. Aug. Vel, *Pervertes.*] Lat. MS. pervertes eum, & vias ejus, ut in Ezech. 21. *Pervertam, pervertam, &c.* Vel, *Cum perverso luctaberis.*] ad dejiciendum eum. v. 26. Caus. 6. *Deus meus splendentes efficiet*, vel, *tu illustrabis tenebras meas.*] Lat. MS. v. 27. 28. Caus. 7. *Componens ut arcum æreum brachia mea.*] Lat. MS. id est, corroborans ea. *Sermo Domini purgatus est.*] Promissum ejus verum est, velut ad Davidem. v. 30. Caus. 8. *Per Deum meum transiliam murum.*] Vincam omnia difficilia.

Horat. lib. 3. ode 4.

Utcunque mecum vos eritis, libens
Insanientem navita Bosphorum
Tentabo, & arenteis arenas
Litteris Assyrii viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
(Hospites barbarè mactabant.)
Et latum equino sanguine Concanum.
(quem Hispani bibebant.)
Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inviolatus amnem.

Velut pedes cervarum.] Quando fugiunt à lupis.

Horat. lib. 1. ode. 15.

Quem tu, cervus uti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu.
(Nihil est cervo timidius.)
Horat.

Horat.lib.1.od.23.

Vitas hinnulee me similis Chloe,
Quærenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano
Aurarum, & sylüa metu.

Mansuetudo tua.] Vel, post humiliationem tuam (mei.) *Magnum me fecisti.*] Regem. *Correxit me in finem.*] Vulg. Vel, *Arguet me victoria.*] Lat.MS. arguit pro te, ut glorificem nomen tuum. 9 Caus.v.35. *Caput Gentium fecisti me.*]Ver.43. Moabitarum, & Ammonitarum, & reliquarum, in 2 Sam.8. 12. 9,10.Caus. *Alienigena mentiuntur,* vel, *deficient ceram me.*] Ver.44. me non possunt resistere, sicut *aqua quæ mentiuntur. Timebant in clausis locis,* vel, *angustiis eorum.*] Lat. MS. sicut clausa erat Jericho propter timorem Israelis: *Nullus exibat vel ingrediebatur,* in Josh.6.1. *Claudicaverunt.* Quasi uno pede debiles Judæi potiùs suas traditiones quàm Dei sequentes. S.Aug. *Subjicis,* vel, *Congregas sub me.*] Lat.MS. *A viro iniquo libera me.*]Lat.MS. ab omni viro iniquo adhuc libera me, sicut antea liberasti.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 18.

Servi Domini & Davidis.] Ital. *Iniquitate meâ.*] Id est, reddere malum pro malo, Ital. *Prævenerunt.*] Subitò, & improvisò, Ang.MS. *Mentiti sunt.*] Id est, obedierunt involuntariè, Ital. *Forzatamente.* *De occultis eorum locis.*]Ubi latebant præ timore, ibi timebant de me, Ital. seu à חגרא in viis tuis, læsi pedibus, Ang.MS.Gall.Vulg. id est, non ambulabant recto pede, ut in *Gal.*2. ὀρθοποδοῦσι.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 18.

Iratus est illis.] Vulg.Gr.Heb. לו, cum quolibet ex illis pro more linguæ, ut דמינו, in Psal.17. *Prævenerunt me.*] Id est, in afflictione mea pugnabant contrà me, antequam eram liberatus, ut resisterem. *Eripiar à tentatione.*] Gr.Vulg. id est, multis tentationibus, velut turma. Heb. *Posuisti.*] Vulg. Gr. Heb. נחתה, ut נחתה, Cheth pro He, vel Tau, ut in מבחלה, pro מבהלה, in Prov. *Disciplina tua correxit me.*] Vulg,Gr. παιδεία. Non est in Heb. & רבי à תרבני,

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 18. *De ascensione Christi, Par.edit.*

Turris mea alta, dignus laudari.]Syr.MS. [illegible] Heb. מהלל. *Indignabatur contra unumquemque eorum.*] Syr. Heb. לו, sic דמינו, similitudo cujuslibet eorum, in Psal.17.idem. *Tenebras.*] Syr. [illegible] Heb. חשוכה. *Volabat.*] Syr. MS. Par. Edit. [illegible] טס. *Fontes videbantur.*] Quando erat terra dirupta per tonitru & terræ motum. *Neu rebellabam.*] אתמרדית, Syr.MS. [illegible]. *Cantus eram adversus iniquitatem meam,* vel, *peccata.*] Syr. MS. ואזדהרת מן חטהא [illegible] id est, singula, etiam minima peccata, ut Psal.19. *à secretis munda me, &c. Lenitas.*] Vel, castigatio tua, Syr. ומרדותך [illegible]. *Viam meam sine labe.*] Sicut ipse est sine labe, sic etiam via mea, Sy.MS. *Mentientur mihi.*] Vel, subjugati erunt. Syr. [illegible], post ascensionem fiunt *scabellum* ejus pedum, Psal.110.1. *Deficient,* Vel, *Fallaciter se gerent.*] Heb. יבלו, velut יכלו. Syr. [illegible] בניא נוכריא נתבלון ונתחנרון מן שביליהון. *Timebunt,* vel, *claudi erunt à viis suis.*] Syr. [illegible], נתחגרון, Heb. יחרגו, in viis suis ambulare non valebunt, Syr. à חגרא [illegible] sic Pharaoh Hophrah, vel Claudus: vox eadem in Syr. MS. in Jer.44.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 18. *Heb. Arab.*17.

Titulus Hebræus est in Gr.Lat.& Arab.MS. non in Arab. apud Nebiens. *Fortitudo mea.*] ובאצרי وباصري, Arab. *Laudabo & invocabo.*] Arab. Laudabo pro præteritis, & invocabo pro futuris. *Ætherum,* vel, *aqua in nubibus Aeris.*] Arab. פי סחב في سحب. *Ex algore est umbra ejus.*] Id est, tabernaculum ex aquis algosis est, Arab. non in Heb. *Turma.*] Tentationum, πειρατηρίοις, Gr. Arab. Rom. Neb sic Mat.6. *Ne inducas nos in tentationem. Evitabo peccata mea.*] Arab. est promissum pro futuro, חטאיאי خطايلي. *A Turma,* vel, *calamitatibus insidiarum.*] الرصد אלרצד, est in Psal. 68. *Quare insidias? &c.* עינותך, id est, instructio tua, à ענה, [Gr. Vulg. Arab. ארבך لدبك, in Rom. الدبة,] *respondere,* quia in Mal.2. *Discipulus interrogat,* & Præceptor עונה respondet, & docet illum: est vox eadem in Arab. in Psal.2. *Perfecta,* vel, *non est hæsitatio in illa.*] Arab. לא ריב ريب. *Claudi in semitis eorum.*] Arab. id est, dubitantes de successu belli, & sic pacem mecum faciebant; sic 3 Reg.18. *Claudi estis inter duas opiniones:* id est, dubitantes. Vel, Arab. מן סבלהם من سبلهم, id est, fugiebant ante me. *Violento.*]Vel, homine peccatore. Arab. Rom. Neb.

1 *In finem. Psalmus David. XVIII. Heb. XIX.*
2 *Coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.*
3 *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.*
4 *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.*
5 *In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.*
6 *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*
Exultavit ut gigas ad currendam viam.
7 *A summo cœlo egressio ejus:*
Et occursus ejus usque ad summum ejus:

H nec

nec est qui se abscondat à calore ejus.

8 *Lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.*

9 *Justitia Domini recta, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.*

10 *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: judicia Domini vera, justificata in semetipsa.*

11 *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & favum.*

12 *Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.*

13 *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:*

14 *Et ab alienis parce servo tuo.*

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

15 *Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.*

Domine Adjutor meus, & Redemptor meus.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 19.*

C*œli enarrant.*] Ut in Job 12. 7. *Interroga—volucres, & enarrabunt,* id est, homines intuentes cœlos & creaturas, ipsi enarrant Dei gloriam, vel, de cœlis לעצמם, quia in eorum circuitionibus ordinatis videtur Dei gloria, R. Mosheh bar Maimon existimat cum Philosophis quod cœli sunt creaturæ, משׂבילי, laudantes & servientes Deo. Non est in Cod. Cremon. *Non est sermo.*] Prolatus ore, *non audit quis vocem eorum*, sed sicut homo concipit corde, quod non profert voce. *Dies diei.*] Motus cœli sunt uniformiter ab ipsa creatione, sic ut hæc dies enarrat de sequenti, quæ erit sicut hæc. *Firmamentum.*] Est cœlum, ut Gen. 1. 17. *In firmamento cœli. Linea eorum.*] Id est, fabrica, quia ædificium fit per lineam. *Verba.*] Id est, opera cœlorum. *Tabernaculum pro sole.*] Mentionem facit *solis*, quia major utilitas est à lumine, & calore solis, quàm cæterarum stellarum. *In illis.*] In cœlo quarto inter septem planetas posuit solem, & stellæ sunt fixæ in corpore cœlorum. Codice Cremon. *Sicut sponsus.*] In luce & gloria, sic omnes lætantur in solis exitu matutino, & sicut sponsus cupit redire ad sponsam postquam exivit, sic Sol *anhelat ad occasum*, Eccles. 1. 5. R. Jos. Cimchi. [*Sicut Gigas.*] In certaminibus victor, Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiis, in quibus erant Pancratiastæ, & Pentathli, Pindar. Nemea, Od. 7. Æginetæ Pentathlo, qui certabat quinque certaminibus, disco, sagitta, saltibus, lucta, fuga, Plat. in ἐρασαῖς, ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσιν οἱ πένταθλοι, &c. Pancratiastes apud Græcos ὁ τοῖς χέρσι καὶ ποσὶ μαχόμενος, toto corpore decertabat, Suidas: de quo Pindar. Od. 2. Nem. & Herod. frequenter. Vel, sol est sicut cursor qui perniciter currit, ut Angari apud Persas, Matth. 5. ἀγγαρεύσει, Herod. Uran. Quot ex diebus tota via constat, totidem equi ac viri ad singulorum dierum iter sunt distincti, quos nec nives, imbres, noctésve distinent: primus secundo, &c. mandata dat, ut apud Græcos fax, &c. hanc equorum suscitationem Persæ ἀγγαρήϊον appellant.] Vel, *Sicut Gigas.*] Qui lætatur in prælio, ut equus, Job 39. 25. *Gaudet equus ad sonitum tubæ*, sic, ortus & radii solis sunt, quasi gaudium ejus. *A fine cœli.*] Ab oriente, sicut Eccles. 1. *Incedit ad Meridiem, & circumit ad Aquilonem:* Die videtur in Meridie, nocte in Aquilone, manè redit ad Orientem, Rabboth. Sic etiam quotannis; ad Meridiem in hyeme, & ad Aquilonem in diebus æstatis, Rabboth. *A calore ejus.*] Id est, à beneficio caloris solaris, qui est ut cor in corpore, Ab. Ezra. *Lex Dei.*] Confertur cum cœlis, quia *cœli enarrant Dei gloriã*, sed Lex multò magis, Deu. 4. 8. *Quæ habet Judicia justa sicut hæc lex:* deinde per legem sunt nobis adjuvantia, non nocentia, sicut aliquando à sole: lex restituit animam, sicut sol creaturas. Anima in corpore est sicut peregrinus in terra non suâ sine adjutoribus, & adjutores corporis sunt multi, qui persequuntur concupiscentias, lex verò *restituit animam* à captivitate concupiscentiæ. תורה] Est dispositio mandatorum docens quomodo faciendum איך תעשה, ut Prov. 5. 13. מורי, *Doctorum meorum*, sic תורה, *Lex bestiarum & volucrium*, Levit. 11. 13. & lepræ, & parturientis, Levit. 12. 2. & Nazaræi, Num. 6. & quinque libri Mosis vocantur תורה lex, quia opera Bereshith, & acta Patrum in Genesi, providentiam Dei arguunt. מצוה] Mandatum Dei de modis Deum colendi, sicut Dominus mandat servum. העדות] *Testimonium* inter Israelitas & Deum, quod Deus est eorum Deus, & ipsi populus ejus; sic Arca testimonii, & Tabernaculum testimonii, fulgura & voces in Sinai, Sabbata & solemnia festa, Shemittah & Jubilæus sunt testimonium quod Dei sunt populus. פקודי] Statuta scripta, & corde *deposita* quorum dat testimonium recta ratio à פקד in Isa. 15. 7. *Deponere. Timor Domini.*] Est principium præceptorum, & radix: servus qui non timet, non servit suo Domino. *Judicia.*] Inter hominem & proximum suum, בין אדם לחבירו, mentionem facit omnium vocabulorum, quibus leges Dei dignoscantur, excepto חקים, dicitque quod sunt perfecta, pura, integra, lætificans, illuminans, munda, vera, justa, desiderabilis dulcis, totum hoc de præceptis dicitur, quorum ratio est cognita, quia חקים de שמעו, &c. quomodo possunt dici *Munda* illis quibus ratio eorũ est occulta: *Perfecta.*] Sine defectu in hoc sæculo, vel futuro. *Stabilis.*] Non est in illo mendacium, quia gloria Dei habitans in Israele nescit mentiri. *Sapientem reddens simplicem.*] Tabernaculi tota materia (quæ est testimonium) ostendit mundum superiorem, medium & infimum; sic etiam observatio Sabbati est medium sapientiæ magnæ, ut homo inquirat in opera Bereshith. Hic sunt duæ proprietates, vel adjuncta 'תוארי, quæ pertinent æqualiter ad unũquódq; præceptorum. *Recta.*] Et non est in illis perversitas, quia sunt in intellectu scripta, & sic *lætificant cor*, id est, mentem, & non est hujus sæculi gaudium huic conferendum, quando ratio recta subjugat concupiscentias

scentias corporis כהויא אין טמחה בעולם. *Pura.*] Ab omni scoria. *Illuminans oculos.*] Quia populus sine præceptis est in tenebris, Prov. 4. *Mundus.*] Quia timor Dei cohibet à furtis, similibúsq; immundis, & secretis, qui formidine pœnæ abstinet à peccatis, timor iste est, sicut argentum scoria mixtum, non est mundus. *Permanet in æternum.*] Sed alia præcepta quę non sunt de timore Dei sunt πρόσκαιρα. *Vera.*] Et non est עול iniquitas in illis. Lex confertur cum sole per dissimilitudinem, lex est perfecta, & solummodo conducit ad bonum, sed radii solis aliquando calore suo nimio nocent, Jon. 4. 8. Lex restituit animam, sol aliquando insania percutit, lex vero sapientem efficit. Quando sedet quis in calore solis dolet caput, & infirmus fit, lex vero *lætificat cor.* Sol obfuscat oculos intuentis, lex vero illuminat: nubes tegunt solem, lex Dei est munda. Sol splendet in die non in nocte, lex verò manet in æternum. Calor solis est in meridie fortissimus, Judicia verò Dei sunt *Justa omninò,* sicut *sol justitia,* id est, moderatus, Mal. 4. 2. רב] Id est, auro excellentissimo, ut Est. 1. 7. Vel, auro multo. פז] Lapides pretiosi, sapientes verò præ illis appetunt legem, ut Prov. 3. 15. Divitiæ sunt in hoc sæculo, lex verò in futuro. Divitiæ perduntur furto, &c. non sapientia. Qui dat divitias, diminuit; qui dat sapientiam, crescit. *Dulciora melle.*] Nocet mel nimium, & cibi non prosunt nisi ad horam, lex verò in æternum. *Servus tuus præmonitus.*] Licèt ego servus tuus non sum inter sapientes prędictos, (quibus ita dulcescunt præcepta) tamen ego etiam ab illis *sum præmonitus.* *Merces magna.*] Præter dulcedinem est merces, dicitque *magna* præ opibus mundanis. עקב] Merces sic dicta, quia venit in calce, id est, fine operis, sicut opus non est usque ad mortem perfectum, sic nec merces. *Secretis.*] Id est, ne punias me pro secretis. *A superbis peccatis.*] Ne dominentur, & hæc petitio major est priori. *Cohibe.*] Sicut Abimelechum, Gen. 20. 6. איתם, post Aleph additur Jod, pro Dagesh sine Jod, in numero valet 10. quia 10. leges sunt perfectio hominis. Derash in Codic. Cremon. *A transgressione magna.*] Transgressio pejor est præsumptione: præsumptuosus peccat ex concupiscentia impulsiva; Transgressor rebellis est in Dominum, & peccat ex malitia absque illecebris; sed qui pro more suo peccat præsumptuosè in fine erit rebellis, ideoque dicit David, *Tunc ero innocens,* si cohibeas me à præsumptione non timebo à rebellione. Et postquam hoc modo oraslet, orat ut accepta sit oratio. *Verba & meditationes.*] Aliquando cogitat homo de illo quod non potest proferre, ideoq; dicit, Psa. 51. 15. *Aperi os meum,* & Pro. 16. 1. *Responsio oris est à Domino.* *Rupes mea.*] In quo confido ut audias me. *Redemptor meus.*] Ab erroribus, & rebellionibus prædictis.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 19.*

Cæli.] Locus stellarum, motus sunt æquales in se sine additione, vel diminutione, sed non ad oculum. *Gloriam enarrant.*] Quia semper stant in una dispositione, quæ est gloria Dei, & potentiæ suæ, ideo dicit אל. *Firmamentum.*] Aër. האויר. אומר.] Est verborũ conjunctio quæ facit integrũ sensũ. דברים] Sine conjunctione, ut Reuben. *Profert sermonem.*] Quasi enarrat mirabilia Dei in solis ortu &c. *Dies diei.*] Quia quicquid novi accidit in uno die enarrant alteri, & in quolibet die sunt nova. Ecclesiastes enim loquitur de generibus quæ semper sunt eadem, non de individuis quæ in dies renovantur. *Linea eorum.*] Id est, scriptura, vel, directio, sicut in libro lineæ docent; sic in cœlis totus mundus Dei potentiam legat. מכתבם יקרא בכל מקום. *Tabernaculum.*] Orbis ubi positus est sol per perfectas demonstrationes. De sole dependent tempus æquale & inæquale, & plantæ, & animalia, ut ait Eccles. *Omnia sub sole.* Vel, אהל à יאהיל *posuit lucem in sole,* sed Aleph redundat in יאהיל. *Sicut sponsus.*] Totus mundus gaudet intueri solem, sicut amici sponsi intuentes eum cum sponsa. *Sicut fortis.*] Quia sol nunquam defatigatur, ut sol est unus ex Dei testibus, sic lex est alter honorabilior. Dixit R. Saadiah quod deficit ויאמר, quasi *diceret* sol quod lex est perfecta. *Recuperans animam.*] Sicut sol recuperat moribundos certis temporibus, ut norunt medici quando est in medio circuli ascendentis גלגל עולה; sic lex removet dubia animæ. *Recta.*] Sicut sol custodit cursum suum rectum inter duos circulos Tropicos, sed aliquando declinat à circulo Aequinoctiali, ideoque præcepta Dei sunt rectiora sole. פקודים] Sic dicuntur, quia posuit ea ut præfectos, & duces animæ à פקד. *Pura.*] Sicut sol est corpus purum. עדות] Quæ habemus ex ore, & testimonio aliorum. *Timor Domini.*] Respectu præcepti negativi. *Mundus.*] à peccatis prohibitis, sicut sol obtenebratus habet corpus lucidum, & immaculatum à lunæ maculis. *Stat in æternum.*] Sicut sol testis fidelis in cœlis, quia non est compositus ex quatuor elementis, ideo non mutatur positio sua nisi secundum ventos. *Judicia Dei sunt vera.*] Sed judicia stellarum sunt fallacia, quia sumpta sunt ex ordine planetarum ad solem, & aliquando sunt contraria. *Præ auro.*] Quia sapientia legis durat in hac & alia vita, & habet mercedem. *Cohibe me à viris superbis.*] Ne cogant me ad peccandum, יברחיהו, sicut Naaman dixit, 2 Reg. 5. *Quando Dominus meus it, &c.* *Verba oris.*] Jam prolata in hoc Psalmo.

Sect. 3. *Ex Medrash Tillin in Psal. 19.*

Cæli enarrant gloriam.] Quia sunt sicut civitas in qua דר inhabitat Rex gloriæ, & in Prov. 16. *Omne fecit Dominus* למענהו, id est, ad *laudandum eum,* à ענו *Cantate Domino,* Exod. 15. Vel, ad testificandum de eo à חענה & אחי למען, *ad testificandum fratribus meis.* שמים] Id est, aquæ superiores suspensæ in nubibus, ut dicitur, *irrigat montes ex cœnaculis suis,* Psalm. 104. R. Phinehaz Hacohen bar Cama. Vel, sicut est distantia inter aquas inferiores & firmamentum, sic inter firmamentum, & aquas superiores, R. Hosaiah. Vel, per cœlos discimus potentiam Dei. Vel, quia cœli מורידין creaturas, & terra nutrit illas. *Opus manuum suarum.*] Quando Israel peccat, cœli revelabunt peccatum ejus; quando justus est, *Aperiet Dominus bonum ejus thesaurum, &c.* Deut. 28. 12. *Dies diei,* יום ליום] Dies Josuæ diei Deboræ, & nox Gideonis nocti Senacheribi, quot mirabilia facta sunt in illis? R. Zeira. Dixit R. Johanan quando seniores conveniunt ad intercalationem anni accipiunt de die & dant nocti, & de nocte & dant diei, à circuitu Nisan ad circuitum Tamuz dies mutuo accipit à nocte, &c. & à circuitu Tamuz ad circuitum Tisri, dies solvit debitum nocti. *Sicut sponsus.*] Exit potens, & redit infirmus, sic sol propter peccata creaturarum,

tarum, vel, ut sponsus exit mundus, & redit immundus. *A calore ejus.*] Licèt aquæ sunt inter nos & solem, tamen calor ejus non extinguitur, & in futuro solis æstus erit Gehenna impiorum, ut Mal. 4. 1. *Dies Domini ardens, ut Clibanus*, R. Simeon ben Lecish. *Restituens.*] משיבה, Quare? Quis est perfects, R. Tanchumah interpretatur de sex ordinibus Mishneh, lex *perfecta* de ordine נשים, עדות de זרעים, quæ sunt testimonium de vita mundi, טהורה de sectione טהורה, פקודי ad sectionem מועד, quis solemnitates lætificant cor, מצוה ad sectionem קדושי, משפטי de נזיקים, in qua sectione sunt *judicia*. *Merces magna*, עקב רב] Id est, qui custodit legem usque ad finem erit magnus. *Etiam*, גם] In principio sanctus petit parva, tandem progreditur ad magna; sicut mendicus primo petit aquam, deinde buccellam panis, &c. *Iniquitate magna.*] Tu es magnus, & tuam decet majestatem ignoscere peccato magno, ut Psal. 25. *Propter nomen tuum ignosce peccato meo, quia grande est.* *Accepta*, לרצון] Id est, scribantur pro posteritate. *Rupes mea.*] In Mari, vel in Marah, vel in hoc mundo. *Redemptor.*] Ab Amaleco, vel in monte Sinai, vel in futuro mundo.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 19.*

Laudat solem, præcipuè legem Dei. *Non est sermo.*] Id est, cœli laudant Deum opere sine voce. *Sermones eorum.*] Qui loquuntur de illis. *De cubiculo.*] In quo ambulat in nocte. *Currere viam.*] In Meridionali parte cœli. *Non est absconditum.*] Idcirco nocet multis, sed lex Dei prodest cunctis, בלי שום היזק. *Testimonium.*] De creatione. *Præcepta.*] Quę discenda sunt, sicut Deut. 6. *Sedendo in domo, &c.* *Timor.*] Majestatis ejus sine præmii spe, aut formidine pœnæ. *Perfectus.*] איתם, in Theoria, & נקי, in Opere.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 19.*

Cœli enarrant.] Absque verbis, nam homines benedicunt Deo in cœlis, acsi ipsi cœli loquuti fuissent. יביע] Id est, sicut fons scaturiens, R. Menachem. *Soli.*] Est in medio orbis, בתוך תוכו. (Non est in MS.) Est in firmamento secundo ex septem. *A peccatis præsumptionis.*] מזדונו' petitio est per gradus, sicut Cuthita mendicus primo petit minus, deinde majus, aquam, sal, panem, &c. נפת] à טפה gutta, Menachem. Non est in MS. *Lex est perfecta.*] Convertit animam ad justitiam, & defendit, sed non nocet, sicut sol qui urit ut *Clibanus*, Mal. 4. 1. *Sed timentibus nomen meum orietur sol justitiæ*, non lædit: hic sunt 5. & 5. proprietates legis, sicut sunt 5. libri legis Mosis.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 19.*

Cœli enarrant.] Id est, qui speculantur cœlos. *Firmamentum.*] Aer. *Non sunt verba.*] Querelæ & murmurationis, sed semper laudant Deum. בשמרם.] Sicut qui custodiunt civitatem habent mercedem, sic qui vigilant ad portas sapientiæ. Prov. 8.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 19.*

Est mundus.] Tria sunt plenè, & duo defectiva, in Gen. 2. *Quæ non est munda.* Et, *Quæ non est munda?* & Mal. 1. 11. *Oblationem mundam.* Duo posteriora sunt plena, ut in Gen. 7. 2. & unus locus est ומהורה, in Num. 5. 28. *Sed sit munda.* [Obs. Homines decet mundicies, sicut Dei præcepta & oblationes.]

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 19.*

Cœli narrant gloriam Dei.] V. 1, 2, 3. similitudo est ad denotandum magnum gaudium, quasi cœli gauderent, & terra, ut in Psal. frequenter, Psal. 98. ult. &c. Vel, cœli, quando nova stella apparuit nato Domino, S. Aug. *Directio, vel, sonus eorum* (Lat. MS. Gr.) *exiit per totam terram.*] Sonus evangelii, velut in Rom. 10. 18. 1. Prophet. קום] Sicut קולם Genebrard, sic ללת pro ללדת, 1 Sam. 4. Daleth syncopata, & sic חול pro חלק, *Portio Jezreelis*, in R. David. *De Thalamo.*] Christus de utero Virginali, S. Aug. *In sole.*] In manifestatione posuit Ecclesiam suam, S. Aug. Vel, *Soli posuit Tabernaculum in eis.*] Lat. MS. *Sicut fortis ad currendum.*] Lat. MS. inter Romanos mos erat, non solum currus, bigæ, quadrigæque, sed etiam homines currebant unus cum alio, & hodiè Romæ videndus est Circus Antonin. Caracallæ, uno ab urbe lapide extra portam Sancti Pauli, vel Ostiensem, ubi apparent vestigia metarum, de quo Horatius.

Sunt quos curriculo pulverem olympicum
Collegisse juvat, metáque fervidis
Evitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos evehit ad deos.

Habebant etiam palæstram, & palæstra Græci exercebantur valetudinis gratia; de qua Horat. Od. 10.

——Et decora More palæstra.

Simúlque currebant in stadio, de quo Sanctus Paulus, 1 Cor. 9. *Omnes currunt in stadio, sed unus* τὸ βραβεῖον *accipit*, sic in Philip. 3. τὰ ὀπίσω ἐπιλανθάνοντες, &c. videtur in tabulis Lauri Romani ære incisis, ex marmoreis Romanis. *Mandatum.*] Fidei, velut in 1 Joh. 3. 23. *Hoc est mandatum ejus, ut crederemus.* *Timor.*] Fides est omnia, velut in Deut. 30. 11. *Verbum quod tibi hodiè præcipio est verbum fidei*, in Rom. 10. 7. *Super favum redundantem.*] Lat. MS. & stillantem mel. *Servus tuus docebit ea.*] Lat. MS. ad alios, quia tantæ sunt excellentiæ; ut bonum quo communius eò melius. *In observatione eorum.*] Fidei & resipiscentiæ, 1, 2, 3. eff. *Quis intelligat errores suos?*] Idcirco per opera quis justificari potest? *Ab occultis peccatis* (hypocritę) *serva me purum—— Et à superbis viris subtrahe me.*] Gr. *Ab alienis.*] Non alienis capitur qui mundus est à suis, S. Aug. *Tunc innocens ero à transgressione magna.*] Incredulitatis, ut in 1 Joh. 3. *Qui natus est ex Deo non peccat*, vers. 13. 4. eff. Vel, *Ab occultis.*] Ut in Deut. 29. *Occulta sunt Domini, &c.* *A superbis.*] Ne audax inquiram in Dei arcana,

Horat. Od. 3.

Audax omnia perpeti,
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Japeti genus *(intulit.*
Ignem (Ex Dei arcanis) *fraude mala gentibus*
Post ignem atheria domo
Subductum, macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors:
Semotíque prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis.

Nil

Nil mortalibus arduum (Ut illi putant) *est.*
Cœlum ipsum petimus stultitia: ———
(Ut in Psal. 73. *O seorum in cœlis.*)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 19.*

Per duo media declarat Deus gloriam suam, creatura & lege sua, Ital. Vel, de adventu Christi, & prædicatione Apostolorum, Vulg. MS. 4°. in Coll. Trin. Cantab. *Sonus eorum.*] Ang. MS. Gall. Vulg. ut in Rom. 10. seu fabrica cœlorum videtur perfecta in toto orbe, Hisp. *Edificio*, Ital. An. seu Scriptura, & lineæ cœlorum visibiles, sed applicatio ad Evangelium non est recta, Ital. *In sole posuit tabernaculum suum.*] Ang. MS. Vulg. S. Aug. *Simplices.*] Sive pueri parvuli, Ang. MS.

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal. 19.*

Tabernaculum suum in sole posuit, in illis.] Gr. Vulg. Heb. ut Psal. 104. *Deus est amictus luce, ut vestimento. E thalamo suo.*] Quando gloria Dei apparuit ad ostium tabernaculi, & in nube, omnes exultabant. *Ad currendam viam.*] Quando *equitat super Cerub*, ut Psal. 18. *A calore ejus.*] Divinæ iræ. *In semetipsa.*] Vulg. Gr. ab אחד separatim, id est, quodlibet judiciorum est justum. *Ab alienis.*] Id est, peccatis aliorū, velut *carne aliena*, in Jud. Vul. Gr. Heb. זרים pro זדים, Daleth ut Resh, ut Dodanim & Rodanim, Diblath Riblath, &c. R. Dav. *Erunt ut complaceant.*] Gr. Vulg. si non dominentur in me peccata.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 19.*

De redemptione ab Ægypto, & de Deitate ܐܠܗܘܬܐ אלהותא, Par. Edit. *Nox ad noctem.*] Id est, noctes hominibus occasionem præbent laudandi Deum, præcipuè ליל שמרים in Exod. 12. Nox in qua redempti erant ex Ægypto, Exod. 12. *Linea eorum*, vel, *spes eorum exiit in omnem terram.*] Syr. MS. סברהון ܣܒܪܗܘܢ Heb. קוה à קום sperare, & ita in sensu congruit cum isto loco in Rom. 10. 18. & sic fides Israel, Exod. 14. ult. *Israel credidit in Deum, & servo suo Mosi. Super solem illis tabernaculum posuit.*] Id est, posuit Deus in cœlis supremis habitationem suam, Sy. MS. [illegible] נקש על שמשא משכנה בהון, ut ait Syrus Philosophus in Ode Syra.

[illegible]

——— *In cœlis duodecim sunt civitates* (domus 12. signorum) *plena mirabilibus,*
In his habitant septem Reges pulchri (7. Planetæ.)
Intra easdem novem arces ordine disposita
(Novem cœli.)
Atque excelsa arx decima immensa melis.
(Cœlum beatorum vid. Ab. Ezra, Psal. 8.)

Et ipse est ut sponsus.] Scil. Sol est gloriosus, supra quem Deus habitat, ideoque habitaculum Dei est magis gloriosum. *A calore*, vel, *vapore ejus.*] להנה [illegible] id est, ubique vapores attrahit, Heb. à חמה, Vase, in Hab. 2. *In illis servus tuus est admonitus.*] Ut caveat à tribus, & septem, ut claudat sensuum quinq; fenestras in hospitio corporis, ne Leones 4. dilacerent eum, ut ait Syrus Philosophus antiquus in Ode Syra.

[illegible]

Coram te hospitium amplum animatum quod non est fixum in terra. (ut 2 Cor. 5. *Tabernaculum corporis, &c.*)
Habens quinque sine Janua fenestras (5. sensus.)
In hoc inclusi sunt leones qui rugiunt quatuor,
(Elementa & eorum qualitates.)
——— *Interjectas fenestras claude,*
(ut Job 31. *Fœdus pepigi cum oculis meis.*)
Tres etiam fera in via occurrunt ———
(Diabolus, mundus & Caro, Ephes. 6.)
Onager, Leopardus, Draco ———

[illegible]

In parte sinistra ———
——— *Septem portas invenies.*
Æthiops quidam vice janitoris ———
(Septem peccata mortalia ducunt ad Gehennam Æthiopem, in Jer. 13.)
Scalam septem gradibus in cœlum ———

[illegible]

(Septem dona Spiritus, Isa 11. 1.)

Imperitum, vel, *purum.*] Syr. [illegible] ילודא, sic Ps. 119. in Beth. *Quomodo juvenis mundabit viam? &c.* scil. per legem. *Ne dominentur improbi in me.*] Ne ad peccata me trahant, ut Naaman, 2 Reg. 5. in domo Rimmon. Syri. [illegible] איתם. Non est in Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 19. Heb. Arab. 18.*

Davidis, dictus est de fine in diem Sabbati, [Arab. MS.] in quo debemus in operibus Dei meditari, ut Psal. 91. 4. *Quorum non audiuntur voces.*] Sed operibus Deum glorificant الذين لا אלדין לא Arab. *Sonus eorum*, vel, *voces.*] Arab. Heb. קוים, sicut اصواتهم אצואתהם Arab. Rom. *Posuit tabernaculum in sole.*] Arab. Neb. Rom. في الشمس Arab. פי אלשמם ut in Psal. 104. *Tegit se cum lumine, sicut vestimento. Est purum*, vel, *lucidum.*] مضيئ Arab. sicut pura corpora cœlestia. *Usque ad fines terra.*] In nostris temporibus Columbus Genoensis invenit Americam novum mundum, & sæpè dixit, quòd elegisset illum Deus ad implendam hanc pro-

prophetiam. Hic Columbus à pauperculis natus erat parentibus, cui Rex Hispaniæ paravit duas naves, quibuscum in paucis annis discooperuit plus quam multis sæculis præteritis: secunda expeditione misit Rex Hispaniæ Columbum cum 12. navibus, appulsis in 20. diebus; ultimò reversus in pace, & multis donis à Rege Hispan. honoratus, moritur, & filius ejus erat loci sui successor: si hic Columbus vixisset in temporibus Græcorum, esset ut Deus reputatus: in urbe Genoâ Monasterio Sancti Georgii dedit testamento decimas facultatum suarum. Nebiensis concives. *In omnibus justa.*] פי כל שי في كل شي Arab. *Ab alienis.*] ἀλλοτρίων, Gr. vel, peccatis alienis, ut *Carne aliena*, Ep. Jud. Vel, *Inimicis.*] Arab. quasi מצרים esset מן אלאעדא من الأعدا Ara. Rom. *Quiescere fac servum tuum.*] à dominio peccatorum, servitióque inquieto, Arab. *A magnitudine peccati mei.*] Arab. מן עטם من عظم.

1 *In finem, Psalmus David. XIX. Heb. XX.*

2 *Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob.*

3 *Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.*

4 *Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuum pingue fiat.*

5 *Tribuat tibi secundùm cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.*

6 *Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.*

7 *Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus CHRISTUM suum.*

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ ejus.

8 *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.*

9 *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.*

10 *Domine salvum fac regem: & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 20.

P*Salmus de Davide.*] David est subjectum Psalmi; sic Gen.20.5. *De me dic, iste est frater meus. In die molestiæ.*] Die prælii. *Exaudiat te.*] Psalmista orat pro Davide. *Ponat te in excelso.*] Extra pulverem, ubi inimicus non habeat in te potestatem. *Dei Jacobi.*] Mentionem facit *Jacobi*, quia Jacobus erat in afflictione majori quàm Abraham, &c. ut in Gen.35.5. *Deus qui respondebat in die afflictionis meæ:* præterea à Jacobo orti sunt 12 Tribus, sed ex Abrahamo etiam Ismael, & ex Isaaco Esau. 3. Totus Israel dicitur Jacob, *Servus meus Jacob*, in Isa. *Secundum cor.*] In hoc, id est, ponat hostes tuos sub pedibus tuis. Vel, universum, quia *Cor* Davidis erat perfectum, Mid. Tillin. *Omne consilium tuum.*] Quo bellum geris. *In salute tua.*] Quando redis victor à bello. *Novi ego.*] Sermo uniuscujusque ex Israele. *Dextera sua.*] Quia David cum paucis multitudinem hostium debellavit. *Unctum suum.*] Licèt autea dixissent, *Non est ei salus in Domino.* בגבורות.] Id est, בגבורות, ut in Psal.146. *Salva Domine.*] Respondet ad illud, *nomen Domini*, de quo suprà. *Rex.*] Deus rex mundi.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 20.

De Messia in prælio victore, ut aliqui exponunt. *Davidis.*] Vel, pro Davide, על דויד. *Exaudiat te.*] Quando fugiebat ab Absalom. & juvabat populum ex urbe per preces suas, cujus oblationes accepit Deus, 2 Sam. 18. 3. sicut promisit, Num. 10. 20. *Super holocausta, &c.* R. Sol. *Mittat auxilium.*] David loquitur ad animam suam, vel, Psalmista sic orat pro Davide, vel, pro Messia. *Ex Sione.*] Ubi erat Arca, & gloria Dei habitabat. *Recordetur.*] Incendebant partem oblationis, Minchah *pro memoriali*, Levit. 2.2. *Convertat in cineres.*] Et sic per ignem de cœlo testificet favorem in accipiendo ea. *Holocausta.*] Quando ibant ad bellum offerebant sacrificia, 1 Sam.13.9. de Saule. *Læti erimus.*] Servi Davidis hæc dicunt, vel, in victoriis Messiæ. *Nunc novi.*] Verba Psalmistæ per Spiritum, vel unusquisque qui orat pro *uncto Domini*, hæc dicit. *Unctum suum.*] Messiam. *Dejiciuntur.*] Currus prædicti. *Lapsi.*] Scil. equi. *Rex audiat.*] Id est, Rex regum, המלך non copulatur cum *serva*, propter Athnach. Vel, *Respondeat Rex.*] Amen, ad preces nostras, ut in Deut. 27. *Dicat omnis populus, Amen.* Sic in Litorgia Cophtitarum MS. in Vaticana, dicit Sacerdos Cophtus ΟΚC ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΟΝ, respondit populus, ΚΕ ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΝΑ ΤΟCCΟΥ, vid. R.P. Athanas. sic est in Æthiopico MS. & Cod. Imp. Romæ.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 20.

Respondet in die afflictionis.] Sicut mater, licèt in filiam suam accensa, quum filia ejus est in dolore partus, & clamat, hæc etiam condolet patitúrque cum ea. R. Josua dixit, sunt novem versus in hoc Psalmo prout sunt novem menses pro partu mulieris. *Dei Jacobi.*] Quare meminit Jacobi, quia dixit Jacobus, *Deus qui respondebat mihi in die afflictionis meæ*, Gen. 48. ipse adhuc respondebit. מקדש] Id est, propter sanctum nomen ejus in vobis, vel propter sanctitatem operum. *Fulciat te.*] Spiritus erat in diebus R. Aba bar Dosai, cui fontana transeunti spiritus iste dixit, Ecce ego ad multos dies custos hujus fontis sum deputatus, & neque unica hic læsa est creatura, nunc verò spiritus alius lethifer᾽ mecū contendit, ut è loco & statione mea dejiciar, ideóq; præbe tu mihi auxilium cum discipulis tuis, ut illum interimam. Accedentibus

dentibus illis posteà videbant in fonte guttas sanguinis, exinde reputantes quòd spiritus iste erat interemptus:hic colligas licet quòd Spiritus eget adjumento, ut Dan. 11. 1. *Steti confirmare eum.* כלבבך] Non sic orandum est pro omni homine (sed pro perfecto corde) quia in corde multorum est futari, &c. R. Hunah bar R. Isaac. נדגול] In hoc sæculo novit omnis, דגלו, & familiam suam, ut דגול, exercitus Rubenis,&c. sed in sæculo futuro omnes נדגול pares vexilla erigemus: tunc non erit inter unum aliúmque discrimen.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 20.

Precatur pro principe exercitus. *Dominus respondeat.*] יענך, sic promisit Deut.4. *Quænam est ista natio quæ habet Deum tam propinquum,&c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 20.

Deus exaudiat te.] Psalmus erat compositus quando David misit Joabum & omnem Israel ad prælium,& ipse manebat in Jerusal. 2 Reg 10. *Pinguefaciat.*] Et accipiat cum delectatione, sicut homo delectatur in pinguedine, ut in Psal. *Sacrificia medullatorum,&c. Munera tua.*]Preces. *Nunc novi.*] Quoniam inimicus est fractus. נזכיר] Id est, incensum in memoriale offeremus, Levit. 2. *Aliqui confidunt.*] Id est, Gentes. נתעודד] à עוז Daleth pro Zain more Chald. ut העדו, & ועדו, vel à עוד, *adhuc* crescunt nobis vires.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 20.

A Sanctuario.] Ubi erat Arca, R. David. *Gaudebimus.*] Verba populi.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 20.

Et adimpleat.] Septem sunt, *Implebit septem dies;* & *Implebit manum,* & Isa. 65. 20. *Qui non implebit dies ejus.* 2 Reg. 13. 33. *Quicunque voluit implebat manum.* Psal. 20. 5. Job 8. 21. *Usque dum implebit os tuum,* hic ultimus locus scribitur cum He ימלה, [Desideria quando implentur sunt arbor vitæ.] *Quando invocabimus.*] Duo sunt in Scripturis, Deut. 4. 7. *In omni in quo invocabimus.*

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 20.

Dominus respondebit tibi in die afflictionis.] Hic etiam sequuntur effecta evangelii, auditæ sunt precationes vestræ per Christum, v. 1, 2. 5. eff. *E Sione correborabit te.*] Vel roboret, Lat. MS. est oratio. 6. eff. *Selah*, vel, *semper pinguefiat.*] Lat. MS. in lætitia resurrectionis Christi, S. Aug. *Holocausta tua gratè accipiet.*] Velut quando ignis è cœlo descendebat, & sacrificia in cineres redigebat. *Sela,* vel, διάψαλμα.] Gr. est quies, vel cessatio inter Psallendum facta ad recipiendum spiritum, τὸ διάψαλμα, in Psal. 9. est *Canticum diapsalmatis*, quia in canendo quandoque, sed rarò, Spiritus suggerebat melodia vocis non interrupta, Greg. Nyss. Post cantica graduum, non est diapsalma, ut in Psal. 4. & 7. sed Halleluia, Greg. Nyss. Aug. *In nomine Dei vexilla nostra erigemus.*] V. 5. in nomine Christi, nam ipse *vexillarius est inter decem millia,* & nos Christiani sumus sub eo, in Cant. 5. 10. Vel, *Ducemus Choros.*] Lat. MS. est signum lætitiæ, ut in mulieribus post victoriam Davidis, in 1 Sam. 18. 7. eff. *Jam cognosco quod Dominus unctum suum servabit.*] V. 6. à majori, 8. eff. *Aliqui in curribus, & alii in equis.*] V. 7, 8. in exercitibus fiduciam ponunt, nos autem in Christo, 9. eff. a. dissim. *Domine salva rex.*] Lat. MS. Literaliter exponunt aliqui hunc Psalmum de prælio Ammonitarum in 2 Sam. 10. ubi mentionem facit curruum, & equorum, & coronæ aureæ capiti Davidis impositæ, sicut in sequenti Psalmo, *Coronam auri in Caput ejus pones.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 20.

Ad adipiscendam victoriam pro exercitu suo. Ang MS. Emmanuel. Coll. Cant. Contra Ammon. Ital. ידשן] Id est, pinguefacere, Ang. MS. Gall. Grasse. *Seu reducet in cineres.*] Per ignem de cœlo, Ital. sicut in Levit. 9. & Gen. 4. de Abele.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 20.

Magnificabimur.] Gr. Vulg Arab. Æthiop. He. נגדל quasi נגדל, ut יחבר, & יבחר, in Eccles. 9. &c. in Masora. *Salvum fac regem.*] Gr. Vulg. est oratio pro rege, ut *Vivat rex,* 1 Reg. 1. Lat. MS. *Rex.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 20.

Quando oravit pro salute contra Ammon, 2 Sam. 9. 2 Sam. 12. Par. Edit. *Accipiat, vel, pinguefaciat holocausta tua.*] Id est, priusquam obtuleris ea, ut non proferas macram, aut deformem oblationem quam benevolè non accipit Deus, velut in Mal. 1. 13. v. Syr. MS. נרחן ܢܪܚ Heb. ידשנה, & סלה, non est in Syr. *Vexillis utamur.*]Vel, exaltati erimus, Syr. He. נדגל, sicut נדגל. *Mentiemur faciemus.*] Ut nostra spes, vel, robusti erimus, Syr. ܢܥܫܢ נעשן. *Recti constitimus*, vel, *preparavimus nos ipsos.*] Syriac. ואתתטבן ܘܐܬܛܝܒܢ ad pugnandum, Heb. נתעודד sicut עתד Daleth pro Tau, velut הזמנתון in Dan. 2. cum aliqua tamen differentia. Vel, sicut עוז cum Zain, vel à עוד cum totis viribus, vel, ad prædam à עד & עודנו in Psal. 119.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 20.

Accipiat.] יתקבל ܝܬܩܒܠ Arab. Rom. Neb. *Selah*, non est in Arab. Rom. Neb. *Exultabimus,* vel, *exultabit.*] Unusquisque nostrûm in salute tua. Arab. יתהלל ܝܬܗܠܠ *Cum potentia est salus dexteræ sua.*] Sic Psal. 29. *Vox Domini est cum potentia,* بالجبروت Arabic. *Serva Regem.*] Arabic. אלמלך.

---

1 *In finem Psalmus David. XX. Heb. XXI.*

2 *Domine in virtute tua latabitur Rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.*

3 *Desiderium cordis ejus tribuisti ei: & voluntate labiorum ejus non fraudâsti eum.*

4 *Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.*

5 *Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.*

6 *Ma-*

6 *Magna est gloria ejus in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.*
7 *Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*
8 *Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commovebitur.*
9 *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt,*
10 *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.*
11 *Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum,*
12 *Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.*
13 *Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabitis vultum eorum.*
14 *Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes ejus.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 21.

DE Davide, vel, Christo qui vocatur David, Ezech. 37. 24. *Servus meus David*, & hostes sunt Gog & Magog [Tartaria, Scythia, regiones Jagog & Magog, uno nomine Tartarico Cathai (quod significat montes, & deserta) appellantur; Est major & minor Cathaia Borealibus Sinis contermina, Thebet appellatur, ubi Presbyter Joannes 72. reges subditos habuisse dicitur: apud Æthiopes dicitur Juchanes Belul, recenti nomine à Jona Propheta, ut aliqui: non fuit Sacerdos, sed crucem erectam more Archiepiscopi sibi præferri curabat, postea nomen hoc erat extinctum, & Imperator Scytharum dicitur Unca. Paulus Venetus apud Ath. Circher. Et Abassinorũ Imperator non verè hoc vocatur nomine, Sibylla l. carm. Αἴ αἴ σοι, Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξῆς ἅμα Μαγώγ. Et Geogr. Arabic. part. 9. Clim. 5. apud Athan. Circher. Romæ vidi
وهذا الجبل الذا يحيط بيجوج وماجوج
وهذا الجبل قوقـايـا خلفه من
بلان ياجوج ومجوج — فلا يرجع
Atq; hic mons est qui circuit Jagog & Magog, & à tergo montis Caucasi sunt de locis Jagog & Magog, quem montem qui ascendit, videre quid in vertice في اعلاه & quid à tergo, nunquam redibit, glacie nivium impeditus (ut in Alpibus: vide in Psal. 136. ex Al. Auth.) in vertice montis nives nebulæ speciem habent, hic multi Nazaræi (sic R. David appellat Christianos in Psal. 15.) habitant. Mar. Venetus lib. 1. cap. 64. Modò hæc provincia Gog & Magog tributa magno Cham reddit, & cap. 37. hæc regio vocatur Belor, sic R. Abrah Pizul, regnum Balur מלכות באלור הגדולה Magnum & sublime supra omnia, sunt inclusi hic multi Judæi, huic vicina est urbs, non est sicut illa sub cœlo, & ex urbe Belech in Cathaia oritur Archiepiscopus Sinensis, ut apparet ex Syro Sinica lapidis inscriptione, ܝܙܕܒܘܙܕ ܕܡܢ ܒܠܚ Jizbuzad. Sinensis ex urbe Belec, &c. (quam Romæ vidi) sic Arab. Geogr. p. 8. l. 34. والطريق من سمرقند الي مدينة بلخ Via de Samarcanda (Tamburlanis curia) ad urbem Belec, &c. Hactenus de Gog.] *Dedisti, vel, dabis.*] Tam certò ac si dedisses. *Benedictionibus bonitatis*] Id est, omnis boni *uberum & uteri*, Deut. 33. *Prævenisti eum.*] Dedisti illi antequam petiit. *Vitam.*] In hoc sæculo petiit. *Dedisti longævitatem.*] In sæculo futuro. *In tua salute.*] Id est, postquam liberâsses eum ab hostibus ejus, honorabunt eum omnes. *Fecisti eum benedictiones.*] Id est, post mortem suam, ut Gen. 48. 20. *In te Israel benedicet, dicendo, Deus faciat te ut Ephraim*, vel, in semine suo in æternum, ut in Gen. 12. Dixit Deus Abrahamo *In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Cum vultu tuo.*] Quando lucet super illum in prosperitate sua בהצלחה, ut Num. 6. *Elevet lumen vultus sui. Lætum fecisti eum.*] Magis quàm auro & potentia. *Confidit in Domino.*] Et non in divitiis. *In misericordia Altissimi.*] Dicit *Altissimi*, qui potest servare, utpote super omnia, & dicit *in misericordia*, quia benefacit creaturis suis ex mera misericordia, non earum meritis. *Manus tua inveniet.*] Ita ut non possint evadere. Vel, *Erit sufficiens contra inimicos tuos.*] Sine auxilio aliorum, ut in Deut. 33. 7. *Manus ejus sint sufficientes pro eo*, & in Num. 11. 12. *Sufficientes*, idem. *Sicut clibanus urens.*] Et consumens ligna in eo, sic illi erunt consumpti, sed non consument alios ut clibanus. *Fructum eorum.*] Ut sint sine memoriali, זכר. *Pones eos ut metam.*] Propter omnes tuas sagittas, ut in Gen. 48. ult. *Portionem unam*, idem. Vel, ut portio separata à te, ut faciliùs pugnes contra eos. Codic. Cremon. *Sis exaltatus Domine.*] Sic dicunt Israelit. *Cantabimus.*] Et confitebimur quòd omnia à te veniunt.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 21.

Desiderium.] Cordis. *Petitionem.*] Oris, ארשת, Aleph redundat, ut in זרוע & אזרוע, רשות & רשיון, R. Sol. *Prævenisti eum.*] Antequam petiit, misisti per Nathanem, dicendo Davidi permansurum regnum suum. Vel, תקדמני est fœminini generis, *Unaquaque benedictionum præveniet eum.* עולם] Duæ generationes. *Grandis*, גדול] Semper crescit honor servati. *Benedictiones.*] In plurali, sed Abrahamus erat benedictio in singulari, R. Sol. *Inveniet.*] Ita ut fugere nequeant לנום. *Pones eos quasi clibanum ignis.*] Furor tuus comedet eos in circuitu, in Mal. 4. 1. Vel, in clibanum, Caph pro Beth, ut in Exod. 12. *In media nocte. Cum humero uno.*] Junctos in peccato, ut simul luant pœnas, ut Jer. 10. 18. *Affligam eos ut simul inveniantur.* שכם] Cum Athnach, ideo redit. *Esto exaltatus Domine.*] Finit Psalmum cum laude, sicut incepit.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal.* 21.

Rex.] Christus cui dat Deus de honore excelsi, R. Hanana in nom. R. Acha. *In capite coronam.*] Regis terrestris subditi non induunt coronam, & purpuram, non equitant super equum ejus, non sedent super solium, nec utuntur sceptro ejus, sed Moses usus est Virga Dei & Eliah equitabat in cœlum in turbine, & Messias habet coronam suam & purpuram, id est, הוד והדר. *Et Solomon sedebat*

super

super thronum Domini, 1 Chron. 29. Secundarius Regis terrestris non habet nomen Regis, sed Moses vocatur *Deus Pharaonis*, & Messias vocatur Dominus, Jer. 23. *In robore tuo.*] Terra Israel. sic Ps. 78. *Dedit in captivitatem robur suum.* Vel, in regno tuo, sic 1 Sam. 2. *Dedit robur Regi, &c.* ארשת] Id est, רשות, *licentiam* in labiis suis concessam exequuntur, dicit provincia una est rebellis, abeat nuncius mortis, & destruat illam, abitque subito habita hac licentia. טוב.] Id est, Mosis qui est bonus. Vel, legis bonæ, לקח טוב, ut in Prov. 4.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon, in Psal.* 21.

De diebus Messiæ, &c. *Desiderium cordis.*] In destructione inimicorum ejus. *Prævenisti.*] Antequam revelatus erat Christus. *Partem.*] שכם Id est, seperabis illos in *maledictionem*, Deut. 29.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 21.

Rex.] David unctus rex in Hebron. *Coronam posuisti.*] Coronam regis Ammon. in caput Davidis positam, 2 Reg. 12. *Vitam petiit.*] Quando fugiebat à Saule. *Posuisti super illum.*] תשוית, sicut חשים, R. Menachem. *Cum vultu tuo.*] In horto Edenis. Et de Messia scribitur, *Appropinquabat ad antiquum dierum* עד, Dan. 7. *Fructum eorum.*] Semen Esavi impium. *Intendebant malum.*] Titus, &c. qui destruere conabantur omne semen Israelis. Est in MS. *Facies illos portionem.*] שכם, id est, divitiæ eorum erunt portio divisa inter Israel. ut Isa. 23. *Merces ejus erit sanctitas Domino, &c.* *Portio.*] Sic Gen. 48. ult. *Unam portionem*, idem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 21.

Rex.] Christus. *Manus tua.*] Id est, plaga manus, ut Exod. 9. 3. *Ecce manus Domini, &c.* *Ignis.*] Gehennæ, כנורא. *Fructum eorum.*] Filios. *Ponet eos* (cum populo tuo) *in humerum unum.*] Ut in Zephan. 3. *Cum uno humero*, שכם. *Preparabis vias eorum in chordis*, vel, *funibus.*] Tabernaculi tui. *Ante facies eorum.*] Trahes eos ad habitationem tuam.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 21.

In robore tuo.] Qui antehac divisisti mare & terram. Tria sunt defectiva, Exod. 15. 13. *Duxisti in robore tuo*, Psal. 74. 13. *In robore tuo divisisti mare.* [Recordario mirabilium Dei operatur gaudium spei.] *In sæcula sæculorum.*] Sex sunt, *Dominus regnat in sæculo*, & Psal. 45. 6. *Thronus tuus in sæcula.* Psal. 52. 8. *Ego sum oliva viridis.* Psal. 48. 14. *Deus hic est noster Deus, &c.* [Christi regnum est regnum pacis & æternitatis. *Manus tua inveniet.*] Tria sunt, 1 Reg. 25. 8. *Da nunc quicquid invenit manus tua.* Eccles. 9. 10. *Quicquid invenit manus tua.* [Da & dabitur, Luc. 6.]

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 21.

Summam petitionem labiorum ejus non detinuisti ab eo.] Ait Christus enim, *scio quod semper exaudis me*, in Johan. 11. 42. & apud mortem ejus *auditus erat in quo timebat*, in Heb. 5. 6, 7. 1. Proph. v. 2. v. 4. *Non fraudâsti eum Selah*, vel, *semper.*] Lat. MS. id est, non semel, vel, non finaliter. *Ponis coronam super eum.*] Ascensus Christi in regnum suum, 2. Proph. 3. 4. *Exhilaravisti eum vultu tuo.*] Ad dexteram tuam post passionem ejus, vers. 5, 6. 3. Prophet. *Nam Rex confidit in Domino.*] Ut Marth. 27. 43. *Confidit in Domino eripiat eum.* *Pro illis caminum ignis.*] In die judicii ultimi, Mal. 4. 1. *Ecce dies qui urit sicut clibanus, &c.* 4. Proph. *Fructum eorum.*] Sic Mal. 4. 1. *Nec fructum, nec ramum relinquit*, 5. Proph. *Machinantur malum.*] Contra Christum (6. Proph.) redivivum, sed dies fidem falsis eorum calumniis derogabat, Pindar. Olymp. Od. 1.

Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.

—*At dies, Seris recludit cuncta nepotibus.*

Vertis dorsum tuum.] In ira versus illos, Proph. 7. Vel, *Vertis dorsum eorum.*] Ad fugiendum ante inimicos. Vel, *Pones eos dorsum.*] A quibus contemptis averteris. S. Aug. Vel, *Pones eos humerum, & funes tuos, &c.*] Lat. MS. id est, funibus tuis ligabis eos humerum cum humero, ut perdantur, & quasi in mari immergantur.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 21.

Pones eos sicut portionem.] שכם, id est, separatam, ut sagittæ cadant in eos solùm, Ital. Hisp. *à parte*, ut in Deut. 29. *Separabit virum istum ad malum*, sicut Core, &c. Basil.

Sect. 10. *Ex Vul. & Gr. in Psal.* 21.

Prævenisti eum.] Antequam orabat, ut Isa. 65. *Antequam orabunt respondebo, &c.* *Cum vultu tuo.*] Ut, Psal. 42. *Salutem vultus*, id est, ejus salutem *Cum reliquiis tuis.*] Vulg. Gr. Id est, plagis reliquis, ut in Prophetis, *Convertam manum in adversarios*, una plaga post plagam. Psal. 81.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 21.

Oratio eorum qui adjuvant justum, Par. Edit. *Preparationem labiorum ejus.*] Syriac. חוינא ܠܣܦܘܬܗ Heb. ארשת, id est, quæ præparat cor, labia educunt, Prov. 16. 1. & in Psal. 10. *Gloria & honore coronâsti eum.*] Christum, ut Syrus Philosoph. in Ode.

ܦܓܥ ܒܝ ܥܠܝܡܐ ܕܙܠܝܩܘܗܝ
ܡܥܡܛܝܢ ܢܘܗܪܗ ܕܫܡܫܐ
ܫܦܝܪ ܡܢ ܥܝܪܐ ܟܕ ܠܒܝܫ ܐܣܟܡܐ ܕܐܢܫܐ

Occurrit mihi juvenis cujus fulgor offuscat lumen solis;
Pulchrior vigilibus, licet indutus sit forma humana. (Heb. 1. 2.)

ܒܪ ܡܠܟܐ ܐܢܐ —
ܘܫܡܝ ܚܝܐ ܒܪ ܥܝܪܐ —

Filius Regis ego sum — (Filius Dei & Davidis)
Et nomen meum vivens filius vigilis (Isa. 9.)

ܫܕܪܢܝ ܡܠܟܐ ܕܐܩܛܘܠ ܠܥܬܝܩܐ
ܕܐܪܫܥ
ܐܣܟܡܐ ܕܐܪܥܐ ܠܒܫܬ —

Rex misit me, ut occidam veteratorem qui impiè egit. (Diabolum.)
Forma loci indui me — (Forma servi, Phil. 2.)

Prævenisti eum.] Priusquam rogabat, ut in Isa. 65. *Priusquam invocabunt.* *Malum*, vel, *cogitationem.*] Heb. מזמה, velut in Pro. 1. 4. Sy. חרשיות ܢܘܟܠܐ *Signum*, vel, *ponet humerum contrà illos.*]

illos.] Velut sagittarii quando jaculari incipiunt, He. שכם. Vel, *Penes signum in eos.*] Ut, in Cain, Syr. MS. כותמא [illegible] Par. Edit. per transpositionem, & Shin pro Tau, velut in עתיד, vel, turpitudinem injicies super illos, בראי, in Nah. 3. & Mal. 2. *Stercora mittam in facies vestras*, Syr. à כתם Labes vestis in R. David. & in Jer. 2. *Signata est iniquitas tua*, idem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 21. Davidis, Ara. MS.*

Non movebitur.] Huc & illuc sede incerta, Arab. לא יזול لا يزول, fugiendo ab hostibus suis, sic Ezech. 28. *Menzal.* idem. *Rex.*] Christus qui gerit coronam, & vestimenta regia, Midrash Tillin. *Inveniet*, vel, *superabit.*] Arab. ותטפר وتظفر sic in Deut. 33. *Manus ejus erunt sufficientes*, vel, *inveniant. Fructum*, vel, *memoriam meorum.*] שכם] Id est, super dorsa sua, ודהום بكرهم. Arab. אוברהם ابرهم.

1 *In finem pro susceptione matutina. Psalmus*
David. XXI. Heb. XXII.

2 *Deus Deus meus respice in me: quare me*
dereliquisti? longè à salute mea verba
delictorum meorum.
3 *Deus meus clamabo per diem, & non ex-*
audies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.
4 *Tu autem in sancto habitas, Laus Israel.*
5 *In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberâsti eos.*
6 *Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt:*
in te speraverunt, & non sunt confusi.
7 *Ego autem sum vermis, & non homo: op-*
probrium hominum, & abjectio plebis.
8 *Omnes videntes me, deriserunt me: locuti*
sunt labiis, & moverunt caput.
9 *Speravit in Domino, eripiat eum: salvum*
faciat eum, quoniam vult eum.
10 *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre:*
spes mea ab uberibus matris meæ.
11 *In te projectus sum ex utero: de ventre*
matris meæ Deus meus es tu.
12 *Ne discesseris à me.*
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non
est qui adjuvet.
13 *Circumdederunt me vituli multi: tauri*
pingues obsederunt me.
14 *Aperuerunt super me os suum, sicut leo ra-*
piens & rugiens.
15 *Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt*
omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanquam cera liquescens
in medio ventris mei.
16 *Aruit tanquam testa virtus mea, & lin-*
gua mea adhæsit faucibus meis: & in pulverem
mortis deduxisti me.
17 *Quoniam circumdederunt me canes multi:*
concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos.
18 *Dinumeraverunt omnia ossa mea.*
Ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me.
19 *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super*
vestem meam miserunt sortem.
20 *Tu autem Domine ne elongaveris auxili-*
um tuum à me: ad defensionem meam conspice.
21 *Erue à framea Deus animam meam: &*
de manu canis unicam meam.
22 *Salva me ex ore leonis: et à cornibus uni-*
cornium humilitatem meam.
23 *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in*
medio Ecclesiæ laudabo te.
24 *Qui timetis Dominum, laudate eum: uni-*
versum semen Jacob glorificate eum.
25 *Timeat eum omne semen Israel: quoniam*
non sprevit, neque despexit deprecationem pau-
peris.
Nec avertit faciem suam à me: et cùm clama-
rem ad eum, exaudivit me.
26 *Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota*
mea reddam in conspectu timentium eum.
27 *Edent pauperes, et saturabuntur: et lauda-*
bunt Dominum qui requirunt eum: vivent corda
eorum in sæculum sæculi.
28 *Reminiscentur et convertentur ad Domi-*
num universi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu ejus universæ fami-
liæ Gentium.
29 *Quoniam Domini est regnum: et ipse do-*
minabitur Gentium.
30 *Manducaverunt et adoraverunt omnes pin-*
gues terræ: in conspectu ejus cadent omnes qui de-
scendunt in terram.
31 *Et anima mea illi vivet: et semen meum*
serviet ipsi.
32 *Annunciabitur Domino generatio ventu-*
ra: et annunciabunt cæli justitiam ejus populo qui
nascetur: quæ fecit Dominus.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 22.*

S*uper Ajeleth Shahar.*] Ut aliqui dicunt, instrumentum. Vel, *Psalmus in robore Auroræ.*] Quia dictus erat in ascensu Auroræ, ab אילותי in 19. v. Dicunt aliqui quod Ajeleth est stella matutina Rabbo. & quod dicta est de Ester, in captivitate (Non est in Cod. Cremon.) Alii de Davide quando fugiebat à Saule: sed verus sensus est de Israele in hac captivitate, vel, in captivitate Babel, ut est in Cod. Cremon. & finis Psalmi arguit, vocat Israelis congregationem

onem *cervam*, ut Cant. 2. 7. *Per cervas agri*, & addit *Aurora*, vel, pulchra, ut in Cant. 6. 10. *Prospiciens sicut Aurora* in pulchritudine, sed in captivitate Israelitæ sunt ut nox obscura. *Deus mi.*] Bis ad morem dolentium, vel, clamantium, ut Abraham, Abraham, Moses, Moses: & dicit *Deus mi*, qui fuisti robur meum hucusque, ab אִיל. *Non sileo.*] A clamando. *Aperiunt labium.*] Sicut qui aperit aquas, idem. Vel, mittunt verba. *Volvit ad Dominum.*] Omnes orationes suas. *Delectatur in eo.*] Deus in eo, vel, ille in Deo, ut Psal. 91. 14. *Liberabo eum, quia delectatur in me.* *Super ubera matris meæ.*] Providentia est mirabilis in lactente qui crescit indies per manus aliorum, usque dum vivat à seipso, & hæc non sunt per Aceidens. [ut in Psal. 8. *Ex ore infantium, &c.*] *Projectus eram in te.*] Id est, à patre & matre mea, & dicit *in te*, quia dedisti matri meæ cibum suum, & ipsa pavit me. *Ne sis longè.*] Nunc in tribulatione, quoniam fuisti propè me ab utero. *Propè me est.*] Et si tu appropinques stabit à longe. *Boves.*] Gentes fortes, ut Amos 4. 1. *Vaccæ Bashanis.* *Sicut rapiens.*] Licèt non sit mos boum rapere. *Et rugiens leo.*] Primò *rapiens*, quia leo rapit, & deinde rugit, ex gaudio, & superbia, ut Amos 3. 4. *Rugiet leo quando non cepit prædam?* sic inimici lætabantur postquam interfecerant eum, loquitur de Nebuchad. & servis ejus. Codic. Cremon. *Effusus sum.*] Præ timore illorum. *Ossa mea separantur.*] Ligamentis quibus colligantur solutis. *Viscerum meorum.*] Omnia membra interiora sic vocantur. *Vis mea.*] Vel, palatum, חכי, per transpositionem, id est, non possum loqui, כחבק pro מורבק, & Lamed deficit in למלקוחי, sic dicuntur, quia accipiunt cibum in tempore deglutiendi. *Canes circundederunt.*] Et è medio eorum evadere nequeam. *Circundederunt sicut leo manus & pedes meos.* Sicut leo in saltu cum cauda circulum efficit, extra quem ne Bestia quæ videt eum, præ timore leonis exire audeat, & dicit *circundant nostras manus* à pugnando, & *pedes* à fugiendo è medio Babel. Codic. Cremon. *Omnia ossa mea.*] Derident maciem meam. Vel, quando enarro fortes meas tribulationes, quas ab inferioribus patior, superiores aspiciunt in me, sed non judicium pro me faciunt. *Aspiciunt.*] Id est, despiciunt, ut Cant. 1. 6. *Ne aspicite in me, &c.* *Ossa*, vel, *fortes afflictiones.*] Ut Isa. 41. 21. *Fortes rationes*, idem. *Vestes.*] Divitias meas. Canis, Leo, Monoceros, sunt similitudo Regis Gentium, vel, Regis Babel. Codic. Cremon. *Unicam meam.*] Sic est anima in copore, ut in domo lutea, & non habet socium. *Audivisti me.*] In tempore præterito, vel, impræsentiarum in certa spe. *Fratribus meis.*] Decem Tribus quos non captivos duxit Nebuchad. sed sunt captivi in Halac, illis enarrabo nomen tuum postquam servâsti me. Codic. Cremon. Vel, filii Edom, & Ishmael, filii Abrahami, & Esavi, inter quos sumus captivi. Non est in Cod. Cremon. sed in Venet. *Timentes Dominum.*] Sacerdotes, vel, extranei de futuro. *Semen Jacobi.*] Levitæ. *Semen Israel.*] Totus populus, Derash. Non est in Codic. Cremon. Vel, *Semen Jacobi.*] Illi qui diligunt Deum. *Semen Israel.*] Qui timent, sed adhuc non diligunt. Codic. Cremon. *Afflictionem*, vel, *responsionem afflicti.*] Id est, orationem, quæ est *responsio linguæ*, ut Prov. 16. 1. à ענה. *Laus mea est à te.*] à te orta qui eripuisti me. *Mites.*] Israel. in captivitate, quia Gentes superbiunt super eos, donec redemerit eos Dominus, tunc, *Comedent.*] De spoliis hostium, id est, Chaldæorum. Cod. Cremon. *Vivet cor vestrum.*] Quia in captivitate cor est quasi mortuum. *Recordantur.*] Afflictionem Israel. & quando vident redemptionem, revertentur. *Ante.*] Deum. *Edent & adorabunt.*] Id est, quando convertuntur gratias agent Domino pro beneficiis suis est de Medis & Persis qui convertentur, sed eorum qui crudeles erant versùs Israel. non vivent aliqui in posterum. Adoni Avi, R. Jos. Cimchi, & est recta hæc expositio. Cod. Cremon. *Qui descendunt in pulverem incurvabunt sese.*] Et tamen non accipiet eos, descendent in Gehennam, quia interemerunt Israel. quia licet restituere possint divitias, tamen non vitas nisi per vitam, ideoque vita Gentium erit pro vita Israel. R. Jos. Cimchi. *Semen serviet illi.*] Semen Israelis, Chald. reputabitur populus Dei præ Gentibus terræ. *Venient.*] De captivitate, & enarrabunt justitiam Dei. *Ad populum nascendum.*] Id est, filios, & filios filiorum suorum in sæcula.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 22.*

De cerva, vel, *virtute matutina.*] Psalmus manè canendus, quæ propter velocitatem dicitur habere alas, ut *Auroræ alas*, & hoc loco, *cervam Auroræ.* Vel, *De auxilio matutino.*] Menahem, sed long est à veritate, quia unum est cum Dagesh, aliud sine Dagesh. Ut mihi videtur est initium poeseos factæ, velut verba & res deliciarum, & hic Psalmus est ad eundem tonum canendus. *Qui sedes, tu es laudes Israel.*] Tu sedes in cœlis, & te diligunt & laudant, ut dicitur, *Ille est laus tua & Deus tuus.* Vel, inhabitas Sione, ubi omnes tuæ laudes sunt à patribus nostris celebratæ. Hic est sensus, quoniam copulatur cum תהלות. *Vermis sum.*] Respectu inimicorum. *Eduxisti me.*] Quando non habui vires, vel, scientiam, גוחי, ut Ezech. 23. a. גחה, *Exivisti, &c.* *Boves Basanis.*] Reges fortes. *Vivat cor vestrum.*] Sic dicit unus aketi, & dicit *vivat*, ut Gen. 45. 27. *Spiritus Jacobi revixit*, qui erat sicut mortuus cum dolore, כמת. *Comedunt, sed incurvabunt.*] Comedunt de rebus hujus vitæ, sed tandem incurvabunt se Christo, nempe in morte. *Nemo vivificabit animam suam.*] Id est, eorum animæ peribunt, sed cor pauperum prædictorum *vivet* in æternum. *Semen.*] Pauperum serviet illi, est secunda generatio. *Ad populum nascendum.*] In tertia generatione. *Mites*, vel, *pauperes comedent.*] Læti erunt, & saturati, quasi pinguedine, quum liberationem pauperis audiet eorum auris. *Fratribus meis.*] Viri meis secreti. *A cornibus Monocerotis.*] Cornua ejus sunt fortiora aliorum cornibus, & audivi filios hominum dicentes, quòd Monoceros dejicit seipsum ab alto monte super cornu ejus, irrupto illo permanente. Vel, dicit à *cornibus*, quasi esset super cornua. *Unicam meam.*] Anima est una & sola quando est in corpore, sed quando separatur, *ad populum suum congregatur.* *Sicut aqua.*] Quæ non possunt recolligi, sic ego præ multitudine doloris. *Sicut cera.*] Quæ consumit, quasi scientia ejus penitus esset sublata, כאילו סרה דעתו. *Vis mea.*] Humidum radicale membra in unum conglutinans. *Pulverem mortis.*] Filiorum mortis. *Canes.*] Alii adversarii

prioribus viliores. *Manus meas.*] Quibus homo se defendit. *Quando enarro ossa mea.*] Ut videam quot deficiunt, tunc illi deridebunt. *Libera me.*] Opposit. ad עדת, *cœtum*, & *à Cane*, כלב, opposit. ad סבבוני, *circundant me canes*, & *serva*, opposit. ad אריה. *Audivisti.*] Oppos. ad לא תענה. *Enarrabo.*] Oppos. ad אספר, *enarro ossa mea.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 22.

על אילת] Id est, Deus fecit pedes Israel. sicut cervarum כאילות ad conculcandos Aegyptios quos videbant *mortuos in litore maris*, Exod. 14. & *Lingua canum lambebat sanguinem eorum*, ut in Psa. 68. tunc canebant hunc Psalmum manè, השחר, vel, de Ester. & Deborah Napthalæa, ut in Gen. 49. אילה שלוחה, *cerva dimissa*: Ester erat matutina lux Israel. sed obscuræ sunt tenebræ nationum; Ester adduxit lumen ex tenebris, oravit in afflictione Israelis, *Deus, Deus, &c.* Vel, de Israele in Cant. 6. *Quanam est hæc prospiciens sicut aurora?* In deserto Arca ambulabat coram Israel. & interemit serpentes, &c. Vel, de cerva quæ sitit post rivulos aquarum, & Deus audit, & dicunt quòd in domo ubi sunt serpentes fumus cornu cervæ expellit eos. *Dereliquisti.*] Et non fecisti nobiscum miraculum. יושב] Id est, sedes supra omnes laudes Israelis, R. Samuel in nom. R. Hanana. *Vermis.*] Habens vim in ore solùm, id est, prece justi humiliant animam suam: Abraham dixit, *Ego sum pulvis*, Gen. 18. Moses dixit, & *Nos quid sumus?* Sed impii superbiunt, Pharao dixit, *Quis est Dominus?* & Nebuc. Dan. 3. *Quis est iste Deus?* חפץ] Dixit Rish lecish, in tribus Deus exprimit dilectionem suam, חפץ חשק דבק, R. Abba bar Elisha addit duo, דבר על לב אהב. *Afflictio est vicina.*] Quando Esther venit ad Regem sine licentia, Est. 5. *Boves.*] Servi Ahasuer. & filii Haman. *Sicut leo.*] Faciens circulum, sic illi usi sunt incantatione [R. David.] *E cornibus Monocerotum*, ראמים] Reperit David Monocerota dormientem, putátque se vidisse montem, ascenditque, surgit Monoceros, & David equitabat in tergum ejus; orat David, & ecce leo apparuit: coram illo cecidit Monoceros illum venerando regem bestiarum, & sic evasit David, R. Hunah bar Idi. *Timentes.*] Proselyti, & Antoninus principalis omnium, vel, Sacerdotes. *Semen Jacobi.*] Levitæ. עני, *Pauperis.*] Agrippa rex quæsivit offerre mille in die uno oblationes עולות, præcepitq; ne summus Sacerdos offerret aliorum sacrificia; venit pauper, & in manu ejus 2. Turtures, ad quem Sacerdos id quod rex præcepisset enarravit, cui pauper, venor ego 4. Turtures in dies, 2. pro cibo, 2. pro sacrificio; si hæc non obtuleris vitæ meæ baculum sustuleris, tunc obtulit ea Sacerdos, de quo rex somnians misit ad Sacerdotem, audivit veritatem, & acquievit. *Edunt mites.*] Mardochæus & Ester habent portionem facultatum Hamanis unam, & Expositores legis alteram, & ædificatio templi tertiam, hæ tres sunt in hoc versu memoratæ.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 22.

De cerva quærentis.] השחר, quæ fugit à marito eam quærente, dictus est Psalmus de captivitate hac quæ fugit à Domino. *Habitans laudes Israel.*] Juxtà mare ubi cantabant, Exod. 15. *Gloriosus in sanctitate, &c.* *Non erubuerunt.*] In deserto, quia dedisti illis Manna. *De ventre.*] Tenebris Aegypti. *Leonis.*] Pharao. *Qui animam suam non vivificat.*] Id est, qui non conversus est ad Dominum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 22.

Ajeleth hashahar.] Nomen instrumenti, כלי שיר. Vel, *De cerva matutina.*] Congregatione Israel. pulchra, sicut cerva deliciarum, & prospiciens, sicut Aurora, quam prævidit David ituram in captivitatem, עתידה ללכת בגולה, Rabboth exponunt de Ester. Vel, *Ajeleth.*] Id est, מעוז, vis Auroræ. *Shahar.*] Ad inquirendum manè, בקר, R. Menachem. Non est in MS. *Qui inhabitas.*] In temporibus præteritis tuæ deliciæ erant in laudibus Israelis, sicut in pulchra habitatione. Vel, sedebas ad audiendas laudes ejus. *Pones in ordine in pulvere mortis.*] Similitudo ab olla posita in ordine super focum, à שפת, Job dicit, *In qua non est ordo*, Job 10. *Sicut leo.*] Ut in Isa. 38. *Fregit ut leo omnia ossa mea*, intendit Nebuchadnez. *Regnum est Domini.*] In diebus Christi revertetur Regnum Domino, & liberatione populi sui innotescet. *Comedunt omnes pingues, vel, pinguedinem terræ.*] Id est, Israel. comedit in die illo omnem pinguedinem terræ. Non est in MS. *Non vivificabit impius animam suam.*] à Gehenna, licet clamet, & incurvet se Domino. *Coram eo.*] In Derash, Rabboth. in hora discessus animæ è corpore impii vident faciem *Secinah*. Venet. & MS. לאדני] Id est, לשבחו, ad celebrandum nomen Domini declarabunt hoc generationi sequenti.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 22.

De cerva, vel, holocausto matutino.] In Num. 28. erat quotidianum, אילת, sicut אולת, & עולת, ut פרוהי pro פרעהו.] *Transfoderunt manus.*] נכתין. Chald. *Monocerotum.*] Regum fortium. *Spiritus vester vivit.*] Spiritus prophetiæ, ut in Gen. 45. *Spiritus Jacobi revixit.* Targ. Onkelus. *Nemo.*] Impiorum vivificabit animam suam.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 22.

Super Ajeleth, vel, cervam.] Tria sunt, Jer. 14. 5. *Etiam cerva in agro.* Prov. 5. 19. *Sicut cerva dilecta.* *Sedes sanctus ille.*] Duo sunt in libro, & plena. Psal. 2. 4. *Qui sedet in cœlis, &c.* *Et non homo.*] Duo sunt, Hos. 11. 9. *Ego sum Deus & non homo.* [Jesus erat θεάνθρωπος, sed factus est filio hominis despicabilior.] *Et lingua mea.*] Tria sunt in Scriptura. Psal. 35. 28. *Et lingua mea meditabitur, &c.* Job 27. 4. *Si lingua mea meditata est dolum.* [Lingua fidelis, est verus mentis interpres.] Horat. in Barinen. Lib. 2. Od. 8.

—— *Sed tu simul obligasti*
Perfidum votis caput. —— *&c.*

(ut Matth. 5. *Per caput tuum non jurabis.*) *Transfoderunt.*] Duo sunt in duabus significat. cum cametz, Isa. 38. 13. *Sicut leo rapiet omnia ossa mea.* [Ostendit hæc nota Masorethica contra Judæos, quòd legitur כארו cum Vau non כארי] *Audivit.*] Quatuor sunt. Psal. 34. 6. *Hic pauper clamabat, &c.* Psal. 34. 18. *Et Dominus audivit eos.* [Dominus audit etiam preces pauperis.] *Eripe.*] הצילה, unaquaque vox hujus significationis est plena, exceptis septem defectivis, Gen. 37. 21. *Ruben liberabat eum.* Exod. 18. 10. *Liberabat me.* Exod. 18. 8. 1 Reg. 17. 37. *De manu leonis.* Jer. 1. 19. *Ad liberandum te.* Dan. 6. 27. [De profundis pro more suo per media Deus eripit ærumnis.]

Horat.

Horat. Ode 10. lib. 2.

Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus: informes hyemes reducit
Jupiter: idem
Summovet: non, si malè nunc, & olim
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 22.


De cerva.] Sicut pullus cervinus quærit matrem in montibus tremendo ad motum foliorum, vel, lacertæ in rubo, sic erat Christus in Passione.

Horat. Lib. 1. Od. 22.

Quærenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano
Aurarum, & sylvæ metu.
Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum
Dimovere lacertæ,
Et corde, & genibus tremit.

De cerva matutina.] De Christo qui resurrexit manè, S. Aug. & luxit sicut Aurora, dicitque sicut *cerva*, quæ à canibus persequitur, sic multi canes circuierunt Christum, ut in hoc Psalmo dicitur. Vel, *Pro susceptione matutina.*] Deponentes opera tenebrarum, ut in luce ambulemus, Greg. Nyss. ut in Rom. 13. Vel, *De auxilio matutino.*] Ab איל, & אילותי, in 20. v. Menachem. *Dereliquisti me.*] In Cruce, Mat. 27. 46. 1. Proph. 1. Arg. *Habitas in laudibus Israelis.*] Delectaris, attamen non liberas me, ut laudem te, Gr. à divers. 2. Arg. audit, Pindar. Od. 10. Olymp. ἐστὶν ἀνθρώποις ἀνεμῶν, &c.

Rector navis eget ventis, auráque secunda
Vernis colonus imbribus, ὀ οὐρανίων ὑδάτων.
Mansura nos hac præmia
Emeritis damus ——

Ego sum vermis.] Omnium in cruce derisio, Matth. 27. 43. à divers. *Eduxisti me ex utero.*] Virgo Deipara (ut Athanas. scribit) erat rubus sine ullo carnali ardore incombustus, quem vidit Moses in Horeb, ubi, ut sentiunt quidam, mirabilis per Mosem erat incisa scriptura de conceptione Christi, literis Chaldaicis, de qua scribit oculatus testis P. Thom. Obecinus, *Queste lettre si trovano sculpite in una pietra picola posta à piedi del monte Oreb, & si vede la pietra esser di radice del monte ma poco elevata de terra—— Era traditione di loro che quella scrittura fusse di Gieremia Propheta le lettere sono di grandezza più d'un Palmo et mezzo.* Hæc omnia approbantes audivi Romæ multos; verba incisa hæc sunt in antiqua Caldaica lingua interpretante P. Athanas.
 in Chald. אלמהא
id est, Deus virginem concipere seu parere faciet; ubi observa quod nomen Dei in MS. scribitur tribus jodin, indicátq; S. Triadem, & Sacerdotes populo benedicentes, tres digitos extendebāt, Rambam. hæ tres Jodin sunt contractio nominis Jah, ter in Exod. 3. 14. repetiti אהיה, sic in tetragrammato sunt 3. literæ in veritate יהוה, ita hæc Scriptura continet duo mysteria SS. Triadis, & incarnationis, P. Atha. Sed alii (inter quos Morinus) quibus de hac inscriptione Sinaica colloquium habui, aliter sentiunt, ne gru quidem de mysterio somniantes, nec operæ pretium indagare esse existimantes. *Pulverem mortis.*] Sepulchrum 2. 3. Proph. incarna. mor. *Dinumeraverunt omnia ossa mea.*] Quando pendens extentus erat in ligno, S. Aug. Herod. Thal. Polycratem Samium (inter Græciæ Tyrannos magnificentissimū ante tempora Romanorum) Orætes cruci suffixit, ἀνεσταύρωσε, Qui suspensus filiæ visionem exoluit, nam à Jove pluente lavabatur, & à sole ungebatur: hunc exitum habebant tot prosperæ res Polycratis. Milesium etiam Histiæum Sardis perductum in crucem sustulerunt Artaphernes, & Harpagus, Herod. Erat. τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα ἀνεσταύρωσαν, &c. Persæ etiam, inter quos Xerxes multos cruci affigebat, Herod. Polym. Inarúmque tribus crucibus Anitis. Ctesi. *Foderunt manus & pedes.*] India à S. Thoma erat conversa, [ubi, ut P. Athanas. ait, Christiani Thomæi vocantur] Meliaporæ occubuit, Annal. Malabarum, crux ex ejus sanguinis fluxu expressa, ibi extat cum caracteribus ex Malabarica in Lusitanam Romæ translatis ad hunc sensum; *Nacee Deos dã Virgem Maria esteve em sua obedientia trinta annos, & erabum Deos eterno insinou à doze Apostoles sua ley, &c.* Natus est Deus ex Virgine Maria, triginta annos sub ejus obedientia morabatur, & erat Deus sine fine, ad duodecem, &c. *Fratribus meis.*] Fidelibus, Heb. 2. 12. 4. Arg. ab eff. *Fines terræ.*] Gentes, ut Psal. 65. *Omnium finium terræ, &c.* 5. Arg. ab eff. *Omnes in cineribus.*] Id est, qui sunt mœsti corde, דשני, per fidem Evangelii comedunt spiritualiter, & saturantur. *Descendentes in puteum.*] Desperantes. *Non unus vivificabit animam suam.*] Per opera propria, sed comedendo carnem Christi, Joh. 6. 57. *Saturabuntur.*] Nec copiam hujus sæculi concupiscent, nec timebunt inopiam, S. Aug. Pindar. Nemea. Od. 11. Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρεύεμεν. Porrò terrigenas decet, Rerum non cumulum quærere, sed modum. ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι [Nemo enim eventum suum prosperum adversúmve præscivit.] *Declarabunt.*] Apostoli justitiam Christi ad populum ex Gentibus nascendum, ut Joh 16. *De justitia.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 22.

Ajeleth hashahar.] Instrumentum, seu stella matutina, loquitur de Christo, Ital. Sive de luce quæ manè currit velociter, sicut cerva, Hisp. *El luzero.* Vel, pro Assumptione matutina, Vulg. 4°. Trin. Coll. Cantab. Ang. MS. Bodlei. ab איל in Psal. 73. *Fortitudo eorum. Tu laus Israel habitas in sancto.*] Ang. MS. Gall. Vulg. *Pulvere mortis.*] Sepulchro, Ital. *Perforati.*] 2. Ang. MS. Hisp. Ital. Gall. *Percé. Unicam meam.*] Animam, Ang. MS. quam unicè diligo. Gall. *Humilté.* Hisp. *Vida*, vitam. *Vivet.*] In sæculo futuro, Ang. MS. *Comedent.*] De sacrificiis pacificorum, Ital.

Sect. 10. *Ex Vers. Vulg. & Gr. in Psal.* 22.

Respice in me.] Vulg. Heb. אלי, id est, *Ad me.* Lat. MS. Deus meus. *Non ad insipientiam mihi*] Vulg. Gr. Heb. דומיה, Lat. MS. *Silentium.* Edit. 5. σιωπὴ, *Stultus enim silet in porta,* Prov. 24. *Laus Israel.*] Ut in Deut. *Ipse est laus tua, &c. Foderunt.*] ὤρυξαν, Gr. Vulg. Tertull. Justin. *Viscerum.*] Vel, ventris, Vulg. Gr. quia venter est inter viscera. Cimchi. *Humilitatem meam.*] Vulg. Gr. μονογενῆ, id est, humilem

milem animam, Heb. à ענה, *afflixit*, 22. v. *Et anima mea illi vivet.*] Vulg. Gr. Lat. MS. *Anima ejus vivet*, נפשו, Vau pro Jod, & לא legitur cum Vau, לו, ut in Psal. 100. *Ejus sumus.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 22.

De Passione Christi, & vocatione Gentium, Davidis, quando deridebant eum persecutores ejus, Par. Edit. ܠܕܘܝܕ ܟܕ ܡܒܙܚܝܢ ܒܗ ܪܕܘܦܘܗܝ לדויד כד מביזקין בה רדופוהי. Est tertius articulus inscriptionis Sinicę quam Romæ vidi, à P. Athanas. Circher. translatam, *viz.* Una de divinis personis dicta Messias tegendo Majestatem suam: homo factus est de Virgine in Judæa (ut Olò puèn prædicavit) Stella apparuit, Reges venerunt (Matth. 2.) octo disposuit beatitudines, in persona sua descendit ad inferos, & omnia confudit Dæmonia, ad cœlum conduxit bonos, (Mat. 27.) circa meridiem in cœlum ascendit, relinquens 27. Doctrinę Tomos, Baptismum ex aqua & Spiritu instituit, cruce utitur, &c. Olò puèn à nubibus deductus è Judæa erat in Anno 636. Chim quor *& Jen Siè, & in Anno del Signore* 782. *Nel settimo giorno, giorno di Domenica fu inalzata questa pietra essendo vescovo* Nim *Chiù Che guberna la chiesa della China verùm in Syriac. estrangelo Petra inciso dicitur*, ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘܢܝܐ Id est, An. 1092. Græcorum, quia primordia regni Græc. ܝܘܢܝܐ ab Alexan. erant 310. ann. ante Christum, Euseb. Scal. est æra Alexan. ذو القرنين qui vicit duo cornua arietis in Dan. 8. sic respondet numero Sinico 782. exacte, hoc de tempore: materia lapidi incisa erat hæc; Dispensatio redemptoris nostri, ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܦܪܘܩܢ ܡܫܝܚܐ ܘܟܪܘܙܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟ̈ܐ ܕܨܝܢܣܬܐ Et prædicatio patrum ad reges Sinicos. *Non maneo.*] Usque ad auroram. Vel, *Non manes pro me.*] Usque ad auroram, Syr. ܠܨܦܪܐ לצפרא חבחר in Job 36. 1. Heb. דומיה, velut in Psal. 65. 1. *Laus expectat, &c.* *Ob verba clamoris*, vel, *insipientiarum mearum.*] Syr. ܒܡܠܐ ܕܣܟܠܘܬܝ ܘܗܘܐ ܠܐ ܫܠܝܐ ܠܝ במלא דסכלותי Heb. שאגתי, ut *Clamor stultorum*, Eccles. 9. *Israel in laudibus tuis manet.*] Syriac. MS. בשובחך ܒܫܘܒܚܟ pridèm laudavit, & perpetuò laudat te. *Devolvit*, vel, *confidit.*] Syr. velut in Matth. 27. in Syr. sic Psal. 37. *Volve teipsum in Dominum, &c.* *Spes mea ex utero.*] Syr. ܬܘܟܠܢܝ תוכלני Heb. גחי. *Ne deseras me in senectute quando robur meum me derelinquit*, Psal. 102. *Dispersa sunt.*] Non cohærent propter maciem. *Cœlis gutturis mei.*] Syr. לשמי ܠܫܡܝܐ ܕܡܐ ܚܢܟܝ ܐܝܟ ܫܡܝܐ ܗܘܐ guttur enim in modum cœlorum factum est concavum. *Dilacerabant manus meas.*] Syr. MS. בזעו ܒܙܥܘ ܐܝܕܝ ܘܪܓܠܝ Par. Edit. *Enarrem*, vel, *ulularunt omnia ossa mea.*] Præ dolore Syr. אוללו ܘܐܠܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪ̈ܡܝ id est, quasi ululando enarravi in cruce. *Robur meum*, vel, *Deus mi, Deus mi.*] Syriac. איל איל ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ Heb. אילותי. Sectio secunda, פסוקא, S. MS. ܝܚܝܕܝܘܬܝ. *Unicum meum.*] Id est, meipsum qui solus relictus sum, Syr. חידותי ܝܚܝܕܝܘܬܝ & audivit eum Dominus in quo timebar, Heb. 5. ascendebat columnam crucis, descendebat, & triumphabat super Dæmones, fregit caput serpentis, ait Syrus Philosophus in Ode Syra.

ܣܠܩܬ ܠܗ ܥܠ ܥܡܘܕܐ
ܚܙܢܝ ܘܢܦܠ ܘܐܬܛܫܝ ܒܩܒܪܐ ܐܝܟ ܥܛܠܦܐ
ܘܪܗܛܬ ܒܬܪܗ ܘܢܚܬܬ
ܘܒܐܣܘܪܐ ܚܢܩܬ ܨܘܪܗ
ܥܒܕܐ ܫܩܠܬ ܡܢ ܥܨܝܢܐ

——*Ascendi ad eum super columnam.* (Crucis)
Me videns cecidit, & abscondit se in Sepulchro (Gehenna) *ut vespertilio.*
At velociter post eum descendi. (Ad inferos)
——*Ac vinculis collum strinxi.* (Ut Matth. 12. *Primo vinciat fortem, & tunc deripiet spolia.*)
Servum eripui oppressum—— (Dæmoniacos specialiter, & humanum genus.)

Divites, vel, *esurientes terra.*] Qui descensuri sunt ad pulverem propter famem, Heb. דשני, sed Deus *Aperit manum, & replet eos*, Psal. 145. Syr. MS. ܐܫܬܥܐ ܫܡܟ ܠܐܚܝ. *Nomen tuum fratribus meis.*] Sic Syrus Philos. in Ode sua Syra.

ܟܕ ܚܙܝܬܗ ܕܫܘܐ ܗܘܐ ܠܝ ܒܓܢܣܐ ܠܐ
ܗܘܐ ܒܪܒܘܬܐ
ܡܠܠܬ ܥܡܗ ܐܝܟ ܕܥܡ ܚܒܪܐ
ܒܚܪܝܢܘܬܐ

Videns eum esse mihi genere æqualem, non dignitate,
Locutus sum cum illo, sicut cum socio in animositate.

Vivificat animam ejus.] Id est, Deus vitam dat esurienti, Syr. לה ܠܗ Heb. לא, sicut לו, velut in Isa. 9. & Psal. 100. Vel, *Anima mea ipsi vivet.*] Par. Edit. Est ex semine Deo serviente, scil. ex Israele, Syr. MS. ܢܦܫܝ ܠܗ ܗܘ ܚܝܐ ܙܪܥܐ ܕܦܠܚܘܗܝ נפשי להון חיא זרעא דפלחוהי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 22.

De eo quando vicit hostes suos, & de crucifixione, Arab. MS. *Ob sermonem stultitiæ meæ.*] 1. v. Arab. جهلي גהלי, sic in Psal. 14. 1. idem in Arab. & Psal. 22. 2. *Transfoderunt.*] Arab. Rom. Neb. ثقبوا ut in Job 19. & in Gr. *Respexerunt ad me.*] Et gavisi sunt in mea tribulatione, Arab. *Pingues.*] Reges qui sunt *nutritii Ecclesiæ*, ut in Isa. Arab. Neb. Rom. à ملوك מלוך. *Et de manu canis quæ apprehendit me.*] Arab. لدتوشتني ab אחז Hebr. *Animam suam*, vel, *anima mea vivet illi.*] Arab. Neb. Rom.

Rom. נפשי نفسي Id est, Christi anima. *Semen.*] Semen meum serviet illi, sequentésque generationes omnes, Arab. וזריתי ونريتي. In Nebiensi Psalter. sunt verba Cimchii, in hunc Psal. refutantis expositionem Psalmi de Christo, sed non reperiuntur in Codice Cremonæ, nec in multis aliis Codicibus impressis, & MS. *A cornu elate humilitatem meam.*] Arab. ומן אלקרן אלמתעאלי ومن القرن المتعالي Arab. Heb. à רום, & רמים, & עניתני, à ענה, *afflixit, humiliavit.*

1 *Psalmus David. XXII. Heb. XXIII.*
2 *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.*
Super aquam refectionis educavit me.
3 *Animam meam convertit.*
Deduxit me super semitas justitiæ, propter nomen suum.
4 *Nam, & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.*
Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
5 *Parâsti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me.*
Impinguâsti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est.
6 *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.*
Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 23.*

Dictus erat per Davidem de seipso, quando de afflictione evasit, vel, de Israel. exeunte de captivitate Babel, ideoque conjungitur priori Psalmo. Cod. Cremon. In Derash exponitur duobus modis de Davide quando fugiebat à Saule, ut in 1 Sam. 22. 5. *Venit David in saltum Hareth:* sic dicitur, quia erat aridus, & sterilis, מ:נגב, ubi delectatur David in gaudiis sæculi futuri. *Restituit animam, vel, me.*] Ad regnum, *propter nomen suum,* non mea merita. *Ante inimicos.*] Doeg. & Ahitoph. Rabboth exponunt Psalmum hunc de Israel. *Cubare eos faciet.*] Ut Ezech. 34. 14. *Pascam & cubare faciam, &c. Per divisiones aquarum.*] Ut Ezech. 47. 12. *Ex hac & illa parte fluminis arbores. Restituit me.*] Bonis sæculi venturi: hæc exposit. non est in Codice Cremon. sed in Venet. Nunc exponam Psal. in sensu literali, דרך פשוטו. *Pastor.*] Et ego sum ovis. [נאות] Aleph pro Vau. [ישובב] Id est, quiescere facit, sicut Pastor qui non fatigat oves. *Cubare me faciet.*] Sicut Pastor ducit gregem, & pascit in loco graminis, & expandit ibi tentorium manè, & in meridie cubare facit oves in tentorio suo sub umbra ejus, Cant. 1. 7. *Gregem tuum meridie quiescere. Aquas quietis.*] Ne torrens violenter obruat eos. *In valle umbra mortis.*] Sepulchro, קבר, Job 10 21. *Ad terram tenebrarum, & umbra mortis,* assimilat afflictionem sepulchro. *Baculus tuus.*] Sicut Pastor pascit gregem baculum in manu gestans, & in eum, quando stat, sese sustentans. *Illa consolabuntur.*] Dicit *illa,* scil. baculus & virga, duabus in eundem sensum vocibus usus est. *Mensam.*] Inimici vident gloriam, & affluentiam meam. *Calix meus exuberat.*] Et qui bibunt ex eo saturi erunt, & hic ostendit bonitatem Dei versus se & suos. *Bonitas & misericordia persequuntur me.*] Sicut gratias tibi ago pro beneficiis acceptis, sic precor ut sint mecum, ut prœlia mea, & negotia mundana ne sint impedimento mihi, sed ut *habitem in domo Domini. Ad longitudinem dierum.*] Ut colam te diu longævus. *In domo Domini,*] Loco Arcæ.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 23.*

Est Psalmus honorabilis, David est sicut ovis pastorem agnoscens. *Per aquas quietis.*] Ex quibus diligunt oves bibere, R. David. *Restituit, vel, quiescere facit animam meam.*] Sicut pastor oves, non fatigat eas ducendo de pascuo ad pascuum, sed cum quiete בשובה, Isa. 30. *In semitis justitiæ.*] In plano, non in montibus, & convallibus in quibus fatigantur oves, R. David. *Umbra mortis.*] Famis in mundo. רעב, vel, afflictionis alterius. *Virga tua.*] Sicut pastor virga monstrat viam gregi, denotátque Dei præsentiam. *Preparâsti mensam.*] Indicat gaudium servorum Dei, in spe futuri contemnunt gaudia hujus sæculi, רעננו, & sunt quasi uncti oleo, gaudio in cœlestibus fixo. *Mensam.*] Opposit. ad *gramen viride* prædictum. *In præsentia inimicorum.*] Opposit. ad *umbram mortis. Calicem.*] Respondet ad *aquas quietis. Misericordia.*] Ad *alios. Bonitas.*] Ad *meipsum. Persequuntur me.*] Ita assuetus sum illis, ut si obliviscerer eorum, quasi persequerentur me.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 23.*

Pastor meus.] Ecclesia est pecus Domini, ut in Psal. 100. *Nos oves pascui sui,* ipse est Deus noster, nos sumus populus ejus. Dixit R. Josi bar Hanina, non est officium magis contemptibile quam pastoris, tamen hoc assumit Dominus. *Non egeo.*] Mos hujus mundi cum viatore est, prima die parat vitulum, secunda agnum, &c. singulis postea diebus minus minúsque. Israel. in deserto, per quadraginta annos, eandem habebant mensam, Manna erat omnia omnibus. Non indigebant nisi verbo prophetiæ, & conversione ad Deum, qui ob eorum duritiem non locutus est cum Mose per quadraginta annos, R. Simeon ben Jochai, R. Johan. Israel in deserto non egebat veste, quia vestes parvulorum crescebant cum corporibus, nec mirum, cum videmus hoc quotidie in החלזון, R. Simeon [est vermis niger herbas consumens & arbores, alii dicunt quod est piscis cujus sanguine tincti sunt panni colore Hyacinthino, vel, est creatura cujus casa semper crescit secum, Aruch.] *Aquis quietis.*] Aquæ,

Aquæ putei sunt ad lavandum, etiam ad bibendum aptæ. ישובב.] Per legem suam, ut in Psal. 19. *Convertens animam.* *Mensam.*] Manna. Vel, *Pastor meus.*] Quando David fugiebat à Saule, vel, pastor Israel. ut in Ezech. 34. *Quietis.*] Ut in Ezech. 47. *Et per fluvium, per ripam ejus, &c. Folium in medicinam*, ad aperiendum os mutorum, vel, os sterilis, R. Sam.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 23.*

Precatur in egestate sua ut non deficiat penitùs. *Aquis quietis.*] Det mihi necessaria sine cura, ut non consumam dies meos in acquirendis iis. *Justitia.*] Ut incedam in aurea mediocritate, non in extremis. *Virga tua.*] Quà percussisti me. *Baculus.*] Auxilium tuum post correctionem. *Persequentur me.*] Indesinentèr. *Habitabo*, vel, *Redibo.*] שבתי postquam expulerunt me *de hæreditate Dei*, sicut in 1 Sam. 26.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 23.*

Psalmus Davidis.] Ad attrahendum super David spiritum prophetiæ, ר'ו'ל'. *Pastor meus.*] Quando David erat in deserto Hareth, 1 Reg. 22. 5. Hareth, sic dicitur, quia locus erat calore adustus, sed Deus ipsum fecit germinantem, ר'ו'ל', Venet. MS. *Umbra mortis.*] Deserto Ziph. quando nulla erat via evadendi è morte, 1 Reg 23. 26. *Virga tua.*] Afflictiones, יסורי, ut Job 9. *Tolle virgam tuam, &c.* *Baculus.*] Id est, promissum regni Davidici, & misericordia in quam seipsum fulcivit ad peccati remissionem, ומסרך [ut Isa. 3. *Baculum panis, &c.*] *Convertit animam.*] Ad statum pristinum, languida, enim & penè mortua erat propter afflictionum æstum, MS. *Mensam.*] Regnum ad quod unctus erat per Samuel.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 23.*

Pastor meus.] Ducebat populum suum in deserto sine defectu aliquo. *Valle umbra mortis.*] Captivitate. *Caput meum.*] Caput Sacerdotum meorum, כהני. *Baculus tuus.*] Lex, ut in Psal. 110. *Virga potentia tuæ.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 23.*

Ducit me.] Duo sunt, Num. 23. 7. *Duxit me de Aram*, [Baalami maledictio ductu Dei erat in benedictionem.] *Et misericordia.*] Quinque sunt cum Cametz, symbolum est, טבא רדף חויא נטר אסתר Prov. 21. 21. *Qui persequitur justitiam*, in quo reperitur רדף, Job 10. 12. *Fecisti vitam*, ibi חויא reperitur, Nehem. 1. 5. *Servans misericordiam*, ibi est נטר, Est. 2. 17. ibi est *Ester.* [qui justitiam operatur misericordiam consequitur.]

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 23.*

Non erit mihi indigentia.] Cura sequitur divitias, ut Eccles. 5. & avaritia, & qui contentus est sua sorte beatior est.

Horat. Lib. 3. Od. 16.

Cresentem sequitur cura pecuniam,
Majorúmque (opum) *fames. Jure perhorrui*
Latè conspicuum tollere verticem.
Quanto quisque sibi plura negaverit,
A diis plura feret. Nil cupientium
Nudus castra peto: & transfuga, divitum
Partes linquere gestio
(Ut Agur, Prov. 30.)

Contempta Dominus splendidior rei,
Quàm, si quicquid arat non piger Appulus
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
——*Et segetis certa fides mea,*
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Importuna tamen pauperies abest.
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
——*Bene est, cui Deus obtulit*
Parca, quod satis est, manu.

Pastor meus.] Joh. 10. 11. Christus dicit, *Ego sum pastor bonus*, qui pascit oves suas doctrina, sicut in pascuo, & dat illis de *Spiritu suo* ad bibendum, Joh. 7. 37. *Ex ventre suo flumina*, 1. eff. & simile à pastore; ut,

Horat. Lib. 3. Od. 29.

Jam pastor umbras cum grege languido,
Rivúmque fessus quærit, & horridi
Dumeta Sylvani, carétque
Ripa vagis taciturna ventis.

In semitis justitiæ.] Per fidem in eum, sicut pastor reducit errantem ovem, 2. eff. *Umbra mortis.*] Hujus vitæ, quæ umbra mortis est, S. Aug. *Virgam tuam.*] Evangelium, ut Psal. 110. Vel, *Virgam.*] Qua percutit oves. *Baculum.*] Quo capit oves, & tenet in via, vel, ducit ad locum ubi cubant ab æstu, ut de Mercurio fingit.

Horat. Lib. 1. Od. 10.

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgáque levem coërces
Aurea turbam.——
(Animorum, sic Angelus Lazarum, Luc. 16.)

Præparabis mensam.] Ut in Luc. 22. *Sedebitis ad mensam meam, &c.* *Caput meum oleo.*] Ut Reges, Sacerdotes, & prophetæ, Apoc. 5. 10. quia hi tres erant uncti, & in Matth. 19. *Sedebitis in thronos, &c.* literaliter dicit *oleo*, quia unguento homines delicatiores in festis usi sunt.

Horat. Lib. 3. Od. 14.

I, pete unguentum puer, & coronas,
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem, &c.
(Id est, unguento myrrhino.)

Et Od. 20.

Sparsum odoratis humerum capillis.
(Ut Eccles. 9. *Ne careat unguento.*)

Dicitur hic Psalmus de Christi officio sub typo Davidis.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 23.*

[טבטך] Id est, cura tua de me, Ital. *Cum oleo.*] Sicut mos erat in conviviis, Ital.

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal. 23.*

Regit me.] Vulg. à תרועם, in Psal. 2. *Reges eos virga ferrea.* *Animam meam refecit.*] Lat. MS. in ærumna me consolatur. *Quam præclarus est.*] Vulg. quam bonum est & jucundum videre, & bibere Calicem plenum? *Calix meus.*] Vulg. Æthiop. Gr. ποτήριόν σου, tuus. *Et subsequetur me misericordia tua.*] Gr. Vulg. est oratio pro hac Dei misericordia, ut inhabitet in domo Domini in æternum.

Sect.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 23.

De Davidis regia mensa, & conversione Gentium de novo, Par. Edit. *Pastor.*] Est *unus pastor, & unum ovile*, ut in Joh. 10. Ex Judæis & Gentibus. *Propter nomen tuum si ambulavero.*] Syr. si tui gratia afflictus sim, & persecutus, [illegible] [illegible] מטל שמך אפן אהלך בגחלו טללי מותא. *Certo.*] Vel, sicut vita, Syr. חיא, Heb. איך, per transpositionem: Syr. [illegible] Id est, quamdiu in vivis ero, persequetur me tua misericordia. *Coram inimicis meis.*] Etsi me opprimant non indigebo.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 23. *Heb. Arab.* 22.

Et ad semitas justitiæ convertit animam meam.] Arab. ואלי סבל والى سبل, *Solummodo bonitas.*] Et dulcedo est in Calice quem mihi dedisti. Gr. κρέτισον, אך טוב, junge ad præcedentem versum. *Calix tuus.*] Arab. וכאסך وكاسك est Calix meus quem tu dedisti mihi plenum. *Persequentur*, vel, *erunt mihi instar umbræ.*] Ar. ויטללאני [illegible] à צל umbra.

---

1 *Prima sabbati, Psalmus David. XXIII. Heb. XXIIII.*

Domini est terra, et plenitudo ejus: orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

2 *Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina præparavit eum.*

3 *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?*

4 *Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.*

5 *Hic accipiet benedictionem à Domino: et misericordiam à Deo salutari suo.*

6 *Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.*

7 *Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.*

8 *Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens: Dominus potens in prælio.*

9 *Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales: et introibit rex gloriæ.*

10 *Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 24.

Psalmus erat compositus quando obtulit David holocausta in monte Moriæ, in 1 Paral. 16.4. *Terra est Domini.*] Specialitèr mons Moriah est Domini, quia est oppositus throno gloriæ. *Mundus.*] חבל, pars habitabilis, ideo subdit, *illi qui habitant in illa.* *Terra.*] Verbum generale, ארץ continet etiam inhabitatam. *Super maria.*] Urbes ædificantur super flumina in usum, & necessitatem incolarum, sed mons Moriah non pro omnibus filiis hominum, sed pro *puris corde*, solùm præparatur, id est, semine Jacobi, quod erat plerúnque purum, ut in diebus Josuæ serviebant Domino, & in diebus Judicum, & Regum piorum, non sic Gentes, non adhuc serviunt Domino unà omnes. *Super mare.*] Quia non est urbs terræ inhabitata 18. diebus à mare distans, vel, dicit *super*, quia ab initio Terra erat infra aquas, sicut Aer suprà aquas, & Ignis supra Aërem. *Quis ascendet?*] Non omnis, quia locus sanctus est. *Puras manus.*] Debet esse purus corde, ore, opere, in tribus. *Non tulit animam meam in vanum.*] Non juravit falsò, ut Exod. 20. *Non tolles nomen Domini in vanum*: dicit *animam meam*, id est, nomen meum, ut dicitur, *Juravit Dominus per animam suam*, id est, seipsum. Judæi nomen Dei scribebant mysticè, & apertè pronunciare prohibebant: In Pirke Avoth dicitur unum est errans, aliud præsumptuosus in profanatione nominis, אחד סוּר ואחד שוגג, & Targum Jonathan. Syriacis literis in Vaticana Romæ, P. Athanas. [illegible]

[illegible] Est in caractere estrangelo in MS. & apud P. Athanas. sed deficit vox [illegible] à me suppletur ex Codice, sensus est, Popule Israel non sit qui patefiet nomen Domini Dei, quia non justificat Deus eum in die judicii magni, Chaldæi cum tribus Jodin ייי scribunt hoc nomen, Gr. sic, $\overset{\text{I}}{\alpha\omega}$ circulo inclusum, ut Diod. Sic. scribit de Mose ab Jao suas acceptas esse leges dicebat, Lib. 3. Cophtitæ scribunt IHC XC, ut Latini mysticè nomen Jesu Christi, sæpe vidim' hoc in Roma subterranea in *Cæmiterio di Calisto*, Armeni per duas literas primam & ultimam Alphabeti ա & օ Aip & Aipun (ut Gr. per α & ω) sic in Armen. MS. Vatican. vidi ա literam Aip circulo, id est, Aipun majuscula inclusam ad denotandã trinitatem ա in unitate օ, sic Cophticè nomen Dei est ⲫ† indicat circulus æternitatem, & crux crucem Christi, ut ait P. Athanas. nomen hoc non variatur numero & casu, sicut nec Jehovah. Omnia hæc huc tendunt, scil. ad reverentiam nominis divini, vid. etiam Targum in Levit. 24. de lapidato. *Benedictionem.*] Id est, donum, Gen. 33. 10. *Accipe benedictionem servi tui.* *Et justitiam à Deo salutis.*] Id est, declarabit justitiam suam quando præservat eum ab afflictione, vel eripit ex ea. *Quærentium illum.*] Id est, eorum qui habebant manus mundas in diebus Solomonis qui ædificabat Domum. *Qui quærunt faciem tuam sunt Jacob.*] Id est, sunt Israelit. vocati omnes Jacob. Isa. 44. 2. *Ne timeas serve Jacob.* *Levate capita ô portæ.*] Derash non est in Codic. Cremon. Est per similitudinem, sicut istud *Lætetur ager & omne in illo,*

 sic

sic *Levate*, quasi *capita vestra* præ gaudio, quia magnus erat vester honoa quando ingreditur. *Rex gloria.*] Id est, Arca, quia super eam habitabat Dominus gloriæ inter duo Cherubim, & quando profecta est Arca, dixit Moses, *Surge Domine*, & quando quievit, *Revertere Domine*, Num. 10. 35. *Porta aterna.*] Sicut dixit Solomo, *Locus habitationi tua fixus*, ex quo ad multos annos non removebar Arca, sed ante hæc à deserto in Gilgal. à Gilgal. ad Shiloh. à Shiloh. ad Pelistæos & Bethshemes. & Nob. Ciriath-jearim. & Obed Edom proficiscebatur. *Quis est rex gloria.*] Quasi portæ respondebant, ac interrogabant hanc quæstionem. *Fortis in bello.*] Dicit in bello, quia marte hostili superabant hostes, & Arca erat illis in bello in adjutorium. *Dominus exercituum.*] Nam Israelitæ exercitus Domini terrestres ad templum veniebant, & ibi sacrificia (non alibi) offerebant.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal.* 24.

Super, vel, *cum mari.*] R. Moseh, על pro עם, ut Exod. 35. 22. *Cum mulieribus.* Et ben Bileami dicit *prope*, vel, *per mare.* *Quis ascendet in montem Domini?*] David composuit hunc Psalmum post negotium Ornani Jebusæi, quia ibi erat templum ædificandum. *Non accepit animam*, vel, *meipsum in vanum.*] Id est, nomen meum, נפשי sic legitur, sed scribitur נפשו *anima sua* in honorem Dei, ut 1 Reg. 1. 21. *Ego & meus filius Solomo erimus peccantes*, id est, tu David eris, sed in honorem Regia dicit, *Ego, &c.* *Generatio quarentium te.*] Post ædificatum templum. *Illi sunt semen Jacobi in veritate.*] זרע intelligitur, ut Isa. 41. 8, 14. *Servus meus Jacob*, id est, semen Jacobi. *Selah.*] In veritate. *Capita vestra, porta.*] Repetit bis monstrando reditum gloriæ Dei, & captivitatis populi sui, ideo non facit mentionem *fortis in pralio* secunda vice, quia in diebus Christi non *discent pralium amplius*, Isa. 2. בשוב הכבוד בבוא הגואל. *Porta aterna.*] In domo tertia, בבירת שלישי, stabunt ad honorem Dei in æternum. *Levate capita.*] Quia mons Domini exaltatur suprà omnes alios montes.

Sect. 3. *Ex Midrash Tilin. in Psal.* 24.

לדויב מזמר] Id est, Psalmus quando prophetia à seipsa super David insiliit, R. Eleaz. R. Sol. R. David. *Domini est terra.*] Tunc in honore habebant Davidem, ut præfectum Domini in terra Israelis, sed quando vendidit Dominus terram in manum inimicorum tunc conspirabant contrà David. *Et plenitudo.*] R. Joh. dixit, Angeli creati sunt die secundo, ut in Psal. 104. de secundo die, dixit, *Faciens Angelos suos, &c.* Rish Lechish dixit in quinto die, & *Volucrem volantem*, Gen. 1. &c. De Angelis dicitur, & cum *Duabus volabat*, Isa. 6. Non erant primo die creati, ne reputarentur coadjutores Domini, qui solus extendebat cœlos, R. Luliani. *Terra.*] Moses ascendebat ad Dominum, & novit sublimia & inferiora, David inferiora solum, sicut Epitropus Regis in agris novit solùm res agri, R. Azariah, Berechiah, Nehemiah. *Plenitudo.*] Rex terrestris in uno penetrali, non est simul in eodem instanti foris, sed Deus replet omnia, R. Phinehaz. *In montem Domini.*] Moses ascendebat. *Purus manibus.*] Dixit Moses, Num. 16. *Non accepi unum asinum.* לשוא נפשו] Moses in justitia *accepit animam*, id est, non interemit Aegyptium injustè, & falsi insimulando. *Non jurabat in vanum.*] Quando jurabat cum Jethro. Exod. 2. ויאל, ab אלה, ut in 1 Sam. 14: *Adjurabat Saul, &c.* Vel, de Abrahamo dicitur, ut in Gen. 14. *Elevavi manum, &c.* in juramento, & ascendebar Abraham ad montem Moria, Gen. 22. Et Jacob ascendebat ad Bethel. & jurabat cum Labane. *Rex gloria.*] Ipse (qui dat de honore suo timentibus eum) expectabat sanitatem Miriam, Num. 12.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 24.

Supplicat pro Israel. ut digni sint sæculo futuro. *Super maria.*] Quia congregavit aquas ad latera terræ. *Montem sanctum.*] Jerusalem futuram. *Non accepit in vanum animam meam.*] Id est, animam à Deo inspiratam (quam ego etiam accepi) *non accepit in vanum*, sed instruitur in lege Dei. *Jacob.*] Generatio Jacobi. *Elevate porta.*] Sicut in Isa. 60. *Aperientur porta tua semper, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 24.

Terra.] Israelia fundata super septem maria quæ circundant eam, & quatuor flumina Jordan. Jirmoc. Ceramon. Pugah. Ven. & MS. תבל] Terræ Gentium. *Animam ejus.*] Nomen ejus, quia ipse & opera sua, &c. שכך מעשיו הן. *Elevate.*] Quando Solomo introduxit Arcam, portæ invicem adhærebant, &c. in Derash. *Porta aterna.*] Quia gloria Dei in æternum habitatura erat in templo. Vel, sanctitas earum est sanctitas sæculi, vel, in æternum, MS. שקדושתי עולמית in Ven. שקדושתי קדושת עולם sensua MS. potest esse, quod mundus ex sanctuario sanctificatur, sic Deut. 33. *Brachia aterna*, vel, *Brachia mundi.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 24.

Montem Domini. Montem sanctuarii. *Non elevavit animam suam.*] Non jurant falsò contra animam suam. *O Porta.*] Sanctuarii. *O Porta.*] Edenis.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 24.

Psalmus Davidis.] Sunt septem, cætera sunt, *Davidis*. Psal. 40. 1. Psal. 68. 1. Psal. 101. 1. Psal. 109. 1. *Salutis* (in nostris codicibus est, *Laudis*) Psal. 110. 1. Psal. 139. 1. *Quis stabit?*] Duo sunt Nah. 1. 6. *Quis stabit coram ira sua?* (nempe qui stat in sancto.) נפשו] Scribitur, sed legitur נפשי. לשוא] Aliqui scribunt Vau Parvum, ad indicandum quod minima vanitas est vitanda ab eo qui habitat in sancto monte. [Sed Masora parva non notat Vau hoc loco, nec in antiquis, MS. Legis voluminibus observavi Romæ, vel alibi discrimen hoc inter literas majores & minores.] *Capita vestra.*] Sex sunt, socius ejus, Psal. 24. 9. Levit. 10. 6. *Denudate capita.* Deut. 29. *Capita vestra.* Isa. 29. 10. *Capita vestra prophetas*, Ezech. 24. 23. [Reges, Sacerdotes, & Prophetæ erant populi capita ad officium per oleum unctionis consecrata.] *Quis est iste rex?*] מי הוא זה, Tria sunt sic juncta, in Jer. 30. 21. Est. 7. 5. *Quis est iste cujus cor implevit illum, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 24.

Prima hebdomada.] Gr. dies Dominicus est, S. Aug. & mos erat cantare speciales Psalmos in diem omnem septimanæ, ut 1 Chron. 23. 30. *Laudare Deum omni die*, & in Psal. 92. *Canticum pro sabbato*, inter septem dies uno, & alibi in Græco sunt Psalmi pro quarta, quinta, &c. *Super flumina fundavit eam.*] Pro exemplo plena civium, & platearum erat

Roma

Roma vetus, cujus suburbia ad mare pertingebant via Ostiensi, ubi Trajanus, & Claudius ante eum fecerunt portum spatiosum, & usque ad Neapolim via Appia apud Baias, & promontorium Misenum erat Roma nova super mare ædificata, ubi erant villæ Neronis, Luculli, Marii, Hortensii, Ciceronis, & reliquorum celeberrimorum Romanorum, cujus adhuc aliqua extant vestigia. In via Appia erant suburbia, ubi nunc super mare apparet dulce Formiæ littus maris nunc Mola, hic hodiè vina sunt generosissima.

Horat. Lib. 1. Od. 23.

——Mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Locus nunc dictus Caieta, & Terrecina, Fundi, Puteolíque in suburbiis erant, irrigabatur Tibere.

Horat. Lib. 1. Od. 2.

Vidimus flavum (turbidum) *Tiberim retortis*
Littore Hetrusco violenter undis.

(Irrigabatur & Almone) *Vagus & sinistra labitur ripa,* (quia maxima pars urbis est hodiè à sinistra, vel, dicit *flavum* per excellentiam, ut *flava* coma tunc hodiéq; est Italæ mulieris gloria.) Non est littus amœnius Puteolano, ubi sunt vestigia Molis famosissimæ à Seneca memoratæ in tutelam navium hybernantium: ibi fabulantur de Campis Elysiis (hodiè *Campi di grano*) & quod hic Ulysses inamoratus erat de Nympha Calypsone; in corde urbis sunt fontes ad irrigandam eam. Claudius, Vespasianus, & Titus Imperatores adducebant aquas per Aquæductus 62. Milliar. & adhuc apparent ruinæ magnæ Thermarum, Naumachiarum, &c. sicut tot maria intra muros Romæ, circumvallata ad spectatores aptissimè, ut Pindar. Nemea Od. 9. ἐπτάπυλος Θήβας, sic septicollis, hæc urbs urbium erat, quasi Microcosmus, ut in Apoc. 17. *Posita super aquas multas,* de Roma.

Horat. Lib. 3. Od. 3,

Horrenda latè nomen in ultimas
Extendat oras——
Qua parte debacchentur ignes:
(Zona torrida)
Qua nebula, pluvilque rores.

(Zona frigida ubique terrarum inerrabat, cujus septem montes adhuc habitantur.)

Horat. Carmen sæcul.

———Quibus septem placuere colles
Dicere carmen
———Possis nihil urbe Roma
Visere majus.

Vel, *Fundata per maria.*] Quia humiditas aquarum facit terram aridam conglutinare, quæ alitèr in pulverem rediret, sic a Pet. 3. *Consistens ex aqua, & per aquam.* *Terra est Domini.*] Ut in Apoc. 11. 15. *Regna mundi facta sunt Christi,* in 1 Cor. 10. sic applicatio hujus loci ad omnes fideles qui habent jus ad res hujus mundi sine discrimine. *Montem Domini.*] Novam Jerusalem. ut Heb. 12. *Manus mundas.*] Non tetigit immundum istud, 2 Cor. 6. 17. Non magna munera, sed immunis manus, mensque sincera Deo placent.

Horat. Lib. 3. Od. 23.

Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit aversos penateis
Farre pio, & saliente mica.
(Sal erat in lege Levit. 2.)
Cœlo supinas si tuleris manus.
(ut 1 Tim. 2. *Elevantes puras manus.*)
Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Nam quæ nivali pascitur Algido
(Trescata nunc dicta)
Devota, quercus inter, & ilices:
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, Pontificum secures
Cervice tinget. Te nihil attinet
Parvos coronantem marino
Rore deos——

Ad vanitatem.] Ut in Ezech. 18. 6. *Non elevavit oculos suos ad idola.* *Juravit.*] Sumitur pro omni cultu Dei, ut in Jer. 4. & in Deut. *Jurabis per nomen ejus:* id est, non servit Deo in hypocrisi, subj. regni Chr. *Faciem tuam.*] Id est, Christum è Jacobo oriundum. *Levate capita.*] Et recipite Christum in portas Novæ Jerusalem. eff. vel, de ascensione Christi, Cyril. *Rex gloriæ.*] Vel, triumphi similitudo est apud Romanos, qui habebant triumphalem portam (& Arcum) in sublime elevatum, per quam triumphantes in urbem intrabant in aureo curru, qui à juvencis intactis, ut Arca Dei, 1 Sam. 6. trahebatur.

Horat. Epod. 9.

Iô triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boves.
(Pro sacrificiis)

Et adhuc extat visendus modus triumphandi marmore incisus in Capitolio Romano; Senatores portabant palmas in manibus.

Horat. Lib. 1. Od. 1.

———Palmáque nobilis
Terrarum dominos evehit ad deos.

Et populus ramos palmarum in viis dispersit (ut in Matth. 21. in triumpho Christi, & in Apoc. 7. in turba palmifera) Arabica aromata incendebant, & tubas sonabant, captivósque reges ducebant in triumpho per viam sacram ad Capitolium.

Horat. Epod. 7.

Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus via.

Extant hodiè ruinæ arcus triumphalis Constantini propè Colosseum, quando intrabat super Tyrannum Maxentium, quem vicit signo Crucis triumphando, Euseb. Et hic Constantinus fecit Christum Romæ triumphare post 10. persecutiones, cum quo triumpho potest hic Psalmus conferri. Similiter testat Arcus Titi, cujus caput adhuc erigitur, per quem intrabat triumphando post captam Jerusal. (& paravit viam pro Christi triumpho, auferendo templum Judæorum, candelabra, mensas, & columnas, nunc, ut aiunt, in Ecclesia Sancti Petri in Vaticano, in decus fidei Chri-

stianæ à S. Petro prædicatæ) ut Saul 1 Sam. 15. erexit fornicem triumphalem, Vulgat. ibid. in monte Carmel post ruinam Amalec, & Romæ vidimus columnas varias integras in honorem victorum trophæa erecta, Columnam Antonini, Trajani, Duilii que, pro more Græcorum, Pindar. Nemea. Od. 4. Columnam ponere rectam, (ut Absalomi Columna.) Potest referri hic Psalmus ad resurrectionem Christi, quando cœpit regnare, 1 Cor. 15. & non cessabit donec hostes ejus fiunt scabellum pedum suorum, quia addit Græcus in titulo, Psalmus pro primo die septimanæ, id est, die resurrectionis.

Sect. 9. *Ex Vers. Vulg. Ital. Hispan. & MS. Angl. in Psal. 24.*

Cum tota terra sit Dei, ex ea selegit populum peculiarem, cujus conditiones recitat. 2. præcipit terræ principibus, ut benigne tractent hanc suam plebem cujus Christus est rex: Hispan. *y traten benignamente. Super*, vel, *prope mare.*] Ital. ut in Gen. 1. *Sobre*, Hisp. Psalmus est de resurrectione & glorificatione Christi, Ang. MS. Prima sabbati, Vulg. *Non accepit animam suam in vanum.*] 2. Ang. MS. Vulg. Ital. Hisp. *Mi anima*, animam meam. *Qui quærunt faciem tuam in Jacob.*] Id est, illorum de Jacobi filiis, qui sunt sinceri corde, Ital. seu, *Dei Jacob.* Gall. Hisp. *Es à saber Jacob. Vos principes attollite portas.*] 2. Ang. MS. Vulg. Hisp. *ò Cabeças alead, &c. Rex.*] Arca sic vocata per nomen Dei, Num. 10. *Exurgat Deus, &c.* Ital. Post tres dies templum corporis reparavit, Vulg. 4°. Trin. Coll. Cant. MS.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 24.*

Animam suam in vano.] Id est, non juravit per vitam suam falsò, Gr. Vulg. Heb. נפשו. Vel, *Non exaltavit*, נשא, *frustrà animam suam.*] Lat. MS. sed exaltavit eam, ut Jehosaphat in viis Domini, 2 Paral. 17. *Selah*, vel, *semper.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 24.*

De prima die in qua Deus incepit creationem. Par. Edit. [Syriac] עַל יומא קדמא דשרי אלהא דנעבד בריתא. *In mari fundamenta ejus posuit.*] Syr. [Syriac] ימא ... שתאסיה ... מטול דהו ביומא ..., id est, mare & flumina fortificant aridam. Vel dicit, *In mari fundamenta*, quia terra erat tota aquis operta, Gen. 1. *Quis ascensurus est?*] Id est, quænam in terra creatura? & ita cohæret. *Purus*, vel, *Electus est in corde suo.*] Syr. licèt peccet, tamen cor ejus est perfectum, ut Abr. [Syriac] ונבא לבא, à ברו, *Eligite virum*, in 1 Sam. 17. *Qui non jurat in anima aut vita sua falsò.*] Syr. MS. בנפשה [Syriac], Heb. נפשו, id est, non jurat falsò, dicendo, *Ego vivo, &c.* Herod. Erat. Glaucus Lacedæmonius ob justitiam inter omnes optimè audiit, ideoque vir Milesius dimidium census sui apud Glaucum deposuit, quod postea negavit, & Delphos se contulit ad Oraculum consulendum, an εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα λῄσεται, perjurio pecuniam prædaretur; cui Pythia respondit,

—— ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα. ——

* *Omnem perdit, prolemq; domumque.*

(sc. perjurium.) His auditis Glaucum pœnitet, cui Pythia, æquivalent tentare Deum, & facere τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι. Glauci que nunc nulla superest, neq; soboles, neq; domus. E contra, Zenoph. pæd. Cyr. lib. 1. Novi Cyrum regem, & eos qui sub rege essent, etiam iis qui ultima scelera perpetrassent, sive jusjurandum inviolatum præstare, sive dextras dedissent constantissimè observare solitos, si non, ne unus quidem eis credidisset. *O Deus Jacobi.*] Syr. אלהא [Syriac] *Attollite capita vestra.*] Præ gaudio, velut in Mat. 24. *Attollite capita vestra*, nam redemptio vestra appropinquat: sic in Lam. 2. 18. ad murum, *O mure, fac ut descendant lachrymæ.* Dicit, *Attollite*, quia quando portæ sunt ædificatæ, sunt elevatæ supra murum. *Selah.*] Vel, in æternum. Syr. לעלם [Syriac].

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 25.*

De vocatione Gentium, & incarnatione, Arab. MS. *Super maria.*] עלי אלבחאר, على البحر, Arab. Neb. Rom. quia de terra descendimus in mare, Psal. 107. *Non inlit mendacium in anima sua.*] פי נפסה في نفسه Arab. id est, non diligit mendacia. *Faciem Dei Jacobi.*] Arab. Neb. Rom. Gr. אלה الله. *O Capita*, vel, *Principes.*] אלרווסא الرؤوسا, Arab. Neb. sed Rom. الملوك, אלמלוך, O reges, id est, O Principes, facite portas pulcherrimas & Arcus in honorem Christi venturi in carne, vel per Evangelium inter Gentes.

---

1 *In finem, Psalmus David. XXIV. Heb. XXV.*

AD te Domine levavi animam meam.

2 *Deus meus in te confido, non erubescam:*

3 *Neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.*

4 *Confundantur omnes iniqua agentes supervacuè.*

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

5 *Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui tota die.*

6 *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.*

7 *Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.*

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

8 *Dulcis*

8. *Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.*

9. *Diriget mansuetos in judicio: docebit mites vias suas.*

10 *Universæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum ejus & testimonia ejus.*

11 *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.*

12 *Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.*

13 *Anima ejus in bonis demorabitur: & semen ejus hæreditabit terram.*

14 *Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.*

15 *Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.*

16 *Respice in me, & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego.*

17 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.*

18 *Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte universa delicta mea.*

19 *Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.*

20 *Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quoniam speravi in te.*

21 *Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.*

22 *Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 25.*

HIc Psalmus est alphabeticus, & in uno versu sunt duæ literæ, & hodie nescimus quare hi & non alii sunt Abecedarii, nisi secundùm dignitatem eorum sint in hunc modum compositi. Beth non est in principio versus, nec Vau, nec Coph, & Resh est duplex: aliqui aiunt quod Beth est in medio 2. versus, & Vau in ולמדני. Videtur quod mens Prophetæ ita in legem erat intenta, ut omnes literas legis ab Aleph ad Tau percurrebat. *Levo animam meam.*] In oratione, Lam. 3.41. *Elevemus corda nostra.* Vel ut Minchah. Gen. 43. ult. à משאת. Vel, ad recipiendam mercedem operis à Deo, ut Deut. 24.15. *Levat animam suam.* Vel, in manus tuas commendo animam, ut Psal. 31.5. *Derash.* Non est in Cod. Cremon, *Ne confundar.*] In spe mea. quandò reddis mihi quod peto, ut Job. 6.20. *Confundantur quia expectabant,* & non fruebantur. *Transgrediuntur.*] Injuriâ me afficiunt. *Qui confidunt in te.*] Id est, cuncti verè Israelitæ; me exaudiendo, illos omnes etiam exaudis, Derash. *Vias tuas.*] Providentiam in creaturas, generalem & particularem; creaturæ sunt scala ad cognitionem Creatoris ducens, sicut orat Mosch, Exod 33.13. *Ostende mihi viam, ut cognoscam te. In veritate tua.*] Veritate essentiæ tuæ, quam non potest homo (viator) quamdiu est in corpore comprehendere, ut Exod. 33.20. *Nemo videat me & vivat:* ideò addit, *Doce vel assuefac me.*] Sicut parvulus ad ambulandum assuetus. *Salutis meæ.*] Serva me à molestiis hujus sæculi, ut fruar futuri deliciis. *Omni die.*] Vitæ meæ. *Semper ab ævo fuerunt.*] In tempore formationis in utero, & adolescentiæ post exitum ab utero. ideòque multò magis memento nunc erga me *misericordiarum. Peccata juventutis.*] Aberrationes, quando judicium meum non erat maturum. *Transgressiones.*] Contra scientiam adeptam post 20, Ann. quando quis est *filius præcepti*, tunc est transgressor פשע, & rebellis contra Dominum, & tunc redemptionem animæ suæ obtulit, Exod. 30. *Peccatores in via.*] Conversionis. *Humiles docebit.*] Qui humiliant sese coram eo, & convertuntur, eos ducet in judiciis Domini. *Semita Domini.*] Semitæ legis. *Et veritas.*] nulla perversitas est in illis. *Custodientibus fœdus suum.*] Non qui *pervertunt rectum*, ut Hos. 14 ult. *Viæ Domini sunt rectæ: peccatores cadent in illis. Propter nomen tuum.*] *Dominus, Dominus, misericors, &c.* Exod. 34.6. *Grave est.*] Peccatum cum Bathsheba, cujus petii antehac remissionem, & nunc repeto. *In via quam elegit.*] Ducit virum Deus in via recta, & dat illi cor ut optimam eligeret. *Pernoctabit in bono.*] in morte sua, & dicit, *Pernoctabit*, ut in Eccles. 12. *Domus seculi. Est cum timentibus eum.*] Qui sapientiæ incumbunt; si non custodierint mandata Dei, non revelabit illis *arcana sua. Fœdus suum monstrabit.*] Quod cum anima pepegit ad congregandam eam post separationem à corpore, ut dixit Deus Mosi, Exod. 34.10. *Ecce facio fœdus*; nempe quod anima Mosis videret Dei faciem, hanc Moses solus intuitus est, sed signum corporale, אורח גשמי, *splendoris faciei*, totus populus aspexit. *De rete.*] Peccati, vel, inimicorum Israel. qui illaqueare Israel. quærebant, & nunc loquitur de necessitatibus *corporis*, sicut antea de *anima. Solitarius.*] Licet sum Rex, tamen non confido in populo meo, quasi essem *solus.* עני] Humilis, non superbio in regni mei splendore. *Dolores cordis.*] Dolores qui accedunt propè cor meum, vel in eo diversantur: dicit, הרחיבו הצרות, elegantèr. *Educ me.*] Alitèr, cor meum ad serviendum tibi non est liberum. *Multi sunt.*] Edom, Moab, Pelisthæi, quos superavi in prælio. *Odio violentiæ.*] Quia non nocui illis. *Integritas servet me.*] Quia ego sum integer erga illos. *Redime Israel.*] In vita, vel post mortem meam.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 25.*

Attollo animam meam.] Sicut Minchah oblatio ad Deum, ut Gen. 43.34. R. Mosch; vel sicut mercenarius ad mercedem suam, Deut. 24.15. *Amor Dei est vita mea. Vias tuas.*] In creatione omnium, Gen. 1. *Semitas tuas.*] Per Prophetas. פשעי.] Quando exit de potestate Domini, ut dicitur, *Omnis res perdita.* idem. *Assuefac me.*] Frequenter ambulando. *In judicio.*] Ducet eos donec hæc via sit trita, illorum consuetudo, & quasi altera natura. *Sunt misericordia.*] In initio. *Et veritas.*] In fine, quia adimplebit Deus omnia sua promissa. *Propter nomen*

nomen tuum.] Ut enarrem nomen & misericordiam tuam. *Licèt grande sit.*] Remitte tamen: sic Exod.34.9. *Quoniam*, vel, *Licèt sit populus durus cervice.* *Permanebit in bono.*] Usque ad mortem. *Rete.*] Concupiscentis mala. עני] deficiunt mihi vires ad prævalendum. *Multiplicati sunt dolores.*] Quia evadere nequeam. *Aspice laborem meum.*] עמל quomodo contendo contra concupiscentism, & non prævaleo. *Inimicos meos.*] Ne ducant me extra viam rectam. *Ne erubescam.*] De mea spe quòd tandem ero servus tuus. *Integritas.*] Cordis. *Et rectitudo.*] Operum, מעשי.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 25.

Leve animam meam.] Quæ in te suspensa est. Vel, commendo in manus tuas animam meam, ut in Psal. 31. qui non commutabit pro alia, nec perdet eam. Mos mūdi est deponere apud aliquem nova, & recipit vetera; è contrario, quis commendat animam fatigatam labore diurno in manus Domini nocte, qui non recipit manè animam istam viribus renovatam? R. Alisandri: ut in Lam. 3. *Nova sunt in matutinis.* Vel, elevamus animam nostram, quia non habemus aliud sacrificium. Vel, quia sitim habeo esse in sanctuario tuo. כ'ך, id est, in lege tua in illis 22. literis. *Non erubescent.*] Si aurem mihi præbes, congregationem totam audis, quia pro illa ego oro. In jejunio annuo sacerdos stat ante Arcam, & tota congregatio habet oculos in eum fixos, R. Phinehaz. *Vias tuas.*] Sicut Medicus qui discipulo suo omnes modos sanandi, uno excepto, patefecit, petitque discipulus etiam cognitionem hujus, ut Moses dixit, *Ostende gloriam tuam*, Exod.33. R. Berechi. in nom. R. Johan. Vel, *Vias.*] Cum gentibus terræ. מעולם] à diebus Adami. נעורי] Peccata hæc nihil sunt, sic æstima tu transgressiones meas. *Docebit viam.*] Ad civitates refugii erat ad omne miliare hospitium, & imago ostendens viam, R. Abni (sicut crux apud Christian.) *Via Domini.*] Sunt in mari & turbine, in his non est possibile Domini vestigiis incedere, sed in misericordia & veritate. *Timens Dominum.*] Ut Abraham, Gen. 22. *Novi quod times Dominum.* Vel, Levi. *Pernoctabit.*] ילין, in sepulchro. *Hæreditabit.*] terram Canaan. vel sacerdotium, si de Levi dicitur. יחיד] Solus, respectu habito ad totum populum, cujus David erat Rex. חמס] Quid mali enim fecit barbaris?

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 25.

Contra peccatum בדבר Bathshebæ. *Non triumphabunt.*] Propter profanationem nominis Dei. *Pueritia.*] Quia *imaginatio hominis mala est à pueritia*, Gen. 8. נעורי. *Prævaricationes.*] In personam Uriæ פשעי. יחיד *Solus.*] Imago Dei in homine est sola, quia reliquæ facultates trahunt ad vitia. *Inimicos.*] Alias hostiles nationes, עי'ר'. *Dilatârunt.*] הרחיבו, ita ut intrent cor meum quasi per portam spatiosam omnes afflictiones.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 25.

Levo animam.] Id est, præparo cor meum, את לבי MS. *Sine causa.*] Relinque eos pauperes omni facultate privatos; ריקם, à ריק. *Toto die.*] In hoc sæculo, quod est dies Gentibus, sed nox Israeli (Psalmus est in persona Israelis) Venet. MS. *Ab antiquo sunt.*] Ab antiquis diebus, etiam ad Adamum qui vixit quasi mille annis, Venet. MS. זכור]. Conveniens est misericordiæ tuæ recordari, חזכור, opera manuum mearum recta. MS. in Venet. זכור. *Dirigit peccatores viâ.*] Illis qui interficiebant hominem ex errore, docuit viam ad urbem refugii. Vel, in via pœnitentiæ. *Quia grave est.*] Quò major est persona, eò aptior ad remittendum graviora peccata, ut Num. 14. *Potentia Domini innotescat, &c.* Ab. Ezra. *Pernoctabit anima sua in bono.*] Quando corpus acquiescit in sepulchro. *Solus.*] Et iniquitas multorum in me pendet, pariter ac salus Israelis in preces meas.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 25.

Transgressores & vani.] ריקם in Targ. סריקיא. *Semen ejus.*] Filii.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 25.

Davidis.] Duo sunt cum accentu Pazer, Psal. 28. 1. *Transgressionem faciunt*, vel, *Agunt perfidia.*] Sunt quinque plena in significatione, Isa. 24. 16. *Perfidè agunt.* Hab. 1. 13. *Respicis perfidos.* Prov. 2. 22. *Perfidi eradicabuntur.* Prov. 23. 28. *Transgressores multiplicat.* *Et doce me.*] Nempe statuta tua; duo sunt, Psal. 119. 135. *Doce me statuta tua.* *Habitabit in lætitia.*] Quatuor sunt lenis, Levit. 27. 10. *Non mutabit pro bono.* Eccles. 7. 14. *Esto lætus.* Eccles. 2. 24. *Fruere bono.* (Per custodiam legis est omne bonum, ut Horat.)

Cœlo supinas si tuleris manus, &c.

ממצוקותי] Non habet simile plenè, nec המאורתי. *Remitte, vel, attolle.*] Vel, sicut in a Joh. ὁ αἴρων peccata mundi. Tria sunt, Deut. 3. 27. *Eleva oculos tuos.* Num. 3. 40. *Accipe nomina.* Cujus remissa sunt peccata, ipse elevat oculos ad cœlum, quod noluit Publicanus.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 25.

Est Psalmus Abecedarius; hic cum similibus forsan erant pueris dati ad canendum, ut per istos discant prima linguæ Hebrææ Elementa. *Leve animam meam.*] Ad te orando, non ad idola, 1. caus. audit. *Inimici.*] Saul & ministri sui. *Sine causa.*] Quia David non nocebat illis, 2. Arg. למדני] Assuesce me in semitis tuis, ut sint faciles sicut habitus, sic, *non assueta*, in Hos. 10. *Ambulare in veritate tua.*] credendo tuo promisso de Regno meo, 3. Arg. *Peccata juventutis meæ.*] In qua ex infirmitate lapsus est David, ut quando scidit pallium Saulis, &c. 4. Caus. à divers. Græci usque ad tricessimum annum appellabant barbatos juvenes, νέας, seu, νεωτέρας τριάκοντα ἐτῶν, Zenoph. lib. 1. Ἀπομν. (Quid Hebræi vid. in R. David.) & Zenoph. pædiæ Cyr. lib. 1. usque ad 17. annum ætatis sunt pueri, usque ad 25. sunt in puberum numero, cum excesserint ex Ephœbis usque ad 50. annum, non sunt inter seniores. *In judicio.*] Id est, ut sapienter se gerant, sic David 1 Sam. 18. 14. *Sapienter se gessit*, & timebat Saul, 1 Sam. 23. 22. 5. Caus. *Remitte peccato*, vel, *leva tribulationem meam.*] Sic Lament. 4. 6. *Peccatum*, seu, *pœna*, & Gen. 4. 13. *Peccatum*, vel, *pœna mea.* Ab. Ezra. *Propter nomen tuum.*] 6. Caus. & in 12, 13. v. 7. Caus. *Secretum.*] Id est, arcanum Dei consilium apparet in Davidem exaltando. *Ex laqueo.*] Quem abscondit Saul, ut Psal. 18. 5. *Laquei mortis.* *Extraxit.*] In

præterito

præterito ac si jam factum esset, ecce fides ejus in promisso, 8. Cans. *Integritas servabit me.*] Quia non intendebam Saulem damno afficere, ut Psal. 18. 25. *Cum perfecto monstrabis teipsum perfectum. Redime Israelem.*] Id est, omnes ex Israel qui bene vellent Davidi. *Redime.*] A persecutione Saulis. *Anima ejus habitabit in bono.*] Habebit in vita Civica, vel rustica, (multo magis) αὐταρκεία, ab omni fœnore, timore, & otio liber, fructus, fontes, aves (cantu & esu) pisces, &c. sunt ejus deliciæ.

Horat. Epod. 2.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium, (Jacob. &c.)
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore.
Forúmque vitat, & superba civium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos: (Hodie suspendunt vites Itali inter arborem & arborem.)
Labuntur altis interim ripis aquæ.
(Ut Tiberis Romæ & Padus Frankelin.)
Queruntur in sylvis aves, (Psal. 104.)
Fontésque lymphis obstrepunt manantibus.
(Ut hodie in hortis Cardinalium Frescat.)
Quis non malorum quas amor curas habet,
Hæc inter obliviscitur?
Non Afra avis descendat (Gallina de Inde) *in ventrem meum,*
Jucundior, quàm lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum.
Non me Lucrina (Lacu lucrino propè Puteolos) *juverint conchilia,*
Magísve rombus, (Turbo) *aut scari.*
(Hodie in usu pretióque magno, Rom. Venet. &c.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 25.*

De liberatione à Saul. *Queste e il primo Salmo di quelli i versetti le quali incomminciano da le lettere secunde l'ordine del alphabeto Heb.* Ital. An. Hisp. *Sine causa.*] Ego non dedi illis causam, Ital. *In bono.*] Habebunt abundantiam omnem, Ital. *Puritas.*] Hisp. Ital. seu, innocentes, & puri, Ang. MS. Gall.

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal. 25.*

Sine causa, vel, supervacue.] Vulg. Gr. Lat. MS. frustra, id est, peccatores præsumptuosi, qui sunt rebelles in Deum, & non sunt impulsi à cõcupiscentia, ut in Ps. 19. *à superbis*, in R. Dav. *Secretum*, Lat. MS. Vel, *Firmamentum est Dominus timentibus eum.*] Gr. Vul. id est, sustentat eos, Vulg. סוד, à יסוד, fundamentum, ut 2 Tim. 2. *Fundamentum Dei stat firmum. Humilitatem meam.*] Vulg. Gr. ut ענוים, humiles, quia promiscuè sumuntur Vau & Jod. *Justi adhæserunt mihi.*] Vulg. Gr. sunt socii mei, quia viderunt patientiam meam, & liberationem, Lat. MS. Simplicitas, &c.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 25.*

Qui transgrediuntur sine causa, vel, in vanitatibus suis.] In vanis idolis suis, Syr. בסריקותהון, He. ריקם, Syr. ܒܣܪܝܩܘܬܗܘܢ. *Pauper & solitarius sum ego.*] Christiani Arabes & Cophtitæ sic concludunt Codices, MS. Vaticanos quos vidimus Romæ, in Calce Apocalypseos, Cophticè ΑΠΟΓΑλαμης, العبد الحقير المسكين العاجز من جميع الفضايل الخاطي اكثر من كل بشر servum vilem pauperem, omnibus justitiis privatum peccatorem magis quam omnis caro, & in calce Evangeliorum Cophtice, & Arabic. كتب المسكين غبرايل scripsit hoc pauper Gabriel, &c. Sic in Syriac. MS. Vatican. & aliis, sic & in MS. Samaritanis. In Syr. MS. in calce Levitici, scriptus erat in Annò 1778. [illegible], &c.

Et in Samarit. MS. in calce Numerorum, ad finem totius legis (Pentateuchi) est Scriptura servi pauperis, & qui benevolentia Deique indiget miserationibus--- finit opus An. 764. regni Ismael laudabo Dominum qui sustentavit me, & orabo ut nos misericordia intueretur, hactenus è Samaritano Pentateucho MS. in Vatic. & Paris. sic in MS. Syr post Ruth. Finis per auxilium Domini nostri Jesu Christi mense Tamuz per manus peccatoris pauperis, & errantis, ܡܣܟܢܐ Syr. מסכינא, non est in Syr. *Mansuetos, vel, pauperes viam suam.*] Syriac. מסכנא ܠܡܣܟܢܐ Heb. ענוים, ut Matth. 11. Pauperes, εὐαγγελίζονται. *Eliget viam.*] Viam vitæ, & non serviet peccato & morti; ut Deut. 30. Vel, *In via quam elegit.*] Syr. דגבא ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܓܒܐ non potest enim viam bonam eligere sine divina instructione, velut in Jer. 10. 23. *Via hominis non est in seipso. In bono, vel, fœlicitate.*] Syr. MS. ܒܛܒܬܐ *Arcanum consilium Domini.*] Id est, de illis cogitat, Syr. תרעיתא ܬܪܥܝܬܐ *cogitationes amoris*, ut in Jerem. *Odio impio, vel, impietatis.*] Syr. quoniam quod bonum est diligo, ܡܛܠ ܕܛܒܬܐ ܪܚܡܬ ideoq; me oderunt ut impietas debet ab omnib' odio haberi. *Rectitudo, vel, recti custodient me.*] Quoniam in te confido recti mecum associabunt se, ut Ps. 119. *Particeps ego, &c.* Syr. חריצא ܢܬܚܒܪܘܢ ܠܝ ܬܪܝܨܐ sic Matth. 19. *Adhærebit uxori*, idem Syr. ܢܬܚܒܪ *E laqueo.*] Originalis concupiscentiæ R. Sol. de qua Syrus Philosophus antiquus in Ode Syra.

[illegible]

Nam parentes dederunt mihi socium astutum ———
(Imaginatio mala à juventute, Gen. 8.)
Tardum ad bonum, ad malum celerem, ut Cervum.

[illegible]

Est & frater & insidiator, hostis & amicus,
Quod si modico fruatur otio rugit ut Leo.

[illegible]

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 25.*
Heb. Arab. 24.

Doctrina & confessio, Arab. MS. *Quia confidentes*

tes in te non confundentur.] Arab. יחזון يحزون ideoque ut nec ego confundar precor. *Injusti in vanitate sua.*] Id est, qui in vanum injusti sunt חנם, & sine causa, Arabic. בבטלהם بباطلهم. *Veritatem, vel, æquitatem.*] Vera tua judicia, Ara. عدلك. *Potens est.*] Arab. עטימה عطيمة ut 5. Amos, *Potentia vestra peccata.* *Speravi in te omnibus diebus meis.*] Id est, usque ad mortem sperabo. *Laqueo.*] Ut in Psal. 91. *Laqueo aucupis*, id est, subitò accidentium malorum. *Delectari faciet animam ejus in bonis.*] Arab. ينعم نفسه في الخيرات ינעם נפסה פי אלחיראת, habet in omnibus αὐταρκείαν, ut Jacob ait, Gen. 33. *Satis est mihi*, & filii sui non indigebunt. *Secretum, vel, fortitudo est colentium se.*] Arab. *Nomen Domini est illis turris fortis*, Arab. עזא عز. *Misertus est.*] Arabic. in 16. v.

1 *In finem, Psalmus David.* XXV.

Heb. 26.

Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

2 *Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.*

3 *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.*

4 *Non sedi cum consilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.*

5 *Odivi ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.*

6 *Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.*

7 *Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.*

8 *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*

9 *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam.*

10 *In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.*

11 *Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.*

6 *Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 26.

Judica me.] Secundum rectitudinem cordis mei, & quando dicit, *Ne intres in judiciũ mecum*, id est, secundum opera mea, quia opera mea non sunt semper recta, sed cor est perfectum. Vel, judica inter me, & inimicos meos, non inter me & te. Vel, quando judicas impios judica me, sed non quando judicas justos, Derash. Non est in Cod. Cremon. *Renes.*] Sunt consiliarii, & cor est cogitationum scaturigo, & dicit, *Proba*, & invenies me sine scorio, sicut argentum purum. *Ambulavi in veritate tua.*] Sicut, *Noah ambulabat cum Deo*, Gen. 6. 9. *Cum vanis hominibus.*] Ad discenda opera, & verba eorum mala. נעלמים] Qui clam agunt impiè non intrabo in secretum eorum, Chald. *Lavabo manus.*] Et sic offeram sacrificia, non sicut impii manibus sanguine plenis offerentes. *Circundabo altare tuum.*] Dicit, *Circundabo*, quia antequam ædificatum erat templum quilibet obtulit sacrificium suum, ut David, & Saul non peccabat offerendo, sed non præstolando tempus idoneum. Non est in Cod. Cremon. *Ad audire faciendum cum voce.*] Per sacrificium Eucharisticum tanquam sonora voce redemptio sua omnibus innotesceret. *Habitationem domus tua.*] Ubi Arca erat. *Dilexi.*] Et odio habui societatem impiorum. *Ubi habitat honor tuus.*] Id est, Arca, vel, prophetæ super quos cecidit Spiritus sanctus, ut super Asaphum, & socios suos ante Arcam ministrantes. *Ne congreges animam meam.*] Ne moriar mortem peccantium, quoniam dilexi societatem justorum. Dicit, *Congrega*, quia anima est *Tanquam aqua in terram fusa*, 2 Sam. 14. 14. Quam Deus solus recolligit ad seipsum. זמה] Id est, actiones pessimæ, ut homicidium & oppressio, vel lucrum turpe & rapina quorum dextera eorum est plena. Vel, in manibus, id est, potestate eorum, Gen. 39. 4. *Erat in manu sua.* *In integritate mea.*] Non in זמה facinore, ut impii. *Redime me.*] A tribulatione. *Miserere mei.*] Benedic mihi ut innotescat innocentia mea, tunc laudabo te dicendo, ut sequitur, *Pes meus stat in plano, & non titubat.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 26.

Judica me.] Punias me, si non integer feci quæ feci. *Hominibus vanis.*] In verbo. *Cum dissimulantibus.*] In consilium eorum, מורם, meminit ambulandi, sedendi, & intrandi, quorum nec unum dabit impiis, ut in Psal. 1. 1. *Beatus vir, &c.* Vel, נעלמים à עלם, juvenis qui amat risum & delicias mundi. *Impiis.*] In opere, Ecce hæc tria, Verbum, Consilium, Opus. *Lavabo manus.*] Ut sint puræ ab operibus malis, contra præcepta negativa. *Circundabo altare tuum.*] Sacrificiis in circuitu altaris colligatis, ut Psal. 118. *Ligate cum funibus usque ad altare, &c.* vid. ibi. *Ad audire faciendum.*] לשמיע pro להשמיע, ut לשמיר, Isa. 23. *Habitationem domus tua.*] Opposit. ad *Sedi cum impiis.* *Ne congreges animam meam.*] Ne suppedites mihi occasiones accedendi in societatem impiorum. Vel, post mortem. R. Moses. *Stat.*] Absque lapsu in peccatum. במישור] Inter rectos stabit pes mea in Ecclesia, scil. ad laudandum te.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 26.

Judica me.] Quatuor castigantur, unus recalcitrat, ut Job; 2°. ridet, ut Abraham, Gen. 17. *Cecidit & ridebat*, 3°. Hezech. orabat, 2 Reg. 20. 4°.

David

David, qui dixit, *Percute me nunc, Judica me.* מרעים] Id est, Corachi & sociorum, ut Num. 16. *Discedite à tentoriis horum impiorum.* *In innocentia.*] à rapina. *Circundabo.*] Una vice quotidie circundabant altare. חטאי] Hi sunt lapidati, & concremati. *Sanguinolentis.*] Hi sunt gladio occisi & suffocati: vel, sunt Ægyptii quibuscum Jacob non voluit sepeliri; similiter, 2 Reg. 13. *Et tetigit vir ossa Elisæ, & revixit, & stetit super pedes;* sed non abiit ad domum suam, vixit ad horam, & denuò moritur, alióque loco sepultus est, sicut hic dicitur, *Ne congreges cum impiis animam meam*, vel, hic vir erat filius Sunamitidos, ut, 2 Reg. 6. *Et fuit dies, & exit ad patrem suum.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 26.

Excusat se בדבר Bathshebæ, &c. *In perfectione mea.*] Non ambulavi super lectum, ut viderem mulierem, 2 Sam. 11. 1, 2. *In veritate tua.*] Verâ notitiâ legis tuæ. *Cum hominibus mendacii.*] Ne traherent me ad istiusmodi peccata. נעלמים] Qui in abscondito perpetrant adulterium.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 26.

In innocentia.] Liberæ à rapina sunt oblationes meæ, לולב הגזול פסול, lulab raptus est rejectitius. *Omnia mirabilia tua.*] Præterita & futura de Gog. & Christo, & sæculo futuro. *Via plana.*] ישר, sine periculo scandalorum, id est, per hostes meos, ut orabat in Psal. 25.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 26.

Dissimulantibus.] Qui secretè malè agunt. *In quorum manibus est consilium.*] Et propositum ad peccandum, זמה. *In congregationibus.*] Justorum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 26.

Locus ubi habitat honor tuus.] Templum, vel, Synedrion Judicum. Tria sunt, Isa. 60. 13. *Locum pedum meorum*; Eccles. 16. 13. *Locum justitia.* *Pes meus stat.*] Ita ut non labatur, vagatur, vel festinet ad peccatum. Sex sunt, Psal. 38. 17. *Ne latentur hostes mei*; Psal. 94. 18. *Pes vacillabat*; Psal. 116. 8. *pedem à lapsu*; Job 31. 3. *Si pes festinavit*; Job 23. 11. *Pes meus tenet gressus suos.* Duo sunt לרגלי Gen. 30. 30. *Ad pedem meum*, id est, ob vias meas rectas; Psal. 119. 105. *Ad pedem meum lucerna.* Propter conversationem justorum venit benedictio impiorum. רגלי] Sunt octo hujus significationis, & כל מנין רגלי, id est, quando numerus *Millium* jungitur cum *peditibus*, tunc רגלי est cum Pathac similitèr.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 26.

In integritate mea.] Versùs Saul, 1. Caus. mov. *Bonitas tua.*] Quâ me ad regnum separâsti, est ante oculos meos. Vel, *Misericordia tua.*] Lat. MS. semper est coram me, ut peccatum meum, Psal. 51. erat *Coram me semper.* *Ambulavi in veritate.*] Expectando promissi tui complementum, 2. Caus. *Cum dissimulantibus.*] Qui sub amicitiæ titulo, unctû Domini quærunt occidere. Vel, *Cum superbis non ingrediar.*] Lat. MS. qui ex secreta cordis superbia delinquunt, à עלם. Vel, cum adulteris qui secretè peccant, & ab ipsis incunabulis incipiunt עלמה.

Horat. Lib. 3. Od. 6.

Fœcunda culpa sæcula, nuptias *(domus.*
Primùm inquinavêre, (Gen. 6.) *& genus, &*
Hoc fonte derivata clades,
In patriam, populúmque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artibus
Jam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina ———
Damnosa quid non diminuit dies?
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Et Epod. 9.

Romanus, eheu posteri negabitis,
Emancipatus fœminæ.
(Cleopatræ Antonius, si Romanum multò magis Christianum puderet.)

Lavabo palmas.] Lat. MS. oppos. ad illud, *Repleta est muneribus*, & ad נעלמים, qui palmâ manus clam munera accipiunt. *Circundabo altare tuum.*] Ramis, sicut mos erat in festis, ut Psal. 118. *Cum ramis densis usque ad cornua, &c.* Chrys. Est cœleste altare, nam multi hoc altare tangunt indigni, S. Aug. Abraham. ædificabat altaria ante illum Noa, Gen. 8. hoc ab Adamo didicit, Gen. 4. ab illis Ægyptii qui primò 12. deorum cognomina habebant, βώμους τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς, diis statuisse, annum in 12. menses, mensem in 30. dies divisisse, Herod. Euterp.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 26.

Et la misma materia del Psal. 7. contra las calumnias de Semei, ò de Saul, Hispan. Ital. Status Davidis post mortem Saulis quando accepit regnum, Ang. MS. *In innocentia.*] Quia non extendi manum meam in unctum Domini, nec dedi munera pro regno. *Dissimulatorum.*] Haud regnum adeptus sum dissimulando, & mentiendo, sed odi cœtum dissimulatorum, cujus verba mecum erant oleo molliora, cogitationes verò gladii acuti.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 26.

Ingressus sum.] Vulg. id est, ad domum Dei. *Cum iniqua agentibus.*] Vulg. Gr. נעלמים, ut נעמלים, à עמל, labor, & iniquitas, Job 5. sic כבס & כבם.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 26.

Davidis, quando partiti sunt amici ejus, (ut Ahitophel, &c.) Paris. edit. *Misericordia tua est coram oculis meis.*] In misericordiam tuam oculos pono, ut errores meos remittas, *ambulavi enim in veritate coram te, &c.* uti dixit Hezechiah, *Cum dissimulatoribus.*] ut Ahitophel, &c. Vel, *Cum absconditis viris.*] Id est, stultis qui os in porta non aperiunt, Syr. ܠܐ ܦܬܚܝܢ ܦܘܡܗܘܢ ܒܬܪܥܐ Heb. נעלמים

Dilexi domum tuum.] Idcirco ne aggreges me cum improbis qui odio habent eam. *Lavabo manus meas.*] Ut Sacerdotes Dei, quando intrabant ad Altare, manus & pedes lavabant, & quandóque renovabant vestimenta, Exod. 19. Exod. 30. 19. similiter Herod. Euterp. Sacerdotes Aegyptii tertio quoque die corpus eradunt (ut Levitæ, Num. 8.) linea ferunt vestimenta, semper recens abluta, λίνεα αἰεὶ νεόπλυτα, lavantur quotidie bis aqua frigida, & noctu bis, è re domestica non impendunt, sed eorum singulis quotidie cibi sacri cocti prestò sunt σιτία ἱερὰ,

carnis bubulæ, & anserinæ satia abundanter (ut Gen. 47. *Sacerdotes habebant portionem*, vivebant ex altari) pecude quæ ad aram ligata est, Pyram incendunt libato vino, & Deo invocato eam mactant, capita verò exectantur, πολλὰ κατηρασάμενοι, (ut Levit. 1.) *Ne me aggreges.*] Sepulchro, id est, nè perire me facias, Syr. MS. חובדני ܠܐ ܬܘܒܕܢܝ ܥܡ ܡܝܬܐ Heb. תאסף sic in Zeph. 1. 2 *Consumam.* *Stat in planicie.*] Et non est mons ullus oppositionis contra me, velut in Zach. 4. *O mons, &c.* idcircò dominum laudabo, Syr. בחריצותא ܒܚܪܝܨܘܬܐ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 26. Heb. Arab. 25.* Oratio, Arab. MS. *In integritate*, vel, *humilitate.*] Arab. بالتواضع ab הצנע in Amoa 6. *Ambulare humiliter, &c.* coram Deo, & addit, in *fidelitate* coram hominibus, v. 3. بالايمان. Qui abscondunt sese ad nocendum, sicut Leo in latibulo, Psal. 10. Chald. Vel, *Fatuis.*] Qui abscondunt se *in porta*, in sapientia *os aperire* nescii, ut in Pro. 24. & Job 29. *Abscondebant se*, Arab. אלספהא السفها. *Vidi altare tuum.*] Arabic. وطفت, ut Psal. 27. 6. à צופה vigilare *ad portas sapientiæ*, in Prov. 8. *Neque perdas.*] Arab. 9. v. تهلك תהלך ab הלך abit evanescit, Cant. 2.

Psalmus David priusquam liniretur.
XXVI. Heb. XXVII.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

2 *Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas:*

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

3 *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.*

Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.

4 *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:*

Ut videam voluptatem Domini, & visitem templum ejus.

5 *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.*

6 *In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.*

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

7 *Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, & exaudi me.*

8 *Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.*

9 *Ne avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à servo tuo.*

Adjutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

10 *Quoniam pater meus, & mater mea, dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.*

11 *Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.*

12 *Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.*

13 *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

14 *Exspecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 27.*

Lux mea.] Afflictio est tanquam tenebræ, salus ut lux, quem ergo timebo? quoniam האל Deus est lux mea. *Rebur vitæ.*] Quia potest me interimere? in propugnaculo timet homo ne diruto illo adversarii capiant eum, vel ne obsideant donec ipse fame pereat, sed ego sum ἔξω βέλων καὶ φόβου. *Quando pugnabant contra me.*] Sic Zach. 14. 3. *Die prælii*, idem קרב. *Ad comedendam carnem.*] Ad occidendum me, sic in Mic. 3. *Excarnificant, &c.* & Psal. 14. *Comedunt populum meum, &c.* *Exercitus.*] Magna turma contrà me, & pauci mecum. *Cor meum non timebit.*] Id est pars intellectiva, quæ fiduciam in eum posuit. *In hoc.*] In hoc promisso prædicto האמירה, *Dominus est lux mea.* *Unum petii.*] Etiamsi certò sciret se semper hostes suos conculcaturum, tamen cum toto corde petit requiem in Domino, לְהַשְׁקִיטו ad inhabitandum in domo Domini, quia tempore belli negotiia corporia erat impeditus ut פנאי, ad res animæ non vacaret. *In domo Domini.*] Loco ubi erat Arca cum Prophetis, Sacerdotibua & Levitis, Asapho ejúsque fratribua, cum quibus occupari petit David in serviendo Deo. נעם] Cultum Dei ordinatum, & ad inquirendum de spiritibus separatis, Angelis cœlorum, è quibus anima erat excisa, & ad eos redit. *In Templo suo.*] Cœlo. *In tempore molestiæ.*] Nunc in tempore belli abscondet me ab inimicis meis, & post hæc dabit mihi unicum illud quod petii. *Super rupem.*] Ita ut manus inimici non pertingat ad me, ut noceat mihi. *Sacrificia gaudii*, vel, *clamoris.*] Propter liberationē meam. *Quando clamabo.*] Et peto prædictum illud unicum. *Cor meum dixit mihi de te quærant facies meæ tuam faciem.*] Id est, semper mihi suggerit cor meum, quod mea

mea facies quæreret faciem tuam, ut Psal. 16. 7. *Renes mei in nocte me instruunt*, Chald. *Faciem tuam quaram.*] Ut *habitem in domo Domini*, ut ante dixi. *Ne demitte servum tuum in iram.*] Id est, occupari in rebus mundanis, quæ sunt *ira*, & dolor viri boni, ut Psal. 90. 10. *Robur eorum est labor,&c.* *Auxilium meum.*] In necessariis corporis. *Ne derelinquas me.*] In rebus animæ. *Salutis mea.*] Sicut servâsti me in corpore, sic animam cohibe meam à negotiis mundanis. *Pater & mater mea derelinquebant me.*] Quando educassent me, מגורלם, *derelinquebant me*, ut ex proprio victum compararem, & tu Deus victum meum mihi suppeditabas,&c. *In semita planâ.*] Ut penitùs sim cultui tuo devotus. *Propter eos qui observant me.*] Oculo malo, ut Saul versùs Davidem, 1 Sam. 18. 9. *In arbitrium inimicorum.*] Quorum libitum est, ut semper sim occupatus in negotiis corporeis, & non in cultu tuo. *Testes falsi.*] Ut Shimei, qui vocavit me, *Virum sanguinis*, 2 Sam. 16. dicúntque quod non est mihi *pars in Domino*, & cultu suo. *Perii nisi credidissem.*] Me fruiturum sæculo futuro, quod vocat. *Terram viventium.*] Sicut judicium impiorum vocatur *Gehenna*, quæ fuit vallis propè Jerusal. ubi projiciebant omnem immundiciem, & cadavera, & ibi ignis urebat perpetuò, in ossa, &c. Sic merces justorum comparatur amœnissimo loco in *terra viventium*,& quandò expulsus erat Adam. è Paradiso, dicitur mori; tamen revera anima non habet locum multò minus in terra, Codic. Cremon. לולי *Nisi.*] Verbum hoc extraordinariè est punctatum, & dicunt quod David confessus est coram Domino æterno, & dixit, Credo quòd dabis mercedem justis in futurùm, sed non novi utrùm erit mihi portio inter illos, forsàn ratione peccati, Der. Rabboth. Non est in Codic. Cremon. *Esto bono animo.*] In viis ejus, ô anima mea, sis fortis, ut verba adversariorum ne labefactent vires tuas. *Expecta dico.*] Repetit hoc, id est, de die in diem expecta.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 27.*

Lux mea.] Nocte quando anima est timida. *Salus mea.*] Die, vel lux in rebus animæ, בדברי הנשמה, & salus in rebus corporis. *Robur vita.*] In unum colligando corpus & animam, quæ nemo sine Deo potest separare. קרב] Prælium, ut Psal. 144. 1. *In hoc confidam.*] In hac unica petitione sequente, vel in hoc quòd Deus est lux mea. *Pulchritudinem Domini.*] Arcana creatoris opera quæ antè non vidit, סודות ממעשה הבורא, & *ad inquirendum* à Sacerdotibus. *In Tabernaculo.*] In Jerusal. ut Psa. 76. 2. *In Salem erat ejus Tabernaculum.* *Elevatum erit caput meum.*] Deus exaltabit me, licet non iterum ad prælium exirem. *Sacrificia* תרועה] Id est, cum sonitu tubarum, Num. 10. 10. *Clangetis cum tubis super sacrificia vestra in die gaudii.* *Cor meum à te dicit.*] Id est, per prophetiam à te verbum venit ad Israel. R. Moses Hacohen. *Dereliquerunt me.*] Quando mortui erant, R. Sol. *Instrue me Domine——propter inimicos.*] Dixit unus ex cordatis, qui prævalebit super inimicos addat, id est, serviat Deo ampliùs. *Nisi credidissem.*] Junge finem duodecim. ad 13. versum, R. Sol. vel, ad priorem, nisi credidissem prævaluissent inimici mei. *Expecta, expecta.*] Bis, id est, in principio, & fine.

ויאמץ] Verbum יוצא, id est, Deus confirmabit cor tuum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 27.*

Lux mea.] Lux Israel. sed non lux inimicorum, Israelit. habebant lucem in Goshen. sed non Aegyptii; Columna ignis illuminabat Israel. non Aegyptios, habuit nubes duo prosopa, R. Hosaiah. & sic in sæculo futuro lux erit justorum, tenebræ impiorum. Vel lex est lucerna pedibus meis, sed impii cadunt in puteos adulterii, &c. Vel, dicit, *Lux mea*, per fulgura quando persequor Amalecitas, 1 Sam. 30. Vel, lux per Urim & Thummim in valle Rephaim. *Salus mea.*] Apud mare rubrum. מרעי'] Aegyptii, Exo. 14. Vel, *Salus mea.*] In die expiationum. *Inimici.*] השטן, per Gematriam, id est, per literas numerales facit 364. secundùm dies anni, in quibus licet Diabolus habet licentiam accusandi, tamen in die Hacippurim, vel principio anni est interdictus. *Unum.*] Id est, Regnum, sed Solomo petit duo, Pro. 30. שתים. *Mali.*] Cum Bathsheba. לולי.] In omni loco est propter patres, R. Zabdi ben Levi. Vel, propter nomen Domini, ut Isa. 1. לולי יי צבואת, R. Johan. Vel, propter legem, Psal. 119. *Nisi lex tua,&c.* R. Levi. Vel, propter fidem, ut in hoc loco. Dixit R. Aca septem transgressiones erant in re Gideon, ligna, lapides, bos, יעבד מוקצה, alienus, nox, excelsa, prohibita omnia, Judic. 6. in R. David, sic Samuel accepit agnum lactentem, 8. diebus carentem, obtulit cum pelle, & Samuel erat Levita, tria prohibita.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 27.*

Orat ne cadat in manus Saul,&c. *Lux mea.*] Quando unxit me Samuel. *Salus mea.*] à leone. *Abscondet me.*] Quando venit Amalec, 1 Sam. 31. *Reliquerunt me.*] Post pueritiam meam consummatam ab eorum cura discessi, אחר הנעורים.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 27.*

In hoc confisus sum.] In hoc quod dixi, *Dominus est robur vita mea*, MS. & Venet. לבקר, id est, manè, manè. *In Tabernaculo suo.*] Sicut Joas erat absconditus sex annis in cubiculis sancti sanctorum, Sedar Olam. תרועה.] Id est, sacrificia cum canticis. *Dixisti cordi meo, quarite faciem meam.*] Dixisti mihi per Spiritum, ut quæreret totus Israel. faciem tuam, quod ad me attinet, *ego quaram faciem tuam.* Vel, *Pro te.*] In persona tua cor meum dixit, *Quarite faciem meam*, sic לאל in Job 33. *In persona Dei.* *Dereliquerunt me.*] In tempore התשמיש, quærebant solam voluptatem, & Dominus formabat fœtum, העובר. יפח] à פח, laqueus. לולי habet puncta, למטה, למעלה, suprà & infra, MS. Non in Venet.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 27.*

בקרב] Duo sunt defectiva, & unum est, 2 Sam. 15. 5. *Quando homo appropinquabat.* *Vita mea.*] Non ampliùs cum pathac & Athnach. *In Tabernaculo.*] Samech parva, dicunt, quod tabernaculum exile, σωὸς, est Asylum tutissimum. *Ne abscondo.*] Unus de quatuor vers. ubi sunt quatuor verba similia, primum, secundum, & tertium calva, קרחי [sine Vau] quartum habet Vau, Exod. 18. 21. *Principes, principes, principes, & principes.* Exod. 18. 25. *Duces, duces, duces, & duces*, Psal. 27. 9. *Non, non, non, & non.* Prov. 30. 19. *Viam, viam, viam, & viam.*

Ne inclina servum tuum.] Ne inducas me in tentationem. Duo sunt cum Pathac, Psal. 141. 4. *Ne inclina ad malum.* לולי *Nisi credidissem.*] Est unum de 15. extraordinariè punctatis, per viros Synagogæ magnæ.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 27.

Psalmus Davidis antequam rex inunctus erat, Gr. Videtur quod congregabant multi, ut in Ecclesia ungerent eum, sic ungebatur Christus Rex & Sacerdos, S. Aug. *Robur vitæ meæ.*] à Saule me custodiendo, & ex tua misericordia, non meis meritis victoriam tribuendo, 1. Caus.

——Si quis
Viréfque insuperabiles
Ostendit stadio sæpe superbiens
Ne plus quam satis est sibi
Attollat tumidum gloria verticem
Mortales reputet sibi
Artus impositos,&c.

Pindar. Nem. Od. 11.
θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη;
Discas humilitatem.

Lapsi sunt.] Amalecitæ qui Ziclag. spoliabant, 1 Reg. 30. 17. 2. Caus. *Unum petii.*] Otium nempe à bellis, & curis civilibus, quod nec divitiis, nec honoribus, peregrinationibus, aut vestitu, acquiri potest, sed cupidines coercendo.

Horat. Lib. 2. Od. 16.
Otium bello furiosa Thrace
Non gemmis neque purpura ve——
——Nale nec auro.
(Prov. 3. *Divitiæ non sunt ei æquiparandæ.*)
Non enim gaza neque consularis
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis & curas laqueata circum
Tecta volantes.
(Job 34. *Si Deus perturbet virum, quis potest quietum eum reddere?*)
Vivitur parvo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.
(Prov. 30. לחם חקי)
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.
(Ecclesi. 5. *Abundantia divitis impedit eum dormire.*)
——Quid terras alio calentes
Sole mutamus? Patria quis exul
Se quoque fugit?
(Ut Jonas c. 4.)
Cura ——
Ocyor cervis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
Lætus in præsens animus quod ultra est
Oderit curare & amara læto.
Temperet —— (Mat. 6. ult. ἐυρίον μὴ μεριμνᾶτε) *Nihil est ab omni*
Parte beatum.
Te greges centum Siculæque circum
Mugiunt vaccæ——
——te bis Afro
Murice tinctæ. (Purpurâ Tyria piscis Muricis, ut In Pro. 31. שנים *Bis tincti panni.*)

Vestiunt lanæ; mihi parva rura &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.
(Ut Saul, 1 Sam. 10. ult.)

Ut habitem in domo Domini.] In Tentorio, ubi David Arcam locavit, 3. Caus. finis. [נעם] Arcam pulcherrimam inauratam. *Et attendam templum ejus.*] Lat. MS. à בבקר quolibet mane. *Elevabitur.*] Ad regnum. *In die pessima.*] Lat. MS. die omni malo repleta. *Sacrificia lætitiæ.*] Coram Arca, 1 Paral. 16. 1, 2, 4. *Faciem tuam.*] Non idola, vel homines vanitatis, sic 1 Paral. 16. *Quærite faciem ejus semper*, 4. Caus. *Cor meum tibi dixit,*] Dicit, *tibi*, id est, in secreto, ubi tu solus audis, S. Aug. Vel, *Vultus meus quæsivit faciem tuam Domine, & requiram.*] Lat. MS. ideóque ne abscondas teipsum à quærentibus, & dicit, *Vultus meus*, id est, ego ipse precibus quæsivi te, sic Psal. 42. *Salutem faciei suæ*, id est suam. *Dereliquerunt me.* Erant à rege Moab. interfecti quando fugiebam à Saul, R. David. R. Isa. in 1 Sam. 22. 5. Caus. Vel, præ timore Saulis me dereliquerunt, licet non scriptum sit. Vel, Spiritu fidei & propheticæ præscivi me moriturum, & in morte separantur pater & filii, & *Dominus collegit*, id est, pro certo recolliget animam meam ad patres meos post mortem, ut Abraham. Gen. 25. & Lazarus *in sinum Abrahæ*, Luc. 16. Et dicit, *Collegit* in præterito pro futuro, ut in Psal. 3. in R. David. *Testes falsi.*] Dicentes quod Saulem quæsivissem perdere. *Efflant violentiam.*] Ut Saul, Act. 9. 1. *Spirabat Saul internecionem*, 6. Caus. *Propter insidiatores meos.*] Lat. MS. eorum insidias non reformido, viâ rectâ incedens. *Efflant*, vel, *violentia eloquitur.*] Lat. MS. id est, mendacium eorum est apertum, à יפיח in Psal. 12. & Hab. 2. *Eloquetur, &c.* idem. *Bonitatem Domini.*] Providentiam ejus arcanam me ad regnum exaltando, 7. Caus.

Pindar. Olymp. Od. 12.
τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί.
Venturi abdita temporis
Sors & conditio est.
παῖ Ζηνὸς ἐλευθερίου——
ἐν χέρσῳ τε λαιψηραὶ πόλεμοι, &c.
Altiprogenies Jovis (Providentia)
Terra bella geris——
Per te pax etiam viget,
Tu nunc spes alacres tollis ad æthera, &c.

Oratio pro redemptione à Saul.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 27.

Post mortem Saul. ante unctionem David. Ang. MS. Vulg. *Domanda di poter returnare nel tempio con gli altri fedeli*, Ital. *Ad inquirendum.*] In dubiis regni, Hisp. *Buscar* (i.) *preguntar en mis dudas.* *Dixit pro*, vel, *de te.*] לך, id est, in tuo loco me monet, Ital. Gall. Hisp. *Ha dicho de ti*, vel, *Penso nel cuore mio del quel che tu hai detto*, Ital. *Dereliquerunt.* Non absolutè, sed *ma paragonando* comparativè ad Deum pater Davidi ad obtinendum regnum non erat in adjutorium. [תרועה] Id est, altæ voces in oratione & laudibus, 2. Ang. MS. *Si non.*] Hisp. *Si no creyesse, sc. pereceria.*

Sect.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 27.*

Immolavi in Tabernaculo ejus.] Vulg. Gr. anteà immolavi, & adhuc immolabo, præteritum pro futuro, in Heb. Lat. MS. immolabo. *Hostiam vociferationis.*] Vulg. Gr. ἀλαλαγμοῦ, Aethiop. Arab. Lat. MS. Jubili, id est, clamavi cum voce mea, pro liberatione, & nunc liberatus cantabo, תרועה est clamor, ut Isa. 15. 4. ויריעו *Exclamant, &c.* *Tibi dixit cor meum.*] Vulg. Gr. Arab. Aethiop. Lat. MS. id est, conscientia mea testatur; quod cum toto corde *facies mea exquisivit te*, & adhuc requiram te. *Mentita est iniquitas.*] Vulg. Gr. id est, iniqui locuti sunt mendacia à יפיח in Prov. sæpiùs. *Dominus collegit me.*] Lat. MS. ad patres meos post mortem, quando derelinquent me parentes mei.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 27.*

Davidis in ægritudine sua, Par. Edit. ܡܢ ܡܚܝܠܘܬܐ מן מחילותא · *Lapsi sunt.*] Multi à paucis victi, ut Aethiopes, &c. ab Asa, 2 Chron. 14. & Xerxes in Græcia, Herod. Polym. Quingentæ, & viginti octo myriades, & tria millia ducenti, & viginti viri erant quos Xerxes Darii filius duxit ad Thermopylas, quo minùs miror proditum esse fluenta quædam non suppeditavisse, etsi singuli singulas quotidie frumenti χοίνικας accepissent absumpta fuissent quotidiè, centum millia medimnorum (medimnus constat ex senis modiis) haud annumerando mulieres. Incidit in navales copias ventus vehemens subsolanus, perierúntque hac clade non pauciores quadringentis navibus, cum immensis pecuniis, non enim Deus sed homo erat qui bellum Græciæ inferrebat, &c. Ideóque etiam navales copiæ funditus perierunt Mardonio occiso, Herod. vel, periclitato, Ctesias. *Nam unum petii.*] Ut Deum cognoscam, tunc enim si in bello, vel ægritudine vitam amisero mihi erit fiducia in morte. Syr. רוחרו ܘܚܕܐ ܫܐܠܬ ܡܢ ܡܪܝܐ *Id ipsum quære.*] ܒܥܐ בעא Syr. quæsivi & adhuc illud peto. *Ad inquirendum, vel, ad visitandum templum ejus.*] Syr. ואפקוד ܘܐܦܩܘܕ ܘܡܣܥܪܘ לבקר, sicut פקר Pe pro Beth, velut in בצעו, in Joel 2. *Vociferationis, vel, laudis.*] Syr. רשובחא ܒܩܠܐ ܘܫܘܒܚܐ Vel, *Cum clangore tubarum.*] תריעה, velut in Num. 10. Vel, *Sonitus.*] Id est, cum Psalmis, & super instrumenta, sic in Psal. 89. 15. *Lætum sonitum.* Vel, *In magno conventu.*] Et stridore multitudinis ad eorum imitationem. *Cor meum ad te loquitur, facies mea faciem tuam quærit.*] Syr. MS. ܡܟܠܡܝ ܐܦܝ ܠܐܦܝܟ בעין אפי Heb. פני. · *Etsi pater meus derelinqueret*—*tamen non derelinquet me Dominus.*] Heb. כי Syriac. ܡܛܠ ܘܐܚܝ. Vel, in ægritudine mea derelinquebant me quasi mortuum, sed Dominus vivificabat me. *Ne tradas me.*] Morti quanquam testes in me falsum testimonium perhibent. *Sed credidi quod viderem.*] Syr. MS. אנא דין ܐܢܐ ܕܝܢ Heb. לולי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 27. Heb. Arab. 26.*

Gratiarum actio pro beneficiis, oratio pro augmento, & spes sine cessatione, Arab. MS. *Inimici & adversarii.*] Id est, amici mei contristabant me cum inimicis meis, Arab. מע אעדאי. مع اعداي *Hæc est fiducia mea.*] Arabic. فهو اتكالي פהו אתכלי à יחל in Psal. 130. *Speret*, sensus est, ego spero quòd postea habitabo in domo Dei, ut sequitur. תרועה] Id est, laudis, Arab. Gr. Nempe in præsentia multitudinis festum, facientes & canentes, ut in Psal. 42. Vel, gloria, Arab. Rom. אלמגד المجد id est, delicata & pinguia sacrificia quæ jubilare facient omnes comedentes. לולי] Non est in Arab. Neb. Rom. vel Gr. sed hoc modo Arab. Ego credens sum, מצדק مصدق יפיח] Id est, violentus homo mentiri seipsum fecit, Arab. אכדב נפסה اكذب نفسه fecit seipsum loqui [subaudi, כזב] mendacia, Heb. *Corroborabit cor tuum, vel, meum.*] Arab. قلبي loquitur ad seipsum.

Psalmus ipsi David. XXVII.
Heb. XXVIII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas a me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.

2 *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.*

3 *Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.*

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

4 *Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinventionum ipsorum.*

Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionum eorum ipsis.

5 *Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum ejus, destrues illos, & non ædificabis eos.*

6 *Benedictus Dominus: quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.*

7 *Dominus adjutor meus, & protector meus: in ipso speravit cor meum, & adjutus sum.*

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

8 *Dominus fortitudo plebis suæ: & protector salvationum Christi sui est.*

9 *Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.*

Sect.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 28.

A*D Dominum clamabo.*] Ut det mihi petitionem in priori, Psal. 27. *Unum petii, &c.* Est ejusdem subjecti hic Psalmus cum priori. *Ne sis sicut surdus.*] מחרש, ut non exaudias me. *Sicut descendentes in puteum.*] Sicut impii qui descendunt in Gehennam. *Sanctum tuum Oraculum.*] Ubi erat Arca coram ea expandit manus, & orabat David, ut esset tanquam scala super quam ascenderet oratio sua ad cœlos: Vel, *Oraculum*, hoc est, cœlum, quod etiam vocatur Templum Dei. *Quando elevo manus meas.*] Secundùm morem orantium, 1 Reg. 8. 22. *Cum manibus expansis versùs cœlum. Ne trahe me cum impiis.*] Ad mortem impiorum, ut Job 21. 33. *Post eum trahit omnem hominem*, id est, ad mortem. *Loquuntur pacem.*] Quia plerúnque impii odium eorum celant. *Secundùm opera.*] Quia tu solus corda eorum investigâsti.. *Opus Dei.*] Cultum Dei non curant, sed sequuntur vanitates mundi. Vel, *Opus Dei.*] Id est, in cœlo & terra, quod Deus sit prima causa; consideratio hujus operis est pars cultus Dei. Vel, *Opus Dei.*] In mutationibus anni & stellarum. Rabboth. Non est in Cod. Crem. *Destrue eos.*] Vel, diruas eorum opera, quia non animadvertunt tua. *Quia audivit vocem.*] Per prophetiam prævidet hoc, quod in fine dierum ejus accidit, quando erat in periculo Ishbibenob. jurabant servi ejus, non exiturum in prælium ampliùs, tunc cultui Dei se devovit, & Deus audivit orationem suam, in Psal. 27. vide 2 Sam. 21. 17. *Jurabant servi Davidis, &c. Dominus est robur meum.*] Ab Ishbibenob. *Et ego sum servatus.*] Quia Abisai occidit Philisteum. *Cor meum lætabitur.*] Quia erit liberum ad otia divina. *Dominus sit robur eorum.*] David sedens in pace domo sua, sic orat pro Israele præliante. *Benedic.*] Operi manuum eorum. *Eleva eos.*] Suprà Gentes. עד העולם] Id est, usq; ad finem sæculi.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 28.

Ne trahe me.] Ad mortem cum impiis, R. Moseh. Vel, ne suppedites occasiones allicientes ad peccatum cum impiis, id est, *Ne inducas me in tentationem. Secundum opus manuum eorum.*] Quia non observant *opus manuum* Dei, par pari. *Et non ædificabit.*] Cadent, & non resurgent, est prophetia, vel oratio. *Cum cantico meo.*] Mem pro Beth, ut in בבשר. Vel, *suprà canticum meum.*] Id est, cum aliis canticis præter hoc, R. Moseh. *Est robur eorum.*] Eorum brachium qui juvant me, 7. v. ut in Isa. 33. *Pasce eos, & eleva.*] Ut oves suprà montes ubi bestiæ non devorent eos. *Juva eos.*] Ut Ezra 1. 4. à נשא *Adjuvent illum*, R. Moseh.

Sect. 3: *Ex Mid. Tillin in Psal.* 28.

Ad te clamabo.] Quia *Dominus est portio populi sui*, vel quia Domini alieni affligunt nós, R. Jehudah bar Simon, ut Neduchad. quia tres socii noluerunt Idolo suo servire. *Ad te.*] Cum humili spiritu. *Ne trahas me.*] Quia id quod est in corde, non est in ore, ut de Absalon. cum Amnon, 2 Sam. 13. *Operationes Domini.*] Circuitus anni, R. Hezechia, vel lectiones Scripturæ, de creatione, &c. *Opus manuum.*] Duo luminaria, Gen. 1. *Destruet eos.*] In hoc sæculo. *Et non ædificabit.*] In futuro.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 28.

Humiliter orat, quia multi in Israel. contemnebant illum respectu Bathshebæ. *Cum descendentibus puteum.*] Sicut unus ex impiis terræ. *Non intelligunt operationes Domini.*] In creatione ejus, & providentia, confundunt enim civitatea qui contemnunt reges.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 28.

Davidis.] Omnis Psalmus in quo dicitur in titulo *Davidis*, ostendit quod Spiritus venit subitò super Davidem sine mediis usitatis, quando dicitur, *Psalmus Davidis*, tunc utebatur mediis per Psalmum, &c. ad trahendum super eum Spiritum, ut Elisha dixit, *Adducite cantorem, &c.* 4 Reg. 3. 15. ר'ד'ל, R. David. in præf. Psal. *Ne trahe me.*] In extran. linguam מוין אשרוירש, Non est in MS. vel, ne assuesce me, ut societas eorum sit mecum pretiosa, & frequens. à משך semen *pretiosum*, in Psal. 126. 6. *In cantico meo.*] In proximo versu sunt verba cantici.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 28.

Opera Domini.] Legem scriptam Dei manu.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 28.

Facinus impium est in eorum cordibus.] Quod intendunt aliis, & tamen sæpè cadit in seipsos רעה, sex sunt mala, & tria bona, id est, in bonam partem, Deut. 15. 9. *Oculus tuus sit malus*, 2 Sam. 19. 8. *Malum majus*, 1 Sam. 25. 28. *Malum in te non est inventum*, id est, facinus, Et, *læti erimus, &c.* Et Eccles. 2. 21. *Malum grave.* Tria sunt bona, Micah. 5. 4. *Pascet in robore Domini*, & *pascebat eos*, servos Davidis, & Jer. 50. 19. *Pascet in Carmel.* [חן] Non ampliùs cum Segol. *Benedic.*] Cum fructu terræ, & principe pacis. Tria sunt, Deut. 26. 25. *Benedic populo tuo.* 2 Sam. 7. 29. א'נ'ך, id est, in lege, in prophetis, & in Cethubim.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 28.

Cum levavere manus meas.] In prece, voto, seu juramento, ut Dan. 12. *Levabat manus suas, & jurabat, &c.* hæc duo, preces & vota erant conjuncta, ut in Hanna, 1 Sam. 1. *Oraculum tuum.*] Hinc Ethnici habebant etiam sua oracula, Apollo prædixit Crœsum magnum Imperium eversurum, ambiguè tamen, utrum sui an Cyri non explicans, etiam quæ de Mulo, dixit de Cyro ex Meda matre, & Persa patre oriundo, hoc oraculo confisus Cræsus, ut regnum; sic vitam amisisset nisi vel mutus filius ejus dixisset, homo ne perimas Cræsum, vel Cyrus erga illum misericordiam non habuisset, Herod. Clio. Ecce quam futilia sunt Ethnicorum oracula, sed, *Robur Israelis non mentitur*, 1 Sam. 15. *Loquuntur pacem.*] Adulatores Saulis, sed habent in corde prælium, 1, 2, Caus.

Sic Pindar. Olymp. Od. 1.

θαμινὰ κακαγόρος.
——— Linguas
Pœna gravis ferit insolentes:

Operationem manuum tuarum.] In affligendo Davide, 3. Caus. sic Amos 6. *Non animadvertunt Josephi afflictiones. Hæreditati tuæ.*] De Levitis, vel, est *Clerus Domini*, 1 Pet. 5. 4. Caus.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 28.

Quando fugiebat de facie Absalom. ut in Psal. 3.

Ang.

Ang. MS. *Loquuntur pacem.*] Ut Ahitophel, & seniores Israelis, nunc conspiratores. *Ne trahas.*] *No me tires*, Hisp. ut in R. Sol. ex Ling. extran.

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal.* 28.

Si fileas.] In Vulg. Gr. Arab. Aethiop. bis reperitur. *Ne perdas me.*] Vulg. Non est in Heb. est illustratio prioris, ut in Psal. 1. in Vulg. *Non sic, non sic.* Gr. συνελκύσῃς, Gr. Arab. Aethiop.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 28.

Ne similis fiam, vel, ne traditus sim cum descendentibus:] Syr. אשתלם. ܐܫܬܠܡ Heb. נמשלתי per transpositionem. *Ne trahas*, vel, *numeres me cum improbis.*] Velut unum ex illis, Syr. חמנינו [illegible] Heb. משך, sicut in Exod. 12.4. *Numerato*, vel sicut מכם, *summa.* *Diruit illa.*] Id est, unusquisque improborum quærit, ut destruat, non ut ædificet opera Dei, sic 1 Cor. 3. *Qui destruit templum Dei, &c.* sic Psal. 74. *Diruunt malleis, &c.* Syr. [illegible]

Audivit vocem.] Id est, clamorem, intentionem vocis, vel, dicit, *vocem*, quia erat in cætu, Syr. [illegible] *Extolle eos*, vel, *gesta eos.*] Syr. דבר, velut in Isa. 46.4. *Gestamini à me.* Vel, *Remitte eis.*] Velut in Exod. 34. *Remittens iniquitatem.* Heb. נשאם. Vel, *Gesta eos.*] Velut pastor agnos suos, in Isa. 40. *In sæculum.*] Futurum, Syr. ܠܥܠܡ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 28.
Heb. Arab. 17.

Oratio & prophetia, Arab. MS. *Ne rapias me cum peccatoribus.*] Arab. תחטפני تخطفني inde Hateph. Heb. sensus est, ut in Psal. 50. *Ne rapiam vos, &c.* *Eleva eos*, vel, *peccata eorum.*] à נשא, Exod. 34. *Remittens iniquitatem, &c.* Arab. ומכבם [illegible]. *Cor meum lætatur valde*, vel, *fecit crescere carnem meam.*] Arab. לחמי لحمي quia *cor letum est sicut medicina* carni, in Prov.

Psalmus David.

1 *In consummatione tabernaculi.*

XXVIII. Heb. XXIX.

AFferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

2 *Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus.*

3 *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.*

4 *Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.*

5 *Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani:*

6 *Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium.*

7 *Vox Domini intercidentis flammam ignis:*

8 *Vox Domini concutientis desertum: & commovebit Dominus desertum Cades.*

9 *Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.*

10 *Dominus diluvium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.*

11 *Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 29.

DAte Domino.] Verbo & confessione. *Super aquas multas.*] Aquas maris rubri. *Plena majestatis.*] Exsiccabat aquas, Israel in principio hanc vocem imbibit, tandem vero dixit, *Ne loquatur Deus amplius*, Exod. 20.18, 19. *Flammas ignis.*] Ut Exod. 20. 18. *Populus videbat fulgura.* *Concutit desertum.*] Per vocem istam cedri erant fracti, & cervæ præ timore parturiunt. *In templo suo.*] Sinai monte, ut Psal. 68. *Ut in Sinai sancto.* *Sedet super flumen.*] Hoc dicit, quia Gentes putabant qued Deus tempore diluvii mundum obrueret, Detash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Expositores dant alium sensum de mirabilibus creatoris in terra. *Filii potentum.*] Stellæ, quia Angeli sunt potentes, & stellæ sicut filii eorum. *Super aquas multas.*] Aquæ pluviales sunt inter Dei mirabilia, Job 5.9, 10. *Qui facit magna, &c.* & addit, *Qui dat pluviam, &c.* & cum tonitru volitant fulgura terræ motus, & lapides, qui frangunt cedros, & saltare faciunt sicut vitulos. *Cervas parturire.*] Nominat *cervas*, quia difficultèr parturiunt, uterum habent arctum, qui aperitur præ timore tonitru, & meminit *Cades*; quia est eremus grandis, & terribilis, ut in Deut. 32. & Deut. 1. 46. *Mansistis in Cades, dies multos.* *In templo suo.*] In cœlo. *Unaquaque loquitur de honore suo.*] Omnis stella enarrat Dei honorem, ut in 1. v. *Sedet super diluvium.*] Quo mundum obruisset. *Sedet Rex.*] Quoniam Noah erat superstes, illi qui postea vixerunt, nôrunt Deum fuisse Regem qui vivificat, & occidit pro libito suo. *Robur populo suo.*] Eum à tonitru tegendo, à terræ motu, &c. Hactenus Expositores. Non est in Codic. Cremon. Sed in mea opinione Psalmus est de diebus Messiæ, ליםות המשיח. *Filii potentum.*] Abraham. Isaac, &c & assimilat Reges mundi cedris, ut in Eze. 31.1. *Assur est cedrus in Lebanon.* & aquis, quia sunt pleni prosperitate, sicut *aquæ mare tegunt.* *Vox Domini est super aquas.*] Ad exsiccandam prosperitatem Regum terræ. *Deus gloria.*] Qui reliqui sunt confitebuntur gloriam Dei. *Tonat.*] Ut in 1 Sam. 2. *Deus è cœlo tonat in eos.* *Vox.*] Assimilat destructionem

ctionem eorum voci quam non videt homo, nec sentit, sic nec gladio, nec Arcu destruuntur in futuro, *Dominus pugnabit*, ut in Zach. 14. Vel exponi potest secundum sensum literę, quia in prælio Gogi scribitur, *Ego contendam cum illo per pestem, sanguinem, & pluviam*, Ezech. 38. 22. *Est cum gloria.*] Ad Israel, quibus non omninò nocet. *Cedros Libani.*] Libanus erat saltus in terra Canaan, in quo erant Cedri grandes, & prophetæ utuntur similitudine nota. *Saltare faciet.*] Fugere faciet magnates à locis suis, ושלטלם ממקומ׳. *Sicut vitulus.*] Qui currit cito pede quando est parvulus. *Flammas ignis.*] Ita Dei utit illos sicut fulgura. *Desertum.*] Assimilat terras Gentium deserto, quia non sunt ibi incolæ, & in latum ulteriùs potest conspici. Vel, quia ante assimilàsset Reges arboribus, nunc assimilat eorum terras deserto. *Cervas.*] Sunt veloces pedibus, hisce assimilat equitantes super equos, qui non *liberabunt animas suas fugiendo*, Amos 2. 15. *Discooperuit saltus.*] Quando cadunt arbores denudantur saltus, ויחשף, Segol pro Pathac. *In templo suo.*] Quod est in Jerusal. *Loquitur de honore ejus.*] Quia subjugavit hostes suos. *Sedet suprà diluvium.*] Dies Messiæ sunt sicut dies diluvii, homines diluvii Deū ignorabant donec diluviū obruebat eos, sic Gentes oppressores Israel. ignorant Deum Creatorem mundi donec diluvium ignis surripiet eos, tunc confitebuntur Dominum *Regem esse totius terræ*, ut in Zach. 14. 9. *Dominus unus, & ejus nomen unum. Robur populo suo.*] Et subjugabit Gentes sub Israel. *Cum pace.*] Quia abhinc non discent ampliùs prælia. Hactenùs sensus propheticus in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 29.*

Filii Dei.] Stellæ, ut Job 38. 7. בני אלים כוכבים. *Colite Dominum.*] Vos stellæ pugnando contra hostes Dei, & monstrando vosmet in motibus vestris [quos mutare non potestis] ut servi Domini hujus, sic Judic. 5. *Stella contra Siseram. In decore sanctitatis sua.*] In cœlo, quia secundùm ordinem stellarum descendunt pluviæ. *Vox.*] Tonitru, רעם, & dicit, *Vox Domini*, quia potentia Dei videtur in tonitru, & descensu pluviæ. *Vox Domini est super potentiam.*] Id est, super corpora potentia, ut montes, הרים, & sic בהדר, ut הדורים, Isa. 45. 2. *Curva in rectitudinem.* Vel, *Cum potentia.*] Naturali, quam posuit Deus in creatura. *Cedros.*] Meminit horum, quia fortes sunt precipuè cedri in Libano. *Saltare faciet.*] Bene notum est hoc effectum tonitru. *Flammas ignis.*] Lapides igneos, sicut ferrum ignitum, R. Moseh. Vel, ut lapides ex rupe excisi, רמז לאבן, fulminatum lapidem insinuat. Vel, indicat fulgura, ut Psal. 18. 13. הברקי, *Sagittas emisit*, & posteà addit, *fulgura. Desertum dolore afficit.*] Est similitudo, quasi tremebat desertum, sic 2 Reg. 3. *Dolore lapides afficite.* Vel, intendit bestias deserti, חיות, quæ in tonitru sunt quasi mulier parturiens, à חיל. *Cervas parturire.*] Præ magno timore subito parturiunt, vid. Job 39. 1. *Num potes tu cervas parturientes facere? In Templo suo.*] Levitæ laudant Deum, quos servat Deus ne noceat illis tonitru, R. Moseh. *Sedet super diluvium.*] Ad cohibendum illud ne veniat ampliùs super terram. Vel, *Sedebat Dominus super diluvium.*] Et misit illud in diebus Noachi, & similiter per aquas impios, prout sibi placuerit, obruit, ideò sequitur, *Dominus sedet Rex in æternum*, quia post diluvium apparuit regnum Dei, & homines timebant eum. Vel, *Sedet super diluvium.*] Et juravit, quod aquæ non denuò obruerent regnum Dei, id est, viventes, quorum Deus est rex, ideoque sequitur, *Benedicet populo suo.*] In tempore tonitru; Est prophetia vel oratio.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 29.*

בני אלים] Id est, אלמים, Muti qui possunt & nolunt calumnianti respondere, ut ait Isa. *Quis cæcus sicut servus meus, &c.* Vel, filii eorum qui mactati sunt, sicut arietes, & Isaac ipse erat super Altare. *Gloriam nomini*, כבוד שמו] id est, date ei honorem quando nominis sui mentionem facio 18. vicibus in hoc Psalmo.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 29.*

Præcipit Israeli, ut laudent Dominum ob opera sex dierum, in Aegypto, in mari, & in Horeb, &c. *Super aquas.*] Maris rubri, quando per tonitru *turbavit* Aegyptios, Exod. 14. *In potentia.*] Quando dedit legem, Exod. 19. *Vox tuba potentis sonabat, &c. In gloria.*] Ex medio ignis, Exod. 20. *Cedros.*] Reges Canaan, Exod. 15. *Tremebant, &c. Flammas ignis.*] In Tabera, & in die octavo consecrationum, Levit. 9. *Faciet parturire cervas.*] Id est, Israelitas, qui non sunt dispositi, sicut in Isa. 66. *Parturire potest terra in uno die? Saltus.*] Excindet reges terrarum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 29.*

Vox Domini.] Quando lex erat data, בשעה מתן תורה, *Moses loquebatur & Deus respondebat per vocem*, id est, voce Mosis cum tonitru & fulgure, ita ut *tremebat mons Sinai*, Exod. 19. 19. *Cum potentia.*] Vocem contraxit secundùm receptivitatem quæ erat in Israele, כפי כחם קילו. *Super aquas multas.*] In divisione maris rubri. *Desertum Cades.*] Id est, Sinai, habuit 5. nomina, Sinai, Paran, Tsin, Cedemuth, Cades, ר״ל בשבר. *Cervas.*] Gentes terræ veloces sicut cervæ. *Perterrefacit eas.*] à חיל. *Dividit flammas.*] Lex exibat cum flammis ex ore Dei. *Cerva.*] Id est, fœminæ, quarum pedes firmiores sunt maribus, R. Phinehaz, אילות, in fœminin. non אלים. *Saltus.*] Id est, spoliat fortissimos hostes, quorum proceritas est sicut cedri saltus, Amos 2. *In templo suo.*] Aedificando. יחולל, Creavit à חוללתי, Prov. 8. קריאה Ling. extran.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 29.*

Filii potentum.] Angeli, אלים, ut in Dan. 4. *Forma quarti est sicut filius Dei*, id est, Angelus, ut in Job 37. *Desertum.*] חיות, feras. *In templo suo.*] In cœlo supremo ministrantes Angeli laudes suas enarrant. *Sedet rex.*] In throno misericordiæ sedebat & servabat Noachum, & regnat super filios Noæ in æternum. *Dat robur.*] Legem populo suo. Vel, Arcam fœderis, in Psal. 78. *Robur suum.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 29.*

O Potentes.] Cedri & arbores aliæ, ut in Psal. 148. Vel, Angeli, vel idola, quæ sic æstimantur, vel creaturæ magnæ, ut Leviathan: Sex sunt sic scripta in prophetis, & Cethubim, Isa. 55. 5. *Cum idolis*, vel, *sub arboribus*, Ps. 89. 6. *Inter filios potentū*, Angelos, Job 41. 25. *Potentes tremunt*, Dan. 11. 36. *Deum deorum*, & in Paral. *Sacrificia arietum*, Unus est האלים, 2 Paral.

2 Paral. 29. 22. *Arietes mactabant.* *Est cum potentia.*] Dei dicere est facere, quatuor sunt cum Dages, ad corroborandum, Exod. 15. 6. *Gloriosus in potentia*, Isa. 40. 9. *Vocem tuam cum potentia*, 1 Paral. 26. 8. *Vir roboris, &c.* *Sedet super fluvium.*] Vel, revertere facit, vel, habitat in nube, quæ est ut fluvius. ישב. 5. sunt cum Cametz, 2 Sam. 19. 37. *Revertetur servus tuus*, Jer. 49. 1. *Quare habitat, &c.* Psal. 1. 1. *Non sedet*, & *Domine in omni tua justitia.* *Cum pace.*] Duo sunt cum Dages in Scriptura, Job 15. 21. *In pace veniet destructor.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 29.*

De removendo Tabernaculo, Gr. Vel, de exitu hujus sensibilis corporis, τῆς αἰσθητῆς, Greg. Nyss. Vel, *Consummationis Tabernaculi*] Ecclesiæ adversus Diabolum, S. Aug. *Vos ô filii Dei.*] Sic Dan. 4. *Figura quarti, &c.* *Vox Domini.*] Providentia, vel, vox Christi, S. Aug. *Cedros.*] Magnates (1. 2. eff.) ut Isa. 2. *Super omnes Cedros Libani.*

Sic Horat. Od. 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

Eutrop. lib. 5. Multa de casu cedrorum habet exempla; C. Marius contra Cimbros cum Q. Catulo mandatus, victoriam reportabat illustrem: septies erat Consul, postea à Sylla victus, in una palude se abscondit, & morte voluntaria moriebatur. Cicero pater patriæ, & flumen eloquentiæ, miserrimè ab Antonio est decapitatus. Scipio Africanus Carthaginem cepit, Pœnos & Afros fugabat, Provinciámque Romano Imperio stipendiariam reddidit, inter omnes Romanos primus ad Gados se extendit, vicítque Asdrubalem Annibalis fratrem.

Horat. Lib. 4. Od. 8.

——*Incisa notis marmora publicis,*
Rejectaque retrorsùm Hannibalis minæ,
——*Incendia Carthaginis impiæ,*
Ejus qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit ——

Tandem vero patriæ exul, locum invidiæ dedit, Eutrop. lib. 3. Pœnus Annibal Saguntum cepit, Alpes prætervolat, Semptonium & Flaminium superat.

Horat. Lib. 4. Od. 4.

Dirus per urbes Afer ut Italas,
Seu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
Dixítque tandem perfidus Annibal,
Cervi luporum præda rapacium,
Sectamur ultro, quos opimus,
Fallere, & effugere est triumphus.

Tandem vero hic Hannibal, apud flumen Metaurum, (in Umbria à nobis visum) Asdrubale interempto, Claudiíque Neronis opera cæso, intra se dixit Annibal apud Horat. Od. 4.

Carthagini jam non ego nuntios
Mittam superbos, occidit, occidit
Spes omnis, & fortuna nostri
Nominis, Asdrubale interempto.

Et ipse Annibal à Marcello & Scipione victus, fugit; & haustu veneni moritur, Plutar. in Annibal. Eutrop. lib. 3. *Sirion sicut Monoceros.*] Lat. MS. 3. eff. Vel, *Et dilectus sicut.*] Ipse filius unicus patri, S. Aug. *Dividit flammas.*] Mittit fulgura pro libito suo, sic in Job 38. *Dicunt, Ecce nos*, 4. eff. poten. *Parturire facit eremum.*] Lat. MS. dedit Man. populo Israel. in eremo, 5. eff. & cervæ parturiunt speciali Dei providentia, Job 39. 1, 2. 6. eff. *Obstetricans cervis.*] Lat. MS. Vel, *Perficit cervas.*] Venenum non nocet illis sed purgat. S. Basil. *Denudat saltum.*] 7. eff. *Sedet super diluvium.*] Sedet, ut rex super Cerubim in Tabernaculo, & fortis est populi sui propugnator. 8. eff.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 29.*

Quando Tabernaculum pro Arca erat finitum, Ang. MS. Jerom. in Prol. Psalter. Vulg. Gall. *Filios Arietum.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gall. *Filz de muttons*, vel, *ò hijos de fuertes*, Hisp. Ital. *Vox Domini.*] De Arca, seu tempestates, Ital. *Desertū.*] Id est, bestiæ deserti: inter quas transivit Israel. Ital.

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal. 29.*

Filii Dei.] Vulg. Gr. filii Israel, ut Deut. 11. *Vos estis filii Domini*, vel, filios arietum, Lat. MS. *In decore sanctitatis.*] Atrio sancto, Vulg. Gr. הדרת à דר, habitare in Ling. Aram. ut Psal. 84. *Quàm habitare, &c.* idem, *Sirion*, vel, *ut dilectus filius unicornium.*] Vulg. Gr. id est, verus filius à ישר, ut Jesurun, est per transpositionem, ut in Job 38. *Novisti, quia tunc natus fueras? &c.* in Ab. Ezra, vel, R. Dav. in Amos 5. Lat. MS. Rhinocerotum. *Diluvium inhabitare faciet.*] Vulg. Gr. id est, manere intrà cavernas terræ, ut non exeat ampliùs, ישב verbum stans sicut יצא.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 29.*

De oblatione, Par. Edit. *Fortium*, vel, *afferte teneros arietes*, Syr. דכרא ܒܢܝ̈ ܕܟܪ̈ܐ Heb. אלים. *In decore*, vel, *atrio sanctitatis suæ.*] Syr. הדרתא ܒܗܕܪܐ Heb. הדרת per transpositionem.

Dominus est supra multas aquas.] Supra nubes (in quibus tonat) equitat, quæ plenæ sunt aquarum, Syr. [illegible] *Sirion*, vel, *Shenir*, Syr. Par. Edit. [illegible] *Sicut vitulus Libani.*] [illegible] ita illas facit, ut exsiliant, & dicit, *Libani*, id est, Alpium, ut aiunt aliqui, sic dictæ ab albedine nivium, in eas hyeme, & æstate. à לבן de quibus vide, Ps. 36. in Al. A. & Psal. 136. (sed Alpes carent vitulis.) *Scindit flammam ignis.*] Gr. tonitru fulgorem dissipat qui in nube inclusus est, priusquam tonitru nubem disrumpat. *Pariant cervæ*, vel, *commovet cervas.*] Syr. מזיע [illegible] *Denudat*, vel, *eradicat sylvas.*] יחשוף Heb. id est, eradicat arbores; Syr. [illegible]

In templo suo.] Dum tonitru in nube fit (quæ tabernaculum ejus est, ut in Psal. 18.) admirantur omnes, imo atheus Caligula perterrefactus est, Syr. [illegible] *Sedet in diluvium.*] Id est, supra aquas in nube, ut ante. Vel,

Vertit diluvium.] Syr. ܠܡܒܘܠܐ ܗܦܟ Error. in Par. Edit. Heb. ישב, id est, *Convertit* super improbos.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 29. Heb. Arab.* 28.

De incarnatione, de Arca & tentorio, Arab. MS. *Filios Dei.*] Arab. Rom. ابنا الرب id est, offerte primogenitos Domino, ut Exod. 13. 1, &c. Vel, *ô filii Dei offerte Domino, &c.* *Arietes*] Arab. Gr. *Sirien.*] Montem producentem fructus excellentes, Targum. Vel, *Qui est dilectus, est sicut Monoceres.*] Christus Dei Filius in robore, Arab. Neb. Rom. المحبوب אלמחבוב, Gr. Vulg. שרין, sicut ישורין, perfectus est *justus*, in Deut. 32. Græce Rhinoceros, gestat duo cornua, in nari unum, aliud minus in facie sed fortius, vidimus picturam unius ex India eductam ad regem Lusitaniæ, Nebiensis. *Vox Domini fortificat cervos.*] الايل يثبت אלאיל יתבת, Arab. in parturiendo juvat cervos. *Dominus sedet*, vel, *cohibet diluvium.*] Ut Rex in solio sedens, Arab. ימסך يمسك.

Psalmus cantici.

1 In dedicatione domus David.

XXIX. Heb. XXX.

2 *EXaltabo te Domine quoniam suscepisti me: nec delectâsti inimicos meos super me.*

3 *Domine Deus meus clamavi ad te, & sanâsti me.*

4 *Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvâsti me à descendentibus in lacum.*

5 *Psallite Domino sancti ejus: & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.*

6 *Quoniam ira in indignatione ejus: & vita in voluntate ejus.*

Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

7 *Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.*

8 *Domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem.*

Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

9 *Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.*

10 *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*

Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam?

11 *Audivit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adjutor meus.*

12 *Convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.*

13. *Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 30.

P*Salmus Davidis in dedicatione Domus.*] Id est, Templi, licet non sit mentio templi, tamen meminit quòd Deus remisisset peccatum suum; quùm Solomo filius mulieris cum qua peccâsset erat exaltatus in Regem ad ædificandum templum, tunc notum erat omnibus quòd remissa erant peccata Davidis. *Elevâsti me.*] De puteo peccati cœnoso. *Triumphare super me.*] Quia triumphâssent si non remisisses mihi. *Sanavisti me.*] Animam meam à descensu in Gehennam, licet in hoc sæculo corpus meum graviter afflixisti. *O sancti ejus.*] Nam gratiosus est remittere sancto quando resipiscet licet graviter peccet. *In memoriali sanctitatis ejus.*] In nomine ejus, quia per illud mentionem Dei facimus. *In favore ejus est vita.*] Longa vita, & inter 13. Dei Attributa, Exod. 34. 7. duodecem sunt misericordia, & unicum est ira, *Visitans iniquitatem patrum, &c.* & est solùm *ad tertiàm & quartam generationem*; misericordia verò *millibus*, & propter hanc cantabunt sancti. *In vespero.*] Assimilat mœrorem vespero obscuro, & salutem luci matutinæ. *In prosperitate mea.*] Quando imaginatio mala, יצר הרע, in illum non prævaluit. *Non movebor in æternum.*] à via recta ad peccandum. *Montem meum.*] Intellectum meum, שכלי, concupiscentiæ adversarium. *Abscondebas faciem.*] Et intellectum meum non cohibuisti, me propter præterita peccata castigando, vel per afflictiones tentando. *Turbatus eram.*] In concupiscentias lapsus sum. *Clamavi ad Dominum.*] Quando peccabam, quia non habui medicum alium. *In sanguine meo.*] Id est, in vita mea, quæ est in sanguine, & dicit, *Quæ utilitas est in vita mea*, si descendam in Gehennam, melius foret si nunquam fuissem. *Pulvis.*] Corpus convertitur in pulverem quando anima abit ad Gehennam. *Sis mihi adjutorium.*] Quando pes meus labitur. *Convertisti luctum meum.*] Per Nathanem dixisti mihi in sacco, pro peccato contribulato, *non morieris*, morte animæ, 2 Sam. 12. 13. *Gloria mea.*] Anima laudabit te in sæculo futuro.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 30.

In dedicatione domus.] Domus tertiæ, secundæ, vel primæ, ראשון שני שלישי, & assimilat captivitatem morbo, sepulchro, nocti, & redemptionem sanitati, resurrectione, & luci matutinæ, R. Sol. Vel, *Canticum in dedicatione domus Davidis.*] Id est, propriæ domus, ut ego opinor, quæ erat ex cedro ædificata, paulò post initium regni, 1 Paral. 14. 1, 2. & finis hujus Psalmi erat ut Deum, qui Regem eum fecit, laudibus extolleret, R. Moseh. *Est vita.*] Id est, vita longa, חיים ארוכים, sic *Viri mensura*, id est,

est magnæ staturæ, Isa. 45. 14. Dicunt aliqui ægrotâsse Davidem, quando dedicaturus erat domum propriam, & ideo erat in luctu, vel in luctu erat, quia dixisset Nathan Davidi, *Non ædificabis domum Domini*, sed iterùm lætus, audiendo quod filius suus ædificaret illam, R.Moseh. *Pernoctans pernoctabit in mœrore in nocte.*] Sed manè erit in gaudio. *Nunquam movebor.*] Putavi in sanitate mea quod nunquam ægrotarem. *Per favorem tuum.*] ברצונך nunc novi quod mons meus stat in favore tuo firmus, non est valetudo mea in meipso stabilis. Vel, *Stare fecisti me super montes roboris.*] בהררי R. Moseh. Vel, *Stare fecisti robur in monte meo.*] Sic ut non movebor per robur tuum, ut הררי in Jer. 17. R. Jehudah Hallevi. *Turbatus eram quando abscondisti faciem tuam.*] In ægritudine mea. *Num pulvis laudabit te?*] Id est, num corpus in pulverem redactum redibit in terram, ut te laudibus eveheret? sic Gen. 3. *Pulvis as & ad pulverem, &c.* sic Eccles. 12. *Convertisti luctum meum.*] Hoc prævidet per Spiritum. *Saccum meum.*] In usu erat tempore luctus. *Gloria mea.*] Anima mea, ut Gen. 49. 6. *Gloria mea, anima mea,* & in Psal. 16. Vel, gloria quam mihi dedisti ipsa quasi cantabit laudes tuas. Vel, *Gloria laudabit te.*] Id est, omnis homo in quo est gloria, id est, anima rationalis, כלשיש ביכבוד.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 30.

Domus Davidis.] David non potuit, sed cogitabat ædificare domum Dei: idcirco dicit, *Domus Davidis*, ac si ædificâsset illam. & quis est qui circumcidit cui ante ego non dedi filium? Quis facit eleëmosynam cui primò ego non dedi facultates? *Davidis.*] Sic post mortem Davidis sub ejus nomine sunt cantica quæ canit Ecclesia. מזמור] De primo. שיר] De secundo templo, ab Ezra ædificato.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal.* 30.

Sanâsti.] Sanitate animæ, sic in Deut. 30. *Circumcidet cor tuum, &c.* *Inferno.*] Captivitate. *Pulvis.*] Gentes terræ sunt sicut mortui, ut in Ps. 1. *Impii sicut pulvis, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 30.

Sanâsti me.] Est remissio peccati, quando portæ æternæ erant apertæ, ut Psal. 24. *Montem meum.*] Majestatem & honorem meum, ut Zach. 4. *O mons magne.* *Convertisti luctum meum.*] Rabbo. exponunt hunc Psal. de Mardochæo & Ester. בפסיקתא וטוה, in Zota.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 30.

In dedicatione Domus.] Sanctuarii.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 30.

Psalmus.] Duo sunt cum accentu Pazer. Psal. 98. 1. *Ascendere fecisti.*] Quasi ex Ægyptiaca servitute. Tria sunt, Exod. 33. 1. *Ascende tu & populus tuus.* Num. 14. 13. *Ascendere fecisti—per robur tuum.* *Mane venit gaudium.*] In oblatione matutina. Duo sunt defectiva, 1 Paral. 9. 27. *Ad eos pertinet apertio, &c.* *In sanguine meo.*] Si occidas me, duo sunt, Gen. 37. 26. *Si interfecerimus fratrem nostrum.* *Aperuisti saccum meum.*] Duo sunt, Psal. 116. 16. *Aperuisti vincula.* *Et cinxisti me gaudio.*] Duo sunt, Psal. 18. 40. *Cinxisti me robore.* *Et non silebit.*] Duo sunt, Amos 5. 13. *Sapiens silebit*, id est, quando Dei judicia sunt in terra. Et unum est, Lament. 3. 28. *Sedebit solus & silebit.* Afflictio producit silentium, redemptio aperit oris ostium.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 30.

Dedicatione Domus.] Templi Dei (ut quidam) cujus desolatio quamplurima intulit mala, luctûs causas in hoc Psal. memorati.

Horat. Lib. 3, Od. 6.

Delicta majorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris
(Ut Hag. 1 *Quia domus mea est desolata* —)
Ædésque labentes deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.
Diis te minorem, quod geris imperas
Hinc omne principium, huc refer exitum
(Ora mane & vespero)
Dii multa neglecti dederunt
Hesperia mala luctuosa.
Pene occupatum seditionibus,
Delevit urbem Dacus, & Æthiops
(Sub Cleopatra)
Facunda culpa sæcula, &c.

Vel, *In dedicatione domus Davidis.*] Dedicatio domus erat Psalmis, &c. quando primò in illa edebant: ut Deut. 20. *Ædificavit domum, & non dedicavit eam*, R. David. 1. Caus. Vel, domus hæc est Ecclesia, *Domus Dei viventis*, 1 Tim. 3. in quam precibus intrandum est, ut Eccles. 5. 1. *Cum intraveris in domum Dei, &c.* Mos est Syrorum introitu Ecclesiæ preces Deo effundere, [illegible] Orat. Quotid. Syræ, Romæ, pag. 7. 8. [illegible] Vel, domus cœlestis, quæ post mortem ædificatur, Greg. Nyss. S. Aug. *E puteo.*] Vel inferno, Lat. MS id est, profundo miseriarum, ut Psal. 116. *Dolores inferni*, 2. Caus. *Pro momento.*] Persecutio multorum annorum Davidica, instar momenti erat, cum sequenti prosperitate ejus conferenda, 3. Caus. *Nocte durat luctus.*] Non est semper hyems, glacies & procellæ, nec quercus altæ semper ventis agitantur, flebilibus modis modus est adhibendus.

Horat. Lib. 2. Od. 9.

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ
Usque, nec Armeniis in oris
——*Stat glacies iners.*
Menses per omnes,
(Cant. 2. *Præterit hyems, &c.*)
Tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum; nec tibi vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.
(Sic in hoc Psalmo, *Vespero luctus pernoctat.*)
At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
(Nec David puerum, 2 Sam. 12.)
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Flevere semper: desine mollium
Tandem querelarum
(Ut Jer. 31. ad Rahel.)

Herod. Erat. In mortibus regum ululatu immenso

utuntur Lacedæmonii promiscuéque cum mulieribus frontem intrepidè pungunt, κόπτονται τε τὰ μέτωπα, (quod Israelitis interdictum, Levit. 19.) *Manè venit.*] Et toto die manet; vel dicit, *Manè*, id est, oratione matutina, secundùm omnium Christianorum, præcipuè veterum Syrorum morem diurnum, & nocturnum, vide Orat. Syr. quotid. pag. 59. citat. Psal. 141. 1. *Nunquam commovebor.*] Quia Deus per Nathan. promisit, domum Davidis in æternum permansurum, 1 Paral. 17. 12. *Ædificabit tibi domum*, 4. Caus. *Turbatus eram.*] In tempore Saulis præterito, 5. Caus. *In sanguine meo.*] Si perirem funditùs per manum Saulis. *Gloria mea.*] τὸ πνεῦμα, S. Basil.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 30.

Domus Davidis.] Quando Deus dedit ei remissionem adulterii, Ang. MS. tunc de novo consecravit domum suum, Ital. *La casa privata*, Gal. *La maison*, Hisp. *En su casa.* *Montem.*] Ital. Hisp. seu pulchritudinem, 2. Ang. MS. Vulg. Gal. הררי, ut הדרי, Ital. *La mia degnita regale.* *Gloria mea.*] *Il mio ornamento*, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 30.

Ira in indignatione ejus.] Vulg. Gr. id est, destructio, iræ effectus, רגע est mare dividere. *Ad vesperum fletus.*] Vulg. Gr. quia morbi & dolores ingravescunt vehementèr noctu, magìs quam interdiu, ut in Isa. 38. *à vespero ad matutinum, &c.* Ab. Ezra. *Decori meo virtutem.*] Gr. Vulg. id est, cum honore & divitiis meis adjunxisti robur. *Non compungar.*] Vulg. Gr. id est, non ampliùs afflictione vexabor, אדם ut ידם, Aleph pro Jod, à נדמה *Excisus est*, Hos. 4.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 30.

Prophetia, Par. Edit. *Elevâsti*, vel, *humilem fecisti me.*] Et tamen inimicus meus supra me non insultavit, Heb. דליתני à דל, pauper in Psal. 41. 1. Vel, *Exaltâsti* (de pulvere & inferno) *& non lætificâsti inimicos de me.*] Syr. [illegible] [illegible] *In momentum*, vel, *incrapatio est in ira sua.*] Syriac. [illegible] כאתא. Heb. רגע dirupit, vel sicut נער. *Ad memoriam sanctitatis suæ.*] Ad recitationem nominis sui vociferate. *Montem meum*, vel, *super gloriam meam Deus posuisti fortitudinem.*] Syr. MS. שובחי [illegible] Heb. הררי, velut הדרי, sic אעבר, in Jer. 2. 20. pro Resh. *Avertisti faciem tuam.*] Id est, in momento, sicut ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. *Audi Domine.*] Me in vivis, quia mortui non laudant te, Syr [illegible] *Ut psallam de gloria tua.*] Syriac. אזמר [illegible] Heb. יזמרך, Aleph pro Jod, sic in יגאל in Ruth. 4. Vel, *Ut unusquisque psallat de gloria tua*, vel, *ô gloria.*] Tu qui es mea gloria, ut Psal. 4. *Gloriam meam in ignominiam*, Syr. [illegible]

Sect. 12. *Ex Arab. MS. in Psal.* 30.
Heb. Arab. 29.

De renovatione templi & Eucharistia, Arab. MS. id est, quando Joas, vel Josia, restaurabant templum ruinæ vicinum. *Est momentum*, vel, *furor scindens in ira ejus.*] Arab. الرجر אלרגז, id est, furor enecans, sed, *Vita est in favore ejus*, prout sequitur. הדרי *Montem*, vel, *decorem meum.*] Neb. Rom. Arabic. Græc. in pulchritudine domus Dei & regiæ. *In divitiis*, vel, *cantu meo.*] Arab. عناي ענאי à ענה in Exod. 32. *Vocem canentium, &c.* *Gloria mea.*] Anima, Arab. Neb. Rom. نفسي. *Faciem abscondisti.*] Quando hostes tui & nostri diruebant domum Dei, 2 Chron. 24. *In benevolentia sua est vita.*] Dicitur de Christo, R. Mos. Hadarshan.

1 *In finem Psalmus David, pro extasi.*
XXX. Heb. XXXI.

2 *In te Domine speravi, non confundar in æternum: in justitia tua libera me.*

3 *Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.*

Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugii, ut salvum me facias.

4 *Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.*

5 *Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.*

6 *In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.*

7 *Odisti observantes vanitates supervacuè.*

8 *Ego autem in Domino speravi: exultabo, & lætabor in misericordia tua.*

Quoniam respexisti humilitatem meam, salvâsti de necessitatibus animam meam.

9 *Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.*

10 *Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:*

11 *Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.*

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

12 *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis valde, & timor notis meis.*

Qui videbant me foras, fugerunt à me:

13 *Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde.*

Factus sum tanquam vas perditum:

14 *Quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.*

In

In eo dum convenirent simul adversum me, accipere animam meam consiliati sunt.

15 *Ego autem in te speravi Domine : dixi : Deus meus es tu :*

16 *In manibus tuis sortes meæ.*

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.

17 *Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua.*

18 *Domine non confundar, quoniam invocavi te.*

Erubescant impii, & deducantur in infernum.

19 *Muta fiunt labia dolosa.*

Quæ loquuntur adversus justum iniquitatem, in superbia, & in abusione.

20 *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.*

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

21 *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.*

Proteges eos in Tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

22 *Benedictus Dominus: quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.*

23 *Ego autem dixi in excessu mentis meæ : Projectus sum à facie oculorum tuorum.*

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

24 *Diligite Dominum omnes sancti ejus : quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.*

25 *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 31.

COmposuit hunc Psal. David quando fugiebat à Saule. *In justitia tua.*] Et non in propria justitia. *Domum refugii.*] In qua inimicus non potest mihi nocere, sic 1 Sam. 22.4. *David erat in propugnaculo. De rete eorum.*] Non erat captus, sed loquitur secundùm eorum opinionem qui putabant eum fuisse irretitum, ut Ziphitæ, 1 Sam. 23. 20. *Nos tradémus eum in manus tuas.* זו] Denotat rem notam omnibus, ut Jos. 1. *Hic Libanus*, & Psal. 68. זה סיני *Commendo spiritum meum.*] Pro quo illi insidiantur. *Redemisti.*] In certa spe, quasi factum erat. *Deus.*] Qui potens es servare. *Veritatis.*] Quia promisisti mihi regnum. *Vanitates mendaces.*] Astrologos, & incantatores quos in fuga mea non consului, sed in Domino, & prophetis suis confidi. *Novisti animam meam.*] Ut Exod. 3. 17. *Videndo vidi afflictionem populi mei. In manus inimici.*] Saulis. *Posuisti pedes meos in loco spatioso.*] Sic confitebor tibi quando liberâsti me. *Cum dolore.*] Ob inimicum contristando. *Consumitur.*] à עש Isa. 51.8. *Tinea. Venter meus.*] Fame consumitur, מרעב, quando fugiebam, & Ahimelech summus Sacerdos *dedit mihi panem*, 1 Sam. 21. *Anima mea*] Anima appetitiva. *Venter.*] Interiora quæ recipiunt cibum, præcipuè stomachus האסטומכא, quia in illo est fames & saturitas. *Vita mea consumpta est dolore.*] Quia à tempore quo percussit David Pelistæum, & mulieres tripudiabant, nunquam requievit, sed prope mortem erat persecutus. *Propter afflictionem meam.*] עון, ut in Gen. 4. *Pœna mea, &c.* idem. *Ossa mea.*] Quæ sunt robur hominis, & fundamentum corporis. *Opprebrium eram.*] Quia fugiebam de loco in locum : quasi extorrem me deridebant. *Inter vicinos.*] Ex Israel. *Timor ad propinquos.*] Id est, filios familiæ meæ, timentes me periturum per manum Saulis. *Qui videbant me.*] Id est, domestici mei. *Sicut mortuus.*] Desperabundi sunt de me amici mei, sicut de mortuo non resurrecturo. *Sicut vas fractum.*] Quod non potest refici ; sic filii patris mei בני אבי de reditu meo desperant. *Infamiam multorum.*] Qui calumniantur, ut 1 Sam. 24. 9. *Quare exaudit Dominus meus Rex verba hominum? Timor in circuitu.*] Non solùm ab angulo unicô. *Vitam meam.*] Non ut capiant me, & incarcerent (quod esset tolerabile) sed ut vitam meam auferant. *Deus meus.*] Id est, judex, & non homines illi ; sic scribitur, *Dixi Dii estis*, id est, judices. *Sunt in manu tua.*] Id est, tempora in quibus expectant me apprehendere, sunt in tua non illorum manu. *Splendere fac faciem tuam.*] Lux faciei est salus & prosperitas. *Excindantur, in Gehennam.*] Animâ, à ידמו, in Jer. 51. 6. *Ne sitis excisi, &c. Labia mendacia.*] Quæ dicunt Sauli quod David quærit animam tuam. *Contra justos.*] Loquitur de seipso, & justis cum illo. *Quam reposuisti.*] Impii contemnunt justos in afflictione, non considerantes futuri sæculi gaudia, בעולם הבא. *Quam operatus es.*] In hoc sæculo ante filios hominum mirabilia pro justis operaris. *Abscondes eos.*] Est oratio, vel prophetia. *In abscondito faciei tuæ.*] In favore tuo, quia quando Deus abscondit faciem suam, tunc iratus est. *A contentione linguarum.*] Ut ante dixit, *Labia mendacia excindentur. Mirabilem benevolentiam.*] In liberatione mea, ac si essem in *civitate ferti*, Caph deficit. *Audivisti vocem* Quia *venit nuncius, & dixit Sauli, Festina, &c.* 1 Sam. 23. 27. *Diligite Dominum.*] Quando videtis quid fecit mecum. אהבו] Cum Segol propter gutturalem, plerumque est cum Pathac in Imperativo, ut ibi, *Mactate pascha. Remunerat ob superbiam eorum.*] על יתרם, superbos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 31.

סלעי] Respond. ad צור, & מצודות ad בית. *Duces me.*] Quia ascensus montis alti est difficilis. *De rete.*] Aegritudine corporali quam David passus est. *Domine Deus veritatis.*] Dicit, *Deus*, qui est potens ; & *Veritatis*, qui est verus in promissis suis, scil. ut Spiritum in ejus manu depositum custodiat. *Vanitates mendaces.*] Divinationes, quas illi quærunt, 2 Reg. 1. 1. *Interrogate à Beelzebub deo Ecron, utrum recuperabo sanitatem?* Et alii inquirunt quando bella sunt gerenda ; sic Nebuchad. Exech. 21. *Divinabat per sagittas, &c. Anima*

ma mea.] Appetitiva in jecore, quia ægrotus odio habet cibum omnem, ut Job 33. *Et venter meus.*] Stomachus. *In loco spatioso.*] Antehac ibam quò mihi placuit, nunc vero sum in angusto, ab ægritudine mea coarctatus. *Ossa mea sunt consumpta.*] Per defectum cibi, sicut vermis edit vestimenta, à עש. *Fugiebant à me.*] Pertæsi videndo hominem à morbo contagioso ægrotantem. *Sum oblitus.*] Deus videtur oblivisci, quia non præbet auxilium. *Vas perditum.*] è visu projectum, & ex animo, nemo quærit illud. *Timor in circuitu.*] Omnes timebant infici qui audiebant de morbo meo, vel, calumniabantur me, ut timerem omnes qui circundant me. *Tempora mea sunt in manu tua.*] Non in manu incantatorum. *Labia mendacia.*] Respond. ad 13. v. *Infamiam multorum. Deposuisti.*] In futuro. *Operatus es.*] In præsenti. *In secreto ira tua*] Id est, iræ, כעסך, adversus impios, ut 1 Sam. 1. 18. *Non erat adhuc iratus*, idem. רכסי] Id est, hominibus perversis, ut Isa. 40. 3. *Vias—non planas. Per contentionem linguarum.*] בריב, quando impii inter se contendunt, liberat pios. Vel, *à contentione.*] Infamia prædicta, in 13. v. non nocent illis linguæ verbera, Job 5. *Excisus sum.*] à גרז, securis excindens arbores, Donesh. Vel sicut נגרשו, expulsus sum, Menachem. R. Sol. *Vos qui speratis.*] Loquitur pro aliis in captivitate. *Remunerat super reliques.*] יתר הנותרים, reliquias virorum superbiæ donec consumantur omnes.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal. 31.*

Speravi in te.] Sperantem Dominus salvat, licet justi mortui sint propter הרעה peccata populi, Isa. 57. 1, 2. & reliqui ambulant in tenebris peccati, ut in Isa. 50. *Ne erubescam.*] Quando apparet redemptio illa æterna quam non attendit alia captivitas, sed confunduntur inimici in Gehenna, R. Johanan, etiam in hoc seculo, aperit Deus os idolis, ut redarguant idololatras dicentes, *Ad rastus id quod non habet os, &c.* & fecistis accessorium ה principale, טפל עקר, R. Phinehas. *Abscondisti*] Deus abscondit finem Jacobo, Gen. 49. & Danieli, chap 12. ult. רוסי] בעיר. *Dolore consumuntur*, [כלו ביגון Quatuor sunt quæ debilitant vires, Iniquitas, Via, Afflictio jejunii, & Regnum, R. Tanchum.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 31.*

A Rete.] Ziphitarum. *Vanitates.*] Tempora stellarum. *In manu tua tempora mea.*] Licet stellæ præsignificent malum, in manu tua est illud in bonum convertere. *Terror amicis.*] Ne cadant in pericula, sicut Ahimelech, 1. Sam. 22. *Terror in circuitu.*] Omnes mihi enarrant persecutionem Saulis. *Super excessum.*] יתר, quando quis est nimium superbus, tunc castigat eum Deus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 31.*

Extrahe me de rete.] David erat intra muros, & Ceilitæ quærebant tradere illum, 1 Reg. 23 8. *Commendo spiritū.*] *Cōmandarib* בלעז, *en cōmendarè*, Hisp. *Vanitates mendaces.*] Idola. עששית à עששיה, medium visus vitreum quod offuscat sensum ועיניה, vel, לראות מראות בריר[?] in MS. *Non clausisti me.*] In Ceila. [דבה] Est consilium, à רבב, in Cant. 7. in extran. ling. פרדויל *fraudales. Loquuntur dura.*] Ut Isa. 23. 18. *Vestitum durabilem*, Donesh. Vel, *Aversionem.*] Rem non existentem, dicentes quòd David quærit vitam Saulis, à עתק, Gen. 12. 8. *Removere*, res remota alibi, non est ubi erat. *Linguarum.*] Ceilitarum qui adulabantur Davidem. *In urbe ferti.*] Ceila. *Misericordiam.*] In mea liberatione. *In festinatione mea.*] Quando Saul venit contra Ceilam, & circundabat Davidem, & ferè captus erat, 1 Reg. 23. 26. *Secundum superbiam suam remunerat illum qui facit opus superbia.*] Beth deficit, בגאוה, & יתר, מעשה, est excellentia. Vel, *Super chordam remunerat.*] יתר, id est, cum sagitta super chordam jaculatur in eum. Vel, lege talionis *linea pro linea*, ut Isa. 28. יתר est funis, vel, linea.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 31.*

Duc me, vel, *pasce.*] זן, Chald. *Vanitates mendaces.*] Opera nihili, quæ in nihilum tendunt, ab אין. *Infamiam multorum.*] Populorum. *Tempora. mea.*] Meæ redemptionis. *In festinatione.*] Ad fugiendum, [חפזי, sicut חפצי, desideravi, & quæsivi fugere]

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 31.*

Prefecto musica Psalmus.] Decem sunt, initium versus, Psal. 13. 1. Psal. 19. 1. Ps. 20. 1. Psal. 21. 1. Psal. 41. 1. Psal. 51. 1. Psal. 61. 1. Psal. 65. 1. Psal. 140. 1. *Redemisti me.*] Non habet simile cum He פדיתה. *Mendaces vanitates.*] Duo sunt, Jonah 2. 8. *Mendaces vanitates. Vidisti*, vel, *considerasti afflictionem meam.*] Quinque sunt in Cethubim, quatuor sunt defectiva, & unum plenè. Psal. 50. 18. *Quando vidisti furem*, & in Prov. *Vidisti hominem sapientem in oculis suis?* Dan. 8. 20. *Aries quem vidisti* Psal. 10. 14. *Vidisti*, vel, *bene considerasti*, ראיתה, scribitur cum He, & reliquæ voces in Scriptura huic similes sunt defectivæ sine Jod, exceptis duabus בר סך plenæ in hac significatione, Num. 27. 13. *Videbis eam*, ראיתה, 2 Sam. 18. 21. *Id quod vidisti enarra ad regem. Cum dolore*, vel, *invidia.*] Duo sunt, in Psal 6. 7. *Propter dolorem. Et timor.*] In eos à Deo missus, duo sunt cum accentu in penultima, Gen. 31 42. *Nisi timor Isaaci, &c.* & unum est Milra cum accentu in ultima, Isa. 60. 5. *Cor tuum timebit*, primo, & postea *dilatabitur* cum gaudio. *Cum superbia.*] Duo sunt, Isa. 9. 9. *Qui dicunt in superbia, &c.* Nempe contra Deum. *Reposuisti.*] Nempe abscondisti à mundo. Tria sunt in Scriptura, Job 10. 13. *Hæc abscondisti in corde tuo.* Job 17. 4. *Abscondisti sapientiam à corde eorum. Abundanter remunerat.*] In seipso, vel in semine suo. Tria sunt, Deut. 7. 10. *Impium in facie sua*, nempe in hac vita, Jer. 32. 18. *In sinum filiorum* Locus unus est in lege א, alter in ך, alter in Prophetis כ.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 30.*

Exstasi.] Vel, pavore populi Dei in hoc Psalmo, S. Aug. *In manus tuas.*] Sunt verba Christi, in Luc. 23. 46. S. Aug. 1. Cauf. De Christo prophetabant Sybillæ: de Nativitate ejus Sybilla Persica, Lactant. lib. 1 de Div. Instit. cap. 6. S. Aug. 18. lib. de Civ. Dei, cap. 23. In gremio virginis erit Gentis salus, & verbum invisibile contrectabitur: Sybilla Lybica sic, de Passione Christi; In manus iniquorum cadet, qui in faciem percutient eum. Sybilla Delphica sic, Nascetur Propheta de virgine, sine masculi participatione, Chrysip. similiter Sybilla Cumea (cujus speluncam

speluncam vidimus propè Puteolos.) Addam Sybillæ Erythreæ versus Græcos. Lib.8.

Ηξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σάρκα παρὼν κρίναι πᾶσαν καὶ κόσμον ἅπαντα

(Sic Luc. 1. *Regnum ejus erit in aeternum*,& Act. 10. *Judicabit mundum per illum quem destinavit.)*

Λυδίων ῥήξει τε πύλας ἀρεζῆς ἀΐδαο

(Sic Act. 2. *Solvit dolores mortis)*

Et rursus,

Σαρκοφόρων ψυχὰς δ' ἀνθρώπων βήματι κρινεῖ

(Act. 1. *Sic veniet,&c.*

Ρίψουσι τ' εἴδωλα——

(Ut Isa. 2. in die judicii, R. Sol. *Idola penit^o abolebit.)*

Σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει

(Ut 1 Thess. 4. *Descendet è cœlo Dominus*, ἐν κελεύσματι καὶ *tuba Dei*, & 1 Cor. 15. *Sonabit tuba.)*

Ρεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς ἠδὲ γε θείου,

(Ut Apoc. 19. *Stagnum ignis & sulphuris.)*

Τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται
Ανδρῶν εὐσεβίων ζωὴ σκάνδαλμα τε κόσμου,

(Sic 1 Cor. 1. 1. *Christum crucifixum Judais scandalum*, & 1 Pet. 2. *Incredulis lapis scandali, credentibus pretiosus.)*

Υδασι φωτίζον κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς·

(12. Apostoli, ut 12. fontes in Elim. Exod. 15.)

Reliquæ Sybillæ etiam de Christo prophetabant, ideóq; in Casa Lauretana mōstrabant nobis candidissimi marmoris statuas Sybillinas, cum prophetis, Ecce Sybilla & propheta, Sybilla & propheta, in circuitu Casæ sanctæ, (ut vocant) S. Aug. lib. 18. de Civit. Dei, cap. 23. scribit, quod Sybillæ in prædictionibus de Christo erant ἀπὸ τοῦ πνεύματος φερόμενοι, quia prophetia bonis & malis communis est, ut Balaamo, & Caiaphæ, Joh. 11. Alii vero has prophetias prædictas non Sybillinas esse, sed illarum carminibus ad authoritatem Evangelii apud Ethnicos stabiliendam, à Græcis quibusdam Christianis additas esse autumant. *Redemisti me.*] Ante ab illorum manibus, 2. Caus. *Odivi*, vel, *odisti.*] Lat. MS. *Vanitates mendacii.*] Traditiones humanas; de quibus in Matth. 15. *In vanum colunt me*, 3. Caus. Vel, falsam beatitudinem hujus sæculi, S. Aug. Vel, alludit ad vanas divinationes quales erant Augurum Romanorum, ut Horat.

Nube candentes humeros amictus,
Augur Apollo.

In Roma visenda est via sacra, sic dicta, quia Augures istac via transierunt (ad sacra peragenda) in Capitolium.

Horat. Epod. 4.
Sacram metiente te viam,&c.

Ibant à Foro Romano per arcum Titi (adhuc stantem) ad Amphitheatrum nunc *il Colosseo* dictum. Erant Augures magno in honore inter Romanos, Psalmista tamen dicit, *Odio habeo,&c.* Divinabant aliquando per Gallos Gallinaceos, si cibum comederent, faustum: alias omen erat infaustum, ut apparet ex moneta, & Tabulis Lauri Romani ære incisis, & vulgùs quandoque per alites.

Horat. Epod. 10.
Mala soluta navis exit alite.

Et Lib. 3. Od. 27.
Impios parra recinentis omen
Ducat, & prægnans canis——
Fetáque vulpes.
(E contra de fœlice augurio)
Imbrium divina avis (cornix) *imminentum*
Oscinem (ore canentem) *corvum prece suscitabo.*
Solis ab ortu.
Téque nec lævus vetat ire picus,
Nec vaga cornix.

In Ezech. 21. divinabant per sagittas, jecur & exta de Nebuchad. ut Herod. in Erat. de Cleomene scribit.

Horat. Epod. 16.
——*Secunda*
Ratem occupare quid moramur alite.

Et Pindar. Neme. Od. 9.
Avibus malis.

Et Herod. Melpom. apud Scythas, sunt permulti vaticinatores qui pluribus virgis salignis divinabant (ut Hos. 4. *Virga vaticinatur illis*) humi & seperatim earum singulas ponentes. Androgyni tiliæ fronde vaticinantur digitis suis implicando, & resolvendo, &c. Horum tres maximè probatos, quoties ægrotat rex, accersit, qui respondent dicendo, civem unum per regium solium (juramentum apud eos maximum, ut apud Ægyptios, *Pharao vivit*, Gen. 42.) pejerâsse, τὰς βασιλέας ἱσίας ἐπιορκήσαι, ideóque regem ægrotare, quem civem si divinandi ratione perjurii convicerint, caput ejus exscindunt, τὴν κεφαλὴν ἀποτάμνουσι, Herodot. sed si plures vaticines absolverint condemnatum, priores ut ψευδομάντιας in plaustro comburūnt, Id. Vel, hæ vanitates sunt Idola, ut Jonæ 2. *Qui observant vanitates mendaces,&c.* Romani habebant Pantheon (adhuc extat Romæ visendum) ab Agrippa ædificatum, ante portam hujus templi sunt 13. Columnæ ex lapide Ophite, Thebano, vel, Æthiopico (ut alii) quælibet columna marmorea, ex uno lapide tota constat, in honorem omnium deorum erat hoc templum consecratum: Dii cœlestes erant in loculis adhuc visendis, terrestres infrà, & subter terram infernales, sic in Act. 17. erat Altare *Ignotis diis Asia,&c.* ut habent quidam Codices antiqui: Statua Jovis erat, ubi nunc est Altare, B. Virg. Cæteri dii Jovem intuebantur, & quando provincia aliqua rebellionem contra Romanos machinabatur, tunc illius Provinciæ Deus faciem suam à Jove avertebat, exinde conjecturam rebellionis faciundæ habebant. Ecce הבלי שוא. *Tribulationes anima mea.*] Dicit, *anima*, ut de Joseph. dicitur, *Anima ejus in ferro posita erat*, Psal. 105. *Non occlusisti me.*] 4. Caus. è contra Job 16. *Occlusit me in manus impii,&c.* *Cum indignatione.*] Ut de Christo scribitur, Mar. 3. 5. *Aspexit eos cum indignatione.* Vel, cum eorum provocatione, Gr. 5. Caus. *Propter iniquitatem*, vel; *afflictionem meam.*] Gr. κύκλωσιν, *Congregationem in circuitu.*] Lat. MS. à מגור, in Hag. 2. *In Apotheca*, idem. *Timor ad propinquos.*] De Christo scribitur, Matth. 26. 56. *Omnes dereliquerunt eum & fugiebant*, 6. Caus. *Infamiam multorum*

rum.] De Christo dicitur, *Qui transierunt movebant capita sua,* 7. Caus. *Labia mendacia obmutescant.*] Herodot. Clio. turpissimum apud Persas ducitur mentiri ἄισχιστον τὸ ψεύδεσθαι, à quinquennio usque ad vicesimum tribus solis filios imbuunt, ἱππεύειν, τοξεύειν, ἀληθίζεσθαι, equitare, sagittare, vera loqui, Herod. Strabo, lib. 15. *A provocationibus viri.*] à bellis civilibus.

Horat. Epod. 7.
——*Sua*
Urbs hæc periret dextera
Neque hic lupis mos est, neque leonibus
Unquam, nisi in dispar feris
(Isa. 11. & Isa. 65.)
Furorne cæcus, an rapit vis acrior, (fata)
An culpa? Responsum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit,
Mentésque perculsa stupent.

A contentione linguarum.] Christus sustinuit *contradictionem peccatorum,* Heb. 12. 8. Caus. Vel, *Per contentionem linguarum.*] Ut S. Paul. inter Sadducæos & Pharisæos decertantes evasit, Act. 23. 6. *In civitate circumstantiæ.*] Circuitu societatis humanæ, S. Aug. *Muta fiant labia.*] Perde ea in sepulchro, loco silentii, Psal. 94. *In stupore meo.*] Lat. MS. quem habuit Christus ante suam passionem, S. Aug. Gr. θαμβεῖσθαι, in Mat. 26. 37, 38. Idem. Vel, *In exstasi.*] Id est, ἐκλύσαι, à nocivis omnibus in hac vita, Greg. Nyss. *Excisus sum.*] Christus dixit, Matth. 27. *Quare me dereliquisti?* 9. Caus. Est hic oratio Christi in diebus [illegible].

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 31.

De persecutione Saul. Ang. MS. Vel, de excessu, sive perplexitate animi, Ang. MS. Bodleian. *David rinchiuso nel deserto da Saul,* Ital. Hisp. *En la figura es oracion de Christo en la cruz.* *Venter.*] Id est, vis stomachi, Ital. *Il mio occhio e la virtù naturale del ventriculo s'è corrotta.* *Vanitates.*] Hisp. Bona terrena, quæ sunt vanitas vanitatum, 1 Eccl. 1. *Tempora.*] *Della vita mia,* Ital. *Festinatione.*] Seu, Exstasi, Ang. MS. Gall. Hisp. *Mi priessa.* *Secreto faciei tuæ.*] In cœlis, ut Psal. 16. *In facie tua est plenitudo gaudii, &c.* *Sicut in civitate forti.*] Ital. *Come,* Hisp. *commige.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 31.

In rupem, vel, *Deum protectorem.*] Gr. quia Deus est rupes nostra, Deut. 32. *Non sicut eorum rupes.* *Odisti,* Gr. Vulg. vel, odi, שנאתי, Jod redundat pro more Cethib & Ceri. *In ira.*] Vulg. Gr. Dei, vel, in ira inimicorum meorum, vel, irâ mea adversùs eos. *Commorantium in circuitu.*] Vulg. Gr. in forma rotunda, ut in Synedriis, sic facilius possint videre invicem, מגור, est *habitatio,* in Psalm. 55. *Tempora,* vel, *sortes mea.*] Vulg. Gr. Arab. Aethiop. id est, quæ in tempora accidunt prospera & adversa, Theodoret. *Abundantèr.*] Vulg. Gr. על יתר non parcus, sed abundans vindex erit in vindicta sua Deus.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 31.

Eucharistia & oratio in omni tempore, Par. Edit. *Deus esto mihi auxiliator, & domus refugii, quia es domus refugii.*] Hodie es, & esto in futurum. Vel, tu es, & in alium non confido, Syr. [illegible]

[illegible] *In manu tua,* vel, *tibi servavi spiritum meum.*] Tibi soli servire, & non idolis, uti sequitur, Syr. לך אטרת [illegible] Heb. אפקיד, vel, secundùm, 1 Pet. 4. ult. *Commendent animas suas bene agendo, in manus fidelis creatoris.* *Odi,* vel, *Odisti eos qui observant vana idola.*] Syr. דנטרין דחלתא [illegible] sic in Jon. 2. 8. *Qui observant vanitates mendaces.* *Agnovisti animam meam in afflictionibus.*] Quando amici erant, quasi me non novissent. Vel, *Afflictiones animæ meæ novisti.*] Syr. [illegible] ut in Exod: 3. *Vidi afflictionem populi mei, &c.* *Præ dolore,* vel, *indignatione.*] Syr. [illegible] oppressus sum in ira, id est, inimicorum meorum sentiens furorem, dolet cor, & luget oculus meus. *Venter meus.*] Ut cibos comedere nequeam, vel, famelicus vagor huc & illuc. *Iniquitas,* vel, *paupertas mea.*] Syr. [illegible], Heb. עוני, sicut Jacob, *Syrus ille periturus,* Deut. 26. *Conturbantur ossa mea ab omnibus inimicis meis.*] Syr. [illegible] quia dolor & invidia sunt *putredo ossium,* in Prov. *Contumeliam.*] vel, cogitationes multorum, Syr. דגיא [illegible] Heb. רבה. *Timor illis qui me nôrunt.*] Syr. ob timorem Saulis reformidant meam societatem, מגור מסביב, Non est in Syr. *Oblitus sicut vas,* vel, *vestimentum.*] Syr. [illegible] vestis detrita abjicitur, ut Psal. 102. *Sicut vestem mutabis ea, &c.* *Tempora mea,* vel, *tempora sunt in manu tua.*] Ut mutare possis ea pro placito tuo; sic in Dan. 2. Syr. זבנא [illegible], Heb. עתותי. *Descendant in sepulchrum.*] Syr. נחתון [illegible] Heb. ידמו; sic in Exod. 15. 16. *Conticescant,* vel, *descendant ut lapis.* *Quam multa sunt bonitates quas operatus es,* vel, *servas pro sperantibus in te.*] Omni tempore quando te invocaverint; & ait, *recondisti* pro aliis, Syr. [illegible] פעלת, non est in Syr. *A certationibus,* vel, *perturbationibus hominum.*] Syr. דלוחיא [illegible], *A certamine linguarum.*] Vel, in umbra tua operies eos à contentione, Syr. MS. חריגא [illegible] *Qui sibi elegit sanctum in civitate munita.*] Id est, Davidem, vel, Solomonem, ut regnarent in Jerusal. Syr. MS. [illegible], Heb. לי *Audivisti vocem.*] Clamorem in cœtu, [illegible] Syr. *Rependet improbis secundum opus superbia.*] Syr. [illegible] Heb. עשה sicut מעשה, ut in Psal. 101. & יתר, Heb. est עולא, Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 31. *Heb. Arab.* 30.

Locutus est eum ex ferventi corde, orando & gratias agendo, Arab. MS. *Pro extasi,* في [illegible]

تخييري Arab. stupore. Gr. Vulgat. Id est, raptura prophetica, ut Isai. & Ezech. *Cadebant in faciem.* *Novisti*, vel, *liberâsti animam meam.*] Arab. وخلصت וחלצת, sic Psal. 1. ult. *Novit viam justorum.* *Tempora*, vel, *portiones meæ sunt in manu tua.*] 70. Arab. Rom. Neb. قسمي קסמי, κλῆροι sic in Psal. 16. *Sors cecidit mihi in amœnis*: intendit prospera & adversa, ut in Psal. 80. *Tempus eorum*, nempè fractio vel adversitas, à יעותי, *terrores*, in Job. 6. & in Prov. *Tota dispositio sortis est à Deo.* *Venter*, vel, *virtus mea.*] Arab. وقوالي וקואי, quia robur crescit ex nutritione & digestione stomachi. *Anni*, vel, *senectus mea.*] Arab. sic in Deut. 33. *Sicut anni tui, sic vires tuæ*; intendit annos senectutis. *Ab insurrectione linguarum.*] Seditio est in lingua, tunc in manu. *Qui confidunt in te coram filiis hominum.*] Arab. palàm manifestant fiduciam suam. *Secreto præsentiæ tuæ.*] Alâ tuâ, Arab. *Vanitates mendaces.*] Pseudoprophetarum signa, ut in Deut. 13. *Det signum, &c.* Vel, Idola vana, Arab. بالاوثان באלאותאן, ab און Idololatria, 1 Sam. 15. *Odi*, vel, *tu odisti.*] Arab. id est, O anima mea tu odisti ea, Arab. شنيت סניית. *Custodit fideles*, vel, *veritatem.*] Arab. بنغي, id est, in verbo suo verus est.

Ipsi David intellectus. XXXI.
Heb. XXXII.

BEati, quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

2 *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in spiritu ejus dolus.*

3 *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.*

4 *Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.*

5 *Delictum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi.*

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

6 *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.*

Veruntamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

7 *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.*

8 *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo te super oculos meos.*

9 *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.*

In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

10 *Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.*

11 *Lætamini in Domino & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 32.*

MAschil.] Vide in Psal. 4. *Cujus peccatum est tectum.*] Conversione ad Deum, & pœnis quas luit in hoc mundo, Beatus est, quia purus erit à peccato in seculo futuro. (pœnas quas luit) non sunt in Cod. Cremon. *Non reputat iniquitatem ejus.*] Id est, nihili æstimat לא חשב מאומה. *Non est dolus.*] Non habet propositum revertendi ad peccatum post resipiscentiam; non dicit, Resipiscam & denuò peccabo, vel, peccabo & resipiscam. *Beatus est.*] Qui novit remissum esse peccatum suum, & loquitur David de seipso propter peccata ingemiscente. Dixit R. Jos. Cimchi sunt tres gradus justorum, infimus est, cujus *transgressio est remissa*, id est, qui peccat graviter, & plenè resipiscit, & gratiam invenit; secundus gradus, *cujus iniquitas tegitur* per justitiam multam quam habet, ut in Seah tritici pauca grana hordei occultantur; tertius gradus, *cui Dominus non imputat peccatum*, quia hi non sunt sibi conscii de peccato, & ponit in primo gradu, *Cujus transgressio est remissa*, quia plerunque justi sunt in illo gradu, & pauciores in secundo, paucissimi in tertio gradu, המעט מן המעט. Nota hæc non est in Cod. Cremon. *Quando silui.*] Et cogitavi in anima mea de peccato meo. *Manus tua ingravescebat super me.*] Quia puniebas me minus quàm merui, ideò timui damnationem in futuro seculo. *Siccitatem æstatis.*] Æstas exsiccat. *Confitebar.*] Ore peccatum illud quod anteà Deus novit, loquitur ἀνθρωποπαθῶς. *Dixi confitebar.*] Dixi in corde meo. *Iniquitatem peccati*, vel, *peccatum peccati.*] Utitur duobus vocabulis, ad aggravandum peccatum suum, ut in Dan. 12. 2. אדמת עפר, &c. *Propter ea.*] Quia remisisti peccata mea, quùm alii peccant, similitèr orabunt ad te. *In tempore inveniendi.*] Quando invenit cor suum perfectè conversum. *Solum in fluviis aquarum.*] In afflictionibus צרות mundanis & corporeis non pertingent ad illum, multò minùs timebit destructionem animæ in futuro seculo. *Canticis liberationis.*] Sancti in cœlis mecum jubilabunt. Vel, sonoris precibus pro liberatione circundabis me, sicut adversarii mei anteà me circumdederunt. *Instruam te.*] Psalmista instruit unumquemque cujus aures preparantur. *Cum oculo meo.*] Sicut ego experientia didici, quia ego pœnitentiam egi, & remisit mihi Dominus; vade tu, O homo, & fac similitèr. *Sicut equus.*] Sicut bestiæ quæ nocent & ignorant, & per verba instrui nequeant, sed per violentiam cohibentur à nocendo: & mentionem facit Equi & Muli, in quos mos est equitare & fræno cohibere. *Dolores multi erũt in impios.*]

Qui bestiis similes sunt, & verbis nolunt à peccato refrænari. *Multi circumdabunt illum.*] Opposit. ad illud, *Dolores impii*, quia justi confidunt in Domino, & neminem alium nôrunt adjutorem, & sic ab omni vetito in verbo Dei avertunt sese. *Recti corde.*] Qui convertunt cum corde perfecto. *Gaudete.*] Opponitur, *doloribus impii.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 32.*

Maschil.] Est poësis cujus initium est *Maschil.* Vel, *Ad tribuendam instructionem.*] Aliis qui sunt in tribulatione, ut in hoc Psalmo dicitur, *Docebo te*, idem, Rasi: dicunt aliqui Davidem locutum esse in persona aliorum in captivitate, sed addit פשעי quod non obscurè indicat דבר illud Bathshebæ. *Tegitur.*] Quia pœna est remissa. נשוי] à finientibus Aleph sicut He. *Non numerat ejus iniquitates.*] à חשבון Vel, *non cogitat de peccato ejus.*] Sed obliviscitur ejus Dominus. *Non est dolus.*] Non est sicut *Arcus dolosus*, Hos. 7.16. ut *convertat ad vomitum suum*, R. Sol. *Silui.*] à loquendo pro more hominum, R. Sol. *Rugitu meo.*] Sicut seq. *Humor meus — in siccitatem.*] Id est, humidum הליחה radicale exaruit, ut *siccitas æstatis*, à לשד in Num. 11.8. *Oleum humidum*, Dones. Vel, *Ad destructionem meam erat conversum.*] לשדי, à שודד, Menachem. *Peccatum.*] Vel, pœnam peccati mei. *Selah.*] In veritate (ut Psal. 3. in Sect. 2.) *Peccatum meum.*] Respond. ad ver. 1. *Cujus peccatum tegitur.* *Iniquitas.*] Respond. ad illud, *Non reputat iniquitatem.* *Transgressio.*] Respond. ad illud, *Cujus transgressio &c.* *Remisisti.*] Ad hunc usque diem, vel, est prophetia de remissione futura. *In tempore inveniendi.*] Deum, vel quando homo cor ejus ritè præparatum reperit, Chal. ut 2 Sam. 7.27. *Servus tuus invenit in corde suo, ad orandum, &c.* *Flumina.*] Afflictiones, ut in Psal. 18.16. Vel, hostes, R. Sol. Vel, mors & morbi התחלואים. *Canticis.*] Vocibus Angelorum Deum laudantium, רני קולות מלאכי. *Et unusquisque eorum dicens, Instruam te.*] R. Moseh. vel unumquodque canticorum me instruunt. רני, à רנה, in 1 Reg. 22. *Proclamatio, &c.* *Quorum os.*] עדיו לחייו, inter sapientes nostros est benè notum. *Cohibere illud.*] à בלם. *Ne appropinquent ad te.*] Et noceant tibi. Vel, *Non appropinquent.*] Ne sis similis illis, quasi propinquus eorum.

Sect. 3. *Ex Mid. Tillin in Psal. 32.*

משכיל] Id est, Davidis, qui superna sapit, & liberatus est, sic Nebuchad. levabat oculos ad cœlos, & remissa sunt peccata ejus. *Non imputat.*] Quando conversio est perfecta, R. Josi bar Jehudah: & peccata quæ confitetur hoc anno, confitatur sequenti, ut in Psal. 51. *Peccatum meum est coram me semper*, licet R. Eliezer dixit, *Coram me* corde, non in ore. *Dolus non est.*] In oratione. *Justi.*] Dixit Deus benedictus 248. membra sunt tibi, & 248. præcepta affirmativa sunt in lege: si custodias præcepta legis meæ, ego custodiam membra corporis tui, R. Jehudah bar Simon.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 32.*

Declarat modos conversionis suo exemplo. *Peccatum occultum.*] כסוי remittitur etiam pœnitentia, pariter ac פשע rebellio. *Non imputat peccatum.*] Quando intentio ejus est in honorem Creatoris sui, sicut in Jael, Jud. 10.5. *Dixi.*] Antequam confitebar. *In tempore inveniendi.*] Subitò, quando invenit eum afflictio aliqua, resipiscit antequam superveniant *fluctus* miseriarum. *Sicut equus.*] Qui non intelligit per plagam primam. *Multa sunt afflictiones impii.*] Quia non sentit nec convertit in principio afflictionum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 32.*

Maschil.] Instruere faciens, dicti erant hic & similes Psalmi per manus Interpretis, על ידי תורגמן. נשוי] In peregrina lingua, אנפרדונץ, *an pardones*, Hispan. *el pardonado.* *Non est dolus.*] Non redit ad vomitum suum. לשדי] à שדד, *destruere*, Menachem. Non est in MS. *Confitebar peccata mea.*] Alibi dicit David, *Ego sanctus sum*, id est, coram Deo cor ejus erat perfectum, sed in hominem habuit peccata multa, ut in re Uriæ, Ab. Ezra. Non est in Venet. *Flumina.*] Gentes, sicut orat David, *Ne incidamus in manus hominum*, 2 Reg. 24. *Docebo te.*] Verba Dei. *Dabo consilium*, vel, *nutum cum oculo meo.*] à עצם, in Prov. *Non intelligit.*] Inter bonum & malum, בין à הבין. *Ad obturandum os.*] אותו deficit, Ab. Ezra. Et בלימה in lingua Mishneh in Becuroth est מסגר, ut רגליו מבולמות, MS. Vel, *ad tenendum etiam os suum.*] Sicut על בלימה in Job. 26. *In Equilibrio*, R. Menachem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 32.*

Quando silentium feci.] à verbis legis. *Manus tua.*] Plaga, ut Exod. 9.3. *Manus Domini.* *Aquarum.*] Gentium. *Cum oculo meo.*] Ponam in te oculum meum in bonum, ita ut aquæ non noceant tibi.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 32.*

Ossa mea senuerunt.] Propter longam afflictionem; quatuor sunt, Deut. 29.5 *Vestimenta non senuerunt.* Nehem. 9.21. idem. Josh. 9.13. *Senescunt præ longo itinere.* *Manus tua.*] Quinque sunt defectiva in libro, Psal. 10.12. *Eleva manum tuam.* Psal. 38. *Manum tuam super me*: &, *Si ambulavero in medio angustia, &c.* & Ps. 145.16. *Aperis manum tuam.* Est manus misericordiæ quam aperit Deus ad pœnitentes, post manum judicii. *Non habent intelligentiam.*] Quinque sunt in Scriptura; 1 Reg. 3.11. *Quia petiisti intelligentiam.* Isai. 56.11. *Canes — qui non intelligunt.* Isai. 58.19. *Ad intelligendum rumorem.* Et in Prov. *Sapientia hominis est intelligere viam suam.* Symbolum in lingua Aramatica, חוון כלביא שאלין חוכמתא לסוסיא. Singula reperiuntur in singulis locis prædictis: Homo sine intelligentia est ut bestia. עדיו] Sunt tria.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 32.*

Maschil, vel, intelligentia.] Lat. MS. quâ intelligitur non meritis operum, sed Dei gratia hominem liberari, S. Aug. *Silui.*] à confessione. Vel, silentium, pallor & suspiria, sunt ardentis amoris ad Bathsheb. (de qua hic Psalmus) vel aliam, indicia.

Horat. Epod. 11.

Heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui: conviviorum & pœnitet,
In queis amantem & languor, & silentium
Arguit, & latere Petitus imo spiritus.

Manus tua erat conversa ad meam destructionem.] Gr. per febrim forsan. Vel, in miseria mea, Lat. MS. à שדד. *Æstate.*] Vel, וקץ. *Spina.*] Compunctus mala concupiscentia. S. Aug. *Ad eum.*] Ad Deum, S. Aug. Enar. 2. *Ut non appropinquent*

flumina

flumina.] οὐκ μὴ ἐγγίσει, Gr. *Laus mea, salvans me à circundantibus me.*] Lat. MS. Gr. Vel, *Canticis circundas me.*] Postquam evasi è laqueo concupiscentiæ prædictæ.

Horat. Epod. 11.

Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia
Non contumeliæ graves.

Dicendo *docebo te.*] Viam confessionis, & fidei, vox *dicendo* deficit, ut Eccles. 9. Dicentes *spes est, &c. Cujus os fræno.*] Pro more, ut

Horat. Od. 8.

Gallica nec lupatis
Temperet ora frænis?

Lætamini.] Est fructus justificationis, Rom. 5. 1. *Lætamur in tribulatione, &c. Ne estote ut equus.*] Saginatus, & libidinosus, Jer. 5. unum ardorem post alium sequentes, ita ut inutilia sint consilia, & opus est calcaribus,

Horat. Epod. 11.

Sed alius ardor, aut puella candida,
Aut teretis pueri
Longam renodantis comam.

(More mulierum, hunc morem puerorum Concubinorum videtur prohibere S. Paul, 1 Cor. 11. ἐὰν κομᾷ, &c.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 32.

Quando erant remissa adulterium & homicidium Davidis, Ang. MS. *Maschil.*] Nomen Harmoniæ (seu instrumenti) Ital. *Secundo il tone della quale fu cantato*, vel, *Hinstrucion*, Hisp. *Humiditas.*] *Mi verdor*, Hisp. Ital. Vel, *Spina est infixa.*] 2. Ang. MS. Gal. Vulg. קוץ sicut קוץ, id est, adulterium & homicidium percutiunt cor meum, & penetrant quasi carnem meam, ut in 2 Cor. 12. *Spina in carne mea*, exponunt aliqui de concupiscentia. *Ponam oculum meum super te.*] Ang. MS. Gal. providebo omnia pro te utilia, Ital. Vel, *Accennaro col mio occhio*, Ital. ut in R. Sol. Hisp. *Aconsejaré.*

Sect. 10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal.* 32.

In gladiis spina.] Vel, dum configitur spina, Vulg. Gr. à חרבות. *Quæ circundedit me.*] Vulg. Gr. חצרני in fœmin. ut חבא in Psal. 101. in R. David. *Exultatio mea, erue me à circundantibus.*] Vulg. Gr. אשר subaudi ותסובבני.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 32.

De Adami peccato, & Christi redemptione, Par. Edit. [illegible]

Spiritui ejus non inest dolus.] Verè autem remittitur peccatum ejus, per Christum. Vel, nullum peccatum (quod est *dolus* peccantis) est in corde suo. Quia die & nocte ——&c. *Et siccitas*, vel, *dolor convertebatur ad ubera mea*, vel, *pectus meum* [illegible]

quasi gladii.] Syr. MS. בחרי error in Par. [illegible]

Heb. לשדי à שוד ubera, & Heb. חרבוני sicut חרבות, & קיץ, secundùm illud in Gen. 27. 48. *Tædet me vitæ. Omnis orabit tempore accepto.*] Syr. MS. [illegible] *Circumdabis me, ut te intelligam.*] Syr. [illegible]

Consilium dabo, vel, *ponam oculum meum in te.*] Syr. [illegible]

Heb. איעצך in bonum. *Fræno subjungant eos à juvenilitate sua.*] Id est, quamdiu sunt juniores & validi, Syr. Par. [illegible] מן טליותהון

Heb. עדיו nam juventus ornamentum est & robur vitæ, MS. [illegible] *Ab errore suo.*] Cohibent os fræno ne errent. *Multi dolores.*] Morbos Dei nuntios, Syr. [illegible]

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 32.
Heb. Arab. 31.

Prophetia de redemptione, Arab. MS.. *Remissa est iniquitas.*] Hoc apparet in redemptione, ut Isa. 40. 1, 2. *Consolamini, &c. Non est dolus.*] Sed ex corde sincero confitetur. *Silui, quoniam essa mea sunt consumpta.*] Arab. [illegible] מכרת אלן deficit clamando vox mea. *Per aculeos spinarum.*] Erant dubitationes in anima, quasi σκόλοψ in carne mea, per quem tanquam spina, inquieta erat conscientia mea, ut 2 Cor. 12. Gr. ἐκαντῆσαι, Arab. Rom. curæ occidentes [illegible] אלהמום Heb. קוץ ut קוץ, & à חרב *acutus gladius.* Vel, *Spina cum aculeis reversa est in pectus meum.*] Arabic. פי קלבי Heb. לשדי à שוד ubera. *In tempore felecte*] Arab. Rom. id est, tempore pacis, post quam venit captivitas, ut *aqua fortes*, אזאגבה [illegible] Arab. *Cum canticis.*] Pro redemptione.

Tu es liberatio mea, רני *redime me* פלט *à circundantibus.*] Arab. [illegible] *Cum oculo meo.*] Ponam oculos meos in re, ô anima mea, Arab. נטרי [illegible]

O filii hominum, sicut equus ——ne estote.] Arab. sed estote præmoniti, & conversi, antequam captivitas & cæteræ afflictiones superveniant. *Quàm multi sunt dolores.*] Arab. [illegible] id est, innumeri sunt.

Circundabit eos.] Oppos. ad illud, *circundantibus* hostibus.

Psalmus David. XXXII.
Heb. XXXIII.

1 *Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio.*

2 *Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.*

3 *Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vociferatione.*

4 *Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera ejus in fide.*

5 *Diligit misericordiam & judicium: misericordiâ Domini plena est terra.*

6 *Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

7 *Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.*

8 *Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.*

9 *Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.*

10 *Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.*

11 *Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis ejus in generatione & generationem.*

12 *Beata gens cujus est Dominus, Deus ejus: populus, quem elegit in hæreditatem sibi.*

13 *De cælo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.*

14 *De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.*

15 *Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.*

16 *Non salvatur rex per multam virtutem: & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.*

17 *Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.*

18 *Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia ejus.*

19 *Ut eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.*

20 *Anima nostra sustinet Dominum: quoniam adjutor & protector noster est.*

21 *Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto ejus speravimus.*

22 *Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 33.*

CLamate Domine.] Laudes reddite sonoras, Beth pro Lamed. *Laus decet.*] Decorum est ut recti laudatent Dominum, quia operibus ejus assueti sunt, נאוה à נאה, vel ab אוה desiderare, quasi diceret, *est res desiderabilis*, ut sic laudarent. *Cum cithara.*] Quia instrumenta musica animam rationalem exsuscitant, מעוררים נפש החכמה, & lætificant, ut 2 Reg. 3. *Dixit Eliseus, afferte tibicinem, & venit super eum manus Domini. Canticum novum.*] Renovate indies illud, sicut ipse misericordiam suam in *matutinis* renovat, Lam. 3. היטיבו] Manu & ore, id est, omnē diligentiam seu peritiam in laudibus Dei demonstrate. *Verbum Domini est rectum.*] Decreta sua, הגזירות, ut dixit Moses, *ipse est Deus veritatis, non est in eo iniquitas*, Deut. 32. 4. Et si malum aliquod acciderit, tamen sancti confitentur justitiam Dei, & laudant Deum, ut Isa. 12. 1. *Laudabo te, quia iratus eras*, & Psal. 101. 1. *De judicio canam. Terra est plena misericordiâ.*] Deus justitiam in terra operatur, sed suprà omnia *misericordiam*, ut Jer. 9. 24. *Ego facio misericordiam, &c.* & *in illis ego delector*, id est, ut alii etiam similiter operentur. *Per verbum Domini.*] Id est, voluntatem, הרצון, ut Gen. 1. 3. *Dixit Deus, fit lux*, & verbum hoc etiam *Spiritus oris sui* appellatur. *Congregat aquas maris.*] Ecce altera misericordia, sine quâ terra est inhabitabilis, nisi per pisces; quia aquæ tegerent terram. *Sicut acervus.*] Hoc ostendit mare esse terrâ altius: Ergò quando dicitur, *descendunt in mare*, id est, à litore & ripa maris, quæ altior est mari. *In thesauris.*] Id est, sunt quasi in thesauris reconditi, ex quibus non exeunt, ut Jer. 5. 22. *Nonne timetis me, qui feci arenam limitem maris?* id est, arena, quasi res nihili, per meam potentiam limes est maris rugientis: & ecce in his versibus meminit quatuor elementorum: in verbo שמים, indicat Ignem אש, & per *Spiritum oris* Aerem, & Terram dicendo, *Terra est plena*, & aquas quando dicit, *Congregat aquas, &c. Timeat Dominum.*] Qui præparavit תיקן terram ad habitationem incolarum accommodatam. Ipse verba mendacia eorum qui dicunt, Mundum esse æternum, irrita fecit & exinanivit. Non est in Cod. Cremon. *Dixit & factum est.*] Res prædicta, nempe creatio mundi, vel junge cum verbis sequentibus, *irritum facit consilium Gentium*, quia fecit mundum, & omne consilium contra ipsius voluntatem evanescet. *Gentium.*] Dicit *Gentium*, respectivè ad id quod sequitur, *Benedicta est ista gens cujus Deus est Dominus*, quia Ethnici providentiam Dei in hæc inferiora denegant, & potentiam diis alienis attribuunt, ideo dicit, *irritum faciet consilium nationum. Cujus Deus est Dominus.*] Ut Deut. 26. 17. *Dominum Deum tuum esse spopondisti, &c. Quem elegit in hæreditatem suam.*] Ut Deut. 26. 18. *Ut sis ejus peculium. Dispexit Dominus.*] Omniáque bona & mala ab illo descendunt, non per accidens, & hæc est fides nationum quarum *Deus est Dominus. Format cor eorum.*] Ideóque necesse est, ut cognoscat eos, *Qui fecit oculum nonne videbit?* Et quoniam novit corda, multo magis opera, & addit *simul*, unum pariter ac aliud. Vel, *Thesaurizat corda eorum.*] Id est, omnia sunt in Thesauris ejus recondita, & plenè cognita: היוצר sicut אוצר, ut in Zach. 11. *Ad domum Thesauri. Non est rex servatus per multitudinem.*] Sennacherib à paucis in Jerusal. erat fugatus, 4 Reg. 19. 35. *Omnes erant cadavera*, & quomodo hoc fieri potuit, si non sit providentia in hæc inferiora? *Nec liberabit aliquem.*] Super equum fugiebat Sennach. non erat in tuto, quia filii ejus interimerunt eum, & David occidit Goliam. *Super illos qui timent illum.*] Qui confidunt in providentia suâ, illos liberat, quando qui confidunt in divitiis & potentiâ retrocedunt. *A morte.*] In bello. *Expectat in Dominum.*] Nos sumus inter timentes, ideóque servabit nos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 33.*

Psalterio & instrumento.] Sunt duæ instrumentorum species, Vau deficit, נאוה in niphal à תאוה, ut נעשה. *Per Spiritum oris sui.*] Verbum suum.

Congregat

Congregat aquas maris in unum.] Ut terra incolis repleretur: & hic de creaturis inferioribus sicut ante de superioribus, R. Moses. De terra primò, quia est fundamentum; sed non de Igne & Aëre, quia non videntur. *Consistit in aeternum.*] Non sic consilium nationum. *Aspicit omnes.*] Videt eos ac si oculis de coelis in eos intueretur. *Formans corda eorum simul.*] Novit eos, ac si corde unico induerentur. Vel, Creatoriunus est (licet creaturæ sunt variæ) ideò novit omnia. *Equus est res vana.*] Equus regum prædictorum, & sic consilium robúrve potentissimorum sunt ad alteranda Dei decreta inania. *A morte.*] Fame vel peste.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 33.

Exultate in Domino.] Impii clamant מרננים quando percutit eos Dominus, ut Pharao; sed justi clamant & exultant in Domino quando vident mirabilia ejus, ut Exod. 14. *Israel videbat manum magnam* : & Exod. 15. *Immediate cecinit Moses, &c.* sic Levit. 9. quando ignis descendit, *Vidit totus populus & clamabat.* Coeli & Angeli clamant, &c. Job. 38.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 33.

Dicit quod Deus elegit Israel præ nationibus terræ, idcircò corripit omnes deviationes eorum (sicut in Amos 3. 2.) [תרועה] Ante aut post victoriam Messiæ. *In thesauris.*] In subterraneis locis. *Frangit cogitationes.*] Et dissipavit eos, Gen. 11. 2. &c. יחד לבם] Quia imago Dei venit de Coelo ab innumerabilibus Sanctis. *Timentes eum.*] Super eos est specialis providentia.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 33.

In Thesauris.] Subter terram. *Sicut acervus.*] נד, vel, altitudo, נזבגה, sic Targum Onkelus in Exod. 15. כשיר differt à נאר. יחד] Id est, *Simul*, viz. una visione omnes intuetur homines שקירה אחרת, Derash, Rabboth.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 33.

In thesauris.] Chald. (ab ἀποθήκη, Gr.) *Gens*, vel, *homo.*] גברא, Chald. Heb. גו, ut Gen. 20. 4. *Justam nationem*, vel hominem, in Ab. Ezra.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 33.

Pro rectis.] Rectis corde. Tria sunt in Scripturis, Psal. 124. *Lux orta est rectis.* Prov. 2. 7. *Sapientiam pro rectis.* Et unum est ולישרים in Psal. 125. 4. Recti ob dona sapientiæ & salutis Deum laudibus evehunt. *Justitia & judicium.*] Ver. 5. Tria sunt, Gen. 18. 19. *Facere judicium.* Prov. 21. 3. *Facit judicium & justitiam.* Coronâ justitiæ caput justorum erit adornatum. *Abyssum.*] Marium, vel aquarum subterranearum. Quatuor sunt plenè plena, Psal. 104. 8. *Descendunt ad Abyssos.* Prov. 3. 20. *Abyssi apparuerunt.* Prov. 8. 24. *Antequam Abyssi formabantur.* In textu non est plenum, sed in Masora est; Vid. Exod. 15. 5. *Abyssi eos obruerunt.* *Et factum erat.*] Duo sunt, Ezech. 16. 19. *Odor gratus ante illa erat.* Idololatræ dant creaturæ, Creatoris prærogativa. *Omnes filios hominum.*] Frequenter est in malam partem. Sex sunt, Gen. 11. 5. *Quam edificabant filii hominum.* 1 Sam. 26. 19. *Si sint filii hominum.* 1 Reg. 8. 39. *Cor filiorum hominis*; in oratione Solomon. & socius ejus in Paral. Psal. 145. 12. ubi notat Masora non habet simile, & Coheleth est similiter. *Incolas terræ.*] Duo sunt, Jer. 25. 30. *Adversus omnes incolas terræ.* *Auxilium nostrum.*] Duo sunt, Psal. 124. 8. *Est in nomen Domini.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 33.

Novum Canticum.] Pro Evangelio. 1. Caus. *Terra plena est.*] Evangelio Christi. Hab. 2. 14. *Terra plena est scientia Domini* : & Heb. 8. *Omnes scient me, &c.* 2 Caus. [נאר] Est mer, Gr. Lat. MS. quasi in utrem. 3. Caus. Gratit. *Consilium Domini.*] à dissim. *Deus est Dominus.*] Christus. 4. Caus. *Finxit corda.*] Dominus Christus, εἰς τὸ ἴδια venit Greg. Nyss. *Corda eorum simul.*] In una fide Christiana. Act. 2. 46. *Cor unum.* Gal. 3. 28. *Omnes unus in Christo.* 5. Caus. Vel, *Fingens pariter.*] Lat. MS. omnia s. unum æquè ac aliud, ideoque perdat omnia. *Nullus rex servatus.*] 6. Caus. Non viribus, divitiisve: Croesus enim dives à Cyro victus erat, Herod. Clio. Darius ἄπληστ@ periit, aperuit monumentum Reginæ in quo non invenit (secundum inscriptionem) pecuniam, sed literas ita dicentes, εἰ μὴ ἄπληστ@ τε ἦς χρημάτων δὲ αἰ νέκρων θήκας ἀνῳγες, Herod. Psalmus gratiarum actionis ab est. duob. 20. 21.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 33.

In ore, vel, *corde suo.*] Ethiop. Sym. *In vociferatione.*] Vulg. Gr. id est, oratione. *De preparato habitaculo.*] Gr. Vulg. id est, super Arcam. *Sigillatim corda eorum.*] Vulg. Gr. id est, singula corda, unum post aliud, ab אחד *Ut in utre.*] Gr. Vulg.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 33.

De iis quos præfecit David in ministerio Domini. Par. edit. ܘܐܦ ܘܠܗܘܢ ܠܗ ܘܠܐ ܘܐܘܗܝ ܒܠܥܐܠ *Cum clangore.*] תרועה, tubarum in manibus sacerdotum, Num. 10. vel aliorum instrumentorum in manu Levitarum. *Cumulum*, vel, *quasi in utribus aquas maris.*] Syr. דבוקא ܐܝܟ ܙܩܐ, Heb. הניא כנד non est in Syr. *Formas simul.*] ܐܟܚܕܐ ܒܠܒܐ, id est, unum æquè ac alterum, & hinc omnia cognoscit. *Non liberabit.*] Sessorem ejus, Syr. ܘܒܚܝܠܗ ܣܓܝܐܐ ܠܐ ܢܦܠܛ

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal* 33. *Arab.* 32.

O justi, vel, *puri.*] Corde, scil. ut in priori Psal. verult, Arab. אלאברר الأبرار, ut in Psal. 73. *puris corde*, idem. *Sicut in utribus.*] Gr. Arab. Rom. Neb. פי אזקאק في ازقاق, per potentiam exsiccat aquas, & consistunt quasi *in utero* conclusæ. *Formas sigillatim.*] יחד, unam post aliam, non omnes animas simul, ut aiunt Origenistæ & Hebræi, Nebiensis. Vel, *Qui solus creavit.*] Omnia, Arab. אלדי חלק ואחד الذي خلق وحده, Heb. יחד, ab אחד, sic in Deut. 33. *Dominus solus ducebat eos.* Vel, Deus pacis ita quotidie format hominum corda, ut sint in pace unita. Vel, in unitate fidei, ut in Ephes. 4. εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως. Vel, quia solus novit, & suadet corda hominum.

Psal.

1 *Davidi, cùm immutavit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum & abiit.*

(1 Reg. 21.) XXXIII.

Heb. XXXIV.

2 *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.*

3 *In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur:*

4 *Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen ejus in id ipsum.*

5 *Exquisivi Dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*

6 *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur.*

7 *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.*

8 *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.*

9 *Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: Beatus vir, qui sperat in eo.*

10 *Timete Dominum omnes sancti ejus: quoniam non est inopia timentibus eum.*

11 *Divites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.*

12 *Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.*

13 *Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?*

14 *Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.*

15 *Diverte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.*

16 *Oculi Domini super justos: & aures ejus in preces eorum.*

17 *Vultus autem Domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.*

18 *Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.*

19 *Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit.*

20 *Multæ tribulationes justorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.*

21 *Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.*

22 *Mors peccatorum pessima: & qui oderunt justum, delinquent.*

23 *Redimet Dominus animas servorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 34.*

M*ultavit scientiam.*] Aliud quàm erat videbatur. Vel, quando apparuit ut insanus, robur ejus in futurum non perhorrescunt, ideoque nec occidebant illum; & quando expulit eum Achis. tunc composuit hunc Psalmum, per Aleph Beth in initio versuum (excepto Vau in medio versus) Codic. Cremon. In multitudine gaudii quod habuit, liberatus, composuit hunc Psalmum Abecedarium, inspiratus. Derash, non est in Cod. Cremon. *In omni tempore.*] Quia semper miracula mecum operatur, etiam hæc insania erat in tempore suo pulchra. Non est in Cod. Cremon. *In Domino.*] Et in nullo alio servatore, quia ipse cor Achisi ad expellendum me persuadebat. *Quæsivi Dominum.*] Corde meo, quando eorum manibus captus eram, & audivit me [sic Nehem. 2. *Tunc oravi, &c.*] *Ab omnibus meis terroribus.*] Ab hoc terrore, & à Saule, qui misit ad custodiendam domum. *Intuentur in illum.*] Omnes afflicti in Deum pro liberatione הביטו, præter. pro futuro. *Illuminati sunt.*] Luce salutis, ut Esth. 8. *Habebant lucem, &c.* Vel, confluunt velociter sicut fluvius ad mare, vel homo ad Asylum. *Angelus Domini.*] Ut Dan. 6.22. *Dominus misit angelum & obturavit ora Leonum:* & Gen. 48.16. *Angelus qui redemit me.* Non est in Cod. Cremon. *In circuitu.*] Sicut hostes sunt in circuitu. *Gustate.*] Experientia & examen mentis dicitur gustus, ut Prov. 31.18. *Ipsa gustavit, &c.* sicut quis cibum dulcem ab amaro gustu discernit. *Videte.*] Mente & oculo. *Sancti ejus.*] Qui à mundo & concupiscentiis ejus separati sunt ἅγιοι & paucis contenti, sicut de Nazaræo dicitur, *Sanctus est Domino*, Num. 6.8. His dicit, *Timete Dominum*, non indigentiam, quia Dominus in monte providebit. *Non egent.*] Sicut David captivus inter Pelistæos non indigebat. כפירים] Id est, Leones rapientes qui vivunt ex præda, tamen dixit Eliphaz, *Vetus Leo perit fame*, Job. 4.11. *Catuli Leonis dispersi sunt*, tamen timentes Dominum, qui non vivent ex rapina habent αὐταρκείαν. *Venite filii.*] Illi qui discunt ut *Filii Prophetarum*, 2 Reg. 2.3. & dicit, *Venite*, vel ambulate, quod non est realis ambulatio, sed in opere diligentia, Isai. 1.18. *Venite nunc, &c.* *Timorem Domini.*] Dicit, *timorem*, quia timentes Deum nunquam fame deficient. *Linguam à malo.*] In his duobus vers. illustratur timor Dei per negativa præcepta, הלאוין, in corde, ore, opere. *Dolum.*] Corde. *Evitet malum.*] Opere. *Quærat pacem.*] Ore. *Persequetur.*] Corde, בלב. *Operetur bonum.*] Secundùm præcepta affirmativa, quia servus timet transgredi præceptum domini. *Oculi Domini.*] Providentia Dei illis adhæret, & hæc est timoris merces. *Ad clamorem eorum.*] Quando venit tribulatio, liberabit eos. *Tribulationes justi.*] Ad probandum eum, demonstrandam coram sæculo ejus justitiam, & constantiam in veritate manifestandam, Dei sunt nuntii. *Ex omnibus.*] Ut Pro. 24.16. *Justus cadit septies, & resurgit.* נשברה] Millel, id est, cum accentu in penultima est in Niphal præterito, cum Milra, id est, accentu in ultima est in Niphal præsent. יאשמו] Aleph cum Sheva sola, & legitur cum motu levi, à שממה. *Redimit animam justi.*] à machinationibus impii, qui cogitat tollere animam ejus. יאשמו] Aleph cum Sheva sola, & Shin

Shiu,. prior Sheva quiescit, secunda est mobilis.

Sect. 2. *Ex Ab.Ezra. in Psal.* 34.

Mutavit scientiam suam.] טעמו ועתו, ut Prov. 26.16. *Qui possunt reddere rationem.* *Abimeleci, vel, Achisi.*] Binominis erat. *In omni tempore.*] Adverso pariter ac prospero, insania & sobrietate. *Exaltemus simul.*] Quasi diceret, Nos omnes simul ad laudaudum Deum sumus imbecilles. *Illuminati sunt.*] נהרו, à יאורו, & נהרא, Dan.2. vel המנהר, ut Judic.7. Vel, movebant sicut fluvius, Isai.2.2. à נהר *Aspiciebant ad illud.*] Id est, ad id quod sequitur, viz. *Pauper clamabat, &c.* & *Exaudiebat eum Dominus:* sic Num.24.17. *Videbo illam*, id est, stellam in prox. vers. memoratam. *Gustate.*] Per visum cordis. *Videte.*] Oculo corporis. כפירים] Id est, homines qui aliorum opes diripiunt, sicut leones, tamen hi esuriunt בני אדם רומי להם. Vel, illi qui negant radicem, viz. articulos fidei, הכופרים. *Quarentes Dominum.*] Cibum nisi per fas, haud adipiscuntur, attamen replentur; Dicunt aliqui, quod viri Achisi penè illum fame interimerunt, sed Deus illum sustentabat ut Eliam, 1 Reg.17. *Venite filii.*] Illi qui sunt parvuli in oculis propriis, & doctrinâ indigent. *Qui desiderat vitam.*] Longam, ut *viri mensuræ*, id est, magnæ, Isa.45.14. *Quærite pacem.*] Quia non est mos puerorum principatus ambire. *A male.*] Secundùm præcepta negativa. *Facite bonum.*] Secundùm affirmativa, (Cavete de lingua & opere) *Oculi, Aures.*] Palàm, clàm. *Facies.*] Ira Dei, quæ apparet in facie, ut 1 Sam.1.18. *Non erat ampliùs irata.* *Exaudit Dominus.*] Impios convertentes. *Contritos corde.*] Quorum corda peccata eorum ampliùs non retinent, sed ut vas fractum effundunt. *Ossa ejus.*] Meminit *Ossa*, quia sunt fundamenta corporis. *Non confringentur.*] Forsan à Pelistæis David plagis cæsus erat. רעה] Id est, afflictio una occidit impium, sed multi sunt dolores justi, ex quibus liberat eum Dominus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 34.

את טעמו] Quicquid est, est in tempore suo pulchrũ, est etiam insanire; erat David periclitatus, & à Deo insanit David, מאותו השטות, insaniâ quam ante despexit, uxor & filia Abimelechi intus, & David foras insaniunt.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 34.

Convenit in afflictione benedicere Deo, & non murmurare, &c. *Illuminati*] Luce salutis. *A malo.*] Concupiscentiis corporis. *Contritos spiritu.*] Audit etiam eos, quandóque non orantes.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 34.

Abimelec.] Nomen commune Regum Philistæorum, sicut Pharao Egyptiorum. Vel, quia Achish erat justus, sicut Abimelecus, in Gen 26.4. Et noluit eum interficere, Midrash Tillin. *Quære pacem.*] In loco tuo. *Persequere eam.*] In alio. *Facies Domini.*] Occurrit, & cum illis pugnat, ut Lev.20.3. *Ponam faciem meam contra eum, &c.* Menachem, ליטאירא in lingua extran. Hispan. *la ira, el vulto.* Non est in MS. תמותת] id est, תמות, in MS. *Malum suum.*] Unum peccatum occidit peccatorem. לא יאשמו] Non resipiscent, dicentes, Ob fiduciam in te nostram rei sumus, רפונטירנט, ling. extran. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 34.

Quæsivi Dominum.] Instructionem à Domino. *Facies.*] Ira Domini, ut Levit.20. *Mittam faciem meam in illum, &c.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 34.

טעמו *gustum suum.*] Quo distinguit res differentes. Quatuor sunt in Scriptura, Num.11.8. *Gustus ejus sicut oleum.* 1 Sam.21.13. *Mutavit gustum suum.* Jer.48.11. *Gustus manet in eo:* & unum est Exod.16.31. *Et gustus ejus.* Auris verba, sicut gustus cibos discernit. *Aspiciebant in ipsum.*] Id est, confisi sunt. Duo sunt, Job.6.19. *Expectabant turmæ Toma.* *Timete Dominum.*] Est totum hominis, Ecclesi.12. tria sunt, 1 Sam.12.24. *Solummodò timete Dominum.* Jos.24.4. *Et nunc timete Dominum.* *Sancti ejus.*] Duo sunt, Deut.33.3. *Sancti ejus sunt in manu tua.* *Exoptat vitam, vel, delectatur in vita.*] Tria sunt, 1 Reg.13.33. *Quicunque voluit.* Psal.35.27. *In prosperitate servi sui complacuit.* *Qui faciunt malum.*] Qui assueti sunt illo faciundo. Tria sunt cum Jod in Scriptura, Exod.36.8 *Qui faciebant opus tabernaculi.* Psal.37.1. *Operarios iniquitates.* *Redimit animam.*] פודה, non habet simile, unum est פרה cum defectu Vau. Deut.29.18. *Producens, &c.* Videtur quod Masora citat hoc propter literarum similitudinem, & legit cum Resh, sed in libris impress. & MS. est cum Daleth; si sit cum Resh, tunc sensus est; qui odio habent justum, erunt sicut terra sterilis, desolati, sed Deus producit animam justi, vel eam ut producat fructus, efficit.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 34.

Coram Abimelec.] Vel Abimelec sacerdote, qui geminũ habebat nomen, & quoniam regium quoddam negotium se perficere dixit, fugámq; celavit, hic ideoq; faciem mutare dicitur, B. Theodor. *Commutavit os suum.*] Lat. MS. aliud sentit, aliud locutus est, à טעם, quia os gustat cibos. *Psalmus.*] David benedicit Domino, qui hoc modo per fictam insaniam eum liberabat.

Pindar. Nem. Od. 5.

Οὔ τοι ἅπασα κερδίων, &c.

Non semper facie splendida veritas
Fictis utilior ——— (Ut Rahab. in Jos.2.)

Horat. lib.3. Od.11. De Hypermnestra dicit, Splendidè mendax, quia ipsa ex 50 sororibus sola pepercit viro suo.

Una de multis face nuptiali
(Ut Mat.25. *Ceperunt Lampades, &c.*)
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo (virago)
Nobilis ævum.
Surge (quæ dixit juveni marito)
Surge, ne longus tibi somnus, unde
(Psal 13. *Somnum mortis.*)
Non times, detur: socerum, & scelestas.
Falle sorores:
Quæ, velut nactæ vitulos leænæ
Singulos eheu lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Claustra tenebo.
Me pater sævis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci: &c.
I, pedes quo te rapiunt, & auræ,
Dum favet nox? &c.

(Hoc

(Hoc modo Mical liberabat Davidem à lethali manu Saulis, sed officiosum mendacium non approbant Theologi, S. August.) &c. Vel, *Abimelec.*] Nomen generale regum Pelistæorum, ut Pharao Ægypti, Basil. *Insanivit anima mea in Domino.*] Quia per hunc modum liberabat me, à הוללות, 1 Eccles. *Hic pauper.*] Vilis & ovium pastor David, B. Theod. *Audivit me,*] 1. Caus. liberat. Ideóque ut 1 Thess. 5. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. *Quicunque aspiciebant & currebant ad illum.*] Non erubuerunt. Vel, *Confluite.*] Lat. MS. *Circundat in gyro Angelus Dei, &c.*] Lat. MS. vel nuncius, quicunque fuerit, 2. Caus. instrument. *Leones.*] Lat. MS. Vel, *Divites.*] In bonis spiritualibus, S. Aug. *Ambulate filii.*] Lat. MS. in consilio meo, Heb. הלך לבו. *A dolo.*] 3. Caus. vid. 1 Pet. 3. Qui vitat malum, & bonum prosequitur, post mortem vivit.

Horat. de Lollio. Lib. 4. Od. 9.

——*Omnes illachrymabiles*
Urgentur, ignotíque longa
Nocte, carent quia vate sacro.
(Ut Psal. 45. ult. *Nomen tuum, &c.*)
Paulùm sepultæ distat inertiæ
Celata virtus: non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Tótve tuos patiar labores.
Impunè Lolli carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerúmque prudens, & secundis
Temporibus, dubiisque rectus,
(Phil. 4. ἐπιείκεια.)
Vindex avaræ fraudis, & abstinens
(Ut Exod. 18. *Lucrum exos.*)
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
(Eccles. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.*)
Consúlque non unius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus
Judex honestum prætulit utili, &
Rejecit alto (Ut Jehos. 2 Chron. 17. *Cor efferebatur in viis Domini.*) *dona nocentium*
Vultu.—— (Psal. 15. *Non accepit munus.*)
Nec possidentem multa, vocaveris
(2 Cor. 6. *Nihil possidentes.*)
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter uti, (In prosperis)
Durámque callet pauperiem pati, (In adversis.)
Pejúsque letho flagitium timet:
(Eccles. 7. *Amariorem letho.*)
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.
(Rom. 5. *Pro charo forsan quis morietur.*)

Qui sunt corde contriti.] Per multos dolores, Caus. 4. liberation. *Unum ossium non conteretur.*] Ut de Christo scribitur, Joh. 19. 36. *Inquire pacem.*] Homo pacificus pacem in omnes amplectitur, non malefacit, sed semper proximo benefacit, B. Theod. *Malum occidit.*] à dissimil. Vel, *Malitia interficiet impium.*] Lat. MS. *In caput ejus descendet,* Psal. 7. ult.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 34.*

Finse d' esser pazzo, Ital. *Hic pauper.*] David. Ital. ipse dixit, 1 Chron. 29. *In paupertate mea præparavi.* *Leones.* Hisp. Ital.] Divites, 2. Aug. MS. Vulg. Gal. *Malitia.*] Id est, quia odio habent justos, pereunt; ut est in posteriori versus parte. *La malitia,* Ital. Hisp. *La maldad.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 34.*

Immutavit vultum suum.] Vulg. Gr. non cor, sic Caleb ad exploratores, in Num. 14. in R. David. *Semper laus ejus in ore.*] Ut 1 Thess. 5. *Orate indesinenter.* *Et illuminamini.*] Gr. Vulg. id est, luce liberationis eritis illuminati. *Contritos spiritu.*] Id est, humiles, Vulg. *Mors peccatorum pessima.*] Vulg. Gr. licet cupiant mori mortem justorum, ut Balaam, Num. 23. תמותה, ut in Psal. 79. *Filios mortis.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 34.*

Davidis, quando accessit in domum Dei, & dedit primitias Sacerdotibus, Par. Edit. (legimus 1 Sam. 21. in diebus Ahimelech, quòd accessit in domum Dei, & comedit panes propositionis, forsan tamen ex vinculo religionis, licet haud scriptum sit, primitias dedit Sacerdotibus.) *Mansueti, vel, pauperes lætabuntur.*] Syriac. [illegible] quia saturatus erat pauper & famelicus. *Simul.*] Pauperes & ego, ac ut in obedientiam præcepti, sic in signum grati animi solvamus decimas mandatas in lege. *Lucebant, vel, confluebant.*] Id est, sperabant in illo, Syr. סברו ܣܒܪܘ ut Turmæ Temæ, in Job 6. *Confluebant, quia sperabant.* *Exercitus Angelorum.*] Est circa timentes eum, Syr. Paris. Edit. in singulari, ܡܫܪܝܬܐ משריתא Heb. חנה, sicut מחנה. *Leones, vel, Divites pauperes facti sunt.*] Syr. עתירא ܥܬܝܪܐ. Vel, *Universìm civitates.*] Fame pereunt, Heb. כפירי, in Syr. MS. nunquam adhuc impress. in Ezech. 38. 13. *Fractis corde.*] Qui per afflictiones humiliantur, opposit. ad *robustis corde,* in Isa. 45. *Multa sunt mala justi.*] Syr. [illegible] sic in Prov. 24. *Septies cadit justus,* in mala culpæ & pœnæ, *sed resurgit,* Syr. בישתא, sic usurpatur in v. 13. *Discede à malo,* scil. peccati, & in v. 20. *Malum occidit impium,* idem; quia impius non resurgit à peccato. *Non delinquent, vel, damnabuntur.*] Syr. qui sperant in eum, [illegible] Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 34.*

Est ejusdem tituli in Arab. cum Heb. & Gr. *Veniebant, vel, Venite ad Dominum.*] اقبلوا الى الرب אקבלו אלי אלרב. *Hic pauper, vel, pauper oravit, & audivit eum.*] Arab. لن المسكين אן אלמסכין, dicit, *Pauper,* id est, quilibet pauper, oppos. ad *Divites* posteà, & dicit, *Hic pauper,* ut *Iste Sinai,* in Ps. 68. ἐστερηγμένως. *Gustate, & videte.*] In Psal. 135. ait R. Mosch Hadatshan, dat carnem suam nobis ad edendū, בטעם הלחם שב לבשר, grande est miraculū, ait Nebiens. Vel, *Certi estote.*] Ar. وتيقنوا experientia reddit certos. *Divites esurient.*] Ar. Rom. Neb. الاغنيا אלאעניא, fiunt pauperes, & *pro mercede accipiunt panem,* 1 Sam. 2. & in Proverb. Solom. *Divites & pauperes occurrunt unà,* nempè

nempe quando divites fiunt pauperes, Arab. à עגרה canere in Exod. 15. *Tunc cecinit Moses*, idem. *Redimet animas.*] à mala imaginatione, vel ab aliis hostibus, Midrash Tillin, sic Luc. 1. ut, *Redempti è manu hostium, serviamus illi.* *Mors impii pessima.*] Arab. Neb. ut in Vulg.. Vel, *Mors peccatorum in malitiis.*] Arab. Rom. moriuntur in odio justorum, & pereunt impœnitentes, Ar. بالسيلك.

Ipsi David. XXXIIII.
Heb. XXXV.

Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.

2 *Apprehende arma & scutum: & exurge in adjutorium mihi.*

3 *Effunde frameam, & conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.*

4 *Confundantur & revereantur, quærentes animam meam.*

Avertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

5 *Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.*

6 *Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.*

7 *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacuè exprobraverunt animam meam.*

8 *Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.*

9 *Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.*

10 *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?*

Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum & pauperem à diripientibus eum.

11 *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.*

12 *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.*

13 *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.*

Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.

14 *Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus, sic humiliabar.*

15 *Et adversum me lætati sunt, & convenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoravi.*

16 *Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.*

17 *Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.*

18 *Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi laudabo te.*

19 *Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis & annuunt oculis.*

20 *Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.*

21 *Et dilataverunt super me os suum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.*

22 *Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me.*

23 *Exurge & intende judicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam.*

24 *Judica me secundùm justitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.*

25 *Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant: Devoravimus eum.*

26 *Erubescant & revereantur simul, qui gratulantur malis meis.*

Induantur confusione & reverentia, qui magna loquuntur super me.

27 *Exultent & lætentur qui volunt justitiam meam: & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.*

28 *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 35.

ETiam hic Psalmus est de fuga à Saule. ריבה] Cum accentu in ultima, futur. in Hiphil. pro הריבה. יריבי] Jod redundat pro מריבי est Toar, ut יקום. *Apprehende clypeum.*] Sicut homo bellator. *Surge.*] קומה cum accentu in penultima, & non habet simile in libro. סגר] Est instrumentum belli. Vel, *Claude viam.*] Ut non capiant me persecutores mei. *Dic animæ meæ.*] Corrobora cor meum, & dicit *anima*, quia *quærebant animam ejus.* *Retro convertentur.*] à persequendo me. *Persequetur eos.*] Ut non requiescant, sicut palea ante murum, est immobilis. *Sit via eorum tenebricosa.*] Hic sunt duo gravamina, quis in tenebris titubare obnoxius est, & in lubrica via cadere, præcipuè si angelus persequatur eum, ita ut non possit lento pede progedi, sed præ metu nimio fugere, ecce tertium. *Puteum cum rete.*] Sicut mos est in venatione ferarum, tegunt puteum rete, & pulvere, ut fera non videant puteum, donec cadat in eum. Beth deficit in

(Hoc modo Mical liberabat Davidem à lethali manu Saulis, sed officiosum mendacium non approbant Theologi, S. Augus.) &c. Vel, *Abimelec.*] Nomen generale regum Pelistæorum, ut Pharao Ægypti, Basil. *Insanivit anima mea in Domino.*] Quia per hunc modum liberabat me, à הוללות, 1 Eccles. *Hic pauper.*] Vilis & ovium pastor David, B. Theod. *Audivit me,*] 1. Caus. liberat. Ideóque ut 1 Thess. 5. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. *Quicunque aspiciebant & currebant ad illum.*] Non erubuerunt. Vel, *Confluite.*] Lat. MS. *Circundat in gyro Angelus Dei, &c.*] Lat. MS. vel nuncius, quicunque fuerit, 2. Caus. instrument. *Leones.*] Lat. MS. Vel, *Divites.*] In bonis spiritualibus, S. Aug. *Ambulate filii.*] Lat. MS. in consilio meo, Heb. לכו ab הלך. *A dolo.*] 3. Caus. vid. 1 Pet. 3. Qui vitat malum, & bonum prosequitur, post mortem vivit.

Horat. de Lollio. Lib. 4. Od. 9.

——*Omnes illachrymabiles*
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.
(Ut Psal. 45. ult. *Nomen tuum, &c.*)
Paulùm sepultæ distat inertiæ
Celata virtus: non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Tótve tuos patiar labores,
Impunè Lolli carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerúmque prudens, & secundis
Temporibus, dubiisque rectus,
(Phil. 4. ἐπιεικὲς.)
Vindex avaræ fraudis, & abstinens
(Ut Exod. 18. *Lucrum exosi.*)
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
(Eccles. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.*)
Consúlque non unius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus
Judex honestum prætulit utili, &
Rejecit alto (Ut Jehos. 2 Chron. 17. *Cor efferebatur in viis Domini.*) *dona nocentium*
Vultu.—— (Psal. 15. *Non accepit munus.*)
Nec possidentem multa, vocaveris
(2 Cor. 6. *Nihil possidentes.*)
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter uti, (In prosperis)
Durámque callet pauperiem pati, (In adversis.)
Pejúsque letho flagitium timet:
(Eccles. 7. *Amariorem lethe.*)
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.
(Rom. 5. *Pro charo forsan quis morietur.*)

Qui sunt corde contriti.] Per multos dolores, Caus. 4. liberation. *Unum ossium non conteretur.*] Ut de Christo scribitur, Joh. 19. 36. *Inquire pacem.*] Homo pacificus pacem in omnes amplectitur, non malefacit, sed semper proximo benefacit, B. Theod. *Malum occidit.*] à dissimil. Vel, *Malitia interficiet impium.*] Lat. MS. *In caput ejus descendet,* Psal. 7. ult.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 34.

Finse d'esser pazzo, Ital. *Hic pauper.*] David. Ital. ipse dixit, 1 Chron. 29. *In paupertate mea præparavi.* *Leones.* Hisp. Ital.] Divites, 2. Aug. MS. Vulg. Gal. *Malitia.*] Id est, quia odio habent justos, pereunt; ut est in posteriori versus parte. *La malitia,* Ital. Hisp. *La maldad.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 34.

Immutavit vultum suum.] Vulg. Gr. non cor, sic Caleb ad exploratores, in Num. 14. in R. David. *Semper laus ejus in ore.*] Ut 1 Thess. 5. *Orate indesinenter.* *Et illuminamini.*] Gr. Vulg. id est, luce liberationis eritis illuminati. *Contritos spiritu.*] Id est, humiles, Vulg. *Mors peccatorum pessima.*] Vulg. Gr. licet cupiant mori mortem justorum, ut Balaam, Num. 23. תמות, ut in Psal. 79. *Filios mortis.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 34.

Davidis, quando accessit in domum Dei, & dedit primitias Sacerdotibus, Par. Edit. (legimus 1 Sam. 21. in diebus Abimelech, quòd accessit in domum Dei, & comedit panes propositionis, forsan tamen ex vinculo religionis, licet haud scriptum sit, primitias dedit Sacerdotibus.) *Mansueti, vel, pauperes lætabuntur.*] Syriac. ܢܚܕܘܢ ܡܣܟܢܐ quia saturatus erat pauper & famelicus. *Simul.*] Pauperes & ego, ac ut in obedientiam præcepti, sic in signum grati animi solvamus decimas mandatas in lege. *Lucebant, vel, confluebant.*] Id est, sperabant in illo, Syr. סברו ܣܒܪܘ ut Turmæ Temæ, in Job 6. *Confluebant, quia sperabant.* *Exercitus Angelorum.*] Est circa timentes eum, Syr. Paris. Edit. in singulari, ܡܫܪܝܬܐ משריתא Heb. מחנה, sicut מחנה. *Leones, vel, Divites pauperes facti sunt.*] Syr. עתירא ܥܬܝܪܐ Vel, *Universim civitates.*] Fame pereunt, Heb. כפירי, in Syr. MS. nunquam adhuc impress. in Ezech. 38. 13. *Fractis corde.*] Qui per afflictiones humiliantur, opposit. ad *robustis corde,* in Isa. 45. *Multa sunt mala justi.*] Syr. ܣܓܝܐܢ ܒܝܫܬܗ ܕܙܕܝܩܐ sic in Prov. 24. *Septies cadit justus,* in mala culpæ & pœnæ, *sed resurgit,* Syr. בישתא, sic usurpatur in v. 13. *Discede à malo,* scil. peccati, & in v. 20. *Malum occidit impium,* idem; quia impius non resurgit à peccato. *Non delinquent, vel, damnabuntur.*] Syr. qui sperant in eum, ܕܣܒܪܝܢ ܒܗ Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 34.

Est ejusdem tituli in Arab. cum Heb. & Gr. *Veniebant, vel, Venite ad Dominum.*] اقبلوا الي الرب אקבלו אלי אלרב. *Hic pauper, vel, pauper oravit, & audivit eum.*] Arab. لان المسكين אן אלמסכין, dicit, *Pauper,* id est, quilibet pauper, oppos. ad *Divites* posteà, & dicit, *Hic pauper,* ut *Iste Sinai,* in Ps. 68. ἐστεξηγητικῶς. *Gustate, & videte.*] In Psal. 135. ait R. Moseh Hadarshan, dat carnem suam nobis ad edendū, בטעם הלחם שב לבשר, grande est miraculū, ait Nebiens. Vel, *Certi estote.*] Ar. وتيقنوا experientia reddit certos. *Divites esurinnt.*] Ar. Rom. Neb. الاغنيا אלאעניא, fiunt pauperes, & *pro mercede accipiunt panem,* 1 Sam. 2. & in Proverb. Solom. *Divites & pauperes occurrunt unà,* nempè

nempe quando divites fiunt pauperes, Arab. à ענה canere in Exod. 15. *Tunc cecinit Moses*, idem. *Redimet animas.*] à mala imaginatione, vel ab aliis hostibus, Midrash Tillin, sic Luc. 1. ut, *Redempti è manu hostium, serviamus illi.* *Mors impii pessima.*] Arab. Neb. ut in Vulg. Vel, *Mors peccatorum in malitiis.*] Arab. Rom. moriuntur in odio justorum, & pereunt impœnitentes, Ar. بالسبيلك.

Ipsi David. XXXIIII.
Heb. XXXV.

Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.

2 *Apprehende arma & scutum: & exurge in adjutorium mihi.*

3 *Effunde frameam, & conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.*

4 *Confundantur & revereantur, quærentes animam meam.*

Avertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

5 *Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.*

6 *Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.*

7 *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacuè exprobraverunt animam meam.*

8 *Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.*

9 *Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.*

10 *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?*

Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum & pauperem à diripientibus eum.

11 *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.*

12 *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.*

13 *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.*

Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.

14 *Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus, sic humiliabar.*

15 *Et adversum me lætati sunt, & convenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoravi.*

16 *Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.*

17 *Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.*

18 *Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi laudabo te.*

19 *Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis & annuunt oculis.*

20 *Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.*

21 *Et dilataverunt super me os suum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.*

22 *Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me.*

23 *Exurge & intende judicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam.*

24 *Judica me secundum justitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.*

25 *Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant: Devoravimus eum.*

26 *Erubescant & revereantur simul, qui gratulantur malis meis.*

Induantur confusione & reverentia, qui magna loquuntur super me.

27 *Exultent & lætentur qui volunt justitiam meam: & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.*

28 *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 35.*

Etiam hic Psalmus est de fuga à Saule. ריבה] Cum accentu in ultima, futur. in Hiphil. pro הריבה. יריבי] Jod redundat pro מריבי est Toar, ut יקום. *Apprehende clypeum.*] Sicut homo bellator. *Surge.*] קומה cum accentu in penultima, & non habet simile in libro. סגר] Est instrumentum belli. Vel, *Claude viam.*] Ut non capiant me persecutores mei. *Dic anima mea.*] Corrobora cor meum, & dicit *anima*, quia *quærebant animam ejus.* *Retro convertentur.*] à persequendo me. *Persequetur eos.*] Ut non requiescant, sicut palea ante murum, est immobilis. *Sit via eorum tenebricosa.*] Hic sunt duo gravamina, quis in tenebris titubare obnoxius est, & in lubrica via cadere, præcipuè si angelus persequatur eum, ita ut non possit lento pede progedi, sed præ metu nimio fugere, ecce tertium. *Puteum cum rete.*] Sicut mos est in venatione ferarum, tegunt puteum rete, & pulvere, ut fera non videant puteum, donec cadat in eum. Beth deficit in

rete. *Puteum.*] Sic Ezech. 19. 8. *Captus erat in putee eorum*, idem. Vel, *Abscondebant pro me rete eorum, rete dico.*] Ut Lament. 4. 20. *In laqueis eorum*, בשחיתותם, Rabboth, duplex Tau, ad indicandam eorum diligentiam, ut Dan. 12. 2. *In pulvere, in terra*, duæ voces in eundem sensum. *Veniat super eum subite.*] Id est, super Saulem, vel unumquemque eorum: & dicit, *subitò*, ut contrà eam sint inermes. *Ossa mea.*] Id est, corpus meum, ut Psal. 84. 2. *Anima & care mea*, per similitudinem. Vel, homo intuendo mirabilem corporis fabricam laudat Deum, ac si ossa ejus laudabant eum, R. Moseh. Hæc est expositio utilis, sed non secundùm scopum Psalmi. Vel, Ossa quæ movent linguam, & reliqua membra corporis in precibus, & Eucharistia. *Omnia.*] כל, non est cum Hateph sicut reliqua, sed cum Cametz larga. *Quis est tibi similis?*] Qui potest infirmum à manu fortioris liberare. *A me qua ignorabam postulabant.*] Res מבין suas mecum (ut aiunt per falsos testes) depositas, & licet non exprimatur in libro Samuel, tamen in hoc loco querelam suam legimus. *Ad privationem anima mea.*] Erat mihi quasi mors, amarum. Vel, præter Mammonam quam rapiebant à me, etiam *animam meam* quærebant. *Quando agri erant.*] Lugebam pro illis, scil. antequàm erant inimici. *Revertebat in sinum meum.*] In meipsum, ut viderent homines quod non solùm palàm, sed etiam clàm pro illis orabam. *Cum jejunio.*] In die designato, quando amici ægroti jejunant pro illo, ego etiam jejunavi, Beth in בצום cum Pathac ad indicandum diem solennem. *Sicut lugens pro matre sua.*] Dicit matre mortua, plus quàm patre, quia mater cum dolore peperit illum, & semper existens in domo eum educavit. Vel, ut lactens luget quando mater ejus moritur, & non habet nutricem, R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. *Niger eram.*] קדר, quia in luctu splendor faciei evanescit. Vel, quia lugentes in vestitu nigro incedebant. *In claudicatione mea.*] Propter dolorem membrorum meorum. נכים] Viles, qui expulsi sunt è terrâ. *Ignorabam.*] Causam quare congregarent contrà me, quia non injuriam illis feci minimam. *Scindebant.*] Quasi ora eorum risu lacerabant קרעו פיהם. Vel, *Aperiebant ora.*] Ut Jer. 22. 14. *Aperiens fenestras*, idem. Vel, scindebant me calumniis. Vel, scindunt illud quod reparare nequeunt, non per pœnitentiam; similitudo indicat incorrigibilia eorum verba & opera, R. Jos. Cimchi, Adoni abi. מעוג] Est verbum & communicatio vana, ut לשון עגה, lingua vana in Rabbothen. sensus est, prædicti abjecti cum Hypocritis derisoribus vanæ linguæ, ad deridendum me congregabant, Beth pro עם. Vel, cum *derisoribus, qui panes diligunt*, & delicias hujus mundi, à עוגה, 1 Reg. 17. 12. Vel, per similitudinem, malum consilium & opus, מעוג, panes appellantur, ut Hos. 7. 4. *Ephraim est panis subcinericius*, id est, cepit consilium præcipitem. *Dentes suos.*] Qui videt vindictam in adversarium suum ipse frendet. *Unicam meam.*] Quia inter spiritus sola anima hominis corpore incarceratur. *In magna congregatione.*] Quando omnes Israelitæ in unum congregantur. יקרצו] Id est, nutus oculorum contrà me pro more derisorum ostendunt, ut Prov. 6. 13. *Loquitur pedibus.* *Non loquuntur pacem.*] Ut Gen. 37. 4. *Non potuerunt loqui pacificè.* *Contra quietos terra.*] Id est, humiles qui sunt infirmi & quieti, à מרגוע. Vel, cum quietis & divitibus terræ, hi ad cogitandum contrà me conglomerant. על pro עם, ut Exod. 35. 22. *Cum mulieribus.* *Terra.*] Cum Segol & Athnach, & sunt quatuor in Masora. Vel, *In secretis terra.*] Machinantur contra me, à רגע scindit, sed hæc expositio non est recta, quia licet verba & opera habent locum secretum, non sic cogitationes. *Aperuerunt os.*] Fugâ mea de loco in locum, tripudiando. *Oculus noster vidit.*] Id quod cupimus, רצוננו. *Ne sis ut surdus.*] Surge, & ne sis ut dormiens. *Judica me Domine.*] Quia justi Judicis officium est justitiâ servos suos qui injuriam patiuntur judicare, & addit, *Deus mi*, quia non habuit Deum alium. *In corde eorum.*] Ne lætentur, non in *corde*, multò minùs *ore*. *Aha anima nostra.*] Id est, *animâ nostra* læti sumus. *Simul erubescent.*] Sicut congregati erant simul. *In prosperitate servi.*] Nempe Davidis.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 35.*

Apprehende, vel, confirma clypeum.] Alitèr, nec ego nec clypeus omnino in prælio prævalevimus. *Extrahe.*] Quia nos illam extrahere sumus invalidi. *Claude viam.*] Ut persecutores mei non apprehendant me, ימוגו sicut יכונו, si esset ex verbis Nun, esset ut יפלו, in Psal. 45. *Via eorum tenebra.*] Ut non cognoscant quò fugiunt. חלקלק] Lubrica, duplicatur, ut סחרחר, sensus est duplex, id est, *tenebra palpabiles*, in Exod. 10. *Angelus Domini eos persequetur.*] Donec nullubi reperiantur, quia ventus dispellit glumam ad locum aliquem ubi tandem reperiatur, sed Angelus ab omni loco exterminat impium, & ut lapidem in medio fundæ exagitat, Targ. in 1 Sam. 25. & Psal. 15. ult. נפשי] Anima rationalis, sic dicta, quia conjuncta est cum sensitiva. *Destructio.*] Talis ut stupefaciat audientem, à שומם, in Dan. 9. *Ossa omnia mea dicent.*] Quasi loquentur ad laudem tuam, & dicit, *Ossa*, quia sunt fundamenta corporis, & locutus est de *Anima* in vers. priori. *Res quas non cognovi.*] Petierunt à me ea, ut restituerem ablata, quæ non nisi per testes falsos unquam novissem. *Ad privationem anima.*] Hæc erat merces quâ me remunerare cupiebant. *Afflixi animam meam in die jejunii.*] Die quem amici mei in ægritudine mea extrema observabant, illo ego etiam pro illis jejunabam: & dicit, *Afflixi animam*, quia semper in Scripturis indicat jejunium, ut in Lev. 23. & Isa. 58. & Num. 30. *Retribues in sinum meum.*] Calumniis haud mihi nocebunt, & consolationem precum mearum recipiam, sic dicitur, *In sinum proximorum septuplùm retribue*, in Psal. idem. *In nigro.*] קדר, vestitu dolentium. *Claudicatione.* בצלעי] Morbus est sic dictus, quia incedere nequit nisi cum dolore, quasi claudicando. *Claudi.*] Illi deridebant me claudicantem, à נכה רגלים, R. Sol. Vel, superbi, spiritu fracti, à נכה רוח in Proverb. *Haud novi.*] Quòd erant pseudomartures, nec illos unquam vidi. *Rapiebant.*] Carnem meam, id est, loquuti sunt verba aspera. *Cum hypocritis in festis.*] Vel, pro placentis, ut 1 Reg. 17. 12. מעוג, רמז à מעוג ex geminatis. *Dentibus eorum.*] Ut comedant me sicut placentas, joculari prædicti, ut Psal. 53. 4. *Comedentes populum meum.* *Unicam meam.*] Animam in

corpore solitariam. *In magna congregatione.*]. Votum est נדר palàm laudare Deum. *Cum oculo.*] Sicut mos est derisorum, partem oculi, deridentium claudere. *Afflictos, vel, scissis in terra.*] à רגע. *Vidisti Domine.*] Respondet ad illud, v. 21. *Oculus noster vidit.* *Ne sileas.*] Respond. ad illud 21. *Aperuerunt os eorum.* *Magnificant contra me.*] Linguam, לשון deficit.

Sect. 3. *Ex Midrush Tillin in Psal. 35.*

Qui contendunt mecum, יריבי] Quia multi contendunt mecum, tu solus es qui meas partes agis. מגן] Dominus non eget clypeo, erunt hostes mei, sicut gluma ante ventum.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 35.*

Psalmum composuit quando fugiebat à facie Absalom. *Quarentes animam.*] Ahitophel & Seniores. *Rete eorum.*] Qui dixerunt, *Trahamus eam cum funibus in torrentem,* sicut 2 Sam. 17. *Cadat in eum.*] Ahitophel suffocavit seipsum. *Ossa mea.*] Quando cessat bellum in quo defatigantur. *Testes violenti.* Quia dixerunt, 2 Sam 15. *Non est deputatus à Rege, &c* & dicit, שכול, id est, *orbationem* filiorum, quia mortuus est Absalom in isto negotio. *Revertetur in sinum meum.*] Quia non erat oratio hypocritica. *In ægritudine.*] Ahitophel. & Seniorum. *Non novi eos.*] Antehac, idcircò non læsi illos. קרעו] Id est, os eorum ridendo scindebant *De hypocritis.*] id est, loquuti sunt contra me, ut hypocritam in re Uriæ, & de *portione* cibi quā misi ad illū, me deridendo, לעגי מעוג.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 35.*

סגור.] Pone quasi murum inter me & illos, MS. בשואה] In ruina, ling. extran. נכאים. ברוינא] Claudi, vel sordidi homines, ut Job 30. *Viliores terrâ,* sic Pharao Necoh, id est, Claudus, Hispan. *Entrestecidos,* extra. ling. אמנויישויץ. מעוג] Id est, derident me, ut de placentis, nempe cibum eorum retribuat illis Saul. *Sicut mater qua dolet pro filio.*] Sic ego pro illis. יקרצו] In ling. ext. צינגט. *Revertatur oratio mea.*] Oravi non ut aggravetur, sed diminuetur eorum dolor, ideòque dico, eadem revertatur in sinum meum, MS.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal. 35.*

Claude.] Vel, præpara ad resistendum adversarium meum, זמן. נכים] Percutientes ab הכה. קרעו] Id est, cutem meam scindebant, & sanguis non effluxit. Heb. דם à דמו. *Cum hypocrisicis verbis.*] במלי, Chald. deridebant me. *Unicum meam.*] גושמי, Chald. id est, corpus meum, quod solummodò mihi relictum est, nam bonis omnibus me spoliabant. *Quietos terra.*] Justos, qui sunt in hoc sæculo quieti. *Aha.*] Gaudium nostrum est. *Aha anima nostra.*] Est læta.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal 35.*

Qui contendunt mecum,] Non habet simile cum Pathac, & unum est cum Cametz, in Jer. 18. 19. *Audi vocem, &c.* *Salus tua ego sum.*] Non habet similem defectivum, & sex sunt defectiva in hac significatione, Deut. 32. 15. *Rupem salutis sua,* 2 Sam. 19. 2. *Salus erat in isto die,* Psal. 14. 7. *Quis dabit salutem?* Psal. 80. 2. *Veni & adjuva nos.*] Job 30. 15. *Salus mea transit.* Impii contemnunt Deum, *aqua viventis fontem,* & omnis salutis scaturiginem (ut Jer. 2.) *Anima mea latabitur.*] Licet paulùm contristetur, quia est à Deo creata & redempta; quinque sunt, *Et anima mea quam redemisti,* Psal. 139. 14. *Et anima mea bene novit,* Psal. 6. 3. *Anima mea est turbata.* Job 13. 14. *Vitam in manu mea.* *Omnia ossa mea.*] כל, duo sunt cum Cametz, & cum accentu, Prov. 19. 7. *Omnes pauperis fratres,* & vox omnis quæ habet Maccaph, est similitèr, excepta unâ, Psal. 138. 2. *Super omne nomen tuum,* & una est וכל in Isa. 40. 12. & vidi Masoram quæ numerat etiam illud, Psal. 87. 7. *Omnes fontes mei,* ubi notat, Tria sunt cum Cametz, sed est error, propter Maccaph, R. Jacob. *Postulabant à me.*] Ut debitum, duo sunt, Isa. 58. 2. *à me judicia justitia postulabant,* id est, in impios. *Sicut frater.*] Duo sunt, Cant. 8. 1. *Sicut frater meus.* *Incurvatus sum.*] Et vehementer afflictus, duo sunt, Psal. 38. 6. *Incurvatus sum vehementèr.* נכים] Tria sunt. מעוג] Duo sunt, 1 Reg. 17. 12. De Elia. *Restitues animam meum.*] In statum pristinum. Tria sunt, Judic. 11. 13. *Nunc restitue eas.* Psal. 51. 12. *Restitues gaudium salutis tua,* (sicut hæreditatem.) *Quietos in terra.*] Quatuor sunt cum Pathac & Athnachta. Psal. 65. 5. *Finium terra.* Prov. 30. 21. *Terra est inquieta.* & Prov. 30. 14. *Terra.* אלהי] Ver. 24. Octo sunt cum Zakeph Cametz in sectione Baalac. Num. 22. & quodlibet in fine vers. est similiter.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 35.*

Claude eum in illis qui persequuntur me.] Tanquam in vagina, Gr. Vel, *Evagina gladium, & praoccupa persequentem me.*] Lat. MS. Vel, *Claude me à persequentibus me.*] Ut non inveniant me, ut de Barucho & Jer. dicitur, *Dominus occultavit eos.* *Sicut pulvis.*] Sic Psal. 1. *Impii erunt ut pulvis, &c.* *Angelus Domini.*] Tempestas, ver. 4, 5, 6. Vel, ut Angelus qui Assyrios occidit, 4. Reg 19. & Egyptios, Exo. 12. B. Theod. *Rete in, vel, sicut Puteus.*] Gr. ad devorandum me. 1 Caus. exaudit. Caph deficit in *Puteus.* Vel, *Insidias retis sui.*] Lat. MS. *Ossa mea.*] 2 Caus. *Interrogabent me.*] Lat. MS. Interrogatoria de rebus, quas nec cogitavi quidem, B. Theod. *Testes violentia.*] Doeg, &c. 3. Caus. *Ignorabam.*] Iniquitates Christus ignorabat, non quasi non judicando, sed non committendo, S. Aug. *Malum pro bono.*] Quia pugnavi pro illis, & liberavi eos à Pelistæis, 2 Sam 18. 7. B. Theod. 4. Caus. *Sterilitatem anima mea.*] Lat. MS. id est, Saul oblivione me delere quærebat, filiis enim memoria conservatur, ut in Isai. 56. *Nomen prastantius filiis,* B. Theod. *Quando infirmi erunt.*] Quando per Pelistæos percussi erant Saul & Israel, 2 Reg. 1. 17. *David lugebat* pro illis qui ceciderunt bello, & dicit, *Infirmi,* vel ægri; sic 3 Reg. 22. dixit Ahab, *Verte manum tuam quia ager sum,* nempe, à vulneribus belli. *Cilicio.*] Carnis mortalitate, S. Aug. *Oratio mea revertetur.*] 5. Caus. non aerem verberabat, ut 1 Cor. 9. Vel, *Cum infirmarer ab eis.*] Lat. MS. Ego humiliavi meipsum inimicis, quasi ad sodalem, nec malum pro malo rependi. *Quasi fuisset amicus meus.*] Quia Saul erat in manu mea, & non nocui illi, B. Theod. *In claudicatione mea.*] Quando fugiebam ad Achis, & insaniebam pro vita mea, illi lætabantur, 6. Caus. à dissim. *Cum hypocritis.*] Hostes erant, sed amici Davidis apparuerunt.

Pindar. pyth. Od. 2.

Δολιονάσιν, &c.

——Sed enim vir astu
Praditus, nunquam loquitur ferrei
Fertia lingua,
Verum amicorum simul hostiumque
Cultor, obscuram tegit arte mentem
Degener, tales mihi multa fingent
Tempora mores. (Pro.26. *septem abominationes, &c.*)
Diligam charos homines aperte, &c.

Jocantibus in festis.] Sic servi Saulis ex spe mercedis calumniantur me. 7. Caus. נכים] πλῆκται, Gr. percussores, Sym. Theod. *percutientes*, Lat.MS. *Scindentes & non tacentes.*] Lat.MS. Vel, *Scissi & dissipati sunt, nec compuncti.*] Sua spe frustrati, nec pœnitentia ducti, B.Theod. Heb. à קרע. *Unicam meam.*] Vita, quæ sola mihi relicta est. 8.Caus. Lat. MS. *solitariam.* *Leonibus.*] Adulatoribus Saulis, ut Psal.34. *Leones, &c.* *Quietis in terra.*] David & servis ejus qui nemini nocebant. 9.Caus. Vel, *in rapina terra.*] Lat. MS. ex rapina vivunt. *Oculus noster vidit illum.*] Gaudebant quando inveniebant locum ubi recubabat. *Qui diligunt jus meum.*] Jonathan & cæteri. Hunc Psalmum David non maledicens dixit, sed vaticinantis more prædixit, B.Theod. Oratio pro liberatione à Saule.

Sect.9. *Ex Ital.&c.in Psal.35.*

Contra persecutionem Saul, Gloss.in Ang. MS. *In fovea.*] Hisp. Ital. *La fossa de la lor rete*, id est, rete in fossa, vel rete absorbet sicut fossa. *Postulabant à me.*] Ang.MS.Hisp. *Ad orbationem anima.*] Dicit, *Orbationem*, à consolationibus omnibus. Ital. *La sterilità dell' anima mia*, quia anima post discessum est quasi sterilis, à corporeis operationibus vacans. *Homines percussi.*] Ang.MS. Ital. *battuti*, à נכים, sive illi qui dissimulabant dolorem, Hisp. *entrestecidos, fingiendo tristeza.* *Revertetur in sinum.*] Dicit, *In sinum*, quia antiqui orabant in mœstitia, inclinantes ver14. Ital. *in dispiacere stando inchinati*, seu quòd orabat sincero pro aliis, sicut pro seipso, animo, Ital. *Stridebant dentibus.*] Mordendo me labiis, quia non pavi gulam eorum, ut Pseudoprophetæ in Amos 3. *Mordent dentibus, &c.*

Horat. Epod. 6.

Quid immerentes hospites vexas canis
Ignavus adversum lupos?
Quin huc inaneis, si potes, vertis minas?
Et me remorsurum petis?
Tu cùm timenda voce complesti nemus,
Projectum odoraris cibum.
Cave, cave, namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua.

Sect.10. *Ex Vulg. & Gr. in Psal. 35.*

Contendentes, vel, *nocentes me.*] Vulg.Gr. *Interitum laquei sui.*] Vulg. Gr. sic Psal.16. *Videre corruptionem*: idem. *Exprobraverunt animam meam.*] Gr.Vulg. חפרו, quasi foderunt animæ meæ, ut mos est eorum qui confunduntur, abscondunt sese præ pudore. *Quando molesti mihi essent.*] Vulg. Gr. à חלי, quando dolore me afficerunt, jejunavi & oravi. *In sinu meum convertetur.*] Id est, Deus retribuit mihi orationem meam exauditam & remuneratam. *Quasi proximum.*] Vulg. Gr. qui proximo bene, & non malefacit. *Sic.*] Vulg.Gr. אם, ut אמרו in Pro.3. *Adversus me.*] Vulg.Gr. בצלעי, quasi collateraliter, à צלע latus. *Tentaverunt me.*] Vulg.Gr. בחנפי ut בחנני. *Mihi quidem pacificè loquebantur.*] Gr. Vul. לא, ut לו, vel, לי, ut in Psal.24. נפשי, vel per interrogationem, *Nonne mihi pacificè? &c.* *Et in iracundia terra locuti sunt.*] Gr.Arab.Vulg. per modum execrationis, ut Jer.22. *O terra, terra, &c.* רגעי, ut רגזי, sic רבעי, & רבצי, & חפו, & חפץ. Vel quia in terra quasi abscondebant iram suam, Theodoret.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 35.*

Quando persecutus est Edomitas, Par. Edit. ut in Psal. 60.1. *Claude*, vel, *fulgorem (gladii) mitte contra inimicos meos.*] Syr. אברק, [illegible] [illegible], id est, exterge gladium, velut in Ezech.21. vel ut in Psal.144. *Emitte fulgura & consume eos.* *Hastam.*] Vel, gladium. Syr. [illegible]. *Laqueos & rete.*] Syr. [illegible]. *Destructio.*] Vel, fovea, Syr. גומצא [illegible], Heb. שואה. *Postulaverunt quod non cognovi.*] Heb. Syr. quasi mutuò accepissem, vel illis multùm debuissem, ישאלוני. Vel, duras conditiones pacis postulaverunt gentes, quas non accepi, nec cognovi duriores, Syr. [illegible]. *Orbitatem*, vel, *destruentes animam meam.*] Syr.MS. אובדו, [illegible] [illegible], à societate hominum me expellentes, quasi corde mortuus sum. Vel, velle eorum erat facere, sic *Balac pugnabat cum Israele*, in Josh. id est, hoc voluit, sed non potuit, R.David. *Si affligerem animam meam.*] אן est deficiens. *Rediret in sinum meum.*] Illud ut in hypocrisi factum rejicerent. אם, Non est in Syr. MS. nec קרעי. Vel, אם אבל in Heb. est ab אמיך terrores & angustiæ, Psal.88. sensus est sicut qui luget in terrore, vel ut Sy. sedet in mœrore [illegible], *In claudicatione mea claudi congregati sunt.*] Et secundū claudicationem meam claudicabant, ut deriderent me. Heb. נכים, Syr. נגורא, [illegible] diù, à נגרת רוח, μακροθυμία, in Ephes.4. vel ut in Psal.39.10. *ictu manus tua*, in Syr. idem, נגרך cum Dolath, sic in quibusdam codicibus MS. *In jactatione sua & derisione.*] Syr. in me frendebant gloriantes. Vel, *In infirmitate eorum.*] Quando illi in prælio prævaluerunt, & ego infirmatus eram, tunc ego & populus meus jejunavimus, & nosmet humiliavimus, ut in Psal.60. tot. *Unicam meam.*] Velut in Psal. 25. *Solus sum & sine consolatione.* *In populis multis.*] Edomitas & reliquas gentes subjugatas, Syr. [illegible]. *Mansuetos terra.*] Syr. qui illos injuria non afficiunt, Syr. [illegible]. *Laudabit justitiam tuam.*] Syr. [illegible] fatebitur cum laude, Syr. Parif. *Qui volunt victoriam meam.*] In Idumæos, &c. Syr. [illegible].

Sect.12. *Ex Arab. in Psal 35. Arab. 34.*

Prophetia de Incarnatione, & de rebus factisque contrà

contrà Jeremiam, Arab. Rom. Neb. *Qui contendunt, vel, opprimunt me.*] Arab. يطلمنني. *Laqueum incorruptione.*] Vel, sine veritate, Arab. *Perdiderunt animam.*] Arab. ואבאדוא وابادوا, privabant corpus meum eâ, relinquentes illud ut Orphanum vel Viduam, שכול. *Malum pro bono.*] Quia Jeremi. orabat pro illis (& sic Christus) Jer. 18.20. *Foderunt puteum pro anima mea.* נכים *Plaga.*] Erant mihi datæ, Gr. μάστιγες, Arab. Rom. Neb. אלאשראר الأشرار, impii insidiantes verbis suis, Targum, à חוך *dolus* sic dicitur, quia est in *medio* cordis. *Quando ægrotabant, vel, contendebant mecum.*] Arab. Heb. à חיל, exercitus. *Testes falsi.*] Ut Pashur, Jer. 20. & alius qui dixit, *Cadis ad Chaldæos*, Jer. 37. & contra Christum. *Lugebam.*] Flebat Jerem. pro illis, & Christus *super Jerusal.* Luc. 19. *Sicut lugens pro matre, vel, ut lugens contritus.*] Id est, dolore infirmatus, Ara. كالحزين الكئيب באלחזין אלכייב, à כאב in Isa. 16. Heb. אם, ab אמך terrores in Psal. 88. *Non pœnitebar eos.*] De malitia eorum, Arab. لم يندموا לם ינדמוא sic in Psal. 4. *Compuncti estote.* דמו idem in Arab. & Heb.

---

1 *In finem, servo Domini ipsi David.*
XXXV. Heb. XXXVI.

2 *Dixit injustus ut delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos ejus.*

3 *Quoniam dolosè egit in conspectu ejus: ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.*

4 *Verba oris ejus iniquitas, & dolus: noluit intelligere ut bene ageret.*

5 *Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.*

6 *Domine in cœlo misericordia tua: & veritas tua usque ad nubes.*

7 *Justitia tua sicut montes Dei: judicia tua abyssus multa.*

Homines, & jumenta salvabis Domine:

8 *Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.*

Filii autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

9 *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

10 *Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.*

11 *Prætende misericordiam tuam scientibus te, & justitiam tuam his qui recto sunt corde.*

12 *Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moveat me.*

13 *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 36.*

Psalmus Davidis servi Domini.] Addit *servi*, quia hic Psalmus est de impio qui cogitat se non habere *Dominum*, sceleris sui vindicem, quasi diceret David, *Consilium impii longè sit à me*, ut Job. 21. *In corde meo.*] Ego novi quod concupiscentia mala suggerit impio, fac quod libet. *Adulatur in oculis ejus.*] Opus suum adulatur illum, & ad quærendam iniquitatem omnem allicit. *Ad odio habendum.*] Ut quærat peccatum donec inveniat, & quando invenit, ut odio habeat (sicut Amnon Tamar.) Vel, *Ad odio habendam viam bonam.*] ut Hos. 4.10. *Ad auscultandum*, nempè dis alienis (quod intelligitur:) Vel, ut excogitet peccatum quod Deus maxime abominatur, ut Deut. 12.31. *Fecerunt omne quod Deus tuus abominatur.* Non est in Cod. Cremon. *Sapere*, vel, *sapientem reddere animum suum.*] לבו להשכיל. *Super lectum suum.*] Est tempus cogitandi quando homo vigilat. *Non bonâ.*] Non mundâ. Vel, dicit, *non bona*, qui noluit bis repetere verbum illud, *Malum*. Vel. quia via sua nunquam est bona, & non occurrit tempus in quo abhorret malum. *Misericordia tua usque ad cœlos.*] Quæ *species* in mundo servat quando pereunt individua, & omni speciei cibum suum absque multo labore præparat: gramen crescit in montibus; ubi bestiæ vivunt, ibi nutriuntur, & quia aquæ sunt magis ad vitam quam cibi necessariæ, ideoque ad manum magis reperiuntur, & illis qui negant Dominum, cibum eorum subministrat. Et dicit, *ad cœlos*, ut Psal. 103.11. *Sicut cœli sic misericordia Dei ad illos qui timent illum*: à terra ad cœlos usque extendit. *Sicut montes Dei.*] Montes altissimi, pro more linguæ, quando magnificat aliquid addit nomen Dei, Jon. 3.3. *Ninive civitas Dei*, & Cant. 8.6 *Flamma Domini*. Et dicit, *Justitia Dei*, licet misericord. est ad omnes, tamen justitia ad bonos est sicut montes לטובים, & quando Deo placuerit, differentiam inter bonos & malos ostendit. *Sicut abyssus.*] In quam dejicit impios, & nunquam evadunt, assimilat misericordiam montibus, in quibus est quis ab hoste securus, & *malum* Abysso (quæ est locus destructionis) confert, ut Psal. 69.2. *In profundis aquis.* *Hominem & bestiam.*] In hoc seculo cuncta servas, sed bonitas tua ad Atheum est sicut illa ad bestiam, quia Atheus est *bestia* in imagine hominis constituta, כבהמה בצורת אדם. In Derash, quando vidit שלך piscem, dicit sicut Abyssus, quando vidit נמלה formicam (speciem reptilis) dicit ut *montes Dei*. Non est in Cod. Crem. *Bonitas tua.*] In seculo futuro, in quo impii separantur, & *bonitas* hujus seculi quam habent est transitoria, עבר. *O quam excellens.*] Quia misericordia hujus est ad cœlos, sed *misericordia* futuri seculi non æstimatur, שיעור. *Sub umbra alarum tuarum.*] In seculo futuro confidunt. *Filii hominum.*] Qui non sunt ut bestiæ. *O Deus, vel, Judex.*] Qui tunc mercedem omni retribuis.

Domus

Domus tua.] Seculi futuri, Angelorum & Sanctorum omnium domicilii. *Pinguedine domus.*] Dei visionis, ידיעת האל, bonum quod non subsequitur malum, & plenitudo absque indigentia. *Flumine.*] Deliciarum abundantia, sicut aquæ fluminis exuberantes. *Inebriabis.*] Prædictâ Dei scientia auxiliaberis. *Fons vita.*] Æternæ, nunquam arescit. *Videbimus lumen.*] Sine tenebris. משוך] Ut seculum hoc evanescens non sit impedimentum illis in studio legis, vel exponi potest de seculo futuro, *Adde felicitatem illis. Qui noverunt te.*] Qui cognitioni Dei ad ultimum virium incumbunt. *Rectis corde.*] Qui integri ambulant, sed ad cognitionem Dei, nisi per doctrinam aliorum, non ascendunt, דרך הקבלה. *Justitiam.*] Bonum rectis accommodatum. *Misericordiam.*] Excellentius bonum *scientibus te* adaptatum. *Pes superbia.*] Ne præliando molestias mihi creet in cultu Dei. *Manus impii.*] Ne expellat me à loco meo, & in *scientia Dei* remoretur. *Ibi lapsi sunt.*] In suis terris, ita ut non prælientur contrà nos ampliùs. דחו] Milra & Rebia est in Cheth, in forma cujus לא נזכר שם פעלו ex Dagesh. *Lapsi sunt.*] Prævidet lapsum per Spiritum. *Et non possunt resurgere.*] Sed justi, justi dico, sæpè *cadunt & resurgunt*, Prov.24.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal. 36.*

Davidis servi Domini.] Addit, *servi*, quia hic Psalmus est de impiis qui sunt apostatæ, & Deum blasphemant. *Dicit in corde meo.*] Certò scio quòd apostasia impii illi suggerit, non est causa cur Deum timeret. *Non est Deus ante oculos ejus.*] אין Bis repetitum, id est, David sic dicit de impio. *Non est timor.*] Peccatum sic dicit ei, ne timeas אל תפחד perge peccando, Deus non est ante oculos ejus. *Adulatur seipsum.*] Peccatum suum leve reputat ad provocandum Deum, ut per pœnas illud detestabile inveniat. *Invenire iniquitatem ejus.*] Ut Gen.44.16. *Invenit Deus iniquitatem servi tui. Ad odio habendum.*] לשנוא, id est, Deus odio habebit illum. *Super lectum suum.*] Nocte. חדל jungitur cum Lamed, ut in Gen.11. *Cessabant ad ædificandum. Ponit seipsum.*] Die. *In via non bona.*] Contra præcepta negativa. *Tua misericordia Domine est in cœlis.*] Ibi est, ex quibus emanat scaturigo, & hoc novi ego *servus Domini*, quod illi impii ignorant. *Sicut montes.*] Scientia ejus est imperscrutabilis, sicut montes alti, & Abyssus magna quæ nemo novit. *Servas hominem & bestiam.*] Ut Gen.9.5. *De manu omnis bestiæ requiram*; Deus etiam judicat bestiam. יקר] Id est, יקרים, *quam pretiosi* sunt filii hominum multò magis. *Flumine voluptatis tua.*] Scientiâ Dei, דעת השם in illis qui domo Dei, Deo serviunt. *Fons vita.*] Ad animam rationalem, לנשמה. משוך] Sic dicit, quia cœli, ubi est, sunt remoti. *Rectis.*] Quorum opera sunt recta. *Luce tua.*] Lux non est corpus, & non est res in hoc sæculo præstantior; est similitudo mercedis futuræ. *Pes superborum.* Ne sint illi mecum in domo Dei. שם] Ibi cadant hi impii, ubi similes impii antea ceciderunt; vel dicit, *ibi*, antequam veniant ad me, ut me capiant.

Sect.3. *Ex Med. Tillin in Psal.36.*

למנצח] Id est, Deo vincenti, dixit David, Dedisti victoriam mihi, & ego reddo tibi, ut Deut.33. *Popupulus salvatus in Domino*: sic Deut.34. *Fecit Moses*, & tamen Deus fecit omnia: sic Judic.5. *Captivitatem tuam, &c.* dixit Deborah: Canunt mulieres, 1 Sam.18. *David* רבבות *decem millia interemit.* Confitetur David, 1 Sam.17. *Ut cognoscant regna quod Dominus Deus est in Israele*, Deo gloriam attribuit. *Loquitur rebellio impii in corde meo.*] Id est, ego certò scio quod vici Goliath, quia video quod timor Dei non est ante oculos suos, sed os suum est blasphemiæ plenum. לשנוא] Id est, quærunt peccatum quod est Deo maximè abominabile, ut dicitur, *Omnem abominationem Domini quod odio habet, faciunt. Non bonâ.*] Relinquunt viam rectam, & ambulant in mala, ut Prov.2. העזבים. *Abyssus.*] Sicut non est mensura Abyssi, sic nec Judiciorum Dei in impios; & sicut aquæ Abyssi non sunt ubique ejusdem profunditatis, sic nec judicia Dei in impios; & sicut montes superant Abyssum, sic justitiæ Dei superant nostras iniquitates, ut in Mica.7. *Superabis iniquitates nostras. In luce tua.*] Lux candelæ accenditur, & nocte qualibet denuò extinguitur; sic Israelitæ erant servi in Egypto, & liberati, deinde in Babel, & Javan, & iterum liberati; tandem in Edom dixit Israel, fatigati sumus, liberati & captivati; Liberatio hominis est sicut candela noctis, Redemptio Dei sicut lumen solis, R. Johan. *In luce tua.*] Non habet Israel in futuro sæculo solis lumen, quia Dominus erit Lux, Isai.60. & Jerusalem metropolis omnium Gentium, R. Hosaiah in nom. R. Phinehaz.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 36.*

Contra Achitophel, qui consuluit Absalom. ut dormiret cum Concubinis David. *Transgressio.*] פשע, id est, peccatum ad quod Ahitophel incitavit Absalom. impium, dicit mihi quod Ahitophel *non habet timorem Dei. Adulatur illum.*] Ahitophel adulatur Absalom. *Invenire peccatum suum, odio habere.*] Id est, ut pater odio habeat filium, sicut 2 Sam. 16. *Dolus.*] Quia timuit Ahitophel ne Absalom. pacem cum patre David iniret. *Non abominatur malum.*] Id est, fornicationem Absalomi. *In Cœlis.*] Quando lex data erat, sic Exod.20. *De Cœlis fecit te audire vocem suam*: & addit, שחקים *æthera*, quia lex data erat è medio ignis quæ erat usque ad æthera. *Bestiam.*] Id est, multitudinem populi, sic Psal.92. *Bestia non intelligit. Fons vitarum.*] dicit *vitarum* in plurali, id est, in hoc & futuro seculo. *Pes superbia.*] Ahitophelis.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 36.*

Transgressio.] Imaginatio mala, יצר הרע. *Est in medio cordis mei.*] Ut mihi videtur, quasi peccatum suum dixisset illi, *Ne timeas Deum. Adulatur illum.*] Ipse novit quòd peccatum quando promittit bona, adulatur. *In via non bona.*] Deus ponit ante eum malum & bonum, & elegit malum. *Est in cœlis.*] Ob impietatem, è terra abstulit eam. *Sicut montes alti.*] Quem exaltabis, sicut montes efficis, & quem deprimis, ad Abyssum dejicis. Vel, *Ad cœlos.*] Propter impios tollis misericordiam tuam ab inferioribus. *Alti, vel, fortes montes.*] Ab איל non possunt moveri. *Judicia.*] וושטיצא Justitia, extraneæ ling. Hispan. *Hominem & bestiam.*] Hominem nudum scientia, sicut *pullus Asina*, Job.11.12. Vel humilem, qui seipsum quolibet alio viliorem ostendit, ut Pro.30. *Ne veniat super me pes, vel, portio impii.*] Ne des mihi mercedem impii ultimam.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 36.*

לִמְצֹא] Id est, excogitate res impias, Chald. *Odio habere.*] Id est, instructionem omnem, אולפנא. *Superbia*] Id est, superborum, Chald. ut Psal. 19. *à superbis cohibe me, ne dominentur in me, &c.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 36.*

Servi Domini.] Duo sunt, Psal. 18. 1. *Iniquitas in aperto & dolus.*] In secreto. Quinque sunt, Zeph. 1. 9. *Violentia & dolo, & verba mendacii:* & Psal. 55. 23. *Sanguinis & doli.* Psal. 55. 11. *Dolus & fraus, &c.* *Judicia tua.*] Una de quatuor vocibus quæ sunt *ablatio scribarum*, עטור סופרים, Gen. 18. 5. *Postea transibitis:* altera, & *postea congregaberit:* altera Psal. 68. 25. אל אל] Sunt 23. initium versus.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 36.*

In semetipso.] Quia homo illum non videt, S. Aug. *Transgressio impii dicit illi.*] Redarguit illum, quod timor Dei non est ante oculos ejus, Gr. quia peccat ex rebellione. 1 Caus. exaud. ab eff. persequept. *Dicit.*] Opinatur, B. Theod. Vel, *In medio ejus.*] Lat MS. *Donec pœna iniquitatis suæ inveniat eum, ad odio habendum.*] Ut odio habeatur inter homines. Vel, *Ut inveniret iniquitatem suam.*] Lat. MS. dolosè agit, quærendo eam, non enim verè odit eam, S. Aug. *Non odivit.*] Ideóque cogitata nocte, aggreditur die, Theod. *Verba oris.*] Verba Saulis (qui jurabat, *Non amplius te lædam*) sunt vanitas & dolus, *Desinit operari bonum.*] Quia semel *Spiritus Dei eum supervenit.* *Cogitat super lectum suum.*] Ut me interimat. *Justitia tua.*] Veritas tua (est immobilis ut montes) quâ mihi regnum promisisti. *Ut montes Dei.*] Montes altissimi, inter quos numerantur montes Apenini (ab Hannibale Pœno sic dicti, ut volunt aliqui) inter Florentiam & Bononiam, ac in locis aliis, sunt transeundi: via est arcta & difficilis, & per tria milliaria ascensus continuus: valles profundissimæ sunt ad manum dextram quandoque, aliquando ad sinistram, quæ ferè præcipitem ferunt insuetatum viatorem; via est saxosa, & in hyeme valdè periculosa, cavebit qui tunc transit. Alpes etiam (ab albedine nivium sic dicti) inter Galliam & Italiam naturæ murus fortissimus. Mont-senese inter Novalesam & Linburgum spatio unius diei transitur, totus est nivibus coopertus; Cavebit viator ne ascendat in ventum fortiorem, qui nives in oculos transeuntium dispergit, mulos hominésque in præcipitia dejicit; ascensus est tanto difficilior, eò quòd non est in toto monte arbustum aliquod, quo seipsum vacillans à lapsu sustentet: cavebit (expertus) ne montem hunc, quando cadunt nives, transeat, ut semitam dux viæ invenire nequeat. Descensus hujus montis est in sede lignea, quæ citò spatio quartæ partis horæ ad calcem volat in medio nivium, modo mirabili, vulgò *Nella Ramassa.* Est & alter mons propè Ciamberi Metropolim Subaudiæ, Gibbelette, unius diei itinere transitur, hyeme totus glacialis; ascensus est per mulos, descensus in sede Neapolitana, Sedanæ simili à duobus bajulis portata, quorum calcei sunt cum ferro contra glaciem muniti. Est & obscurus ille mons Cyminus inter Florentiam & Romam, 4. milliari. altitudine, à Virgil. Æneid. 7. memoratus. Sunt etiam alii saxosi montes propè Genoam, ubi transitus est arctissimus, ad manum dextram mare mediterraneum rugiens, ad sinistram valles & præcipitia. Feci (omnes Alpes expertus) prolixiorem discursum nostratium gratiâ, vid. adhuc Psal. 136. ampliorem. Venio jam ad ἀπόδοσιν. Veritas & justitia Dei sunt sicut montes altissimi, quia lento pede progreditur in disquisitione hac, & via est periculosa, quia scrutator Majestatis opprimitur à gloria. Quærendum est duces viæ peritissimos, Prophetas & Apostolos, & eorum successores, aliàs labimur in præcipitia περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, Ephes. 4. Cavendum à ventis variarum opinionum, à nivibus etiam pluviisque τῶν πειρασμῶν; tanto gravior est lapsus, quanto altior erat ascensus, Luc. 6. Via est tenebricosa, glacialis, & saxosa, ideóque dicit Ephes. 6. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. *Hominem & bestiam servabis.*] Generali providentia, 3. Arg. *Lumine tuo.*] Spiritu, Theod. *Fons vitarum.*] Semper scaturiens. (4. Arg.) Est unigenitum Dei verbum cum Patre & Spiritu, B. Theodor. Non procul à civitate Aurelianensi Galliæ est fons aquæ, nunquam exarescit æstate, nec congelatur hyeme; similiter fons ille in valle clausa propè Avenion. In Mediolano est fons Sancti Barnabæ (de quo dicunt, evangelium illum primò ibi prædicâsse) aquæ sunt medicinales febrium, &c. sicut aquæ Puteolanæ propè Neapolim, & fontes Sancti Pauli, vulgo *Tre fontane*, propè Romam, ubi truncatus erat Apostolus. (Euseb. lib. 3. & Hieron. & Dionys. S. Pet. & S. Paulus uno die mortem passi sunt:) similiter aquæ istæ semper ebullientes Pogæ, propè *la Charité* inter Parisios & Lugdunum, quæ in 15. diebus curant multos, ut ferunt. Hoc verò certissimum est, quòd favor Dei nunquam deficit ergà suos, Johan. 13. 1. nec in prosperis adversisve per hunc febris divinæ iræ sanatur: similiter credendum de aquis St. Paulinis, Herod. Melpom. Apud Ammonios est aqua fontana, quæ sub matutinum tepescit, sub meridiem maximè frigescit, eáque hora hortos irrigant; Sol occidit, tunc tepescit, ad mediam noctem fervens exæstuat; fons solis appellatur καλέεται ἡλίου. Est alius Lunæ, Arab. Geog. p. 9. clim. 7.

صاحب كتاب العجايب ان في داخل
بلاد يأجوج ومأجوج نهر يسمي المسهر
لا يعرف له قعر فاذا تقاتلوا واسر بعضهم
اطرحو

&c. Libri rerum mirabilium Autor narrat, Est in introitu locorum Jagog & Magog (de quibus vid. Psal. 21. in R. David) fluvius dictus Almasar (Lunæ) profunditas ei est ignota, in quem corpora occisorum belli sunt projecta. Veteres fontibus tanquam diis sacrificabant, & vinum fundebant.

Horat. Od. 13. lib. 3.

O fons Blandusiæ splendidior vitro
Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hædo.

Et Od. 1. lib. 1.

Nunc ad aquæ lenæ caput sacræ.

(Forsan ad cultum Dei consecratæ, ut Act. 16. προσευχὴ *erat juxta ripam fluvii*) Persæque σέβονται ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιστα. Herod. Clio. *Flumine deliciarum.*] In Tabernaculo, ut Psal. 27. vel in cœlo (5. Arg.) In sedibus beatis, Horat.

Pindar. Nemea Od. 1.

ὄλβιοις ἐν δώμασι δεξάμενον.

Attrahe

Attrahe misericordiam.] Lat. MS. *Ibi ceciderunt.*] Ubi cadunt, ibi impellentur, B. Theod. Oratio pro liberatione.

Sect. 9. *Ex Ital.&c. in Psal. 36.*

Servi Domini.] Id est, musici, Ital. Hisp. *del siervo. In meo cerde.*] Id est, ego dico (videndo peccatum ejus) quod non habet timorem Dei. Hisp. Ann. *del impio tenge tal juyzio.* Vel, *ie conosce chel machinano i cattivi*, Ital. Seu loquitur in seipso בלבי, Jod pro Vau, 2. Ang. MS. Vul. Gal.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 36.*

Dixit injustus ut delinquat in medio cordis sui.] Vulg. in semetipso, id est, ut clam peccet, dicit, ne timeas, quia Deus non videt, Ezech. 9. *Quoniam dolo sè egit.*] Vul. peccando coram Deo, non homine. *Ad odium.*] Hypocrisis est maximè odiosa iniquitas.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 36.*

Quando Saul persequebatur eum, Par. Edit. *Improbitas ad improbum loquitur in medio cordis sui.*] Syr. id est, improbus malas cogitationes meditatur, quoniam Deum non timet, Syr. MS. [illegible] [illegible], Heb. לבי, Jod pro Vau. *Odiosum est in oculis suis ut peccatum suum inveniret, & odio haberet illud.*] Syr. MS. סניא [illegible] Heb. יחליק, à חלקה, divisio, seu inimicitia, quæ est fructus odii. *Malum non spernit.*] Sed pergit Saul ut malum faciat, Sy. ויאבש [illegible], ut in 1 Sam. 27.1. *Peribo per manus Saulis. Usque ad cælos cælorum.*] Syr. ut in Psal. 103. *Sicut altitudo* cœli ad terram, sic est amplitudo Dei misericordiæ. *Domus tua.*] Id est, plenitudine terræ domus magnæ, ut in 2 Tim. 2. *In domo magna, &c.* id est, hoc sæculo. *Deliciarum tuarum.*] Id est, *omnium deliciarum filiorum hominum* cum vita conjunctarum, velut in Eccles. 2. *In lumine tuo.*] Lumine solis, vel vitæ hujus, ut Eccles. 11. *Videre solem. Lucem videbimus.*] Nam gaudium est *donum Dei*, in Eccles. 2. *Protende.*] Vel retine, sicut res pretiosa, misericordiam pro timentibus te, Syr. MS. [illegible] טר: sic in Exod. 12, *Protendite*, veluti per *sortem*, vel, *accipite*. *Pes.*] Ne suprà nos regnet & conculcet.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 36.*

De propositione facta ad Davidem per Taluth (Saulem) & solvebat promissum 1 Sam. 18. de 200. Philist. est etiam hic objurgatio impii, & mentio divinitatis, Arab. MS. *Dicit impius peccet in corde suo.*] פי קלבה في قلبه Arab. Rom. Neb Gr. quia nemo vidit cor ejus, quòd Saul intendebat mortem Davidis, quando postulabat 200. Philist. *Timor Dei non est.*] Ut Luc. 18. Judex dixit, *Deum non timeo. Adulatur*, vel, *dividit seipsum.*] Arab. facit seipsum Deo exosum, نوعل Heb. חלק. *Servas bestiam.*] Et sic etiam servasti me in bello per misericordiam tuam. *Extende misericordiam.*] Ostende ampliorem gratiam illis qui agnoscunt te, quam reliquis hominibus & bestiis. *In lumine tuo.* Quod est sicut lumen solis post captivitatem, Mid. Tillim. *Ceciderunt*, vel, *elongati sunt.*] Arab. ابعدوا אבעדוא, id est, à longè ceciderunt.

---

1 *Psalmus ipsi David. XXXVI. Heb. XXXVII.*

Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.

2 *Quoniam tamquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum citò decident.*

3 *Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in divitiis ejus.*

4 *Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.*

5 *Revela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.*

6 *Et educet quasi lumen justitiam tuam, & judicium tuum tanquam meridiem:*

7 *Subditus esto Domino, & ora eum.*

Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente injustitias.

8 *Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris.*

9 *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram.*

10 *Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum ejus, & non invenies.*

11 *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*

12 *Observabit peccator justum: & stridebit super eum dentibus suis.*

13 *Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies ejus.*

14 *Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum.*

Ut dejiciant pauperem & inopem: ut trucident rectos corde.

15 *Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.*

16 *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.*

17 *Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem justos Dominus.*

18 *Novit Dominus dies immaculatorum: & hereditas eorum in æternum erit.*

19 *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur:*

20 *Quia peccatores peribunt.*

Inimici verò Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.

21 *Mutabitur peccator, & non solvet: justus*

justus autem miseretur & tribuet.

22 *Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.*

23 *Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viam ejus volet.*

24 *Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.*

25 *Junior fui, etenim senui: & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.*

26 *Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.*

27 *Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum sæculi.*

28 *Quia Dominus amat judicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conservabuntur.*

Injusti punientur: & semen impiorum peribit.

29 *Justi autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.*

30 *Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.*

31 *Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus.*

32 *Considerat peccator justum: & quærit mortificare eum.*

33 *Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus: nec damnabit eum cùm judicabitur illi.*

34 *Expecta Dominum, & custode viam ejus; & exaltabit te ut hæreditate capias terram: cùm perierint peccatores videbis.*

35 *Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani.*

36 *Et transivi, & ecce non erat, & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus.*

37 *Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.*

38 *Injusti autem disperibunt simul: & reliquiæ impiorum interibunt.*

39 *Salus autem justorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.*

40 *Et adjuvabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & salvabit eos: quia speraverunt in eo.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 37.*

NE *misceas.*] à חרה ut חפעל. Quia fecit mentionem operum & cogitationum impiorum, addit, *ne sis deceptus eorum prosperitate*, quia perit. ירוק] Non est radix graminis, sed gramen viride, *cibus bestiæ*, Gen. 1. 30. & radix in terra manet. *Confide.*] Fides est cultus cordis, & addit *in Domino*, non in divitiis sicut impii. *Fac bonum.*] Est opus manus, ut eleemosynæ largitio. *Pasce in veritate.*] Pasce alios, ubicunque habitas, instructione in viis Domini eos instruendo, sicut Abraham, qui *invocavit in nomen Domini. Delectaberis in Domino.*] Invenies quod quæris si pascas alios, est promissum; vel cultu Dei delectari facies Dominum (ut *oleum* in sacrificiis *Deum delectatur*, Jud. 9.) *Volve.*] Id est, omnem necessitatem tuam in illum exoneres. *Sicut meridiem.*] Est robur lucis, sic omnes viæ tuæ justitiam pro certo cognoscent. *Cessa ab irâ.*] Si viæ tuæ non succedant secundùm desideria, ne sis sicut stultus ille Pro. 19. 3. *contra Dominum excandescit. Relinque iram.*] Resipisce ab ira, R. Sol. vel idem est sensus cum priori. *Ne misceas teipsum.*] Licet coactus sis cum illis te associare, tamen *non ad faciendũ malum. Considerabis locum suum.*] Et non invenies *radicem* vel *ramum*, sed *mites* (qui erant humiles) *terram hæreditabunt*, ענוים Vau movetur à ענוה, & Jod signum pluralis. *Delectabuntur.*] In pace, ut Pro. 11. 10. *quando perit impius est jubilatio. Frendet super eum.*] Quando est in manu ejus, tunc dicit illi, Nunc inveni te. *Dies ejus venit.*] Quando superbit contra justos, tunc vicina est ruina ejus, ut in Pharaone. *Arcus rumpentur.*] Non erit successus secundùm cogitationes eorum. מעט] Id quod justus habet satis est illi, sed impius nunquam expletur: Porrò divitiæ impii inflant illum, ita ut insurgant in eum, & occidant. *Brachia disrumpuntur.*] Viribus ad nocendum justis deficiunt. *Novit dies rectorum.*] In bonum novit, id est, prolongat, ut Psal. 1. 6. *Novit viam justorum. Hæreditas in æternum.*] In sæculo futuro, R. Jos. Cimchi. Et in hoc relinquunt hæreditatem filiis suis. *Tempore malo.*] Pestis, famis, vel bestiarum rapinæ. *Pinguedo agnorum.*] Quæ in fumum super altare evanescit. *Mutuò accipit.*] Indicat opera impiorum, non solvit debita aliis, multò minus de suo largitur. *Dat.*] De suo; multò magis solvit debitum; Ecce duæ proprietates, Misericord. & Liberal. Vel, *dat gratiosè, dat.*] Idem sensus duobus verbis, id est, dat de die in diem, à חנן Genes. 33. 5. *qua gratiosè Deus dedit, &c. Hæreditate accipient.*] Divitiæ eorum erunt, sicut hæreditas à patre ad filium relicta. *Qui sunt maledicti.*] Qui habent oculum malum & crudelem. *Excindentur.*] In hoc seculo & futuro. *In via sua.*] In cultu Dei עבודת האל. Vel, Deus prosperabit quicquid agit, ut Psal. 1. 3. *Gressus viri.*] Qui prævalet operibus bonis גבר שמתגבר. *Licet cadat.*] Ab opibus suis non dejicitur penitùs, sicut impius, qui *cadit & non resurgit*, Prov. 24. *Justum derelictum.*] Sine cibo & vestitu, ut Gen. 28. 15. *Deus dixit Jacobo. Non derelinquam te.*] Quod exponitur posteà à Jacobo, dicendo, *Quoniam Deus dabit cibum & vestitum*, monstrando, quòd qui caret his, est derelictus. *Semen.*] Filios. *Petens panem.*] Ab ostio ad ostium. *Semen ejus est benedictum.*] Quia filii ambulant in viis ejus, ideò eos benedictos nominat. *Discede à malo.*] Comprehendit negativa præcepta. *Fac bonum.*] Secundùm affirmativa *Habita in æternum.*] Sine indigentia, quia homo egenus non habitat, sed vagatur huc & illuc. *Amat judicium.*] Opera recta. *Non deserit sanctos.*] Sed providentia ejus super illos excubat. Vel, *misericordes.*] חסידות est

misericordia versùs indignos & immerentes, est plus quàm *judicium. Os justi docet sapientiam.*] Præter liberalitatem manus, est *doctrina* oris ejus. *De judicio,*] Inter unum hominem & alium. *Est in corde suo.*] Est intùs sicut foris, תוכו כברו habet in corde quod docet ore. *Impius observat justum.*] Invidet prosperitati ejus, & occasiones accusandi eum coram *Gubernatore* מושל ut eum occidat, investigat. *Non condemnabit eum.*] Exit innocens in judicio. *Gressus.*] Id est, אחת האשורין unus gressuum. *Sicut arbor viridis.*] Indigena suâ patriâ celebria est, ex qua familia oritur (non sic extraneus) sic arbor humiditate & pulchritudine sua nota est, & ab omnibus circundata, Chal.Par. *Finis eorum pax.*] Bis repetit, ne quia prosperitate impiorum illaqueetur.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 37.

Ne contendas post impios.] Jer. 12.5. *Quomodo contendes cum equis?* Idem, sed est in Cal. Vel, ne contendas in ira & bello cum illis, à חרון in Hithpael. יומלו] Ex geminatia licet Lamed careat Dages, ut in הענוה Prov. 7. *Confide in Domino.*] Est bonorum operum fructus, fac bonum & confide. *Habita in terra.*] Est promissum R. Moseh. *Pasce in veritatem.*] Non ex rapina לא בגזל. Vel, *custodi veritatem.*] Sicut pastor oves, à רעה Psal. 23.1. *Pastor meus. Volve vias.*] Necessitatea tuas Domino, & ab eo expecta supplementum, ut in Psal. *Projice onus tuum in Dominum*, & dicit *Viam* sic in Prov. *Cor hominis cogitat viam suam. Expecta patientèr.*] Sub afflictione pro illo patiens appare, à חיל *dolor* parturientis, & *ne misceas teipsum cum* שונים *illis qui mutantur*, ut Pro. 24. Vel, תוחלת à התחולל spes. *Cessa ab ira.*] Licet provocent te pauperem, impii divites. *Ne teipsum associas secum ad malè agendum.*] Ut in ver. 1. Vel, *ne contendas nisi ad malè agendum.*] Id est, ad affligendum & destruendum impium. Vel, *ne misceas teipsum cum illo, cum solùm ad malè agendum.*] Id est, ne ostendas teipsum socium ejus, cum in corde tuo est solùm ad nocendum illi; vel, in corde ejus est propositum solùm ad peccandum. *Hæredes erunt terræ.*] In futuro, quando erit pax sine præliis & hostibus. קוי Jod pro Vau est in forma Cal. *Mites.*] Oppos. ad *inquietos* impios. *Machinatur contra justum.*] Quia novit quòd erit hæres suus. *Dominus deridebit.*] Per similitudinem ab homine, ut in Psal. 2. *Arcum,*] Clàm בסתר, & *gladium* palàm, & dicit *aperit*, quia gladius in vagina est absconditus. Vel, *aperit*, id est acuit, ut in Psa. 55. *Ipsa sunt gladii acuti.* המון] Id est, Mamon, ut in Eccles. 5. *Qui amat divitias. Novit dies.*] Id est, implet, ut in Exod. 23. *Implebit numerum dierum tuorum, &c. Tempore malo.*] Mors ante diem, ut 1 Sam. 26. in verbis Davidis. *Brachia diffringentur.*] Dicit *Brachia*, quia meminit *arcus, sagitta, & gladii. Sicut pinguedo agnorũ.*] Quæ in fumo suspensa, momento post momentum per ignem consumitur, R. Sol. MS. Vel, *sicut pascuum pingue.*] Sic erunt consumpti, à כר in Isa. 30.23. & ככר Jordanis cum duplici Caph, ut בבת oculi. כלו Millel, quia ante Soph Pasuc. *Mutuò accipit.*] In necessitate sua. *Gressus viri.*] Id est, viri adulti, ut Exod. 10.11. *Ite vos qui estis viri*, & sic גבר significat in nostra lingua. *Si cadat.*] In cogitatione sua, non tamen cadit. יוטל] Sic in Jon. 1.12. *Projicite me in mare*, idem. *Derelictum.*] Licet petant panem, non tamen sunt penitùs derelicti, quia dicit, Jos. 1.5. *Non derelinquam te. Fac bonum.*] Secundùm præcepta affirmativa. *Dilexit judicium.*] Et salus justi est apud eum, quasi lex & judicium. לעולם] Tempus longum. *Non condemnabit illum.*] Quando impius accusat justum, ob violentiam in illum perpetratam, &c. *Lex Dei sui est in corde suo.*] Pars interior sicut exterior תוכו כברו. *Vidi impium terribilem.*] Aliis, עריץ ut in Psal. 10. ult. *Ad perterrefaciendum. Faciens palàm.*] Omne malum. *Sicut arbor viridis crescens in proprio solo,*] עץ arbor deficit. Vel, *sicut arbor cum multis ramis.*] ענפי רבים Id est, filiis, cui opponitur גר extraneus, à גרגר excinditur ab arbore, sic Nebuchad. erat *arbor procera*, Dan. 4. & Rex Jehud. *Cedrus*, Ezech. 17. & sic Assur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 37.

Ne invideas, אל יקנא] Quia candela impiorum extinguetur. *Sicut herba.*] Sic est spes impii, ut Job 8. *Viridis est ante solem*, & Psal. 92. *Quando florent impii, &c. Fac bonum.*] Sit lex mea exercitatio tua, & ego tibi retribuam, si impii ἀπέχουσι mercedem boni operis, multò magis pii, *Quàm magna est bonitas tua quam abscondisti, &c.* Psal. 31. R. Eliezer.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 37.

De regibus domus David. à Roboam, quando divisum erat imperium usque ad Hezech. quando ad domum David. reversum est. *Ne contende.*] Tu Roboam, cum impiis Israelit. *Veritate.*] Id est, caveas ne vias Domini deseras. *Justitiam tuam.*] Ita ut tribus Israel à semine tuo non discedant. *Acquiescas.*] דום loquitur de Asa, ne pugnet contra Baashâ, & addit *ad malefaciendum*, אך להרע id est, multò minùs regi Syriæ munera mittendo, sicut Asa fecit. *Excindentur.*] Impii de Syria. *Deridet.*] Baasam, quia Zimri occidit illum. *Impii aperient gladium.*] Id est, Cusæi, 2 Chron. 15. *Modicum* מעט] De Jehosaphat. *Multitudo* המון] De Ahab. *Brachii.*] Moab & Ammon, 2 Chron. 20. *In tempore malo.*] In fame septem annorum, 2 Reg. 8. *Qua non erat in Jehudah.* לוה] De Ahab. qui dixit Nabotho, 1 Reg. 21. *Argentum appendam, &c. Si cadat.*] Uzziah in lepram, tamen genuit Jotham in tempore lepræ. ר״ז״ל. *Meditabitur* תהגה] De Hezechiah qui docuit legem Israelitis. *Observat* צופה] De Shebna & sociis ejus. *Ad hæreditandum* לרשת] Terram decem Tribuum in destructione Senaheribi. *Impium* רשע עריץ] Senaherib. *Pax.*] De Hezechiah.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 37.

Delectare.] In Dei promisso. *Cessa ab ira.*] Ab impietate ne veniat ira. דום] Id est, expecta redemptionem Dei, ut 1 Sam. 14. *Expectate, &c.* Pauper & egenus in Psalmis semper de Israele dicuntur. חרק] Extr. ling. ארקיוננט Hispan. *eruxe. Meliores sunt pauci justi, quàm magna multitudo impiorum.*] Ut Gen. 14.14. Abraham cum paucis, multos peccatores Amraphel, &c. fugabat. *Novit dies.*] Id est, opera dierum. *Sicut pretiosa lux convallium.*] Quæ splendet manè, & subitò obscuratur, à יקר Zach. 14.6. *Lux non erit pretiosa*, id est, clara, & à כר pascuum. Vel, vallia in Isa. 30. *Pascuo patente. Vel sicut agni pingues.*] Saginati ad mactandum, quos salitos in fumo suspendunt, מולחין אותן יפה ותולין על העשן

hæc

hæc sunt addita in MS. *Semen ejus.*] Eleemosynæ, ut Ecclef.11. *Manè semen tuum,&c.* *Sensui.*] Mundi princeps, nam David totam insulam non scrutatus est לא קש כולי האי. *Sicut nativus reflorescens.*] Ut Exod.12.49. *Lex una ad incolam & peregrinum* אזרח. רענן] Florent in divitiis, & radicantur אנשי השרשי' sicut tes virentes juxta flumen, à עירות, Menachem, ut Isa.19.7. & hæc similiáque verba frequenter occurrunt in Mishneh. *Observa perfectum.*] Vias ejus.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal.* 37.

Ne invideas.] Ne sis similis illis דכמהון. *Pasce,* ירעה Id est, veritate, ac si esset cibus tuus, sustentatus. *Sicut saginati.*] Sic erunt mactati, quando cor eorum incrassatur pinguedine, ut Isa.6. *Cor hujus populi impingua,&* [illegible] destinantur. *In fumo.*] Gehennæ, consumentur [illegible]. *Observa,* vel, *serva integritatem.*] Chald. [illegible] quasi תמימות.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 37.

Excindentur ימלו] Duo sunt, Job 24.24. *Sicut spicarum capita excinduntur.* *Judicium tuum.*] Vel causam coram Judice. Vel afflictionem tuam quæ est ut tenebræ, quinque in Scripturis carent Jod, 1 Reg.20.40. *Sic est judicium tuum.* Psal.119 43. & *secundùm judicium tuum,* & Psal.119.175. *Judicia tua,&c.* *Sicut meridies.*] Duo sunt, Isa.58.10. *Tenebræ tuæ sicut meridies.* *In locum suum.*] Duo sunt plena, Exod.18.23. *Ad locum suum in pace,* sed in quibusdam codicibus non scribitur in Exod. planè. *Ad interimendos justos.*] Qui sunt sicut oves innocentes. Quatuor sunt plena, Jer.11.19. *Sicut agnus ad mactandum,* & dies ad mactationem implentur, Jer.12.3. *Sicut agni.* Imaginatio impii in caput suum redit, ut Psal.7.ult. *Rectorum.*] תמימים non habet simile in sensu *rectorum,* quia omnia loca sunt plena, excepto uno: & scribitur cum defectu Jod posterioris, & omnia in sensu *destruendi* sunt similia, excepto uno, Ezech.43.25. *Sine labe,* vel *totam oblatam.* *Non erit penitùs dejectus.*] Nempe, in animo suo præ timore. Tria sunt, duo plena, & unum defectivum, Prov.16.35. *Sors projicitur in sinum,* Job 41.9. *Præ timore ejus dejicietur,* est defectivum. *Observat justum.*] Sicut expectant Auroram vigiles. Tria sunt, duo plena, & unum defectivum, Cant.7.4. *Prospicit ad Damascum,* forsan erat specula, Ezech.3.17. *Feci te custodem,* est defectivum. *Quando judicatur.*] Duo sunt, & unum est initium versus, Psal.109.7. *Quando judicatur, condemnatus exeat,* non sic justus. *Ecce non erat.*] Sicut in principio. Tria sunt, Gen.31.2. *Non erat vultus Labanis ut heri.* Judic.3.25. *Et ecce non aperuit,* unum in Lege 'א, aliud in Prophetis 'נ, aliud in Cethubim 'כ, ut tres literæ indicant. *Justi.*] Scil. in causa sua. Prophetæ & Cethubim sunt plenè, exceptis quatuor defectiv. tria cum defectu Jod prioris, unum cum defectu Jod posterioris צדיקם, 1 Reg.2.32. *Duos justos,* 2 Reg.10.9. *Vos estis justi,* Hos.14.9. *Justi ambulabunt,* Ezech.23.45. *Justi judicabunt,* cum defectu Jod posterioris; & tota lex est similiter scripta, excepto uno pleno, Exod.23.8. *Pervertit verba justorum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 37.

Ne invideas.] Vir bonus domat invidiam liberalitatis suæ, ut ignis perit undis.

Pindarus Nem. Od.1.

λέλογχε δὲ μεμφομένοις,&c.

Vel, *ne sis irâ inflammatus.*] In prosperitate eorum, à חרה, quia brevi relinquendæ sunt & villarum divitiæ, & vita nil interest dives ne an pauper fueris.

Horat.lib.2.Od.3.

Cedes coëmptis saltibus, & domo,
Villáque flavus quam Tyberis lavit,
Cedes: & extructis in altum
Divitiis potietur hæres. (ignotus, Psa.39.)
Dives ne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper & infima
De gente, sub dio moreris,
Victima nil miserantis Orci.
(Prov.30. insatiabilis)
Omnes eódem cogimur: omnium
Versatur urna, seriùs, ocyùs
Sors exitura, (mors ex urnâ)
Et nos in æternum
Exilium impositura cymba.
(Ecclef.6. *ad unum locum.*)

Excindemur.] Quando plena est iniquitas eorum, Caus.1. Gen.15. *Peregrinore in terra.*] Lat.MS. sic dixit Davidi Gad, 1 Reg.22.5. *Pasce in veritatem.*] Gr. Lat. MS. *pascere fide,* scil. regni promissionem. *Vel eris cum stabilitate nutritus.*] Id est, semper, Gr.

Pindar. Isthmia Od.3.

ὄλβος ὀπιζομένων ——
Nam fortuna virûm, vitâque longior,
A Tergo venientia
Sed mens læva quibus stupet
Confiditque rota cæca volubili, (non in Deo.)
Horum non habitat diù,
Sedes instabiles fluxa beatitas.

Volve, Lat.MS. vel, *revela Domino.*] Gr. *Ora ad illum.*] A יחלו in Psal.45. *Penetrabit cor eorum.*] Ut Saul & servi ejus, 1 Sam.31.1,2,3. &c. mortui sunt in monte Gilboa. *Tace Domino.*] Lat. MS. ut Lament.3. *Os tuum in pulvere,&c.* *Adversùs virum qui facit quèd cogitat.*] Lat.MS. מזימות à זמה propositum. Lat.MS. *Melius est medicum.*] Lat. MS. in diebus famis erit illis sufficientia, ut Jer.17. à minori Caus.4. Justus non petit à Deo divitias (ut Agur, Pro.30.) sed ut sit mens sana in corpore sano.

Horat.Od.31. lib.1.

——*Non opima*
Sardiniæ segetes feraces:
Non æstuosæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indicum,
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet (alluit) *aqua, taciturnus amnis.*
Premant calena falce, quibus dedit
Fortuna vitem: dives & aureis
Mercator exsiccet culullis
Vina Syra reparata merce,
Diis charus ipsis: quippe ter & quater
Anno revisens æquor Atlanticum
Impune, me pascunt olivæ,
Me cicorea, levesq; malvæ.
(prandium herbarum in Prov.)
Frui paratis & valido mihi
Latoe dones, ac precor integra
(σωφρονισμὸς, in 2 Tim.1.)

Cum mente: nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.
(dispellit iras, ut in 2 Reg. 3. de Elizeo.)

Inimici verò Domini.] Dicit *Verò*, quia hi sunt pejores *peccatoribus* prædictis. B. Theod. *Quando benerificati fuerint & exaltati.*] Gr. Vulg. ביקר & ברים□ à רום□, ut in Psal. 12. *Quando exaltatur vilitas, &c.* Quantò fuerit globus ille grandior, tantò vanior fit. S. Aug.

& Pindar. Isthmia 7.
——τὸ δὲ πὰρ δίκαν
γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
Semperque quicquid dulce nimis boni,
Rectique fines transilit, exitus
Sortitur infaustos, &c.

Vel, *gloriantes, ut Monocerotes, consumentur.*] Lat. MS. à רים□ in Psal. 29. *Mutuabitur.*] Vel exigit, vel, sicut illud in Jer. 15. 10. *Ego nec usuram ab illis accepi*, id est, Non habui commercium cum illis. Vel *fœnus accepit impius, & non reddet.*] Lat. MS. non restituit. Vel, Saul affectus beneficiis eorum, remunerare noluit. B. Theod. *Non erit penitùs dejectus.*] 7. Caus. Vel, *non allidetur.*] In terram & lapides lapsu suo. *Junior fui.*] Sub persecutione Saulis. *Nec semen ejus petens panem, derelictum.*] Si petat accipit, ut Elia à Sareptana, & 1 Sam. 21. 3. *Abimelech dedit Davidi.* 8. Caus. *Et habitabit in ea.*] Sicut promisit Deus filiis Davidis, 2 Sam. 7. 13. *Non derelinquet eum in manu sua.*] Ut Saul quærebat Davidem, sed *Deus non tradidit eum in manum suam*, 1 Sam. 23. 14. 9. Caus. *Sicut indigenam virentem.*] Lat. MS. ut in R Sol. *Sicut cedrus.*] Sterilibus arboribus eorum felicitatem comparat. B. Theod. *Elevatum.*] Ut Saul per 2. annos, 1 Sam. 13. 1. à dissimil. Vel, *superexaltatum.*] Ut Golia, &c. B. Theodoret. *Est pax.*] Post persecutiones Saulis. 10. Caus. Vel post persecutiones Ecclesiæ, & dicit, *transgressores* opposit. ad *perfectum*, & *impios* opposit. ad *rectum*. Est hic Psalmus exhortatio ad patientiam, & moderationem in utráque fortuna. Dicit enim, *Cessa ab ira*, quæ quatit mentem, indomita, & destruit urbes hominésque, ut

Horat. Od. 16. lib. 1.
——*non adytis quatit*
Mentem sacerdotum incola Pythius:
Non Liber (vinum) *aquè, non acuta*
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes ut iræ: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sævus ignis——
Fertur Prometheus addere principi
Limo (primo homini) *coactus particulam undique*
Desectam, & insani leonis.
(*Ariel* 2 Sam. 23. *Viri spiritus leonini.*)
Vim stomacho apposuisse nostro.
Iræ Thyesten exitio gravi
Stravêre, & altis urbibus ultimæ
Stetêre causa cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
(Ut in Psa. 129. 3. *Super dorsum meum arabant, &c.*)
Compesce mentem, &c.
Et lib. 2. Od. 3.
Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus ac bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli:
Seu mœstus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni:
(Seu lætus, seu tristis vixeris moriundum est)
Et lib. 2. Od. 10.
Rectiùs vives Licini, neque altum
Semper urgendo, neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
(Phil. 4. ἐπιεικεία moderatio vestra.)
Diligit, tutus caret [illegible]ti
Sordibus tecti, car[illegible]idenda
[illegible]rius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres: (Isa. 2.) *feriuntque summos*
Fulmina montes.
——*Non si malè nunc, & olim*
(Heb. 12. ἔτι μικρὸν.)
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
(Job 6. *Sagittæ tuæ sunt infixa, &c.*)
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela. (Phil. 4. ἐπιεικεία, Eccles. 7. *Lætare in die prosperitatis, &c.*)

Ad eundem finem Herod. Polym. prægrandia animalia Deus fulmine ferit, nec sinit insolescere: Parva autem nihil lædit, unde & ingens exercitus ab exiguo profligatur. v. g. Xerxis à Græcis.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 37.*

Est secundùm Alphabet Heb. duo versus incipiunt ab una litera, & duo ab alia, &c. Hisp. *Ne sis iratus.*] Vel, *non ti mescolare.* Ital. ut in R. Sol. *Revela viam.*] Ang. MS. Gal. *Facere malum.*] In negotio Dei, aut Legis ejus. Ital. *Pinguedo.*] Hisp. *les mejores.* Ital. *del grasso.* Vel, quando sunt in honore & exaltati, tunc peribunt. Ang. MS. Vulg. Gal. à יקר & מרום, ut Haman suspensus. *Quærens panem.*] Habet conditionem, ut illud in Exod. 20. *Ut sias longævus, &c.* Ital. *in tanto ch' è loro expediente.* *Cedri.*] Ang. MS. Gal. Hisp. *un Laurel virde.* Ital. *à guisa di virde albero.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 37.*

Pasceris in divitiis ejus.] Vul. Gr. אמונה ut חמון divitiæ in Eccles. 5. *Ut maligneris.*] Vulg. Gr. id est, ne ob ira cadas in malitiam. *Loquetur judicium.*] Ut in Jerem. 4. *Jurabis in veritate & judicio.* *Sunt reliquiæ homini pacifico.*] Vulg. Gr. id est, supersunt filii ejus post mortem suam, ideóque custodi tu innocentiam, sic Dan. 11. *Non ad posteritatem ejus*, idem.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 37.*

De his qui dicunt, quare non sumit Deus vindictam de presumptuosis [illegible] *Pasce*, vel, *quære veritatem.*] In

factis

factis Syr. MS. בעי [illegible] He. רעי illam quære velut gregem pastor. *Devolve. Vel, Dirige coram Domino viam tuam.*] Syr. *Quiesce ab ira.*] Dicit *quiesce*, quia ira reddit inquietum, sicut *mare turbidum*, Isa. 57. *Operabitur pro te & proferet.*] Justitiam tuam, Syr. עבד [illegible] *Sile. Vel, Pete à Domino, & eum invoca.*] Syr. quando re aliqua indigeas. *Ne invideas certè ad malefaciendum.*] Syr. להרע, id est, revera cautus sis, ne ita ei invideas, ut illum imiteris. Heb. אך velut in Psal. 73. 1. *Certè Deus bonus est*, Syr. [illegible] *Mansueti hæreditario jure possidebunt terram.*] Syr. Velut in captivitate Babel, pauperes relicti erant in terra. *Cogitat*, Vel, *ira afficitur in justum.*] Syr. Heb. זמם à זמה. *Dies ejus venit.*] Ut justo vivente moriatur, sicut Saul. *In hora mala.*] Die judicii, ut Mal. 4. 1, 2. in R. Sol. *Pingues Domini inimici consumuntur, velut fumus pereunt.*] Syr. MS. מפטמא [illegible] Heb. & ביקר כרים, non est in Syr. *Sectio.*] In Syr. non perlegunt unica vice totum. *Quanquam cadit, non damno afficitur.*] Syr. מהר [illegible] à נהר in Psal. 89. *destruere. Et condemnabit eum, quando illum judicabit.*] Id est, improbum, Syr. אלא, [illegible] Heb. ולא. Lege per interrogationem, *Nonne condemnabit eum?* imò certè.

Sicut Laurus, Vel, *sese elevantes sicut arbores silvæ.*] Syr. MS. רענא [illegible] & Syr. Par. edit. id est cedri, & cæteræ arbores sılens procerissimæ. *Serva integritatem, & justitiam elige: nam finis est bonus viro pacis.*] Syr. id est, qui sunt pacifici, ut Psal. 34. *Quære pacem, &c.* שבנא Syr. [illegible]

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal 35. Arab. 37.*

Ne invideas, vel, *beatifices impios.*] Arab. [illegible] חעש, ne dicas cum illis in Mal. 3. *Reputamus superbos beatos. Detege semitas tuas Domino.*] Arab. ver. 5. confitendo peccata tua Domino [illegible] Arab. *Subjice te Domino.*] Arab. ver. 7. & supplica eum (Arab.) pro patientia in adversis. *Quando in honore sunt.*] Heb. כרום, Vau pro Jod, Gr. Arab. Rom. Neb. ויתמגרון [illegible] tunc dejiciuntur ut Haman. *Dies rectorũ.*] Illis in quibus non est macula, Arab. לא עיב لا عيب. *Benedicti*, vel, *benedicentes ei.*] Id est, qui benedicunt justo sunt benedicti, ut ait Balaam, Num. 23. *Sicut arbores Libani.*] Arab. סגר شجر Gr. Cedri sunt proceri, sed sine fructu, sic impii. *Non timuit.*] Quando cadit, quia credit se resurrecturum. Arab. *Apprehende mansuetudinem.*] Arab. sis sub manu Dei subditus, quia finis erit bonus, ut in Jobo.

---

1 *Psalmus David, in rememorationem de sabbato XXXVII. Heb. XXXVIII.*

2 *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*

3. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.*

4 *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.*

5 *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.*

6 *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.*

7 *Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.*

8 *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.*

9 *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.*

10 *Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.*

11 *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

12 *Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt.*

Et qui juxta me erant, de longè steterunt:

13 *Et vim faciebant qui quærebant animam meam.*

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

14 *Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non apertens os suum.*

15 *Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.*

16 *Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.*

17 *Quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.*

18 *Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.*

19 *Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.*

20 *Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.*

21 *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.*

22 *Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.*

23 *Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ.*

Sect. 1.

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.38.*

להזכיר.] Ad commemorandum omni homini ægrotanti, ut hac orationis formula utatur. שיתפלל בו.] Vel, ut dicitur, *Memento quod exaltes nomen ejus*. Vel est nomen tonorum. *Sagitta tua.*] Morbi. *In carne mea.*] Caro ejus erat percussa. נחתו] In Niphal pro ננחתו esset Dages, nisi quòd Cheth est guttural. מתם Mem prior redundat, à תומם. Vel, figura hominis non est relicta in carne mea, à מתי, Deut.33.6. & in Jud. 20. מתם pro מתאם, sicut פתאום. *Non est pax in ossibus meis.*] Dicit *ossibus*, quæ sunt corporis firmamentum. *Propter peccatum meum.*] Homo justificet Deum, utrùm *peccatum in se reperit*, vel, ידע או לא ידע ignorat. *Super caput meum.*] Sicut aquæ prævalentes, in quibus erat absorptus. *Nimis gravia.*] Bonis operibus, per quæ ea alleviaret, indigebat. חבורות.] Sunt tumores carnis, purulenta materiâ pleni. המכת.] Est in quo colligatur sanguis. *Corrupta sunt.*] Corruptio illis inclusa cutem discindit, & dicta materia exit. *Stultitia mea.*] Quia non custodivi vias Domini. *Incurvatus sum.*] Corpore per hunc morbum incurvato. *Niger toto die.*] Facie per morbum nigricante: & dicit *toto die*, absque horæ refrigerio. נקלה,] Vehementi calore, à קלוי, R. Jos. Cimchi, Febri. Vel, נגע נקלת plaga contemptibili. כסלי.] Sunt sub lumbis, super radices הירכות adjunct. ad renes. [In quibus est concupiscentia, ait Theodoret. & ex concupiscentia nimia oritur plerunque morbus apud Indos, Gallos, & Neapolitanos frequens post tempora Caroli octavi Galliæ regis, qui Neapolim expugnavit, & An.1485. hæc infirmitas pestifera Italiam infestare cœpit, quando bona pars Italiæ à Gallis erat occupata. Nicolaus Leonicenus sic morbum definit: Sunt tumores quidam primò in partibus pudendis, posteà totum corpus grandissimo cruciatu occupavit. Sunt hujus morbi tres species, Ulcus, Ital. *Regna*, Dolor, & durus Tumor: consequentia, quandóque casus capillorum, Alopecia, dentium, unguium, oculorum, Gonorrhea: in summa, sunt octo simplices modi, quilibet est solutio continui. aliqui hunc morbum lepram appellant, vel elephantiasin, & causam hujus Saturno attribuunt: Alii Deo solo, luxuriæ vindici, & sedendo, osculando, bibendo, comedendo simul inficit; apud Indos Idololatras est familiarissimum, & decoctione ligni Indici, pulveréque ejusdem sanatur.] *Non est sanitas.*] Bis repetit, pro more lugentium. *Debilis.*] Ut Gen. 45.26. *Cor ejus debile erat. Clamavi.*] Voce meâ, propter inquietum cordis statum. *Totum meum desiderium est coram te.*] Desiderium cordis, ut ab hoc morbo resurgam. *Gemitus meus.*] Intus. *Circuivit cor meum.*] Cogitationes in adversis vagantur huc & illuc, sed cor in prosperis requiescit. *Amici stant à longè.*] Non visitant me, nam plerunque longitudinem morbi intuendo defatigantur. *Propinqui.*] Opinione vel benevolentia, vel negotiis, vel cohabitatione. *Quærunt vitam meam.*] Ad perdendam eam, ut 1 Sam.22.23. *Quærit animam meam. Ponunt laqueos.*] Per verba sua mala. הוות.] Id est, שברון ruinam meam. *Sicut surdus.*] Attamen audivi illos, vel ab aliis eorum verba. *Qui non audit.*] Id est, intelligit, ut dicitur, *Natio cujus vocem audire nequeas. Nulla reprehensiones.*] Ad respondendum. *In te spero.*] Illi juvare me nequeunt, & quare cum illis disputarem? *Domine Deus*, vel. *Judex.*] Tu judicabis hosce impios. *Quando vacillabat pes meus.*] Lætabantur, & quid facerent, si in hoc morbo defunctus caderem? *Ad claudicationem paratus.*] Ideò mori reformido propter dolores. *Multiplicantur.*] Divitiis, filiis, &c. sed ego sum pauper, & pius, ideóque odio me habent. *Iniquitatem confiteor.*] Et hæc est causa timoris mei. רדפי.] Est מקור Mecor, Resh cum accentu.

Sect. 2. *Ex Ab.Ezra. in Psal. 38.*

להזכיר] Initium Psalmi. *Non.*] אל bis repetitur, ut in Pro.30.3. נחתו.] In Niphal. pro ננחתו à נחה. *Non est sanitas.*] A תום bis repetitur, quia non habet sanitatem in membris intus vel extrà. Causa proxima erat ira Dei, remota, peccatum suum. *Incurvatus sum.*] Ut *figura erecta ambulare nequeam*, Micah 2. *Niger toto die.*] Ac si percussit me sol. הבאישו.] Verbum עומר stans, præsentis. *Lumbi*, vel, *interiora.*] כסלי קרב. נקלה.] Morbo vilissimo, quem nominare dedecet. סחרחר.] Inordinatè movetur, & non quiescit, ejusdem sensus est cum סבב in Targum. *Deficit robur meum.*] Vigor naturalis. *Lux oculorum.*] Sicut mos est ægrorum, oculi eorum caligant. *Ad claudicationem.*] Sicut claudicans, qui resurgere per multos dies nequit. *Enarro iniquitatem meam.*] Indies illis, qui me in hoc morbo visitant. *Malum pro bene.*] Quia jejunavi in adversitate eorum, Psal.35.15. & illi nunc lætantur. *Ne sis longè.*] Licet amici mei stant à longè, ut ver.11.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.38.*

Non in furore.] Sed in judicio, ut in Jer.10. sic in Prov. *Castiga filium, sed non ad mortem*, אל המיתו. *Non in ira.*] Sed supera peccata nostra per misericordiam, quia nobis ad sustinendum vires desunt. *Qua utilitas est in sanguine meo?* Percute me, sed non in loco periculi, ut in Zach.13. *Ictus inter manus tuas,—— in domo amicorum.——* Hæ afflictiones sunt causæ dilectionis ergà *patrem nostrum in cœlis.*

Sect. 4. *Ex R.Obad. in Psal. 38.*

Dicunt sapientes, quòd sex mensibus leprâ percussus erat, & divina præsentia erat ab eo ablata: etiam *Sanhedrin* separari, & de hoc morbo dixit Psalmum hunc & sequentem (sic apud Persas ad Pisagam (sic vocant Leprosum) nemini licet accedere: ideóque Megabyzus, quum in exilio quinque annos esset commoratus, se Pisagam simulando aufugit, & cum rege Artaxerxe reconciliatur, Ctes. Pers.) *Sagitta tua.*] Decreta per Nathan, 2 Sam.12. *Ecce ego excito malum, &c. Propter stultitiam meam.*] Quia non preveni Nathanem confessione. נקלה.] Contemptu omnium. *Longè stant.*] Quia lepra est morbus contagiosus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 38.*

להזכיר, Ad commemorandam afflictionem Israelis coram Deo, quia loquitur de Israele, כנגד כל ישרא׳. נחתו.] à נחת pro ננחתו, si Nun esset radicalis, sed non est, sensus est, projectæ sunt, sic *evacuabo gladium*, sed propriè de vagina dicitur *vacua*, Nun cadit sæpe, ut in נדר, &c. & in Hithpa. dicitur נידר, Dagesh venit pro Nun, quia Cheth solet sequi morem Dageshati, &c. (ut est in Grammat.&c.] non est in MS. *Amici.*] Qui sic videbantur esse כאוהבים. *Sicut surdus.*] Israel audivit contumelias

lias Gentium, & non respondit. *Meum cor declarat ad me iniquitatem meam.*] Ideóque pœnas timeo. *Sanitas.*] Extran.ling. אינשרין *Integritas*, Hisp. *Sanidad*, est in MS. נקלה.] Ego existimo meipsum vilem. סחרחר.] Circundat dolorem intrà se.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 38.

Ad commemorandum להזכיר] Incensum erat, ut Israel coram Domino commemoraretur. *Vilissimo*, vel, *morbo ardenti.*] Chald. (à קלוי in R. David Cimchi) sicut ulcus Jobi. שחין.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 38.

Non est sanitas, vel, *Non est de homine in carne mea.*] Sunt quatuor & defectiva, Judic. 20.48. *Homines*, Isa. 1 6. *Non est sanitas*, & in ver. 7. *Morbo contemptibili.*] Ita ut abhorrebant eum homines. Duo sunt, Pro. 12.9. *Qui vilis æstimatur*, & cum Vau in 1 Sam. 18.23. *Ego sum contemptibilis*, id est, ut res abominanda. *Non est absconditus.*] Tria sunt, Job 3.23. *Cujus via est abscondita*, id est, non à Deo, sed à seipso, & ab aliis qui admirantur, videntes dolores & viam ejus, Job 28.21. *Quia persequor.*] Legitur רודפי. Vel, *Quia à bono persecutus sum.*] Scribitur רדופי, ut in Psal. 23. *Misericordia persequetur me.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 38.

In rememorationem de Sabbato.] Gr. Vulg. Vel, ad memorandum diem Sabbati. Lat. MS. Vel, τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς ἐντολῆς, Greg. Nyss. Vel, cum gemitu requiem recordabatur. S. Aug. Vel de peccatis mentionem facit, Theodoret. *Sagitta tuæ.*] 1. Caus. ut Job 6. *Super caput meum.*] Ita ut non videam faciem Dei, 2. Caus. *Plaga mea.*] μώλωπες, Gr. ut 1 Pet. 2. de Christo. *Propter stultitiam meam.*] Quia sum æstimatus ut stultus, 3. Caus. *Irrisionibus.*] Gr. sic Isa. 50. *Faciem meam de pudore, &c. Lumbi*, vel, *ilia mea*, Lat. MS. vel, *facies meæ.*] Gr. 4. Caus. per morbum mutata erat vultus pulchritudo, sic Psal. 39. ab ætate,

Et Horat. lib. 4. Od. 10.

Nunc & qui color est punicea flore prior rosa,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam,
Dices: Heu (quoties te in speculo videris alterum)
Quæ mens est hodiè, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?
(imberbes.)

Vel dicit *Lumbi*, i. lascivia, quia lumbis adhærent renes, per quos appetitus excitari solet (sic dicitur, *ex lumbis Abraham*) Theod. *De longè steterunt.*] A Christo in cruce, Mat. 27.5. Caus.

Pindar. Isthmia Od. 2.

χρήματα χρήματ' ἀνήρ, &c.
Qui sibi elapsis opibus,
Iuvenes una comites abisse
Fœdere rupto,——
Dixit ingenti gemitu, quid ô Di,
Est vir, aut virtus nisi magna nummorum
Copia——

Aliter scribunt de Pylade & Oreste. Sopho. in Elect. Eurip. in Orest. Cicero lib. secund. de finibus. Orestes furore agitatus, & vagabundus in regione Taurica, &c. semper habuit Pyladem itineris socium, & periculorum participem. *Cor meum fluctuabat.*] Lat. MS. dubitando. *Plagam.*] Lepram meam, Lat. MS. *Posuunt laqueos.*] Pharisæi quærebant Pseudomartyres. 6. Caus. *Qui non audivit.*] Jesus tacuit, Isa. 53.7. Joh. 18. 7. Caus. *Iniquitatem meam annunciabo.*] Lat. MS. sic in Psal. 32. *Dixi confitebor, & tu remisisti, &c. Peccato*, vel, *pœna.*] Sic Gen. 4.13. & 1 Pet. 2. *Portabat nostra peccata*, & 2 Cor. 5. *Ipse factus est peccatum.* Oratio pro divino auxilio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 38.

Revocare in memoriam.] Sabbatum. Ang. MS. Reg. & Bodlei. Gal. Vel, *ægritudines suas*, vel, *liberationes*, vel est initium cantici unius. Ital. Annot. *Era principio d' un cantico vulgare*, (sic Ab. Ezra.) Vel, *Digno de memoria.* Hisp. נקלה.] Id est, illusione, Gal. *d' illusions.* Ang. MS. Vulg. Id est, sanârunt me *cum dolo*, sicut in Jer. 6. Vel, est ardens ulcus. Ital. *di ulcerè ardente.* Hisp. *ardor. Circuit cor meum.*] *Pulsa inordinato il mio cuore và circuendo*, Ital. Hisp. *rodeado de dolores.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 38.

In rememorationem de Sabbato.] Vulg. Gr. quia dicit in Exod. 20. *Memento Sabbati, &c. Illusionibus.*] Gr. Vulg. Arab. Æthiop. Apollinarius, id est, morbis, quibus factus sum *ludibrium populi*, ut Job ait, Job 17. *Fui organum illis, & proverbium.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 38.

Quando Philistæi dicebant de Davide, nolumus hunc hominem in bello, 1 Sam. 29. Par. edit. forsan quando erat compositus, ægrotabat. *Propter stultitiam meam valdè cōmotus sum.*] Syr. [illegible]. *Ingravescit*, vel, *quievit manus tua.*] Syr. [illegible] Heb. à נוח. *Levitate.*] Id est, levi commotione. Syr. MS. וזעתא [illegible], Heb. נקלה. *Palpitat.*] Vel subvertitur. Syr. אתהפך [illegible]. *Velut surdus.*] Tam æger & debilitatus sum, ut non possum loqui, vel quia ad consilium Pelistæorum erat quasi surdus, nec contrà ausus est eloqui. *Ut contra me seipsos non magnificent.*] Syr. פן, bis legi debet. *Dolore afficiar.*]. Vel, *ut purgatus sim à peccato meo.*] Syr. [illegible] Heb. אדאג, quia pœnitentia purgat peccatum.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 38.

Mentio fit Sabbati, etiam est Eucharistia & Prophetia Arab. MS. Forsan de Christo in cruce, quia additur in Arab. versus unus post 20. *Clavis confixerunt corpus meum.* Arab. وأسمروا جسدي ואסמרוא à מסמרות נטוי clavi, Eccl. 12. & סמר in Job 4. *Ad commemorandum.*] Canebant eum super fasciculo mirrhæ, &c. pro Israele in memoriale super Altare. Targum. Vel, *ad revocandum in memoriam.*] Diem Sabbati, Exod. 20. *Memento, &c.* quia morbus (vel captivitas) in hoc Psalmo gravior & acerbior erat ob absentiam amicorum, & separationem à Sanctuario. *Castiges*, vel, *erudias me.*] Spiritu mansuetudinis, non in furore. Arab. تؤدبني, ab ארב in Psal. 2. *Adhærete disciplinæ* in Arab. *Palpitat*, vel, *conturbatum est.*] Arab. v. 10. قلق קלק. *Accesserunt.*] Ver. 11. visitantes me sic afflictum, steterunt à longè. Arab. נקלה. *Illusionibus.*] Adversarii deridebant Sabbata, ut Lament. 1. Gr. Arab. غبا. *Ob ignorantiam meam.*] Arab. quia neglexi morborum meorum

meorum in tempore opportuno remedia, מן גהלי, من جهلي, ut in Psal. 141. *Ignarus, &c.* idem in Arab. *Valdè, vel, in sæculum.*] Arab. id est, diu, אלי אלדהר الي الدهر. *Toto die meo.*] Arab. tota vitâ mea, יומי يومي. Arab.

1 *In finem, ipsi Idithun, Canticum David.*
XXXVIII. Heb. XXXIX.

2 *DIxi, Custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea.*

Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator adversum me.

3 *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renovatus est.*

4 *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescit ignis.*

5 *Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domino finem meum.*

Et numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi.

6 *Ecce, mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.*

Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens.

7 *Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustrà conturbatur.*

Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

8 *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.*

9 *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.*

10 *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti:*

11 *Amove à me plagas tuas.*

12 *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.*

Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.

13 *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.*

Ne sileas: quoniam advena ego sum apud te, & peregrinus; sicut omnes patres mei.

14 *Remitte mihi, ut refrigerer priùs quàm abeam, & ampliùs non ero.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 39.*

A*D Jeduthun.*] Cantorem, est ejusdem sensus hic Psalmus cum priori, בענין הקודם. *Dixi.*] In corde meo. *Vias meas.*] Id est, consuetudines, Isa. 58. 13. *Vias tuas*, id est, mores in die alio. *In lingua mea.*] In violentia morbi vana loquendo, אשר לא כן, ut Job 1. 22. *Job non peccabat labiis. Quando impius est coram me.*] Qui venit afflictionem meam intueri, ideóque exclamare, sicut ægroti solent, nolo, ne lætetur impius. *Mutus erant silentio.*] Silui quasi essem mutus. *A bono.*] Silui à loquela bona, ne in afflictione exiret tandem mala. Vel, tantus erat dolor meus, ut loqui de bono gravabar. Vel cogitationis & expectationis boni in hoc mundo, erat in me silentium omnimodum. Non est in Cod. Cremon. *Dolor.*] Id est, caro mea, בשרי (subjectum doloris) erat turbata. *Cor meum incaluit.*] Per violentiam morbi, sicut ex ore quasi ignis urens evaporabat. *Quando locutus sum linguâ.*] Tunc spiritus meus erat inflammatus. *Fac me cognoscere finem meum.*] Ut Job 6. 11. *Quid est finis meus?* Si dies mei sunt multi, tunc feram; si pauci, subitò dissolvi vellem, quia dolor meus est gravissimus. *Quàm fragilis, vel, quantum temporis hic habeo.*] חדל Isa. 38. 11. *Habitatoribus sæculi. Nihil est ad te.*] Tu es æternus, קיים. נצב.] Id est, fixus super divitias suas, ut Zeph. 1. *Minor est vanitate.*] Sic כל מלאכה, id est, *non opus minimum*, Levit. 16. 29. *In umbra.*] In tenebris ambulat, quia diem mortis ignorat, בחשך, sic צלם in Arabico. Vel, in umbra mortis, צל מות. [Etiam Enoch moritur, sed extraordinariè sepelitur, in Genes. 5. in Pentateucho Arabico & Persico توفي وقبضه الله moritur, & congregavit eum Deus, sicut Mosen in Deut. 34. Ab. Ezra. In Persico sic, בסתאנד بستند اوبرا كوبا, vel congregavit ad patres suos, ut Abraham.] Vel, *in imagine.*] Quia indies figurâ & facie suâ alteratur. Non est in Cod. Cremon. [Vel, Imagine Dei, ut Genes. 2. in Pentateucho Persico Const. נפס זנדגי وافريد بي كوداال لادم نفس زندجي Dominus Deus creavit Adam, & inspiravit animam viventem, & in vers. Arab. R. Saad. Gaon. نسمة الحيوة.] *Quis congregabit eas?*] Quis post mortem suam hæreditabit eas. Vel, *eum.*] Quis sepeliet eum mortuum. *Quid expecte!*] Te solùm, non medicos. *A transgressionibus?*] Quia illæ sunt morborum causæ. *Ignominiam stulti.*] Qui deridebit me in adversis, quoniam ipse est in prosperis. *Tu fecisti.*] Justam peccati mei pœnam misisti: ergò querelam contra te non excitabo minimam, Casvenaki. *Plagam tuam*] Morbum, ut Psal. 38. 11. *In plagâ mea. Per bellum manus tuæ.*] Sic Deut. 2. 15. תגר. *Ne geras bellum cum illis. Increpationibus.*] Morbi sunt interpretes, inter Deum & homines, increpantes, Job 33. 19. *Per dolores super lectum corripitur. Pulchritudinem ejus tabescere.*] Id est, pinguedinem carnis, Job 33. 21. *Caro ejus macrescit. Exaudi.*] Et sana me, quoniam sustuli tuam increpationem, & dies mei sunt pauci. *Sicut peregrinus.*] Removendo huc & illuc, diemque exitus ab hoc mundo ignorando. תושב.] Est in hoc mundo collocatus, quasi

quasi longo tempore permansurus, לאורך ימים. Casvenaki. *Tecum.*] Vel coram te, quia ex hoc mundo, quando Deo placet, discedit; introitus & exitus sunt in Dei manu. Casvenaki. *Sicut patres nostri.*] Non est in ætatibus mutatio שנוי, quia *generatio discedit, & succedit altera*, Eccles. 1. 4. *Convalescam.*] Ab hoc morbo. Casvenaki, ut voluntatem tuam perficiam. [Vel ut animo convalescam, remissis peccatis meis, non desperat, ut Cain, Gen. 4. *Peccatum meum gravius est quàm quod remittatur*, sic legitur in Pentateucho Arabico R. Sadiæ, & Persico, جنناه من لن اموزرش, eadem vox est in ca. 4. in Persico. Annon si benè agis, est remissio? ذنبي اعظام من اموزرش, sic est in Arab. רנבי לן يوجعر.] *Antequam abibo.*] Ad sepulchrum. *Non sum.*] Ut voluntatem tuam in hoc sæculo, seculo operum, עולם המעשה perficiam, & sæculum futurum est mercedis, השכר Casvenaki, ut dicitur, *Præcipio tibi die hoc ut facias ea*, id est, in hoc mundo. Rabboth.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 39.*

Initium Poëseos erat, Jeduthuntis. *Custodiam os meum.*] Ab impatientia, in ægritudine hac. *Silebam* מטוב *propter bonum.*] Quia cogitationes bonas in mente mea, & verba in ore habui. *Cor meum incaluit.*] Sicut Jerem. 20. 9. *Verbum ejus erat ut ignis urens.*] *Quantum temporis ero in mundo.*] בחלד, ut Isa. 38. 11. Toar. *Ætas mea.*] חדל pro חלד per transposit. ut כשב & כבש. *Omnis homo est vanitas, permanet* נצב *in veritate.*] Id est, revera manet vanus, & non perdit dignitatem hanc (Ironicè) ut sit vanitas. *Ambulat cum imagine.*] Stellarum, id est, Planetarum, quæ semper mutantur, sic ille. Vel alteratur corpus suum de die in diem. Vel in imagine Dei. Menachem. Vel in umbra mortis ambulat homo צלמות ר"ל צלם. יהמיון.] Ab המון, vanè congregant divitias. *Accumulant divitias.*] מעט parùm hic, & illic parùm. *Quis congregabit illas.*] Unà omnes, in illo momento quando moritur. Vel, *Homo ambulat in umbra.*] Quæ indesinenter mutatur, sic ille decrescit magis & magis usque ad mortem suam. *Quid expecto?*] Quoniam tam fragilis est vita nostra. Vel expectatio sequitur in prox. vers. *Libera me, &c.* *A peccatis rebellionis.*] Ut a Patal. 21. 10. *Edom rebellabat*, meminit *peccata*, quia morbi sunt peccati effecta. *Ignominia stulti.*] Quia absque responsione, quando opprobriis me affecit, obmutui. *Per timorem manus tuæ.*] מגרה. Heb. גיר à תגרת. *Formam suam.*] Pulchritudinem carnis. Rasi. חמדת גופו. *Ad lachrymas meas.*] Sunt quasi potio medicorum ad sanandum eum, כמשקה הרופאים. *Ut consolationem capiam.*] Jer. 8. 18. idem, & in Job 10. est verbum יוצא.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 39.*

In lingua.] Lingua mala est Idololatriâ deterior, quia quando peccabant Israelitæ in deserto, non erat confirmata contra eos perditio, donec peccabant in ore, Num. 14. *Audivit Dominus vocem verborum, &c.* Malach. 2. *Defatigavistis Dominum verbis* non factis. Jerem. 12. *Vocem contra me pretulit.* Rex Persiæ moriturus erat, dicunt ei medici, quòd lac Leænæ recuperaret eum; dixit unus ex subditis ejus, da mihi decem hœdos, abitque ad antrum, reperitq; Leænam catulos suos lactantem: primò stetit è longinquo, & projecit unum, quem comedebat Leæna, hœdum, & sic indies alium, donec tandem ludebat cum Leæna, & lac emulsit, quo facto revertendo somniàvit, quòd omnia membra sua inter se decertabant; pedes dicunt, absque nobis lac illud non adepti fuistis: sic dicunt oculi, manus, caput, cor & lingua similiter audivit homo, & tandem experrexit, venit ad Regem, & dixit; Ecce lac Canis, Rex iratus mandavit ut suspenderetur, tunc lingua totum defendendo, omnium corporis membrorum imperium obtinuit, dicendo, Ecce lac Leænæ: veniat in examen, confitentur medici, & evasit homo (linguâ periclitabatur, & linguâ salvabatur.)

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 39.*

Ne peccem in linguâ meâ.] Coram Ahitophel Doctore meo. *A bono.*] מטוב, quia Sanhedrin à me separantur. *Locutus sum.*] In oratione mea. נצב.] Id est, occupatus in vanitate hujus mundi. *In imagine.*] In imagine Dei, non post vanitàtes debet ambulare. *Stulti* נבל.] De Ahitophel. *Plagam* נגער.] Lepram. *Formam ejus.*] Lepra deformem efficit, sicut in Miriam, Num 12. *Peregrinus.*] Brevi tempore mansurus, ideò in terrenis non sum implicatus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 39.*

Pro Jeduthunte.] Cantore, vel est instrumentum musicum. Vel, *de legibus & judiciis.*] Nempe afflictionibus Israelis. על דתין Midrash Agaddah. *Quasi cum freno.*] Ut Deut. 25. 4. *Os bovis, &c.* idem ling. Extr. אמושלמנט, *musle*, Anglicè. *Quando impius est coram me.*] Licet Gentes affligant nos, tamen querelam minimam contrà justitiam tuam non excitabimus. *Finem meum.*] Finem captivitatis. *Quàm fragilis*, vel, *quando cessabo.*] חדל esse in captivitate, loquitur in lingua captivitatis. חלדי.] Senectus, חלורה, ling. Extra. רדוויל. Hispan. *edad*, ætas. *In umbra.*] Mortis, vel tenebrarum. Dones. *Quis congregabit eas.*] In horreum, quia mori potest post messem, antequàm fructus in horrea congregentur. *Stulti.*] Esavi, עשו. *Per conflictum manus tuæ.*] à תגרה, non à מגור, quia tunc esset תגורה, sicut à ישב תשיבה. *Cum increpationibus.*] Quæ scriptæ sunt in Lege. חמודו.] Carnem ejus, quam concupiscit. *Averte iram tuam à me.*] Remitte manum tuam à percutiendo me. MS. à שעו, Isa. 22. 4. orat Israel pro redemptione à captivitate.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 39.*

Præfecto musica.] In custodia מטרת domus Sanctuarii, per os Jeduthuntis. *Silebam à bono.*] à verbis Legis, ideóque dolor meus erat eò magis conturbatus. Vel, à confessione, ut Psa. 32. *Quando silebam, manus tua super me ingravescebat.* Vel, à prophetia, ut in Jer. 20. *Dixi non eloquar ampliùs, & verbum ejus erat ut ignis, &c.* *Quando cessabo.*] In hoc sæculo vivere, חדל. Job 14. 16. *Cessa ab eo, &c.* idem. *Ætas*, vel, *corpus meum inveterascens.*] à חלורה in R. Sol. *Omnis homo*, vel, *omne æstimatur vanitas, & omnis homo est fixus.*] נצב. Vir justus vivet in sæculo futuro. *In imagine Dei.*] Ambulat omnis homo, sed seipsum in vanitate hujus sæculi vexat. Chald. ביוקנא, ab εἰκόνα Gr. *Formam ejus.*] Corpus.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 39.

Ne peccem linguâ meâ.] In precibus, &c. Tria sunt, & differunt in modo scribendi, מחטוא cum Vau Aleph, Gen. 20. 6. *à peccando.* Sine Aleph, 1 Sam. 12. 23. Sine Vau; vox una in Lege, altera in Prophetis, alia in Cethubim, ut indicant tres literæ א'נ'ך. *Incaluit.*] Non habet simile cum Pathac, & est cum Cametz, Jos. 9. 12. *Calidum.* Et nomen hominis est similitèr cum Pathac, ut Ham. *In imagine.*] Tria sunt, Genes. 1. 27. *In imagine Dei.* Et Gen. 9. 6. *In imagine Dei.* In Pentateucho Persico Constantinop. ואפריד כודאסר אן אדם דר צהרו שריף אפריד, ولفرين كودا مر لن لاسم سر صهري شريف لفرين Deus creavit Adam in imagine צורה Seraphim creavit, sic dicitur in Psal. *Coram Diis*, id est, Angelis, Gr. Et Heb. 1. *Omnes Dii*, id est, Angeli, sic in vers. Arab. R. Saad. Gaon est שריף شريف مسلطا, id est, figura alta Ducis, vel Gigantis, sic Genes. 6. *Filii Dei*, id est, Gigantes; & *Montes Dei*, id est, alti, Psal 36. *Consumptus sum*, vel, *cohibui meipsum à peccato.*] Per afflictionem tuam. Duo sunt; unum scribitur cum Aleph, *cohibui pedem meum ab omni viâ malâ. Parce.*] Vel claude me, quasi intrà muros tutum. Duo sunt, Isa 6 10. *Claude oculos eorum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 39.

In finem.] Humanæ naturæ vilitatem & finem, in hoc Psalmo, cum Absolonum fugitaret, demonstrat. Theod. *Fræno.* Silentio. Lat. MS. *Ut non delinquam linguâ.*] Quando Semei maledixit, de quo hic Psalmus. Theod. *Quando impius est antè me.*] In hac vita sua non optabo malum illi. 1. Caus. *Exardescit ignis.*] Mœroris, ob peccatum meum. Theodor. *De bono existens.*] Gr. id est, in angustia, non in bono & quieto statu. 2. Caus. *Erat turbatus*, vel *renovatus in me.*] Gr. crescebat donec erupit sicut ignis. *Locutus sum linguâ*] Non conviciatori, sed Domino supplicavi. Theodoret. *In imagine.*] Natus sub certo sidere, & ab eodem ductus. 5. Judic. *Stella pugnabant.*

Horat. lib. 2. Od. 17.

Seu Libra, seu me Scorpius aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu Tyrannus
Hesperiæ (Italæ) *Capricornus undæ,*
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum: te Jovis impie
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrisque fati
Tardavit alas ———
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset ———

Vel dicit *in imagine*, quia viventes in hoc nihil differunt à pictura, æqualiter enim corrumpuntur. Theodoret. *Quid desit mihi.*] De vitæ termino. Lat. MS. *Tanquam nihilum.*] Semper erat David in periculo per Saul. 3. Caus. *Omnis homo exaltatus*, Vel. *stans semper*, Lat. MS.] In supremo gradu, est vanitas. Gr. 4 Caus. *Quanquam in imagine.*] Lat. MS. Dei. S. Aug. ut Gen. 1. *Faciamus hominem, &c.* tamen frustrà conturbatur Lat. MS. *Post umbram.*] Post divitias *quæ non sunt.* Pro. 23. 5. 6. Caus. Vel post mortem, Manes dicuntur umbræ, & domus exilis, quia aspectum fugiunt, quare fatigamus nosmet terrenis, cum animæ post mortem non fruuntur illis? *Quid expecto!*] Non rea hujus, sed futuri sæculi,

Ut Horat. Od. 4.

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam,
Jam te premet nox (Job 10.) *fabulæque manes,*
Et domus exilis Plutonia quò simul mearis
Non regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere, &c.

Vel, *quid expecte, nempe Dominum.*] Gr. 7. Arg. *Ignorat quis congregabit eas.*] Forsan hæres profusè consumet, quod tu parcè comparâsti.

Horat. lib. 2. Od. 14.

Absumet hæres Cæcuba (dignior vina vetera)
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum superbo
Pontificum (Cæsaris) *potiore cœnis.*

Contentione manus tuæ.] Lat. MS. 8. Caus. ictus, ut Exod. 9 *Ecce manus Domini, &c. Insipienti.*] Semei. Theodoret. *Id quod maximè exoptat.*] Gr. desiderabilia, Lat. MS. nempe divitias, filios, &c.

Horat. Od. 14. lib. 2.

Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor, neque harum, quas colis, arborum
. (Hos. 4. *sub arbore.*)
Te præter invisas cupressos (in funere solitas)
Ulla brevem dominum sequetur.
(Eccles. 5. *Nihil est in manu sua.*)

Advena ego sum.] Lat. MS. non habeo mansionem in terra, ut 1 Sam. 28. 19. *Expulerunt me*, Concluditque, *Des mihi refrigerium* parùm tantùm ante mortem. 9. Caus.

Horat. Od. 11.

Tu nè quæsieris scire (nefas) *quem mihi quem tibi*
Finem dii dederint, Leuconöe: nec Babilonios
Tentaris numeros, ———
(Qui ex astris prædixerunt futura, ut in Isa. 47. 12, 13)
Seu plures hyemes, ———
(Sic Job 29. 1, 2. חרפי hyems pro toto anno.)
——— *seu tribuit Jupiter ultimam*
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus,
(in vina infusis) *mare*
Tyrrhenum sapias, vina liques: & spatio brevi,
Spem longam reseces ———
(Psal. 39. *Quænam est spes mea!* & Job 6. idem.)
Carpe diem, quàm minimùm credula postero.
(In Eccl. 7. *Quis novit futurum?* Et Eccl. 5. *Hæc est portio ejus.*)

Parce mihi, ut rideam.] Lat. MS. sic Sarah risit. Gen. 21. id est, lætata est valdè.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 39.

Quando persequebatur ab Absalom. Ang. MS. Hisp. *Perseguido de su hijo. Quando impius est coram me.*] Quando video Shimei, vel alium in prosperitate. Ital. *De bono.*] Ne miscerem illud cum malo. Ital. *Impius.*] Shimei. Ang. MS. Ital. *L' empie Semei. In imagine.*] Gal. 3. Ang. MS. Vul. sic est corpus sine anima, sicut imago, quæ habet oculos & non videt, &c. Vel, *in tenebris.*] Ital. id est, ambulat sicut quotidiè moriens. Vel, *e un sogno.* Ital. Hisp. *en tiniebla. Sicut aranea.*] 3. Ang. MS. Gal. Vul. Ang. MS. Emman. Coll. Cant. בצל.] Id est, qui vivit vel consistit. Hisp.

Hisp. *siue* Ital. חמורו.] Hisp. *su grandeza.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 39.*

Humiliatus sum.] Vulg. Gr. דומה à דומיה, usque ad locum silentii, id est, sepulchrum, Psal. 94. *Veteres dies meos.*] Vul. Gr. Arab. Æthiop. Apollinar. vel. παλαιὰς, Chrys. quia pleni sunt agoniæ & molestiæ. *Quid cessat*, vel, *desit mihi.*] Gr. Vulg. ut in Mat. 19. *Dixit juvenis, quid adhuc mihi deest.* idem. *In imagine pertransit homo.*] Vulg. Gr. ut umbra, sic transeunt dies ejus, ut Psal. 109. ab הלך, sic Isa. 58. 8. *Ambulent*, vel, *ut aquæ pertranseant & evanescent.* idem. *Spes*, vel, *substantia mea.*] Vulg. Gr. quia spes est *substantia sperandorum*, Heb. 11. 1. *Tu* ἐποίησας με. [Gr. Arab. Æthiop. tu fecisti me, & ideò patienter fero virgam tuam. *Tecum.*] In terra. Gr. Arab. Æthiop.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 39.*

Frœnare linguam, & reliquos sensus. Par. Edit. *Propter improbum qui contra me est.*] Syr. [illegible] odio habet me. *Capistro.*] Vel, *ab improbitate.*] Syr. מן עולא [illegible]

[illegible]

Heb. מחסום, velut חסם, sensus est, quia adversarii verba mea observant, ut me accusent. *Conturbatus erat dolor meus.* Multò magis per silentium meum, velut Job ait, *Si fileam, spiritum expiravero. In meditatione mea.*] Vel, *corpore accensus erat ignis.*] Syr. MS. [illegible] בנושמי. Heb. בהגיגי, velut גוי, Gimel duplicato sicut ארמדים. *Quàm fragilis sim*, vel, *cur vivam.*] Syr. פאש [illegible] Heb. חדל, sicut חלד ætas, in Job 11. Vel, *quando desinam.*]Vivere פאש, velut pausa à παύω. *Quasi palmam*, vel, *in mensura.*] Heb. à טפח, cum qua mensurare solebant. *Ætas mea*, vel, *cessatio nihil est tibi.*] Syr. [illegible] facilè exscindor. *Omnis homo consistit velut vapor.*] Syr. MS. qui evanescit, Par. Edit. Heb. נצב, & dicit *Vapor*, ut in Jac. 4. *Quid est vestra vita? &c. Ambulat in imagine.*] Syr. [illegible] בצלמא [illegible] in corpore mutabili. *Perstrepunt in vanum*, vel, *evanescunt velut vapor vanus*,] Syr. [illegible] arescit. Syr. Par. est in Syr. in Jacob. 1. *Evanescit dives, &c. Nescit propter quem colligit ea.*] Velut in Eccles. 2. *Utrum sapiens an stultus? Spes mea in te est.*] Post hanc vitam. *Eripe me ab offensis meis.*] Sic in orat. Syr. Mar Ephraim, p. 209. non propter justitiã meam, sed tuam misericordiam, & in multitudine tuorum viscerum à morte libera animam meam, & ô Domine, mei memento, [illegible]

[illegible]

Ne tradas me ad adversarios meos, ne in me superbiant, [illegible] ut hic Psalmista, *Ne fiam ludibrium stulti*, &, Audi Domine orationem servi tui, [illegible] Ego, ô Deus, sum peccatis meis inquinatus, salva me peccatorem miserrimum à peccatis meis, quæ caput meum superant, [illegible]

p. 226. *Consumor in reprehensionibus tuis* (realibus per plagas, non verbis) *propter peccata mea.*] Syr. [illegible] *Sicut tineam.*] Vel, stipulam. Syr. Heb. עש, velut קש. Par. Edit. חבוא, stipula quæ fluit super aquas. Syr. [illegible] *Formam ejus.*] Vel, *desiderium.*] Ciborum, Syr. רגרגתה [illegible] Heb. חמודו, sic in Job 33. 20. *Anima ejus abhorret escam desiderabilem. Tecum.*] Id est, respectu annorum tuorum nihil sum. *A me diverte.*] Vel, *salva me.*] Syr. פרוקני [illegible] Heb. השע, à ישע.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 39.*

Instructio & Eucharistia pro Jeduthunte, Arab. MS. *Quando profanus est coram me.*] Arab. אלמדנב المذنب, id est, qui deridet calamitates. *Quo careo.*] חדל, Gr. ὑστερῶ, ut Psal. 49. *Deficit in æternum.* idem. Vel, *quid non possim.*] Arab. אעגז أعجز, ut sciam mortem, quam non possum evitare. *Sed ambulat in forma.*] Gr. Arab. בצורה, بصورة, in forma Angelica, *Os homini sublime* ad intuendos cœlos, attamen ut umbra præterit. *Omnis res vana est, & omnis homo vivens fortis.*] Arab. etiam ipse vanus est, חי קוי حي قوي, Heb. נצב, stabilis & firmus, ab הצב, In Nahum 2. *In lingua mea.*] Quia *vita & mors sunt in manu linguæ*, ut est in Proverb. *Sicut tinea*, vel, *aranea*,]Arab. Rom. sicut res minimæ sunt dies ejus, & evanescit, sic in Psal. 90. idem in Arab. *Nonne me fecisti opprobrium stulti?*] Et ideò nunc eripe me. Arab. עארא לאלגאהל عارا للجاهل. *Formam.*] Animam, vel desideria sua. Arab. שהואתה נפסה شهواته نفسه.

1 *In finem, Psalmus ipse David. XXXIX. Heb. XL.*

2 *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.*

3 *Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.*

Et statuit super petram pedes meos: & direxit gressus meos:

4 *Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.*

Videbunt multi & timebunt : & sperabunt in Domino.

5 *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : & non respexit in vanitates & insanias falsas.*

6 *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.*

Annunciavi & locutus sum : multiplicati sunt super numerum.

7 *Sacrificium & oblationem noluisti : aures autem perfecisti mihi.*

Holocaustum & pro peccato non postulâsti :

8 *Tunc dixi, Ecce venio.*

9 *In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.*

10 *Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo ? Domine tu scivisti.*

11 *Justitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam & salutare tuum dixi.*

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo.

12 *Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me : misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.*

13 *Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.*

Multiplicati sunt super capillos capitis mei : & cor meum dereliquit me.

14 *Complaceat tibi Domine ut eruas me : Domine, ad adjuvandum me respice.*

15 *Confundantur & revereantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.*

Convertantur retrorsùm, & revereantur qui volunt mihi mala.

16 *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi : Euge, euge.*

17 *Exultent & lætentur super te omnes quærentes te : & dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.*

18 *Ego autem mendicus sum, & pauper : Dominus solicitus est mei.*

Adjutor meus, & protector meus tu es : Deus meus ne tardaveris.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 40.

Est sensûs ejusdem cum duobus prioribus, Sanctus hoc Psalmo utatur postquam sanatus est, Kasvenaki. *E puteo.*] Qui est in puteum lapsus, timet ne fit aquis vel luto obrutus, sic ægrotus in ægritudine, Kasvenaki. *Puteo sonitus.*] Ubi sunt aquæ multæ, ut Isa. 17. 12. *E luto, luto.*] Ubi est, lutum crassum & tenue עב וקליש, sic Dan. 12. 2. Duo verba ejusdem sensus. *Super rupem.*] Oppos. ad illud *puteo. Stabiliens gressus meos.*] Ut de morbo uno in alium haud lapsus sim. *Novum canticum.*] Pro novo beneficio laudes Dei sunt repetendæ. *Dedit canticum.*] Quia ipse occasionem cantici, liberando me, subministravit. Vel dedit per spiritum inspirantem. Non est in Cod. Cremon. *Ad Deum nostrum.*] Dicit *nostrum*, ut omnes sancti simul laudent Deum. *Multi videbunt.*] Quid fecit pro me, & convertent ad Dominum. *Ad mendacia.*] Divinantes, הקוסמים, ut Psal. 31. *Vanitates mendaces. Multa fecisti.*] Similia opere. *Opera sunt mirabilia.*] Cùm facta sunt. *Et cogitationes.*] Ante opus, ἀνθρωποπαθῶς, quasi Deus ante opus cogitabat. *Ad nos.*] Ad me & sanctos alios. *Nemo est tui ordinis.*] Ut Exod. 15. 11. *Quis est tibi similis? Sacrificia.*] Pacifica. *Oblationem.*] Minchah cum oleo, Levit. 2. 1. *Holocaustum.*] Propter peccata omissionis, על מצות עשה. *Non desiderabas.*] Comparativè ad obedientiam, sic Jer. 7. 22. *Non dixi de sacrificiis*, sed *obedite voci meæ :* Quæstio, Nonne præcepit Deus quotidianum sacrificium? Respons. Primò præcepit in Mara, Exod. 15. 16. *Obedientiam*, & in Decalogo non fit mentio sacrificiorum, & 1 Sam. 15. 22. *Obedientia melior est sacrificio* ; sed quando Israel peccabat, tunc præcepit sacrificia particularia, & pro toto cœtu duos agnos, quia multi Israelit. peccabant quotidiè, & ignorabant quid offerrent, לא ידעו, ideòque agni erant propitiatio pro illis, quando à peccatis suis convertebant. *Fodisti.*] כרית, ut Exod. 21. 33: *Fodit puteum.* idem. *Ecce venio.*] Ut pro liberatione mea gratias agam. Vel, in vinculum fœderis, Kasvenaki, באתי במסורת הברית. *In volumine libri.*] In Lege Mosis, Kasvenachi. *De me.*] Et cæteris sanctis. *Viscerum.*] Id est, cordis, quod comprehenditur inter viscera. Et dicit *in medio*, ita ut cogitationes ejus ab ea lege non deviârunt. *Justitiam.*] Et veritatem promissi tui in mea liberatione. *Prædicavi palàm.*] Ut alii laudent te. *Domine, tu novisti.*] Nempe, cogitationes cordis mei in vers. sequenti : nam *verba labiorum* omnes nôrunt. *Non celavi.*] Sed meditor de ea indies. Vel *non celavi* ab aliis. אמת.] Est promissi adimpletio. חסד.] Magis quàm promisit, largitur. לקהל.] Junge cum אמרתי, id est, *declaravi* ad congregationem, non cum *celavi*, quia tunc esset מקהל. *Misericordiam à me.*] Id est, adhuc à molestiis libera me, sicut hucusque liberasti. *Innumerabilia mala*] Infesta temporis contingentia, quæ ratione peccati sui quilibet reformidat. *Apprehenderunt me.*] In pœna, ex qua evadere nequeam. *Non possum videre.*] Omnia peccata mea, לא כלם. Vel elevare oculos, quia præ dolore caligant. *Cor meum dereliquit me.*] Id est, scientia mea eis numerandis deficit. Hoc modo quilibet sanctus aggravaret peccata sua, & justitias ejus coram Deo diminueret. *In mercedem pudoris eorum.*] Quia me contumeliis insectârunt. Vel, *in calce* עקב *pudoris eorum.*] Id est, in fine pudoris sint penitùs exterminati. Non est in Cod. Cremon. *Pauper & egenus.*] Licet erat Rex, quia divino auxilio indigebat. *Cogitat de me.*] Ut

peccatum

peccatum remittat, & à malo me extrahat. Vel, cogitat de me, quia sum in oculis suis acceptus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 40.

קוה.] Verbum peregrinum, ut יסור in Psal. 118. *Inclinavit ad me.*] Dixit *inclinavit*, quia habitat in cœlo, sic Psal. 18. 9. *Inclinavit cœlos, & descendit*, id est, per sua decreta. idem. *Puteo sonitus.*] Aquarum, ut Isa. 17. 12. indicat graves afflictiones. Vel puteo ubi quis narare potest. Rasi. *Stabilivit gressus meos.*] Ut ascendam ad rupem illam. *Non habet respectũ ad robustos.*] Ut confidat in illis, ut in Psal. 90. 10. *Robur eorum.* idem. *Fodisti aures meas.*] Ad obediendum, ut in Exod. 24. 7. quia *obedientia melior est sacrificiis*, ut in 1 Sam. 15. Rasi. *Ecce venio.*] R. Marinus explicat de congregatione Israel: Sed in mea opinione David loquitur de seipso, quòd in angustia vovisset votum, & scripsit illud in volumine libri, & quando liberatus erat, tunc dicit, *Ecce venio* ad solvendum illud. *Est in medio viscerum meorum.*] Intus edebam legem tuam, ut Ezech. 3. 2. & palàm enarrabo eam. *Publicavi.*] Id est, ad omnem carnem, בשדתור"ל לכל בשר. *Ne claudas quasi in carcere misericordiam tuã.*] Ut Jer. 32. 2. *Jeremiah erat clausus in atrio carceris.* idem. *Pœna iniquitatum mearum apprehendet me.*] עון עונש, ut Lam. 4. 6. *Pœna filiæ populi mei.* לראות.] Abscondunt quasi cœlos & solem tegunt in multitudine earum, ut cœlos intueri nequeam. Vel, visio hæc est cordis. *Cor meum deficit.*] Sum quasi excors. *Desoleutur in fine pudoris eorum.*] עקב סוף.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 40.

Expectavi.] Licet transit messis, ὁ θερισμὸς, Jer. 8. & non estis redempti, tamen expectare. *Ex puteo.*] Ego fui in periculo putei profundissimi, & me non propter sacrificia, sed propter fiduciam liberavit. *Novum canticum.*] Per spiritum prophetiæ in merenovatum.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 40.

Composuit hunc postquam de lepra recuperatus erat. *A puteo*, מבור.] Id est, morbo. *Sub petram.*] In perfecta sanitate. *Stabiliens*, כונן.] Ita ut macula post morbum in me haud appareat. *Mendacia*, כזב.] De medicis vanitatis. *Sacrificia.*] Peccatum meum expiantia. *In volumine.*] In Deuteronomio, ca. 17. *Scriptum est de me* Rege. *Mala*, רעות.] In tempore præterito multas afflictiones sustinui.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 40.

Puteo horribili.] Ægypti catenis in Rabboth. *Luto.*] In mari rubro. MS. פוניוש. in ling. extra. fœnum. *Novum canticum.*] Mosis & Aharonis, Exod. 15. 1. *Tunc cecinit Moses, &c. Ad superbos.*] Egyptios, qui superbè egerunt, ut Exod. 18. 11. dictum Jethro. *Ad mendacia.*] Idola, של עץ. *Non desiderabas.*] Sacrificia in monte Sinai, quando Lex erat data, ut Jer. 7. 22. *Locutus sum de sacrificiis?* ad liberum arbitrium vestrum ea reliqui. *Aures meas perfodisti.*] Israelis. *In volumine legis.*] In Exod. 24. 7. *Scriptum est de Israele, erimus obedientes. Prædicavi justitiam.*] In cantico Mosis, Exod. 15. *Quis est tibi similis? &c. Lex tua est in visceribus meis.*] Quia immundum non comedo. *Innumerabilia mala.*] Quando generatio ista mala in deserto erat exterminata, Num. 14. 35. *In via pudoris eorum.*] Par pari, sic עקב est via trita, Cant. 4. *Vestigiis pecoris, &c.*

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal.* 40.

Ad mendacia.] Vel mendaces, qui loquuntur mendacia. *Aures aperuisti meas.*] Ut ad verbum redemptionis meæ eas inclinem. *Ecce venio.*] In mundum. *In volumine legis scripto pro me.*] Veni, ut libro legis tuæ operam navarem, ראוריתא, qui in eundem finem calamo exaratus est, ut Deut. 17. *Scribes codicem legis pro Rege, &c. Cor meum dereliquit me.*] Excogitare quomodo evadam, nescio. *Aha.*] Lætissimi calamitate ejus sumus. *Cogitat.*] Bonum טב pro me.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 40.

Non possum videre.] Vel prevalere contra peccata. Tria sunt defectiva; in Cethubim, In Lege, Gen. 30. 8. *pravalui*: in Prophetis, Judic. 8. 3. Lex, Prophetæ, Cethubim (quorum Psalmi sunt pars) sunt tres Scripturæ partes, Luc. 24. 44. (respond. ad Trinitatem.) *Ne moreris.*] Audi, & fac subitò. Tria sunt cum Pathac, Psal. 70. 5. Dan. 9. 19. *Ne procrastines.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 40.

Aliqui de Daniel, Jeremi. Vel captivis in Lacum Babel conjectis. Theodoret. *Ex puteo clamoris.*] Lat. MS. pro auxilio, נשא à שאון, elevavit vocem, ut in Matth. 12. cum Isa. idem. *Super petram.*] Ut in Mat. 16. *Super hanc petram, &c. Novum canticum.*] 1. Arg. *Ad potentes.*] Nempe imagines, quæ reputantur rupes, ut in Deut. 32. 2. Arg. Vel, *ad superbias, & pompas vanitatum.*] Lat. MS. *Aperuisti aures meas.*] Ad obediendum, & sic aptavisti mihi corpus, Gr. Heb. 10. 5. *In volumine libri legis.*] Ut Deut. 18. *Prophetam suscitabit Dominus, &c.* 3. Arg. Vel, *involucro.*] Sic Judæi divina volumina in hodiernum diem solent munire, Theodoret. (ut in Venetia, Rom. &c.) Vel in capite libri hujus Psalmorum, Psal. 1. 2. S. Aug. *Ecce venio.*] Ut Rom. 12. 1. *Corpora vestra hostiam viventem, &c. Non possum videre.*] Christus clamavit, Mar. 27. Deus meus, &c. Arg. 4. 5. *Confundantur.*] 6. Arg. à 2. eff. 15. 16. v. *Pereant in calce*, vel, *post confusionem eorum.*] Lat. MS. עקב. Oratio Christi.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 36.

De Christo. Ang. MS. *De puteo sonitus.*] Ital. *L' acque cascano con grande impeto. Scriptum est de me.*] Ibi præcipis de obedientia mea, Propheta David est hic figura Christi, Heb. 10. Ital. An. *à Christo figurato per David.* Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 40.

Ferant confestim.] Vulg. עקבו, insidias, quasi per insidias veniens. *Corpus.*] Gr. ut Heb. 10. alii *aures. In medio cordis mei.*] Vulg. vel ventris. Ethiop. Gr.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 40.

Quando Shimei ܫܡܥܝ abduxit nomina ministrorum domus, 1 Chro. 25. Par. edit. *Ex fovea strepitus*, vel, *afflictionis.*] Syr. ܕܘܘܢܐ, דרוונא, Heb. שאון *E luto cœnoso*, vel, *luto corruptionis.*] Syr. חבלא, ܚܒܠܐ, Heb. יון à יונה, *civitas opprimens*, in Zephan. 1. *Non respicit ad superbos*, vel, *robusta.*] Id est, vana Idola, quæ cultores rupes esse existimant, Syr. לסריקותא, ܠܣܪܝܩܘܬܐ, Heb. רהבים, velut in Psal. 90. *Robur eorum. Non est*

est ullus par tibi enarravi & dixi (quæ tu primò mihi dixisti) *quòd non possunt numerari.*] Syr. ܘܣܓܝܘ ܡܢ ܕܡܬܡܢܝܢ. *Aures perfodisti mihi.*] Syr. נקבת ܢܩܒܬ, ut tibi ad mortem servirem, sicut servus perforatus. *Holocausta, pacifica.*] Syr. ܥܠܬܐ ܘܕܒܚܐ duo genera. Vau deficit in Syr. *In volumine*, vel, *principio libri tui.*] In libris Mosis Syr. ܒܪܫ בריש ܒܟܬܒܐ ܟܬܒ ܥܠܝ. Vel in secundo Psalmo dicendo, *Filius meus es tu.* Alii codices, ut Paris. habent ܟܬܒܐ in plurali. *Non possim intueri.*] Cœlos intueri sum indignus, sic in Orat. Mar Ephraim, Syr. ling. Arab. p. 241. Peccavi in cœlos, & terram, & coram te, & non dignus sum ut mentionem faciam nominis tui venerandi, in labiis meis coinquinatis, ܐܝܟܢܐ ܗܘ ܠܫܡܝܐ ܐܚܘܪ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܐܝܢܐ ܕܐܚܘܪ. ܠܫܡܝܐ ܗܘ ܡܬܢܟܦ ܐܢܐ ܠܡܚܪ. *Non possum sursum aspicere*, vel, *non possum videre.*] Sunt quasi Locustarum multitudo solem obscurantes & aërem. Vel, præ dolore oculi mei debilitantur, & visus acutus à me fugit, ut ait in Psal. 6. *Caligat oculus meus, &c.* Syr. ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܠܡܚܙܐ. *Pro mercede*, vel, *ad duplicem eorum pudorem.*] Syr. ܚܠܦ ܒܗܬܬܗܘܢ Heb. עקב, intendit quod post pudorem unum succederet alius, unus quasi in calce, עקב alterius. *Domine, unusquisque eorum contra me meditatur.*] Syr. tu autem me libera, ܥܠܝ עלי Syr. Heb. לי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal 40. Heb. Arab. 39. de Ecclesia. Arab. MS.*

Ad mendacia.] Loqui mendacia. Arab. sicut Idololatræ. *Adaptâsti pro me corpus.*] جسدا ad patiendum גסדא, Arab. Gr. *Fodiende manus & pedes meos*, ut Psal. 22. Vel per incarnationem. Vel corpus est Ecclesia. *In volumine*, vel, *capite libri.*] פי ראס, في راس, Arab. ut in Gen. 3. de Christo dicitur, *Ipsum conteret caput tuum.* *Magnus sit*, vel, *est Dominus.*] Arab. عظيم هو الرب, עטים הו אלרב, & dicit *magnus*, vel multus misericordia, vel fortis, à עצמו, in Exod. 1. Multiplicati, vel fortificati. *Egenus*, vel, *infirmus.*] Arab. ضعيف, *pauper* opibus, *infirmus* corpore. *Cogitat*, vel, *pascit me.*] Arab. يرعاني, ירעאני à רועה, in Psal. 23. 1. in Arab. vel à רעי cogitationes, in Psal. 138.

1 *In finem, Psalmus ipse David. X L. Heb. X L I.*

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem:

2 *In die mala liberabit eum Dominus.*

3 *Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.*

4 *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.*

5 *Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.*

6 *Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus.*

7 *Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor ejus congregavit iniquitatem sibi.*

8 *Egrediebatur foras, & loquebatur in id ipsum.*

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: adversum me cogitabant mala mihi.

9 *Verbum iniquum constituerunt adversum me: Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?*

10 *Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.*

11 *Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.*

12 *In hoc cognovi quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.*

13 *Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*

14 *Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & usque in sæculum: fiat, fiat.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 41.*

Ejusdem sensus est cum prioribus. *Considerat.*] Id est, instruitur ab ægro, ut discedat à peccato. Vel venit, ut ægros ad mortem appropinquantes invisat. Kafvenaki. *Libera eum Domine.*] Usque ad ver. 4. est oratio visitantis consolatoria, quia dicit. *Ne trade eum.*] אל communitèr sic usurpatur דרך תפלה. R. Jos. Cimchi. *Convertisti lectum ejus.*] In lectū afflictionis לצרה, ita ut in illo quiescere nequeat, sed nunc memento illius. *Conservabit eum.*] à morte. *Benedicetur.*] Ob bona ejus in terra opera. *Corroborabit illum.*] Ut in lecto de latere in latus se commoveat, & dicit *Dominus*, & non Medici. *Vertisti omnem lectum ejus.*] Die & nocte. Vel, *vertes omnem lectum.*] Ab ægritudine ad sanitatem, præter. pro futuro. Kafvenaki. *Dixi.*] Sunt verba ægrotantis, usque ad ver. ult. *Sana animam meam.*] Dicit *animam*, quia peccatum animæ est causa morbi. *Loquuntur mala adversarii mei.*] Optantes mortem meam, oppos. ad verba visitantium consolatoria. *Loquitur falsitatem.*] unum in ore, in corde aliud. *Cor ejus in seipso congregat vanitatem.*] Dicit, *Dominus confirmet*

confirmet te, sed optat contrarium. *Obmurmurant contra me.*] Quando discessit, congregat adversarios meos, & clàm in me obloquuntur, & dicit *contra me* bis, quia in me & loquuntur, & cogitant. *Res Belial.*] Grave peccatum quod commisit, עון Kasvenski. *Vir pacis meæ.*] Qui antea erat mecum pacificus, factus est adversarius, ut Prov. 19.7. *Omnes fratres afflicti odio habent illum.* *Calcem magnificavit.*] Ac si eram semita pede suo trita. Kasvenaki. *Ut remunerem eos.* Non malum pro malo, (quia dixit, Psa. 7.4. *Liberavi illum qui sine causa erat inimicus meus,*) sed bonum, ut Psal. 35.13. *Quando illi erant ægri indui saccum*, R. Gaon. Kasvenaki. Vel illos tunc redarguam, quòd injuriâ me affecerunt in infirmitate mea, Kasvenaki. Vel remunerabo illos, quia non adhuc orabo pro illis quando ægrotant, Kasvenaki. *Sustentas me.*] Super lectum meum. *In integritate mea.*] Quia integrum me invenisti. *Ponis me ante faciem tuam.*] Viventem, 1 Reg. 17.1. *Coram quo consiste.* *Benedictus sit Dominus.*] Qui hucusque me adjuvavit, sunt verba Psalmistæ gratias Deo agentis, quando hunc primum librum Psalmorum absolvisset, sicut Scribæ solebant, & sic etiam in fine quatuor librorum sequentium concludit. מהעולם.] Id est, à principio mundi usque ad finem, Kasvenaki. *Amen*] Id est, stabile, ad confirmationem profertur ut quando quis post benedictionem dicit *Amen*, confirmat eam, Isa. 22.23. *In loco stabili*, idem. Kasvenaki.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 41.

Qui intelligit.] Opus Dei in ægrotantes. Vel *intelligere facit.*] משכיל, cor ægroti consolando eum, alloquitur. Est verbum יוצא. *Pauperem*, vel, *ægrotum.* Ut 2 Sam. 13.2. *Quare es tu macilentus*, vel *æger?* דל. *In voluntatem inimicorum.*] Qui mortem ejus exoptant. *Vertes.*] מיצר אל צרן. *In die malâ*] Per constellationes in die nativitatis oppositas. *Licet peccavi, tamen miserere mei.*] אפע פי, ut in Exod. 34. *Licet populus durus sit.* Vel, quia peccavi, ideò opus est mihi misericordiâ tuâ. *Loquitur vanitatem.*] Vel, *mendacium.*] Dicendo, quòd de mea ægritudine condolet. *Accumulat iniquitatem*] Venit, ut mala quæcunque potest, accumulet, & ea foris aliis qui non viderunt me, enarret. *Morbus malus fortiter adhæret illi.*] Ut Job 41.24. *Cor ejus est firmum*, idem. יוצק. *Edebat de pane meo.*] Per similitudinem indicat se fuisse vitæ ejus sustentaculum. *Magnificavit calcem suam.*] Non venit visitare me accipiens honorem suum. *Resuscita me.*] Oppos. ad illud, *non addet resurgere.* *Non triumphat super me.*] In ignominiam meam apertam, ut Psal. 60.8. *Triumpha in me.* *Sustentas me in sanitate mea.*] Sanitate corporis תמי, ut מתום in Psal. 38. *Non est sanitas.* Laus Deo.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 41.

אל דל.] Imaginatio bona, quæ liberat civitatem, id est, hominem, cum omnibus suis membris, Eccles. 9. *Civitas parva, &c.* Vel, qui visitat & juvat ægros, R. Johan. ideóque addit, *super lectum ægritudinis suæ.* Vel, qui sepelit mortuum. R. Eliezer. Vel, qui hominem de divitiis lapsum in paupertatem, sublevat, R. Jonah. *Mali*, רעה.] Id est, die mortis. *Liberabit.*] Id est, sol justitiæ suæ oritur justo: *Justa opera sequuntur justum* (ut in Apoc. 14.) *Langueris*, דוי.] Primo die orat, & secundo similitèr, tertio languet, tunc Deus sustentat eum. *Convertisti.*] Omnia peccata ejus per totam vitam perpetrata, in ægritudine sua sunt simul castigata. *Inimici mei.*] Odio habebant Davidem, quia oppressiones eorum corripuit; *fecit enim justitiam & judicium toti populo.* *Vanitate*, שוא.] Ore pro mea sanitate orant, sed corde quærunt malum. *Res improba.*] Id est, dissimulat seipsum ægrotum, ut mentes servorum cognoscat. *Retribuam*, אשלמה.] Id est, quando ægrotant illi, ego preces effundam pro illis ut vivant, illi verò contra me orant, ut moriar.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 41.

Ostendit quàm bonum est משכיל multitudinem ignorantem & rudem instruere. *Vertisti.*] אשר הפכת.] De quiete ad afflictionem. ואשלמה *Retribuam eis.*] Quia Rex debet honorem suum vindicare, quod tamen non fecit Saul, 1 Sam. 10. *Fuit sicut surdus.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 41.

ערש.] ליט Lectum, in Extr. ling Hispan. *Cama.* *In die mala.*] A Gehenna liberabit eum. *Lectum langueris.*] Die septimo, quando maximè ægrotat, יום שביעי Agaddah Tillin. *Evertisti etiam lectum suum.*] Non potest requiescere, quasi eversus esset, attamen tu illum sustentabis. *Res Belial.*] Omnes impietates quas perpetravit, כל רשעיות, ut 1 Sam. 2. *Viri Belial.* *Effunditur super illum*] Pœna peccati in ejus corpus, יוצק. *Ne surgat amplius.*] Est maledictio. כך מקללים. *Calcem suam.*] Contrà me recalcitrat, ut 1 Sam. 2. *Quare recalcitratis?* Vel insidiatur, à עקבו insidias, in Jos. 8.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal.* 41.

Considerat.] Ita ut misereatur afflicti. *Sustentabit.*] Super lectum prophetia in illum revelabitur, יתגלי ליה, sic Ezræ 5. *Propheta Dei eos corroborantes*, idem. *Verbum Belial.*] Incantatio aliqua in eum, quæ verbis erat prolata, ut in Psal. 58. חבר.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 41.

Corroborabit illum.] Sed destruet inimicos suos quasi turbine; non habet simile, & unum est יסערני, Psal. 58.9. *Quasi tempestate abripiet illos.* *Cogitant ut noceant mihi.*] Duo sunt, Dan. 11.25 *Cogitabant cogitationes, &c.* *Comedebat.*] Quatuor plena, Gen. 39.6. *Nisi panem quem comedebat.* Isa. 29.8. *Edit, & famelica est anima sua.* Nah. 3.12. *In os edentis.* מהעולם.] Una de 22. vocibus, quæ habent He in initio vocabuli, & non habent paria, & loci eorum sunt in magna Masora ordine Mem.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 41.

Egenum.] *Formam servi* accepit Christus, Phil. 2. hæc vox non reperitur apud Syrum. (Observa antiquitat. & authorit. Syri Interp.) Theod. *Die malo.*] Dies judicii velis, nolis veniet. S. Aug. Theod. *Qui intelligit pauperem.*] Christus fecit seipsum pauperem pro nobis, 2 Cor. 8.9. Et *beatus ille qui non scandalizatur in illo*, Mat. 11.2, 3, 4. v. 1. Arg. Vel, *qui considerat.*] Legem condiderunt Babilonii sapienter, ægrotos in forum afferendi, τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν, neque enim utuntur medicis, οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι, ut qui adeunt eos consulant ægrotum, si quis & ipse eundem passus est morbum: Nec fas est alicui ægrotantem silentio præterire (ut Sacerdos & Levita in Luc.) Herod Clio. *Pauperem.*] In Vicentia civitate Italiæ, non procul à Venetia, est mos

singularis

singularis quem non observavimus in aliis, 70. Laici dant sese religiosis exercitiis viventes propriis expensis, & domibus, ex quibus 12. qualibet septimana visitant pauperes, & ægros, dant illis cibum, & hortantur, ut recipiant Sacramenta. Non est Mercator ullus, nec Cives, à quo non supplicitet petuntur isti 12. prædicti, ut dent eleemosynas prædictis pauperibus, ita ut non est in hac civitate qui careat necessariis pro corpore & animo. Quid dicam? in Venetia sunt Xenodochia octodecim, & ex annuis proventibus amplius 30. millium aureorum nummûm colligi, haud imperitus Sansovinus testetur, & ejus pecuniæ plurimum dotandis puellis orphanis absumuntur, cum singulis annis mille quingentæ nuptui collocentur. In Roma Hospitalia in quæ infirmi recipiuntur & curantur, sunt quindecim, quinque publica omnium nationum, & decem propria, ut S. Thomæ Anglorum, &c. Inter publica celebertimum est San. Spiritus, non procul à ponte Elio, Sixtus quartus amplissimis reditibus diravit Septuaginta millium aureorum nummûm per annum. In una Aula sunt amplius 100. lecti pulcherrimi, in medio est ara, ita ut ægri in lectis jacentes audiunt officium precûm; alibi puerorum agmen vidimus, qui à parentibus deserti sunt, & nisi hic locus exciperet, tame perirent, hic enutriuntur donec ad studia scientiarum, vel ad opificia apti sint: sed de hisce satis. Audi Poetam Ethnicum, Omnia morte mutantur, & ideò hortatur ad liberalitatem (ut Eccl. 11. 1. 2, 3. *Mitte panem in aquas.*)

Sic Horat. lib. 4. Od. 7.

Cuncta manus avidas fugient heredis amico (liberali)
Quæ dederis animo.
Quum semel occideris —— &c.

Et Pindar. Nem. Od. 17.

Εὖ τὲ παθὼν καὶ ἀκοῦσαι

largire libens, ut benè audias in prosperis, & patientèr feras adversa, quia omnium sortes sunt communes; κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ᾽ ἐλπίδες.

Et Istmia Od. 1.

ψυχὰν ἀΐδᾳ τελέσαι.
Qui non distribuit ——
Perennes in tenebras animam daturum.
(Ut Mat. 25. *In ignem æternum, &c.*)

Peccavi.] Vel, feci hostiam pro peccato. 2. Arg. à חטאת. *Ut videret.*] Venit ad quærendam occasionem contra me, ut Pharisæi in Luc. 19. ult. & Judas, S. Aug. 3. Arg. Pharisæis & Judæis Judas dixit omnia. B. Theod. *Susurrabant.*] Dicendo, Luc. 5. 17. *Hic homo blasphemias loquitur.* 4. Arg. *Verbum Belial.*] Id est, blasphemiæ. Vel, *verbum Belial infundebant.*] Lat. MS. venenum in suis potionibus, ut enecarent eum, sic Jerem. 11. in R. David. *Dormit.*] Somnum mortis, Theod. *De pane meo edebat.*] Dicitur de Juda, Joh. 13. 18. 5. Arg. *Calcaneum.*] Ut impingam & cadam, sicut Athletæ calcaneo moliuntur. Theodor. Oratio Christi.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 41.

De passione & resurrectione Christi. Ang. MS. *David, en alguna enfermedad.* Hisp. *Qui judicat.*] De afflictionibus ejus in bonam partem. Ital. *Verbum Belial.*] Ang. MS. dicebant quòd erat *seductor populi,* & contemptor Cæsaris, Luc. 23. 2.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 41.

Verbum iniquum.] Vulg. Gr. imposuerunt mihi, ac si facinus aliquod horrendum perpetrâssem. Vel, horrendam imprecationem verbis iniquis exoptabât mihi ut non resurgerem, בו, ut יצק. *Supplantationem.*] Gr. Vulg. supplantavit me, à עקב in Genes. 27. *Supplantavit me bis, &c.* Finitus est primus ex 5. libris Psalmorum, Chrysost.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 41.

De Davide, quando constituit præfectos pro pauperibus, & de Christo, & Iscariote, Par. edit. *Qui videt pauperem.*] Syr. & miseretur, non ut Sacerdos & Levita ἀντιπαρῆλθεν in Luc. *In manum inimicorum ejus.*] Qui eum inopem facient. *Ut eripiat eum.*] ד MS. id est, orat ut liberet eum Deus in sua ægritudine, sic in orat. Mar Ephraim, Syr. p. 228. ling. Arab. Absconde me sub alis tuis, & in umbra tua me obumbra, & in manus iniquorum & oppressorum ne projicias me, [illegible] [illegible] [illegible]

Res nequam tenaciter adhæret ei.] Syr. MS. id est, fabricantur invisentes improbam cogitationem contra me, dicentes quòd *non ampliùs surgam. Calcem ejus, vel, magnoperè me fefellit.*] Syr. אתגכל [illegible] Heb. עקב, velut in Genes. 27. 38. *Supplantavit me, &c. Non triumphat, vel, non damno afficit me.*] Syr. מבאש [illegible], Heb. הריע. Finis, Cod. Par. Vel perficitur primus Psalmorum liber, in Syr. MS. Florent. in Bibl. S. Laurent. Romæ Colleg. Maron. Cantab. Bibl. publ. Inter MS. & Cod. Par. Erpen. differentia est in paucis, quod semel aut bis notare sat est.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 41.

Prophetia de incarnatione & de Juda. Arab. MS. *Considerat pauperem.*] Christum, ut Mat. 25. *Æger eram, & visitavistis me. Vivificabit, vel, ædificabit eum.*] Arab. dabit illi filios, in quibus post mortem vivat, ut Josua dedit Rahabæ vitam in R. David. *Calcem.*] Ad supplantandum me, Arab. עקבה عقبة. *Convertet omnem ægritudinem ejus super cubile suum.*] Arab. ويصرف علي ויצרף עלי. *Sana, vel, libera animam meam.*] Arab. libera meà morbo. *Verbum Belial adhæret illi.*] Arab. unusquisque hostium preparavit contra me verba iniqua, واعدوا كلام الاثم, ואעאדוא כלאם אלאתם.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS PSALMORUM.

1 *In finem, Intellectus filiis Core. XLI. Heb. XLII.*
2 *QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.*
3 *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?*
4 *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidiè. Ubi est Deus tuus?*
5 *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.*
In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.
6 *Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?*
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei,
7 *Et Deus meus.*
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim, à monte modico.
8 *Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum.*
Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.
9 *In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus.*
Apud me oratio Deo vitæ meæ,
10 *Dicam Deo: Susceptor meus es,*
Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?
11 *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei:*
Dum dicunt mihi per singulos dies, Ubi est Deus tuus?
12 *Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?*
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 42.*

F*Iliis Corachi.*] De quibus Exod. 6. 24. Aliqui dicunt, quòd composuerunt hunc Psalmum, sed mirum est, quomodo omnes unà erant inspirati. Alii legunt *ad unum filiorum*, sed nullus est in hac expositione sensus, quia in omni Psalmo sunt conjuncti hi filii. Alii *ad unum filiorum* Hemanis, nepotis Samuelis Prophetæ, sed quare potiùs non fuor traditi Samueli? Hæ notæ sunt in Venet. non in Cod. Cremon. Sed veritas est, quòd David composuit hos Psalmos, & dedit filiis Cora, qui vixerunt in tempore suo, & quia filii Cora erant Prophetæ, יחש, hos filios filiorum illis genealogizat. Dicunt aliqui, quòd hic Psalmus erat compositus quando David erat inter Pelistæos exul, vel in linguà captivorum; Vox הזה non est in Cod. Cremon. Et in singulari profertur de singulis qui clamant, reditum gloriæ Dei ad terram exoptantes. *Sicut cerva.*] Degunt cervæ in deserto, ubi est aquarum penuria, ideò sitiunt, & porrò quia serpentes comedunt, Kasvenaki. Vel, ut in aquis refrigerent sese, quando incalescunt, & fatigantur, & è persecutione canum evadant. איל.] In Mascul. תערוג in fœmin. comprehendit duo genera. Vel, indicat fœminin. societatem cervarum. עדה, quia semper eunt unà. *Sitit anima mea.*] Non dicit *esurit*, quia multò graviùs quis sitim quàm famem tolerat. Etiam sine pane 2. vel 3. diebus vivat, non sine aqua; & sitis, animæ post gloriam Dei est corporeà major. [Alexander magnus aquæ penuriæ laborans, διὰ τῆς ἀνύδρου πορευθεὶς πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν, multos ex suis militibus amisit, nocturno itinere deserto Susitanorum intrat per 400. stadia, ne modicus humor existit——ora visceráque penitùs uruntur, primùm animi, deinde corpora deficere cœpissent, Alexander poculo pleno illi reddito dixit, solus bibere non sustineo, liberis vestris date (sic David aquam Bethlehem respuit, 2 Sam. 23.) Curt. lib. 7 ex Diodoro.] *Deum viventem.*] Dicit *viventem*, quia Idola Gentium sunt mortua. *Apparebo.*] Ut Deut. 16. 16. *Ter in anno omnes masculi tui apparebunt, &c. Lachrymæ.*] Effundo cum cibo lachrymas. Vel, non est dies in quo non frequentèr plango. *Ubi est Deus tuus?*] Si servias illi, quare te ex captivitate non eruit? Cod. Cremon. Kasvenaki. *Hæc recordor.*] Tria festa in anno. Kasvenaki. *Transiebam.*] Id est, patres mei transierunt, sic dicitur, *Ægyptii afflixerunt nos*, nempe, *patres nostros. Ibam*, אדדה.] Id est, אתנהל, in terra nostra vehementer ad Sanctuarium ire exoptavimus, quia non erat adversarius in via occurrens. *Tripudiantis*, vel, *sacrificantis*, מחוגג.] à חג, in die festo offerebant sacrificia, saltabant & gaudebant, ut 1 Sam. 30. 16 *Saltantes*, idem, Kasvenaki. *Quare dejecta es?*] Post lachrymas animam suam consolatur. *Salutem faciei.*] Sic Isa. 63. 9. *Angelus faciei suæ servabat eum* sic adhuc servabit nos. *Ideò, quia* אשר ב *recordor te.*] Dejicitur anima mea, quando recordor gaudia, ad festa, à terra Jordanis & monte Hermonis, & colle Missar ascendentium. Kasvenaki. Hic meminit confinium terræ Israel, mons Hermon, erat trans Jordan, ex oriente, Missar, opinor quòd est urbs Zior inter urbes Judæ in monte, Jos. 15. 54. *Abyssus.*] Indicat afflictiones captivitatis, Kasvenaki, ut Psal. 18. 4. *Flumina Belial. Invocat.*] Una afflictio quasi invocabat aliam, ut appropinquaret, Kasvenaki.

Ad vocem canalium.] Afflictiones, ficut aquæ de vertice tecti, vel ex צנורות nubibus effunduntur, Kafvenaki. *Fluctus tui.*] Dicit *tui*, ut propter peccata nostra à te immissa. *In die.*] In diebus nostris redimet nos, ideóque nil desperandum ô anima mea, Kafvenaki. *In nocte.*] In captivitate de mirabilibus Dei nobiscum & patribus nostris cantabimus, Kafvenaki. *Deum vitæ meæ.*] Ut me viventem, usque ad adventum Redemptoris sustineat. *Rupes mea.*] In præteritis temporibus. *In ossibus meis.*] Quæ sunt fundamentum corporis. רצח. Toar refertur ad gladium. *Salutem faciei meæ.*] Id est, in vita mea veniet redemptio, ut Gen. 11. 28. *Ante faciem Tera. Deus meus.*] Et videbunt Gentes dicentes, *Ubi est Deus tuus?*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 42.

Filiorum Cora.] Hemanis nepotis Samuelis. Aliqui intelligunt hunc Psalmum de captivitate Babel. R. Moseh. Vel de hac captivitate. *Sicut cerva.*] Notum est, quòd inflammatur esu serpentum (SS. Chrys. Bas.) *Sitit anima mea.*] Dicit sitit, non esurit, quia aqua subitò revivificat hominem semimortuum, non sic panis, vel aliud quidvis. *Quando veniam?*] Adventum Messiæ בואת הגואל exoptat. *Videbo faciem Dei.*] Ut Deut. 16. 16. *Omnes masculi tui videbunt faciem Domini. Cum multitudine.*] à סך השבון *Incedebam.*] Ut Isa. 38. 15. idem. Ben Laberat ait, אדדם, sicut אדוכם, sed ô utinam si fuisset, quia Pe non geminatur in פעל. Vel, *quando incedebam in copertum.*] Ut 2 Reg. 16. 18. *Pro Sabbato*, מסך. *Lachryma mea cibus sunt.*] Lachrymæ sunt aquæ, & erant cibus ejus. *Propter salutem faciei suæ*, id est, *sui ipsius.*] Est similitudo à viro robusto cujus brachia salutem *sibi ipsi adipiscuntur*, Isa. 59. 16. Vel. *propter salutem cum facie ejus.*] עם deficit. Vel facies ejus est auxilium suum. *A terra Jordanis.*] In deserto indies ab hisce locis ad Tabernaculum ambulabant, R. Sol. *Abyssus abyssum invocat.*] Jucundissimus erat aquarum occursus, quando ascendebant ad festa tria in anno, & gaudebant. Qui explicant hoc de afflictionibus captivitatis, non benè conjungunt id quod sequitur. *In die præcipiet, &c.* צנורות.] Id est, aquæ è montibus altis descendentes, quæ in valle abyssum faciunt, occurrentes. *Omnes fluctus tui transierunt super me.*] Aquæ istæ refrigerabant, & illum in æstate sicut fluctus marini in abundantia, quasi tegebant. Et dicit *invocat*, ut Isa. 34. *Satyrus ad socium suum invocat. Præcepit Dominus misericordiam suam in die.*] Quando ascendebat ad festa, Deus illos custodiebat, Kafvenaki. *Et in nocte canticum suum erat mecum.*] In nocte, quando iter faciebant, cantica precum תפלה, non ludicra cecinerunt, Kafvenaki. *Deum vitæ meæ.*] Qui eos viventes eundo & redeundo conservabat. *Niger.*] Sicut lugens. *Quare oblitus es?*] Sic videtur in hac longa captivitate. *Sicut cum gladio.*] Sic occidunt me contumeliis. R. Sol. R. David. באלו אוזי הורגים. *Salutem faciei meæ.*] Id est, meam salutem.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 42.

Lachryma.] Implent hominem, ita ut cibum respuit, apparet in Hanna, 1 Sam. 1. *Quare luges, & non comedis?* בסך.] Id est, בסו סוכה Tabernacula אדדם.] Id est, filii ante Gentes præ pudore, quia Sanctuarium est desolatum. *Adhuc.*] Id est, pro salute futura in tertia redemptione. *Jordanis.*] Ubi erat divisio aquarum. *Hermon.*] Sinai. *Missar*] Sanctuarium. *In nocte.*] Quando Agnus Paschalis erat immolatus.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 42.

De hac captivitate. בסך.] Id est, pauci numero ascenderunt è Babel, & omnes seniores lugentes, Ezra 3. *Tripudiantis*, חוגג.] De illis qui non videbant templum primum. *Incurvata.*] Quando in Alexandria Ægypti ab Alexandro multi Israelitæ erant occisi. *Abyssus.*] Una miseria post alteram, à Cuthæis, & filiis Ishmael ante Alexandrum. *Misericordiam.*] Per manus Simeon justi. *Occisione*, ברצח.] Id est, morbus Lethiferus in ossibus meis ex zelo natus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 42.

Filiorum Cora.] Composuerunt Psalmos hos filii Cora, qui resipiscebant, & non erant cum patre suo absorpti, sed Prophetæ in Israele erant. *Sicut cerva.*] In desectu aquarum congregant ad cervam bestiæ, & mos cervæ est, puteolum in terra effodere, & in illo cornua sua mittere, clamando donec det Deus ex abysso aquam, Rabboth. Et ad cervam mandat Deus serpentem, ad aperiendum uterum suum, qui angustior est quàm ut parturiat. תערג.] Est vox peculiaris cervæ, ut נהם leonis, & שקק ursi, & געה bovis, Dones. Menachen confert cum Cant. 5. 13. ערוגת *ordinem Aromatum. Lachryma.*] In captivitate Babel. flebant Israel sicut Hanna *lugebat, & panem noluit comedere*, 1 Sam. 1. 7. *Cum multitudine.*] סך השבון, vel curru operto, à סוכה in illis equitabant ad Sanctuarium, ut Isa. 66. בשוויאה Extra. ling. Hisp. *en el numero*. Vel, *intrà murum Atrii.*] à סכתי in 2. Hos. *Sepiam viam tuam.* . *Silebam ad domum Domini.*] Silebam, quando audivi contumelias, ut Psal. 38. 13. Et addit *ad domum Domini*, donec veni illic ad vocem gaudii, tunc lætabar, Donesh. אדדם à דם in Psal. 37. 7. *Sile in Domino.* Vel, *ambulavi ex amore ergà illos.*] à ידידות, Jer. 12. 7. *Dilectum animæ meæ*, Et Psal. 45. R. Menachem. חוגגים.] In Græca lingua fontes sic vocantur. Midras Agad. *Quare dejecta es?*] Repetit hoc ter, quia tria regna gravissimè opprimebant Israel, Babel, Javan, Edom. *Expecta in Dominum.*] Pro redemptione. *De terra Jordanis.*] Revocabo quasi in memoriam tuam miraculum in exsiccando Jordane, & opera tua in deserto, dividendo Mare rubrum, & in Missar monte parvo Sinai, Legem promulgando. *De Hermonim.*] Propè montes Hermon, exsiccabas Jordanem licet patres nostri peccâssent in Shittim, & fecissent Vitulum in Sinai, fac etiam nunc similitèr, & libera nos peccatores. צנוריך.] Extran. ling. טיש קנאלש *Canales tui*. Hispan. *In die.*] Vespera Paschatis in Egypto. Midrash Agad. *In nocte canticum ejus erat mecum.*] In nocte quâ redemit me ex Egypto. Vel, *castrametatio sua erat mecum.*] שירה שרא in Targum, pro חנן, & in Masora duo sunt in duabus significationibus. Aliud est cum Vau שירו, 1 Reg. 4. 35.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal.* 42.

Maschil.] Vel, ad laudandum cum bono intellectu שכלא טבא Chald. *Faciem Dei.*] Splendorem divinæ præsentiæ. *Viventem.*] Vel fortem Deum, ab איל in Psal. 73. *Robur eorum.* בסך.] Id est, in umbra, vel umbrella. [Sicut mos est Italorum & Orientalium,

talium, equitare & ambulare umbrellis contrà ardorem solis accommodatis.] *Confirmabam meipsum cum illis.*] In societate justorum, qui ambulabant ad Jerusalem. אדדם.] à נדד. Consolari. *Revoco in memoriam tuam.*] Illos qui habitant in terra Jordanis, & in monte Hermon, & populum qui recepit Legem de monte Sinai, סיני monte parvo. *Abyssum invocat.*] Id est, sicut abyssus superior inferiorem ad vocem canalium invocat, sic הוכנא *omnes tui fluctus super me transierunt. In die.*] Quando egressi ex Egypto fuimus, cantica ut in nocte habuimus.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 42.

תערג.] Clamat ad Deum, ut corvini pulli teneri. Tria sunt, duo defectiv. & unum plenè, Joel 1.20. *bestia clamant*, & duo in hoc versu. *Quando dicunt.*] Deridendo, tria sunt in Scriptura, *quando dixit Deus mihi, Congrega populum, & audire faciam eum.* Et Ezech. 36 20. *Quando dixerunt, Hi sunt Dei populus.* In Lege unum, in Prophetis aliud, & in Cethubim tertium. *Missar, vel, parvo monte.*] Sunt quatuor, Gen. 19.20. *Nonne est parva?* Bis ibi. Job 8.7. *Initium tuum sit pusillum. Sicut occisione.*] Duo sunt, Ezech. 21.22. *Ad aperiendum os in occisione.* Derisio penetrat justi animam, ut occisio, 2 Pet. 2. de loco.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 42.

Maschil, vel, doctissimi filiorum Core.] Lat. MS. sic in Psal. dicitur, *Psallat Maschil*, id est, doctissimus. *In finem.*] Captivitatis Babel. Theodoret. *Sitit.*] Bibendi an lavandi causâ. S. Aug. *Cerva.*] ὄφεις κατεσθίων, Chrysost. ἰοβόλων θηρίων, Greg. Nyssen. Vel, *sicut areola preparata ad irrigationes aquarum.*] Lat. MS. תערוג, ut in R. Sol. ex 5. Cant. חוגג.] Festum celebrantis, mos erat etiam Romanorum, festos dies celebrare.

Horat. lib. 2. Od. 3.

Cum vinis, unguentis, &c.
Seu te in remoto gramine per dies
Festos, reclinatum beâris.
Quâ pinus ingens, albaq; populus,
Umbram hospitalem consociare amant,
Ramis, & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare rivo.
Huc vina, & unguenta, & nimium brevis
Flores amœna ferre jube rosæ.
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
(Ut Eccl. 11. *Lætare juvenis, &c.*)

Veniam ad umbraculum, tacebo usq; ad domum Dei.] Lat. MS. ut in R. Sol. Vel, *transibo in locum tabernaculi.*] Ut Isa. 66. Mulorum curribus vecti in reditu captivitatis, & pileis tecti, Theod. *Post te ô Deus.*] Ut adimpleas promissum tuum. 1. Arg. *Fudi animam meam ut incederem in tabernaculum,* בסך.] Gr. & ut ducerem eos usque ad domum Dei. 2. 3. Arg. *Propter salutem faciei.*] Quâ tam frequenter servavit me. 4. Arg. *De terra Jordanis.*] Orabo ad te in exilio, & latibulis meis extra Canaan, & revocabo in memoriam promissum tuum de regno. 5. Arg. Vel, de Baptismo in Jordane, S. Aug. *De monte minimo.*] Lat. MS. in quo refugium reperi, te laudabo. Vel, *de terra.*] Paternæ terræ memoria excutit mihi lachrymas, Theod. *Præcipiet.*] Et liberabit me. 6. Arg. fide. *Abyssus.*] Acies hostium militares. B. Theod. *Sicut occisione.*] 7. Arg. præ dolore me in ossibus interficiunt, Lat. MS. quia dolor est putredo ossium,

Sic Epod. Horat. 14.

Candide Mæcenas occidis sæpe regando.

Vel, *ossa mea confringuntur.* Vinculis captivorum, Theod. Oratio Davidis pro liberatione à Saul,

Sect. 9. *Ex Ital &c in Psal.* 42.

Libro segundo de los Psalmos. Hisp. De Israel in Babylon. Ang. MS. Seu de persecutione Saulis vel Absalom. Hisp. Ital. *Filiis Core.*] Ital. Cantores, vel Compositores Psalmi. *Effusa erat.*] In lætitiam. Ital. *L'anima mia s'è quasi liquefatta in allegrezza. Viventem Deum, vel, fontem.*] Ital. Ang. MS. *In tabernaculum mirabile.*] 2. Ang. MS. Gal. Vulg. Heb. בסך à סכה, ubi Arca erat in Sione collocata, si de persecutione Absalomi intelligatur. *Parvulo monte.*] *Petit montagne.* Gal. Ital. *Salutem faciei meæ.*] Ital. *Dinanzi à la mia faccia.* Hisp. *Ha obrado delante de mi. Canalium.*] *Tus canales.* Hisp. Ital. *De le tue pioggie. Pluviarum tuarum,* רצח.] *Un muerto.* Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 42.

Quoniam transibo.] Gr. Vulg. iterùm credo quòd transibo, ideóque quare tristis es anima mea?

Sect. 11 *Ex Syr. in Psal.* 42.

Davidis in exilio ejus redire Jerusalem cupientis. Par. edit. *Glocitat.*] Vel clamat. Syr. [illegible] דגעא. *Effundo animam meam.*] Præ dolore debilitatus sum, velut *effusa aqua*, Ezec. 7. Syr. [illegible]. *Ut transirem cum multitudine, vel, in tegumento tui roboris.* Syr. MS. בסתרך עשינא, [illegible]. Heb. בסך אדדם, sicut אדירים. sic in Exod. 15.10. *In aquis validis.* Daleth pro Resh, sicut in כידור, pro כירור, in R. Sol. Job 15. *Salutem faciei meæ.*] Syr. id est, meam. *E monte parvo.*] Syr. MS. זעורא, [illegible]. *Abyssus abyssum invocat.*] Inferior superiorem, quas duas se parat firmamentum, ideóque in lingua Persica vocatur פרדה, à פרד, *separare*, sic in Pers. Pentateuch, Constantinop. [illegible], id est, *Deus vocavit firmamentum separans, cœlos, & fuit dies secundus,* ובאחנד כורא בפרדה אסמאן דוומי. *Emissariorum tuorum.*] Vel, *Libaminum coram te effusorum.*] *Libaminum* ex aqua, Syr. דנסכיך [illegible], Canalium in Par. edit. effundebant multùm aquæ in festis (de quibus hic Psalmus) R. Levi in 1 Sam. 7. *Coram Domino effundebant aquas.* Sic Joh. 7. *Si quis sitiat, &c.* Et Ab. Ezra has aquas in meliùs interpretatur. *Vox invocat vocem.*] Par. edit. Vox aquarum, suavitèr resonantium. *Velut gladius, vel, cum fractione ossium meorum.*] Syr. [illegible] בחברא. Heb. ברצח, Beth pro Caph sæpè. *Quid tumultuaris, vel, admiraris.*] Propter diuturnitatem afflictionis. Syr. תמיהתי [illegible], Heb. תהמי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 42. Heb. Arab.* 41.

De Judæis lapsis (in infidelitatem) Arab. MS. *Cerva, vel, cervus.*] الأيل אלאיל. Arab. *Facta*

Ad vocem canalium.] Afflictiones, sicut aquæ de vertice tecti, vel ex צִינּוֹרוֹת nubibus effunduntur, Kasvenaki. *Fluctus tui.*] Dicit *tui*, ut propter peccata nostra à te immissa. *In die.*] In diebus nostris redimet nos, ideóque nil desperandum ô anima mea, Kasvenaki. *In nocte.*] In captivitate de mirabilibus Dei nobiscum & patribus nostris cantabimus, Kasvenaki. *Deum vitæ meæ.*] Ut me viventem, usque ad adventum Redemptoris sustineat. *Rupes mea.*] In præteritis temporibus. *In essibus meis.*] Quæ sunt fundamentum corporis. רצח.] Toar refertur ad gladium. *Salutem faciei meæ.*] Id est, in vita mea veniet redemptio, ut Gen. 11. 28. *Ante faciem Tera.* *Deus meus.*] Et videbunt Gentes dicentes, *Ubi est Deus tuus?*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 42.*

Filiorum Cora.] Hemanis nepotis Samuelis. Aliqui intelligunt hunc Psalmum de captivitate Babel. R. Moseh. Vel de hac captivitate. *Sicut cerva.*] Notum est, quòd inflammatur esu serpentum (SS. Chrys. Bas.) *Sitit anima mea.*] Dicit sitit, non esurit, quia aqua subitò revivificat hominem semimortuum, non sic panis, vel aliud quidvis. *Quando veniam?*] Adventum Messiæ בִּיאַת הַגּוֹאֵל exoptat. *Videbo faciem Dei.*] Ut Deut. 16. 16. *Omnes masculi tui videbunt faciem Domini.* *Cum multitudine.*] à סך חשבון. *Incedebam.*] Ut Isa. 38. 15. idem. Ben Laberat ait, אדדה, sicut ארוםם, sed ô utinam si siluisset, quia Pe non geminatur in פעל. Vel, *quando incedebam in copertum.*] Ut 2 Reg. 16. 18. *Pro Sabbato*, מסך. *Lachrymæ meæ cibus sunt.*] Lachrymæ sunt aquæ, & erant cibus ejus. *Propter salutem faciei suæ*, id est, *sui ipsius.*] Est similitudo à viro robusto cujus brachia salutem *sibi ipsi adipiscuntur*, Isa. 59. 16. Vel, *propter salutem cum facie ejus.*] עםם deficit. Vel facies ejus est auxilium suum. *A terra Jordanis.*] In deserto indies ab hisce locis ad Tabernaculum ambulabant, R. Sol. *Abyssus abyssum invocat.*] Jucundissimus erat aquarum occursus, quando ascendebant ad festa tria in anno, & gaudebant. Qui explicant hoc de afflictionibus captivitatis, non benè conjungunt id quod sequitur. *In die præcipiet, &c.* צנורות.] Id est, aquæ è montibus altis descendentes, quæ in valle abyssum faciunt, occurrentes. *Omnes fluctus tui transierunt super me.*] Aquæ istæ refrigerabant, & illum in æstate sicut fluctus marini in abundantia, quasi tegebant. Et dicit *invocat*, ut Isa. 34. *Satyrus ad socium suum invocat.* *Præcepit Dominus misericordiam suam in die.*] Quando ascendebat ad festa, Deus illos custodiebat, Kasvenaki. *Et in nocte canticum suum erat mecum.*] In nocte, quando iter faciebant, cantica precum תפלה, non ludicra cecinerunt, Kasvenaki. *Deum vitæ meæ.*] Qui eos viventes eundo & redeundo conservabat. *Niger.*] Sicut lugens. *Quare oblitus es?*] Sic videtur in hac longa captivitate. *Sicut cum gladio.*] Sic occidunt me contumeliis. R. Sol. R. David. כאילו אותי הורגים. *Salutem faciei meæ.*] Id est, meam salutem.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 42.*

Lachryma.] Implent hominem, ita ut cibum respuit, apparet in Hanna, 1 Sam. 1. *Quare luges, & non comedis?* בסך.] Id est, כמו סוכה Tabernacula אדדם.] Id est, filii ante Gentes præ pudore, quia Sanctuarium est desolatum. *Adhuc.*] Id est, pro salute futura in tertia redemptione. *Jordanis.*] Ubi erat divisio aquarum. *Hermon.*] Sinai. *Missar*] Sanctuarium. *In nocte.*] Quando Agnus Paschalis erat immolatus.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 42.*

De hac captivitate. בסך.] Id est, pauci numero ascenderunt è Babel, & omnes seniores lugentes, Ezra 3. *Tripudiantis*, חוגג.] De illis qui non videbant templum primum. *Incurvata.*] Quando in Alexandria Ægypti ab Alexandro multi Israelitæ erant occisi. *Abyssus.*] Una miseria post alteram, à Cuthæis, & filiis Ishmael ante Alexandrum. *Misericordiam.*] Per manus Simeon justi. *Occisione*, ברצח.] Id est, morbus Lethiferus in ossibus meis ex zelo natus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 42.*

Filiorum Cora.] Composuerunt Psalmos hos filii Cora, qui resipiscebant, & non erant cum patre suo absorpti, sed Prophetæ in Israele erant. *Sicut cerva.*] In defectu aquarum congregant ad cervam bestiæ, & mos cervæ est, puteolum in terra effodere, & in illo cornua sua mittere, clamando donec det Deus ex abysso aquam, Rabboth. Et ad cervam mandat Deus serpentem, ad speriendum uterum suum, qui angustior est quàm ut parturiat. תערוג.] Est vox peculiaris cervæ, ut נהם leonis, & שקק ursi, & געה bovis, Dones. תערוג Menachen confert cum Cant. 5. 13. ערוגת *ordinem Aromatum.* *Lachryma.*] In captivitate Babel. flebant Israel sicut Hanna *lugebat, & panem noluit comedere*, 1 Sam. 1. 7. *Cum multitudine.*] סך חשבון, vel curru operto, à סוכה in illis equitabant ad Sanctuarium, ut Isa. 66. פשוויאה Extra. ling. Hisp. *en el numero.* Vel, *intrà murum Atrii.*] à סכתי in 2. Hos. *Sepiam viam tuam.* *Silebam ad domum Domini.*] Silebam, quando audivi contumelias, ut Psal. 38. 13. Et addit *ad domum Domini*, donec veni illic ad vocem gaudii, tunc lætabar, Donesh. אדדם à דום. Psal. 37. 7. *Sile in Domino.* Vel, *ambulavi ex amore erga illos.*] à ידידות, Jer. 12. 7. *Dilectum animæ meæ*, Et Psal. 45. R. Menachem. חוגגים.] In Græca lingua fontes sic vocantur. Midras Agad. *Quare dejecta es?*] Repetit hoc ter, quia tria regna gravissimè opprimebant Israel, Babel, Javan, Edom. *Expecta in Dominum.*] Pro redemptione. *De terra Jordanis.*] Revocabo quasi in memoriam tuam miraculum in exciccando Jordane, & opera tua in deserto, dividendo Mare rubrum, & in Missar monte parvo Sinai, Legem promulgando. *De Hermonim.*] Propè montes Hermon, exciccabas Jordanem licet patres nostri peccâssent in Shittim, & fecissent Vitulum in Sinai, fac etiam nunc similitèr, & libera nos peccatores. צנוריך.] Extran. ling. טויש קנאלש. *Canales tui.* Hispan. *In die.*] Vespera Paschatis in Egypto. Midrash Agad. *In nocte canticum ejus erat mecum.*] In nocte quâ redemit me ex Egypto. Vel, *castrametatio sua erat mecum.*] שירה שרא in Targum, pro חנה, & in Masora duo sunt in duabus significationibus. Aliud est cum Vau שירו, 1 Reg. 4. 35.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal. 42.*

Maschil.] Vel, ad laudandum cum bono intellectu שכלא טבא. Chald. *Faciem Dei.*] Splendorem divinæ præsentiæ. *Viventem.*] Vel fortem Deum, ab איל in Psal. 73. *Robur eorum.* בסך.] Id est, in umbra, vel umbrella. [Sicut mos est Italorum & Orien-

talium,

talium, equitare & ambulare umbrellis contrà ardorem solis accommodatis.] *Confirmabam meipsum cum illis.*] In societate justorum, qui ambulabant ad Jerusalem. אדדם. à נדד. Consolari. *Revoco in memoriam tuam.*] Illos qui habitant in terra Jordanis, & in monte Hermon, & populum qui recepit Legem de monte Sinai, מצער monte parvo. *Abyssum invocat.*] Id est, sicut abyssus superior inferiorem ad vocem canalium invocat, sic חכלא *omnes tui fluctus super me transierunt. In die.*] Quando egressi ex Egypto fuimus, cantica ut in nocte habuimus.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal. 42.*

תערג.] Clamat ad Deum, ut corvini pulli teneri. Tria sunt, duo defectiv. & unum plenè, Joel 1. 20. *bestie clamant*, & duo in hoc versu. *Quando dicunt.*] Deridendo, tria sunt in Scriptura, *quando dixit Deus mihi, Congrega populum, & audire faciam eum.* Et Ezech. 36 20. *Quando dixerunt, Hi sunt Dei populus.* In Legeunum, in Prophetis aliud, & in Cethubim tertium. *Missar*, vel, *parvo monte.*] Sunt quatuor, Gen. 19. 20. *Nonne est parva?* Bis ibi. Job 8. 7. *Initium tuum sit pusillum. Sicut occisione.*] Duo sunt, Ezech. 21. 22. *Ad aperiendum os in occisione.* Derisio penetrat justi animam, ut occisio, 2 Pet. 2. de loco.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 42.*

Maschil, vel, *doctissimi filiorum Core.*] Lat. MS. sic in Psal. dicitur, *Psallat Maschil*, id est, doctissimus. *In finem.* Captivitatis Babel. Theodoret. *Sitit.*] Bibendi an lavandi causâ. S. Aug. *Cerva.*] ὄφεις καταπιὼν, Chrysost. ἰοβόλων θηρίων, Greg. Nyssen. Vel, *sicut areola preparata ad irrigationes aquarum.*] Lat. MS. ut in R. Sol. ex 5. Cant. חוגג.] Festum celebrantis, mos erat etiam Romanorum, festos dies celebrare.

Horat. lib. 2. Od. 3.

Cum vinis, unguentis, &c.
Seu te in remoto gramine per dies
Festos, reclinatum beàris.
Quà pinus ingens, albaq; populus,
Umbram hospitalem consociare amant.
Ramis, & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare rivo.
Huc vina, & unguenta, & nimium brevis
Flores amœna ferre jube rosæ.
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.

(Ut Eccl. 11. *Lætare juvenis, &c.*)

Veniam ad umbraculum, taceбо usq; ad domum Dei.] Lat. MS. ut in R. Sol. Vel, *transibo in locum tabernaculi.*] Ut Isa. 66. Mulorum curribus vecti in reditu captivitatis, & pileis tecti, Theod. *Post te ô Deus.*] Ut adimpleas promissum tuum. 1. Arg. *Fudi animam meam ut incederem in tabernaculum*, בסך.] Gr. & ut ducerem eos usque ad domum Dei. 2. 3. Arg. *Propter salutem faciei.*] Quà tam frequenter servavit me. 4. Arg. *De terra Jordanis.*] Orabo ad te in exilio, & latibulis meis extra Canaan, & revocabo in memoriam promissum tuum de regno. 5. Arg. Vel, de Baptismo in Jordane, S. Aug. *De monte minimo.*] Lat. MS. in quo refugium reperi, te laudabo. Vel, *de terra.*] Patetur terræ memoria excutit mihi lachrymas, Theod. *Precipiet.*] Et liberabit me. 6. Arg. fide. *Abyssus.*] Acies hostium militares. B. Theod. *Sicut occisione.*] 7. Arg. præ dolore me in ossibus interficiunt, Lat. MS. quia dolor est putredo ossium,

Sic Epod. Horat. 14.

Candide Mœcenas occidis sæpe rogando.

Vel, *ossa mea confringuntur.* Vinculis captivorum, Theod. Oratio Davidis pro liberatione à Saul,

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 42.*

Libro segundo de los Psalmos. Hisp. De Israel in Babylon. Ang. MS. Seu de persecutione Saulis vel Absalom. Hisp. Ital. *Filiis Core.*] Ital. Cantores, vel Compositores Psalmi. *Effusa erat.*] In lætitiam, Ital. *L'anima mias' è quasi liquefatta in allegrezza. Viventem Deum*, vel, *fontem.*] Ital. Ang. MS. *In tabernaculum mirabile.*] a. Ang. MS. Gal. Vulg. Heb. סכה à סך, ubi Arca erat in Sione collocata, si de persecutione Absalomi intelligatur. *Parvulo monte.*] *Petit montagne.* Gal. Ital. *Salutem faciei meæ.*] Ital. *Dinanzi à la mia faccia.* Hisp. *Ha obrado delante de mi. Canalium.*] *Tus canales.* Hisp. Ital. *De le tue pioggie. Pluviarum tuarum*, רצח.] *En muerte.* Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 42.*

Quoniam transibo. Gr. Vulg. iterùm credo quòd transibo, ideòque quare tristis es anima mea?

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 42.*

Davidis in exilio ejus redire Jerusalem cupientis. Par. edit. *Glocitat.*] Vel clamat. Syr. ܢܓܥܐ.

רגעא. *Effundo animam meam.* Præ dolore debilitatus sum, velut *effusa aqua*, Ezec. 7. Syr. ܘܐܬܢܫܦܬ.

Ut transirem cum multitudine, vel, *in tegumento tui roboris.* Syr. MS. בסתרך עשינא, ܒܣܬܪܟ ܥܫܝܢܐ ܘܐܕܒܪ ܐܢܘܢ ܠܒܝܬܐ ܕܐܠܗܐ.

Heb. אדירים, sicut בסך אדדם. sic in Exod, 15. 10. *In aquis validis.* Daleth pro Resh, sicut in ביודר, pro בידור, in R. Sol. Job 15. *Salutem faciei meæ.*] Syr. id est, meam. *E monte parvo.*] Syr. MS. ועזרא, ܡܢ ܛܘܪܐ ܙܥܘܪܐ. *Abyssus abyssum invocat.*] Inferior superiorem, quas duas se parat firmamentum, ideòque in lingua Persica vocatur פרדה, à פרד, *separare*, sic in Pers. Pentateuch, Constantinop. وخدا كرد بفرحة آسمان توبوهى, id est, *Deus vocavit firmamentum separans, cœlos, & fuit dies secundus*, ובאחנר כירא בפרדה אסמאן דווימי. *Emissariorum tuorum.*] Vel, *Libaminum coram te effusorum.*] *Libaminum* ex aqua, Syr. ܕܢܣܟܝܟ, רנסביך. Canalium in Par. edit. effundebant multùm aquæ in festis (de quibus hic Psalmus) R. Levi in 1 Sam. 7. *Coram Domino effundebant aquas.* Sic Joh. 7. *Si quis sitiat, &c.* Et Ab. Ezra has aquas irmelius interpretatur. *Vox invocat vocem.*] Par. edit. Vox aquarum, suavitèr resonantium. *Velut gladius*, vel, *cum fractione ossium meorum.*] Syr. ܒܚܒܪܐ, בחברא. Heb. רצח, Beth pro Caph sæpè. *Quid tumultuaris*, vel, *admiraris.*] Propter diuturnitatem afflictionis. Syr. ܬܡܝܗܬܝ, תמיהתי,

Heb. תהמי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 42. Heb. Arab. 41.*

De Judæis lapsis (in infidelitatem) Arab. MS. *Cerva*, vel, *cervus.*] אלאיל الايل. Arab. *Facta*

 sunt

ſunt cum cibo meo lachryme.] Arab. صارخ צרח. *Sitit anima mea.*] Pro reſtauratione, ut Rom. 9. *Optarem eſſe anathema —— pro Judais. Incedebam ad Tabernaculum mirabile.*] Gr. Arab. *Tabernaculum Dei, cum* vel, *in hominibus.* Et 1 Joh. ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. *Effudi,* vel, *voluit anima, ut incederem in Tabernaculum velaminis.*] Arab. Tabernaculum ex cortinis factum, ut 2 Sam. 7. *Arca Dei habitat inter cortinas.* Arab. فهويت نفسي لن انطلق פהוית נפסי אן אנטלק פי. في مظلة الشتر מטלת אלסתר. Et dicit, *Effudi animam,* ſcil. præ nimio deſiderio, ut in Pſal. 62. *Effundite corda veſtra, &c. In me,* vel, *quare conturbas me?*] Arab. تقلقيني תקלקיני, ut à חלק, dividere animam, μεριμνᾶν. *Faciei ſue,* vel, *mea.*] Arab. وجهي וגהי. *Miſſar,* vel, *parvo monte.*] Gr. Arab. Neb. Rom. الجبل الاصغر אלגבל אלאצער, id eſt, recordor mirabilia tua in hiſce locis in monte Sione, πέραν ἰορδάνου, Mat. 19. & in Galilea. *Voce canalium,* vel, *potentie tua.*] Arab. Potentia in nubibus, بصوت قدرتك בצות קדרתך. *In infirmitate oſsium meorum opprobrie affecerunt me,*] Arab. Quando oſſa mea ex jejunio infirma erant, & ex morbo. Arab. عيروني وعندوهن.

1 *Pſalmus David. XLII.*
Heb. XLIII.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.
2 *Quia tu es Deus fortitudo mea : quare me repuliſti? & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?*
3 *Emitte lucem tuam & veritatem tuam : ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.*
4 *Et introibo ad altare Dei : ad Deum qui lætificat juventutem meam.*
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus :
5 *Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?*
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Sect. 1. *Ex R. David. in Pſal. 43.*

Iudica me.] Eſt de captivis, ut prior Pſalmus. *Argue cauſam meam.*] Quia ego non ſum ad arguendam eam ſatis idoneus. *A crudeli gente.*] Chaldæorum. Cod. Crem. ſi eſſent pii, dicerent quod veritas eſt nobiſcum, & non cum illis. *A viro doloſo.*] Ab unoquoque viro qui eſt non ſolùm crudelis, ſed fraudulentus. לָמָה.] Prior eſt lenis, & accentus in ultima, poſterior cum Dages, & accentus in penult. *Lucem tuam.*] Salutem, oppoſ. ad illud *tenebras,* in quibus nigri ambulabant. *Veritatem tuam.*] Quia recolligere nos ab omnibus Gentibus promiſiſti. *Ad altare.*] Ad offerendum ſacrificia, ut in principio. *Lætitiam gaudii.*] Ipſe eſt caput mei gaudii, ad Hyperbolen gaudii indicandum duplicatur, ut *Rex regum, Vanitas vanitatum. Deus meus.*] Omnes ſic confitebuntur, & eò magis quod me in captivitate non abalienavit.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Pſal. 43.*

Natione impiâ.] Quâ ego ſanctior ſum, ut Hab. 1. *Qui eſt ſanctior illo. A viro doloſo.*] Rege nationum, vel quolibet homine. *Emitte lucem tuam.*] Oppoſit. ad illud, *Ego incedo niger. Veritatem tuam.*] Oppoſit. ad illud, *Viro doloſo. Ducant me.*] Reſpond. ad illud, *Incedo niger. Ad habitationes tuas.*] Atria in domo tertia. בבית שלישי. *Spera in Deo.*] Iſraelem per Spiritum ſanctum alloquitur. *Gaudium,* גילי, id eſt, *ætatis meæ,* vel, *ordinis.*] Ut in Dan. 1. *De veſtra ætate.* idem.

Sect. 3. *Ex Midraſh Tillin in Pſal. 43.*

Lucem & veritatem.] Chriſtum & Eliam, ſicut in prima redemptione miſit Moſen & Aharonem.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Pſal. 43.*

De redemptione à captivitate prædicta. *Veritatem.*] Eliah. *Salutem faciérum.*] Quam ego coram facie ejus in oratione mea intueor.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Pſal. 43.*

De gente impia.] Edom, crudeli ergà Iſrael in captivitate. *Viro doloſo.*] Eſau. *Lucem tuam.*] Chriſtum, ut Pſal. 132. 17. *Lucem pro uncto tuo. Veritatem tuam.*] Verum Prophetam, Eliam. *Laudabo te.*] Poſt reditum & ædificationem Templi. Non eſt in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Pſal. 43.*

Tabernacula tua.] Domos Midraſh. *Gaudium petitionis meæ.*] גילי à גלל volvere, ut Pſal. 37. *Volve in Dominum, &c.* Vel, *gaudium ſpei meæ,* ut Pſal. 37. ib. Vel, *illuminationis meæ,* ut Pſal. 119. *Revela oculos meos. Faciei meæ,* vel, *ſuæ.*] Id eſt, ſalute à facie ſua derivata.

Sect. 7. *Ex Maſora in Pſal. 43.*

Quare.] לָמָה. Tria ſunt lenia, Pſa. 41. 9. Job 7. 20. *Quare poſuiſti me?* Et omne Lammah eſt lene cum accentu in ultima, excepto uno in Job 7. 20. Et eſt ſemper cum Dages, & accentu in penult. ſi jungatur cum literis אהע. Lene eſt cum accentu in ultima, & quinque de generali regula exeunt, ut לָמָה הצירו, & Jer. 15. 18. Pſal. 49. 5. 1 Sam. 28. 15. & *quare lugerem, &c.* Et omne junctum cum cæteris literis eſt Dageſhatum, exceptis tribus prædictis. *Laudabo te.*] אודך pro inſtructione tua, ut Pſal. 32. 8. *Docebo te,* אודך. *Quare triſtis es?*] Tria ſunt & in negotio vel ſectione. ג׳ ובענין. Duo alia ſunt in Pſal. 42. 5, 11. Sic *confide* ter repetitur hic, & in Pſal. 42. 5, 11. Myſterium eſt in numero Trino.

Sect. 8.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 43.*

Sine titulo, tanquam eundem cum priori sensum habens, Theodoret. *Crudeli natione.*] Nempè, Israel persequente Davidem cum Saul, ut Ezec. 2, 3. *Ad nationes rebelles*, id est, Israel. 1. Arg. *Lucem.*] Salutarem Dei in terra conspectum (ut Psal. 27. *Lux mea*) Theod. *Veritatem.*] Ut judicet Babylonios, Theod. *Ad altare.*] Ad laudandum. 2. Arg. à Judæis, prisci Ethnici mutuati sunt Altaria de terra, vel saxo facta, sacrificia, libamina, &c.

Horat. lib. 1. Od. 19.

Hic vivum mihi cespitem
(ut super eum sacrificet) *hic*
Verbenas pueri ponite, thuraq;
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

Et Od. 15. lib. 4.

Nosq; & profestis lucibus, & sacris,
Rite Deos prius apprecati.

Persæ verò nec statuas, templa, aut aras exstruunt, [quia non putant Deos (ut Græci) esse ἀνθρωποφυέας—] licet soli Lunæ & Elementis sacrificent. Herod. Clio. *Ad Deum lætitia* (cordis) *& exultationis meæ.*] Lat. MS. ore.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 43.*

Lucem tuam.] Id est, veritatem, prout sequitur in Ital. *Ad altare.*] Ad sacrificandum & laudandum te pro liberatione. Ital. Ann. quia antequam Templum erat ædificatum, extranei etiam altare circumdabant, ut Saul & David, 1 Sam. 13. R. David. R. Levi, excelsa erant licita.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 43.*

Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.] Vul. Gr. גילי, quia juventus est tempus lætissimum totius vitæ, & dies senectutis sunt mali, ut Eccles. 12. 1. *Antequam veniant dies mali, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 43.*

Quando Jonathan dixit, quòd Saul quærebat animam Davidis; contemnit etiam Judæos. Par. edit. *A gente immisericordi.*] Syr. Saulitis, vel Judæis. *Fraudulentis.*] Phariseis. *Lætitiam ætatis meæ.*] Tunc David erat juvenis, 1 Sam. 17. עלם. & sic Christus, Syr. טליותי ܛܠܝܘܬܝ, Heb. גילי, sic Dan. 1. 10. *Vestræ revolutionis*, vel, *ætatis*. *Lucem tuam.*] Lucem Evangelii, ut Luc. 2. *Lux Gentium, &c.* Syr. ܘܡܫܟܢܟ. *Habitationem.*] In cœlis.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 43. Heb. Arab 42.*

Oratio pro Judæis lapsis. Arab. MS. *Æquitatem.*] Vindictæ tuæ in hostes meos, & *lucem* salutis, ارسل عدلك, ארסל עדלך. Vel, *lucem tuam.*] Illumina oculos Judæorum qui obscurantur, ut Rom. 11. *Et veritatem.*] Quia dona Dei χαρίσματα sunt immutabilia, Rom. 11. *Lætificantem juventutem meam.*] Arab. لشبيبي גילא in Dan. 1. Vel, quia juventus est ætas lætitiæ. *Salvatori faciei mei.*] Id est, meo Salvatori.

---

1 *In finem, Filiis Core, ad Intellectum.*
XLIII. Heb. XLIIII.

2 *Deus auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis.*

Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

3 *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos:*

4 *Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos:*

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.

5 *Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Jacob.*

6 *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.*

7 *Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non salvabit me.*

8 *Salvasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti.*

9 *In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sæculum.*

10 *Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris.*

11 *Avertisti nos retrorsùm post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.*

12 *Dedisti nos tamquam oves escarum: & in gentibus dispersisti nos.*

13 *Vendidisti populum tuum sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.*

14 *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro.*

15 *Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.*

16 *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.*

17 *A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.*

18 *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo.*

19 *Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua.*

20 *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.*

21 *Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum.*

22 *Nonne Deus requiret ista? ipse enim novit abscondita cordis.*

Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.

23 *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.*

24 *Quare*

24 *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris*
inopia nostra & tribulationis nostra?
25 *Quoniam humiliata est in pulvere anima*
nostra: conglutinatus est in terra venter noster.
26 *Exurge Domine, adjuva nos: & redime*
nos propter nomen tuum.

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.44.*

A*uribus audivimus.*] Loquitur de filiis captivitatis, qui à patribus suis successivè didicerunt quomodo, Deus per manum propriam, & non eorum gladium Cananæos debellavit. ירך.] Beth deficiens. *Plantavisti.*] Sicut plantæ in seculum permansuræ. לאומי'.] Lamed servile, ab אומי', in Psal.117.1. *Interemisti.*] Gladio, à שלח, Job 36.12. *Dexterâ tua.*] Quia per eam prælia & opera facta sunt. *Lumen vultus.*] Salus, ut Psal.27.1. *Lux mea. Rex meus.*] In singulari in persona singulorũ, & aliquando in plurali in persona generum. *Deus.*] Vel Judex veritatis, qui judicâsti patres nostros. *Pracipe salutem.*] Sensus est, ut in Psal.91.11. *Pracipiet angelos de te. Conculcabimus.*] Per tuum auxilium, licet in eorum manu simus captivi. *Cornupetemus* ננגח. Ut in Deut.33.17. *In arcu meo.*] In mea potentia. *Pudori.*] Quia irrita fecisti eorum proposita, qui dicit se facturum quod non potest, erubescit. *In Deo.*] Coram inimicis nostris prædicantes, quod Deus noster nos liberabit, ut *tres pueri* in Dan.3. *Salvâsti nos.*] In hac captivitate Babylonica. *Alienâsti nos.*] Salus longè est à nobis, quia nos sumus contumeliis ab inimicis expositi, qui dicunt, *Ubi est Salvator vester?* Cod. Cremon. *Cum exercitibus nostris.*] Ut ex captivitate Babel nos educas, sicut coram hostibus sumus gloriati. *Reverteris nos retrè.*] Quando conveniunt ut nobis noceant, non est in manu nostra ut resistamus. *Spoliant sibi,* למו.] Id est, spoliant nos propter seipsos. שסו.] Ex quiescent. Lamed cum accent. in penult. propter verbum למו adjunctum, quod est cum accent. in penult. *Sicut oves cibi.*] Sumus Gentium multarum cibus, גוי רבי'. Non est in Cod. Cremon. *Vendis populum tuum.*] Sicut res vendita non redit, sic nos reditùa in patriam nostram sumus desperabundi. *Pro nihilo.*] Alii pretio vendunt venalia, sed non est tibi opus auro & argento, omnia tua sunt, Kasvenaki. *Parabola.*] Quando contingit res vilissima; Babylonii pro similitudine Judæorum hac abutuntur. Cod. Cremon. מתנקם.] Id est, qui *vindictam* in nos quærit, quasi illum injuriâ affecerimus. *In locum Draconum.*] Gentes crudeles, nempe, Babelitas. Cod. Cremon. qui vivunt prosperè. *Umbra mortis.*] Captivitate, ut in Psal.23. *Nomen Dei nostri.*] Non in cogitatione Dei nostri obliti sumus, nec deos Gentium licet in prosperitate sint, adoravimus. *Scrutatur hoc.*] Novit corda nostra, si abnegavimus fidem suam. *Expandimus manus nostras.*] Non per coactionem על יד הברח, potiùs morti traditi sumus. *Sicut oves mactationis.* Præparatæ non ad pascua, sed ad mactandum. *Quare dormis?*] Quando non respondis & eripia nos, quasi dormis. *Incurvata est anima nostra.*] Propè est, ut expiret. *Venter noster adhæret terra.*] Qui cadit & se in manus suas sustentat, manu lapsâ, ecce, *Venter ejus adhæret terra. Propter misericordiam.*] Non propter opera.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal. 44.*

Filiis Cora.] Remotis, non proximis filiis. *Enarraverunt patres nostri.*] Qui amant filios suos, & veritate solummodò eos imbuunt, sic Psal.78.2,3.&c. *Manu.*] Plagâ tuâ Beth deficit, & mos est præteritorum carere Beth. *Precipe salutem Jacobo.*] Pro filiis Jacobi, sicut pro Jacobo, Gen.48.16. *Angelus qui redemit me. &c. Conculcabimus.*] Sicut *lutum platearum*, ut Zac.10.5. *Non confidam in arcu.* Ante collocuta est tota Ecclesia, nunc *vir roboris* in ea. *In Deo fuimus gloriati toto die.*] Id est, patres nostri, vel nos laudavimus nosmet, quia pro rege nostro Deum fuimus nacti. *Revertere nos facis,*] Mittis terrorem in corda nostra ad fugiendum לברוח, & nos sicut patres nostros haud adjuvâsti. אף.] Id est, באף, In ira alienâsti nos ait Jerusalemi, sed non rectè, quia tunc Aleph esset cum Cametz. *Sicut oves.*] Aliqui occisi, dispersi alii, & venundati gratis. *Non multiplicâsti pretium eorum.*] Sed vendis omnes æquali pretio, Magnates & inferiores pro re nihili, & sic sumus inter Gentes despicabiles. *Confusio mea.*] Unumquodque membrum congregationis sic lamentatur. *In locum Draconum.*] Mare afflictionum, ut Psal.74.13. *Draconum*, vel, *Balanarum in aquis.* תנים, Mem pro Nun, ut הימין Dan.12.&c. *Umbrâ mortis.*] Aquis obscuris maris, loco balænarum. Vel in Eremum, ubi non sunt incolæ. *Si obliti essemus.*] Respond. ad illud in ver.17. *non obliti fuimus. Manus nostras.*] Ver.20. Respond ad illud, *gressus nostri non declinaverunt, &c. Quare dormis?*] Sic opinantur Gentes, & dicunt hostes tui *dormit*, ut in 1 Reg.18. Eliah de Baale dixit. *Anima nostra.*] Rationalis. *Venter.*] Corpus הגוף est conditio dolenda, quòd anima è supremis cœlis infusa, ad terram deprimeretur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.44.*

Patres nostri.] Filii Core non videbant miracula Dei, sed in persona sequentium generationum prophetias scribunt.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.44.*

Oratio pro redemptione, &c. *Draconum.*] Sunt terræ nationes, ut in Isa.27.1. *Draconem in mari,* id est, Regem, Targum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.44.*

Filiorum Cora.] Qui prævidebant captivitatem & desolationem templi, & in lingua congregat. istius temporis loquuntur. Agaddah Tillin. *Etiam alienâsti nos.*] Id est, si abalienares, & probris nos afficeres, attamen nomen tuum semper confitebimur. Non est in MS. *Locum Draconum.*] Quasi in desertum, ubi solent esse Dracones, ut Isa.13.22. *Dracones in palatiis suis.*

Sect.6. *Ex Chald. in Psal.44.*

Gentes.] Cananæos. *Pracipe salutem.*] In hoc tempore. *Non egrederis.*] Non habitas inter nos. *Expandimus manus.*] In oratione בצלו.

Sect.7. *Ex Masor. in Psal.44.*

O Jacobe.] Id est, Deus Jacobi, ut Psal.24.6. *Faciem tuam Jacobe*, id est, Deus Jacobi. *Pracipe.*] Tria sunt, Jos.4.16. *Pracipe Sacerdotibus*, 1 Reg.5.6.

Pracipe

Pracipe ut exscindant Cedros. Præcepta oralia de Arca ad Sacerdotes, ficut ad Mosen, Num. 7. ult. erant reddita. *Non exis cum exercitibus.*] Quasi esses captivus, sex sunt sic conjuncta, 1 Reg. 2. 36. *Non exibis huc & illuc.* De Shimei, Ezech. 3. 25. *Mittent vincula in te.* Et בצבאתינו, & Psal. 60. 10. & socius ejus, Psal. 108. 11. *Adversarius.*] Qui vindictam suam in Deum per verba sua effundit. Duo sunt in Psal. 8. 2. *Secreta cordis.*] Duo sunt, Job. 11. 6. *Secreta sapientia*, κατάδυσις est sapientia arcana. *Evigila.*] Ad exaudiendum, & pro nobis operandum. Tria sunt, Hab. 2. 9. *Muto lapidi evigila.* Psal. 59. 6. *Exurge ad visitandum. Adharet pulveri.*] Propè mortem. Duo sunt, Psal. 119. 25. idem.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 44.*

De ferino animo Antiochi. Theodoret. *Victori.*] Ad hunc morem Poëtæ Græci incipiunt Odas suas; Pindarus in Olimpiis, Pithiis, Nem. & Isthmyis, Pancratiastis, Pentathlis, Victori curru 1. Pyth. ἀγωνίᾳ & in fine

τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἀέθλων εὖ δ᾽ ἀκούειν
στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

Sors prima vitæ vincere & altera
Hymnus mœrentem grandiloquis cani,
Utrumq; nactus tempora ingens
Siderea religat corona.

Cornu.] Potentiæ tuæ, ficut Josue subvertebat Canaan, 1. Arg. à pari. *Laudabimus.*] 2. Arg. ab eff. *Sicut oves in cibum.*] In decem persecutionibus Christianorum, ut Rom. 8. 36. Nero, Leo crudelis, occidit sanctum Paulum, quando apparuit vice secundâ coram eo, 2 Tim. 4. Euseb. etiam fecit ut Christiani induerentur pellibus ferarum, & tunc misit canes in eos, in hortis suis comburebat illos nocte, ut ignis sit vice luminis. Diocletianus ædificabat Thermas suas (quarum vestigia semidiruta adhuc videntur) per Christianorum labores 14. ann. & posteà occidit eos omnes, ita ut præfecti operis nefandi fatigati erant occidendo, & cessabant, Eusebius. *Sine pretio.*] Ut Isa. 50. *Venditi estis iniquitatibus vestris.* Et Isa. 52. *Gratis. Non est multitudo.*] Non multum eorum pretium fecisti, Theodoret. *Pro nihilo.*] Contrà morem, ficut in Italia Livorni, & alibi sub jurisdictione magni Ducis & aliorum Principum Christiani & Turcæ venduntur pro pretio non parvo. *Non sunt multitudo in jubilationibus.*] Quando fugiebant Christiani non multi simul pro more cantabant. S. Aug. *Non magnificas populum tuum.*] Quia nihili constant, ideò viles reputantur ab adversariis, Chrysost. 3. Arg. *Si obliti fuimus.*] De Machabæis, & septem juvenibus, &c. B. Theodoret. *Si expandimus manus ad Deum alienum.*] In decem persecutionibus Christiani noluerunt adorare Jovem, vel Martem (in Scripturis Baal. R. Levi.) Solem vel Lucinam, id est, Lunam. S. Laurentius erat assatus, & craterem adhuc nobis monstrant, ut aiunt in Ecclesia Sancti Laurentii extra portam Esquilinam Romæ. Et Ignatius in Amphitheatro Titi (nunc *il Colosseo*) feris objicitur cum multis aliis, quia noluerunt Idola adorare. Et Origenes propter incensum erat excommunicatus. Alii fugiebant in desertum locum Draconum; alii delitescebant in locis subterraneis, ut adhuc videtur propè Eccles. Sancti Sebastiani, extra portam Sancti Pauli Romæ Crypta subterranea, vulgò *Cemiterio di Calisto*, & *stantie di Christiani*, ubi sepulti sunt Christiani innumerabiles. Vid. Roma soterranea. *Locum Draconum.*] Κακώσεως. Gr. Chrys. σειρῆνας alii, in Apoc. 12. *Draco stetit ad devorandum filium ejus.* Et in ver. 7. *Pugnabat Draco*, quibus locis indicat, Ethnicos persecutores ut exponunt aliqui. Preces Ecclesiæ pro liberatione à 10. persecutionibus.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 44.*

De persecutione sub Antiocho. Ang. MS. Reg. & An. MS. Em. Coll. Cant. sive vox Martyrum & Apostolorum. Vul. MS. quarto Trin. Coll. Cant. Hisp. *à la Iglesia en todos ti empos.* Ital. *Da i Philistai. Non augmentâsti pretium.*] Sicut mos est vendentium sed accepisti pretium primò oblatum. Ital. *Draconum.*] Seu lamentationum. Ang. MS. à תנה lamentare; in Judic. 11. aut ubi habitant homines similes Draconibus in crudelitate. Ital. *Simili in crudeltà.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 44.*

Non fuit multitudo in commutationibus eorum.] Vulg. Gr. ἀλλάγμασι, Æthiop. vel ἀλλάγμασι, Diodorus, id est, non erant multi, qui voluerunt redimere eos, etiamsi tam vili pretio obtulisti eos, sic Deut. 28. *Nec erit qui emet*, ver. ult. Vel, *non feneràsti in commutatione eorum.*] Lat. MS. *Et declinàsti semitas nostras.*] Vulg. Gr. ut in Isa. 63. *Quare fecisti nos à timore tuo declinare.*] Id est, quando vidimus prosperitatem impiorum, & nostram adversitatem sentimus, R. David.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 44.*

Filiorum Korah, quem cantabant populi cum Moseh in Horeb. Par. edit. nobis verò Trophæum, idem. *Qui præcepisti salutem Jahacobi.*] Syr. tempore præterito, in Gen. 28. quando fugiebat à fratre ejus, tu conservabas eum, ut Gen. 48. *Angelus qui custodiebat me, &c. Nunc rejecisti nos.*] Syr. השנא [illegible] Heb. אף. Vel, quanquam rejecisti nos, tamen supra omnes deos te laudabimus. *Non augmentâsti pretium eorum.*] Secundùm eorum dignitatem, [illegible] [illegible], Syr. *In loco Draconum.*] Id est, fecisti ut essemus in Eremo exules solitarii, & ejularemus velut Dracones deserti. Vel, *in loco tristium.*] Par. edit. [illegible] חניא à תנא, quia propter te quotidiè sumus interfecti. Syr. [illegible] [illegible], *Expergiscere*, vel, *recordare*, *& ne oblivisceris.*] Syr. ut in Deut. 25. *Memento, ne obliviscere.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 44.*

Heb. Arab. 43.

Plantâsti, vel, *plantam eorum destruxisti.*] Arab. وغرستهم [illegible] à ודורזם תוד. *Præcipe*, vel, *qui præcepisti salutem Jacobi.*] Arab. quando ab Esavo, vel Labane fugiebat, الذي [illegible] *In locum Draconum*, vel, *fabularum.*] Fecisti nos proverbium. Arab. وعبر [illegible], Heb. à תנות in Judic. 11. *ad confabulandum*, Idè. *Conculcabimus*, vel, *spernemus.*] Arab. نهين Heb. à בוז Samech pro Zain. *Vendis pro nihilo.*] In Deut. 28. ult. *Sed nullus emebat*, licet venales seipsos exhibebant. *Non multiplicâsti pretium*

tium, vel, *numerum eorum diminuisti.*] Arab. واقللت كثرة عددهم, sed numerosa propago est honor Gentis. *Motus capitis*, vel, *illusio capitum Gentium.*] Arab. الأروس, id est, Principes derident nos.

1 *In finem pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto,*
XLIV. Heb. XLV.

2 *Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.*
Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

3 *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.*

4 *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime,*

5 *Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende, prosperè procede, & regna.*
Propter veritatem & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

6 *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.*

7 *Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis virga regni tui.*

8 *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.*

9 *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te.*

10 *Filiæ regum in honore tuo.*
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

11 *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.*

12 *Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

13 *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.*

14 *Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis,*

15 *Circumamicta varietatibus.*
Adducentur regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi.

16 *Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis.*

17 *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.*

18 *Memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione.*
Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 45.*

S*uper Shoshannim.*] Nomen instrumenti. Vel de Messia. Kasvenaki. *Canticum amorum.*] Domini ad Christum suum. *Movet cor meum.*] Cor est verborum scaturigo, מרחשן שפותיה in Rabboth. Labia movent se, & motus cordia est verbum mentis, quod non auditur, donec labiis exprimatur. Non est in Cod. Cremon. Kasvenaki. *Scriba velocis.*] Qui scribit sine mora, sic est mea lingua volubilis. *Pulchrior.*] Video te omnibus in forma tua pulchriorem. יפיפית.] Duplicatur ad corroborandum, ut אדמדם. *Benedixit tibi.*] Quia invenisti gratiam in oculis omnium. *Femur*, ירך.] Aliquando ligant gladium etiam super lumbos, 2 Sam. 20. 8. de Joabo quandoq; super femur ירך, ut Ehud, Judic. 3. 16. *Gloria tua & majestas.*] Id est, gladius erit tua gloria, & licet dies Christi sint pax, tamen in bello Gogi incipient. ideò dicit, *Cinge gladium, &c.* Adoni Abi, R. Jos. Cimchi exponit hoc per similitudinem. *Cinge sicut gladium gloriam tuam.*] Eam homines sicut gladium potentis pertimescunt. *Equita super verbum —— mansuetudinis.*] Quando coram inimicis equitat, non erit cum superbia, sed *mansuetudine* se gerit, ut Zach. 9. *Equitans super Asinum.* *Prospera*, vel, *transeat.*] 2 Sam. 19. 39. *Transierunt Jordanem*, idem. *Gladium.*] In Derash Rabboth. de præliis Legis. Non est in Cod. Cremon. ענות pro ענוה, cum Tau, quia est conjunctum, vel, sicut אחוה, & deficit Vau in צדק. *Docebit te.*] Terribilia manus tua in inimicos perficiet. *Populi cadunt subter te.*] Et coram te caput non elevabunt. *Inimicos regis.*] Id est, tuos, sed in ejus honorem dicit *Regis*. Kasvenaki. [Sic Italorum mos est dicere *Signior mio, &c.* Dominus meus hoc vel illud faciat.] *Cadent.*] יפלו, ad superiorem & inferiorem partem versus connecte, id est, *sagittæ cadent in corda inimicorum*, cum Sheva & Athnachta, ut colligatur sensus hoc modo. *Sceptrum justitiæ.*] Ideóque thronus tuus erit in æternum. *Thronum tuum Deus stabiliet.*] Sic legunt aliqui. *Oleo lætitiæ.*] Quia totus mundus in unctione Christi, & ejus missione lætabitur. *Super*, vel, *à sociis tuis.*] Id est, quando è numero sociorum & fratrum tuorum ad regnum te extollent. *Myrrhâ.*] Aliqui dicunt Musc. מישק, alii succus arboris odoriferæ in Arab. לובני: *Aloe.*] In Arabico Amber. עמבר. *Cassia.*] In Arab. Sandal. סנדל. *Vestimenta tua sunt Myrrha.*] Odorem, redolent gratissimum, quasi essent Myrrha ipsa, &c. *Ex palatiis eburneis.*] Hæc vestimenta illic reposita, & ex illis educuntur, nec mirum, quia Ahab edificabat palatium eburneum. *Ex quibus lætum te faciunt.*]

faciunt.] Nam in palatio pulcherrimo cor lætitiâ dilatatur. Aliqui exponunt totum hoc de operibus bonis allegoricè. *Filia regis sunt inter honorandas tuas mulieres.*] Omnes reges, ut filias suas Messiæ in uxores elocent, lætabuntur, sicut rex magnus habet reginam & concubinas, similitèr totus mundus adamabit Christum. ביקירותיך Coph cum Dagesh, & Hiric in Beth. *Regina.*] Ex Israele, המלכה מישרא', quia Israel sunt cognati ejus, regina est ad lectum suum assiduè separata, sed concubinarum quælibet in tempore suo, quando mandabit Rex, ideò vocatur regina שגל, à ושגלנה, Ester 2.12. *Quando cujuslibet virginis sors venit, vespere intrabat, mane redibat ad domum concubinarum, ubi manebat donec vocata erat nomine.* Non est in Cod Cremon. *Ausculta filia.*] Loquitur qualibet ex filiis regum prædictis, non cum *Regina*, quæ est ab illis discriminata. Kasvenaki. *Vide.*] Visu oculi. *Dominus tuus.*] Et alium præter illum non habebis, licet ex alieno sis populo. *Filia Tyri.*] Congregatio Tyriorum adducet munus ad uxorem Messiæ, in Cod. Cremon. ad Messiam, לך. Et dicit *filia*, ut *filia Sionis, Edomi, &c.* Et meminit *Tyri*, quia propè est Jerusalem. *Divites.*] Ex omni populo. *Faciem tuam.*] פניך in fœminino, quia singulas filias regum, uxores Messiæ alloquitur, quæ propterea in tanto honore habentur. *Gloriosa intùs.*] Id est, in palatio regis vestimenta ejus sunt gloriosa. *Adducentur ad regem.*] Singulæ prædictæ filiæ cum virginibus ministrantibus, quando placet Messiæ, ut in Est. 2.14. *Quando placuit Ahasuerus. à domo mulierum ad regium palatium.* Aliqui exponunt hæc omnia per similitudinem. & *Regis filiæ* sunt Gentes terræ, האומות Messiæ subditæ; Israel est Regina. *Ausculta filia.*] Sit Christo subjugata quælibet natio. *Virgines.*] Omnes Gentes sunt quasi virgines quæ viro sunt destitutæ, id est, legem non habent, legémque Christi, & septem mandata filiorum Noachi recipiunt, Gen. 9.4. Non est in Cod. Cremon. *In loco patrum.*] Tu ô Christe es Rex & post te filii tui successivè nomen tuum continuantes, Kasvenaki. *Principes terræ.*] Filios in thronum tuum, reges mundi constitues. *Nomen tuum.*] In quolibet sæculo commemorant, adventum ejus orando, expectantes. *Laudabunt te.*] Pro rege, quia regno quod non habet in terra simile, potitus es.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal. 45.*

Shoshannim.] Initium poëseos. *Opera mea*, מעשי.] Canticum meum quod feci. *De rege.*] Christo filio Davidis, ut Ezech 34.24. *Servus meus David erit rex.* יפיפית.] Duplex, ad indicandam pulchritudinem faciei & corporis, ut חשגשי, quia quando Pe & Ain duplicantur, est per excellentiam, non sic Ain & Lamed. *Gratia est effusa.*] Spiritus gratiæ & prophetiæ. Vel, sermo tuus est gratiosus. *Sicut potens.*] Caph deficit. *Est gloria & majestas tua.*] Sic esse, & hic meminit potentiæ, sicut anteà sapientiæ suæ, formæ, & sermonis. *Equita cum veritate, mansuetudine, & justitiâ.*] Hæc tria ore tuo uniuntur. צלח.] Id est, egredere, ut Amos 5.6. *Ne egrediatur sicut ignis.* *Dextera tua ejaculabitur terribilia.*] Et meminit *sagitta* in prox vers à ירה R. Joseph, à ויורם, nisi quod sumitur in malam partem in Psal. 64. Vel, docebit alios de te terribilia. Vel, justitia docebit te facere (תורה à לעשות) terribilia prælia per dexteram tuam, Targum. *Sagitta tua.*] Meminit *arcus & gladii*, & nunc *sagittæ*, ad indicandam victoriam Christi. *Thronus tuus est thronus Dei in æternum.*] כסא אלהים, sic *Salomo sedebat super thronum Domini*, 1 Paral. 29.23. Vel, Rex vocatur Deus, ut Exod. 22.28. *Non maledices Dis.* Et, *feci te Deum Pharaoni.* Vel, Thronum tuum, ô David, Deus stabiliet, R. Gaon. *Supra socios tuos.*] Si de Davide, tunc Saul & Ishboseth, &c. erant *socii sui.* Si de Christo, tunc Sancti in generatione ejus socii sui appellantur. *Aloë.*] Dicunt aliqui quod reperitur cum piscibus maris, sed non est verum, quia plantata est, Num. 24.6. *De quibus lætum te fecerunt.*] מני vox אשר deficit. Vel, *Minni lætum te fecit.*] Aliqui dicunt esse nomen Gentis, sed non est rectum, quia cum Cametz Caton punctatur, sicut voces quæ non sunt conjunctæ. *Inter mulieres honorabiles.*] Quæ tibi ut ancillæ ministrant. שגל.] Regina in Dan. 5.3. [Uxor regis, adjutorium illi exactè respondens, ut in Gen. 2. כנגדו duo sunt unus, sic in Pentateucho Persico Constantinop. נה צין נה סימון مقابلش מקאבלאו in Arab. Pentat. R. Saad. عونا حذاه adjutorium, quod fit ei in directo, עונא חדאה, quasi unum & idem, ab אחד. Et forsan ideò in Persico Pentateucho dicitur זן, quia ejusdem generis, ut in Psal. 144. מזן à specie ad speciem, in Pers. גופת אן זן جوفت آن زن dixit mulier, Gen. 3.] *Regina.*] Est civitas Christi Metropolis, ut 2 Sam. 20. *Matrem in Israel.* Et filiæ sunt villæ, ut in Ezech. 16. *Samaria & filia ejus.* Vel, *ô filia.*] Congregatio Israel, ut filia Judæ. *Obliviscere populi tui.*] Si de Davide, habuit in uxorem filiam Talmai regis Geshur, quæ legi Dei & Davidis adhærebat: Si de Christo, tunc denotat quod Ecclesia Deo solo cum *humero uno serviet*, ut Zeph 3.9. *Domum patris tui.*] Qui serviebat Idolis trans flumen, Jos. 24.2, 3. R. Sol. *Filia Tyri.*] Literalitèr, si de Davide; si de Christo, tunc per similitudinem divites populorum indigitat. *Intùs gloriosa.*] Dicit *intùs*, quia non videtur ab omnibus. *Palatium regis.*] Christi. *Erunt filii tui.*] Successivè, una generatio post aliam, quando patres sunt mortui. *Facias principes.*] Ut 2 Sam. 8.18. *Filii Davidis erant principes. In tota terra.*] Israel. *Nomen tuum recordari.*] Psalmista Deum alloquitur ad celebrandum amorem ejus ad Davidem & Christum filium suum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 45.*

שושני.] Id est, rosæ, filii Corachi inter spinas. ידידות.] Id est, canunt amabilia de Deo benedicto. Vel, hi filii sunt coram Deo dilecti. *Eructat*, רחש.] Non possunt ore confiteri (sed corde conversionem eructant, quam Dominus accipit) quia terra ante filios Corachi aperuit, & circa eos erat ignis consumens, dixit לבי, *cor meum*, erant enim tres, sed cor unicum. אומר.] Quia cogitatio cordis est sermo coram Deo prolatus. Vel, dicit *cor meum*, quia non habebant opportunitatem loquendi. *Pro*, תחת.] Id est, omnis Israelita in futuro tot filios habebit, quot patres in Ægypto, Exod. 1 a.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal. 45.*

Amorum, ידידות.] Id est, ut amorem Israelit. ver-

S

sùs

sùs eorum patrem in cœlis, & ejus versùs illos vicissim excitet. *Cum rege.*] Id est, facultate intellectivâ, ut R.Levi in Prov. sæpè. Vel, Messiah. *Festinans,* מהיר.] Id est, qui principia vocum solummodò transcribit, sic negotia mea brevitate verborum erunt contracta. *Est honor tuus,* הדרך.] Id est, instruere alios. *Mansuetudinis,* ענוה.] Non propter contentionem, aut victoriam. *Docebit te.*] Quia instruendo alios, teipsum doces. *In corda,* בלב.] Id est, per violentiam. *Oleo lætitiæ.*] Regno æterno. *Filiæ regum.*] Opiniones sapientum nationum exterarum. ביקרותיך.] Id est, אמרות, inter pretiosa tua dicta. *Regina.*] Imaginatio. *Virgines.*] Leges.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 45.

Shoshannim.] Instrumentum sex chordarum, à שש. *Maschil.*] i.e. Per interpretem. Vel, *de liliis.*] Id est, discipulis sapientum, sicut liliis formâ, fructu, & odore bonorum operum. *Cor meum movetur,* vel, *ebullit.*] רחש per spiritum prophetiæ, sicut ignis in Jer. 20. *Regi.*] Per quem reges imperant, Prov.8. est in MS. *Peritus scriba.*] מהיר est בקי in Arabico R. Mosh. Hadarshan. *Sagitta tua.*] Discipuli sapientum, ut Psal. 127.4,5. *Sicut sagitta in manu potentis, &c.* *Cassia.*] In Targum pro קדה. *Magis quàm eburnea palatia.*] Mansiones tibi præparatæ in horto Edenis, majori gaudio te dilatabunt. שן איבוריא *ebore.* Extr. ling. Hispan. aliter. *Regum filiæ.*] Ut Isa. 49. 23. *Reginæ erunt nutritiæ. Inter honorabiles,* vel, *quærent te.*] ביקורותיך, Coph est cum Dages indicat quod radix est בקור, licet præcedat Jod, sic vidi illud punctatum, למשיסה, Jod præcedit, & Samech est cum Dages, Isa.42.24. in codice R. Saadiah, Menachem, à יקר. Non est in Cod. MS. *Rex.*] Deus benedictus. *Cum lætitia adducentur.*] Ut Isa. 66.20. *Gentes adducent fratres vestros oblationem Domino in curribus, &c.*

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 45.

Super Shoshannim.] Seniores Synedrii (sic est in impressis codicibus, & in manuscrip. Chald. in Biblioth. S. Laurent. in Florentia, Vaticanâ Romæ, & alibi, & differentiæ inter impress. cod. Chald. Psalm. & MS. non sunt tanti pretii, ut sint notatu dignæ) *Pulchrior es.*] Tu ô Christe, משיחא. *Gratia.*] Spiritus gratiæ & prophetiæ est in labiis tuis. *Cingo gladium.*] Ad occidendos hostes tuos, Duces, & alios. *Dextera tua.*] Deus in dextera tua docebit te, sic Psal. 110. *Dominus in dextera tua, &c.* *Propter veritatem.*] Id est, equita ad propugnandam gladio veritatem. *Sagitta acuta.*] Ut occidant multitudines Gentium [אוכלוסי ab ὄχλος.] *Thronus tuus, ô Deus.*] Thronus gloriæ tuæ. [Nota, quòd in Chald. Paraphrast. Messias est Deus, & in Isa. 53. Messias est homo, in Chald. id est θεάνθρωπος.] *Filiæ regum veniunt ut honorent te.*] à יקר. *Regina.*] Liber legis aureis literis exaratus. *Obliviscere populi tui.*] Operum populi impiorum, domúsque paternæ Idolorum. *Supplicabunt faciem tuam.*] In Sanctuario. *Gloria Regis filiæ intùs abscondita est pro illis quorum vestimenta sunt de auro.*] Id est, omnes occulti regnorum thesauri erunt Sacerdotibus, כהניא (qui gestant vestimenta aurea, Exod. 28.13.) consecrati, ut Isa. 23. *Merces ejus erit sanctitas Domino, &c.* *Adducetur ad regem.*] Adducent oblationes suas ad regem sæculorum, in Jerus. regio isto palatio. *Virgines.*] Reliqui dispersi inter Gentes illis convenient, sic Cant. 6. *Virgines absq; numero. Nomen tuum.*] In isto sæculo omnes laudabunt illud. *Filii tui erunt.*] Reges in loco patrum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 45.

Super Shoshannim.] Duo sunt defectiva, Psal. 80.1. *Cingo gladium.*] Quatuor sunt, 2 Reg. 4.29. *Accinge lumbos tuos,* de Gehazi. 2 Sam. 20.8. *Gladium accinctum,* 2 Reg. 9.1. *Cingo lumbos,* de Elisha. Denotat velocitatem & promptitudinem in præliis. Et unum est, Prov. 31.24. *Dat cingula Mercatoribus.* *Sagitta tua.*] Sagittæ verborum, vel exercituum tuorum. Sunt tria & plena, Psal. 120.4. *Sicut acuta sagitta, &c.* Isa. 5. 28. *Quorum sagittæ sunt acutæ.* Deus impiis par pari retribuit. *Populum tuum.*] Nempe Israel, & adhærens Gentibus ex quibus Rutha orta est. Quinque sunt, Num. 5.21. *Inter populum tuum, & conculcabit in omnibus tuis plateis, &c.* Nah. 3.13. *Populus tuus in medio tui.* Ruth. 1.16. *Populus tuus est meus.* Isa. 60.21. *Populus tuus, &c.* *In munere,* vel, *oblatione.*] Matutinâ & vespertinâ, duo sunt, Isa. 43.23. *Cum oblatione. Gloriosa.*] Duo sunt, Ezech. 23.41. Idololatræ imitantur gloriam Eccles. *Cum lætitiis.*] Id est, in cœlo, non habet simile defectiv. & unum est שמחות, Psal. 16.11. *Facias principes.*] Supra omnes eorum inimicos debellatos, tria sunt in libro, Psal. 21.9. *Facies eos ut clibanum.* Psal. 21.12. *Facies eos portionem, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 45.

Canticum dilectarum virginum.] Sic Pindar. Pi. Od. 2. Hieron à Locrorum civitate Anaxilæ, & Cleophrontis tyrannidem repulit, ideóque Locrenses virgines laudes Hieron. assiduis cantibus celebrabant. *De iis quæ commutabuntur.*] Quando hyems in ver mutatur, sic debemus contendere ad mutationem in melius, τὴν ἀλλοίωσιν, Greg. Nyssen. Vel, mundum videat commutatum, & adorantem Deum, S. Aug. *Shoshanim.*] Vel, *de Liliis.*] Gr. Chrys. id est, dilectis virginibus, Cant 2.2. *Canticum de dilectis.*] Gr. Chrys. Christo & fidelibus. *De liliis,* vel, *quæ mutabuntur.*] Christus solitudinem permutabit, reddens eam liliis & floribus fœcundam, ut Isa. 35. 1,2.&c. Theodoret. *Festinans scriba.*] Vel, qui legit scribítque cum intelligentia, sic ego scribam quæ certò scio. Vel quis inspiratus erat à spiritu, qui dat loqui, ut Act. 2. Chrys. nihil proprium profero, Theodoret. *Pulchrior es.*] Ad linguam loquitur ut volunt aliqui, sed de Christo dicitur, qui est miles, sagittarius, triumphator, & tamen Rex pacis, Chrys. Vel, *pulchrum os est tibi præ filiis.*] Ut Luc. 4.22. *Admirati sunt gratiosa verba,* יפ ut à פני, de pulchro vultu loquitur

Horat. lib. 2. Od. 4.

Brachia, & vultum, &c. ——
Integer laudo: fuge suspicari,
Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere lustrum. (scil. 40. annos.)

Gladium.] Verbum Dei, Ephes. 6.17. *Progredere cum verbo.*] Gr. Vel, *equita super verbum.*] Quia per illud Christus erat indies magis notus in mundo. *Veritatem.*] Ipse Christus ait, *Ego sum veritas,* Joh. 14. *Mansuetudinem.*] Ut Matth. 11. *Ego sum mitis. Justitiam.*] Sic Matth. 3. ait, *Omnem justitiam, &c.* Theodoret. *Dexterâ tuâ.*] Operando miracula.

cula. *Terribilia, vel mirabilia.*] In fanando multos, vel in fama populi, vel in conversione animarum, vel incarnatione, apertione Paradisi, &c. Chrys. *Sagitta.*] Doctrinæ, ut in Eccles. 12. *Verba sapientum sunt sicut aculei*, Basil. Vel indicat subversionem Judæorum, παγκλεθρίαν, Chrysost. *Populi cadunt —— secundum cor tuum.*] Id est, sunt obedientes fidei, est. *Thronus tuus.*] Ascensio Christi, Heb. 1. 8. 2. Prophet. *Præ illis qui sunt participes tecum.*] Quia Christus non habet *Spiritum per mensuram.* *Myrrha, &c.*] Mos erat vestes odoribus tingere,

Horat. lib. 4. Od. 12.

Nardo vina merebere.
Nardi parvus onyx eliciet cadum.
(tantùm valet.)

Mósque erat habere vestimenta & capillos odoratos rosæ succo, & unguento Nardino.

Horat. lib. 2. Od. 11.

——*Et rosa*
Canos odorati capillos
Dum licet, Assyriaq; nardo.

Myrrha.] Amarâ Christi passione: crucem & odorem ejus, Theodor. Vel indicat odores in sepultura, τὸν ταφὴν, Chrysost. *Vestes.*] Caro, ut Heb. 10. per *velamen*, carnem suam. *Domos eburneas.*] Corda Sanctorum, S. Aug. Vel, *Palatiis eburneis.*] Templis gloriosis, ἐν τοῖς ἐνδόξοις, Chrys. in honorem Christi ædificandis, Sym. Theodor. quæ reges ubique ut thalamos sponsi per orbem & mare erexerunt, Theodor. Constantinus Magnus Romæ posuit fundamentum Ecclesiæ Sancti Petri in Vaticano, in honorem Christi & 12 Apostolorum, portabat 12. cophinos arenæ in humeris suis pro fundamento, 24. columnæ sunt marmoreæ diversicolores, & hodiè videntur sub Ecclesia nova (sicut S. Fidis sub S. Pauli Londini.) Ædificabat etiam idem Constantinus, vel mater sua Ecclesiam sanctæ crucis (una est ex septem majoribus Romæ Templis) quia vidit ipse in cœlis signum aureæ crucis, cum his verbis, IN HOC VINCES, quando pugnabat contrà Tyrannum Maxentium, & vicit eum, tunc insigni Aquilæ conjunxit sanctæ crucis signum. Ædificabat idem Romæ Eccles. S. Johan. de Laterano pulcherrimam, Christo, Baptistæ, & Evangelistæ in monte Cœlio consecratum, pavimentum est marmoreum, & columnę Porphyreticæ, in quadruplici ordine partim opere Jonico, partim Corinthiaco, quando fricantur odorem suavem emittunt, quem quidem sentiunt, ut aiunt, est quasi membrum huic Ecclesiæ adjunctum Baptisterium Constantini circulari forma, columnis Porphyreticis circumcinctum, & *La Scala santta*, ut vocant. Etiam Ecclesiam S. Pauli in via Ostiensi longam 120. pass. latam 85. habet 40. columnas marmoreas striatas, & totidem rotundas, in toto 114. cum pavimento marmoreo. Hæc sunt antiqua Templa: pauca hoc loco de novis, Templo Sancti Marci in Venetia, cujus pavimentum est marmoreum æquor, pretii inestimabilis; Sacello Florentino Sancti Laurentii non adhuc perfecto cum columnis chrystallinis, & toto ex lapidibus marmore pretiosioribus; Templo *d' Annunciato* Genoæ intus auro tecto. Templo Sancti Petri Romæ, altitudine dimidii stadii, longitudine ferè stadii, vel pedum quadringentorum (ut Templum Dianæ in urbe Bubasti Egypto, εὖρος καὶ μῆκος σταδίου, Herod Eut.) toto ex marmore intùs forísque; Templo Lauretano cum sacello circà casam sanctam, cum pavimento marmoreo candidissimo de Carala, cum thesauro lapidum & vestium sacerdotalium diamant. à capite ad imum usque adornatis: *In honore tuo.*] Cr. Vel, *sunt in palatiis tuis honorandis*] Nempè, templis prædictis, Chrys. Audi etiam morem Ethnicorum Romanorum, omne studium oppidis & templis ædificandis impendebant.

Horat. lib. 2. Od. 15.

Jam pauca aratro jugera regia
Moles relinquent: ——
Extenta visentur Lucrino (propè Puteolos.)
Stagna lacu: platanusq; cœlebs
(in voluptatem.)
Evincet ulmos: ——
—— *non ita Romuli*
Præscriptum, & intonsi Catonis (severi.)
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico
Sumptu jubentes, & deorum
Templa novo decorare saxo.
(Ut Joas & Josiah.)

Herod Clio, Babylone exiftit Jovis Beli templum, meâ nunc ætate, ἐς ἐμὲ ἐπὶ χαλκόπυλον, δύο σταδίων τετράγωνον, duorum stadiorum quadratum; in sacri medio, turris stadii altitudine, & huic subinde alia usque ad octavam, ἐν τελευταίᾳ in ultima turri est lectus & aurea mensa, &c. Extra sacellum est altare aureum (ut in tabernaculo) supra illud non licet hostias mactare, Herod. Eut. In Egypto Buti est Latonæ νηὸς ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, Parietes 40. cubitorum longit. & latitud. Aliud ex uno lapide Minervæ dedicatum, per Amasim, in quo afferendo triennium consumpserunt 2000. viri, long. 21. cubit. lat. 14. alt. 8. Herod. Eut. *Domum patris tui.*] Relinquere omnia necesse est propter Christum, Luc. 14. 33. *Tyri filia, vel filia fortis.*] κρατεαία. Chrys. Lat. MS. Vel, indicat conversionem Gentium per Tyrios. 4. Prophet. Vel, quia Christus prædicavit in finibus Tyri, & Sydonis, & Syrophenissa erat conversa, Mar. 7. 24. Ecclesia est filia & sponsa, Chrysost. *Varietatibus.*] Diversis S.S. virtutibus, 1 Cor. 12. Theodoret. *Erunt filii tui.*] Quia dereliquisti populum tuum prædictum, Chrys. Basil. *Principes.*] Apostoli, & qui post illos secuti, Theodor. Prophetia de Christo, Chrys. Basil. *Nomen tuum commemorari.*] Id est, hoc carmen clarum te posteris reddet, statuæ marmoreæ titulis datæ, non reddiderunt Scipionem clarum, ut Ennii scripta.

Horat. Od. 8. lib. 4.

Donarem pateras, grataq; commodus
Censorine meis æra sodalibus ——
Sed non hæc mihi vis: ——
(Act. 3. *Argentum & aurum non est mihi.*)
—— *Carmina possumus*
Donare, & pretium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis,
(Ut Job 31. *O utinam saxo insculperentur.*)
Per quæ spiritus & vita redit bonis.
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Rejectæq; retrorsum Hannibalis minæ:
Non incendia Carthaginis impiæ

Ejus, qui domita nomen ab Africa
(Scipio Africanus.)
Lucratus redit, clariùs indicant
Laudes, quàm Calabra Pierides:——
(Ennius Poëta Calaber.)
Dignum laude virum Musa vetat mori.
Cœlo Musa beat——
——*Lingua potentum*
Vatum divitibus consecrat insulis.
(Campis Elysiis.
Pro.10. *Memoria justi erit in benedictionibus.*)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 45.*

De Christo in Heb. 1. Ang. MS. *Shoshannim.*] Sive res alterandæ. Gal. Vulg. Ital. Heb. *significa gigli. Christe, tu'es formosior.*] Ang. MS. *Diversisatibus.*] 2. Ang. MS. Gal. Vulg. *Aloë.*] Dulce gummi gutta, & herba Cassia. Ang. MS. Vulg. *Lætitiæ oleum.*] Id est, lætificans populum tuum. Ital. חחח.] Id est, filii erunt celebres, sicut patres eorum. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 45.*

Pro filiis Core, eruditionis.] Lat. MS. *Canticum amantissimum.*] Lat. MS. *Equita, vel, ascendo.*] Lat. MS. *Præ sociis.*] Vel, participibus tuis. Lat. MS. *De templis eburneis quibus delectaverunt te filiæ regum.*] Vulg. Gr. Lat. MS. quæ veniunt ex eburneis palatiis, ut colant te. *Filia Tyri, vel, ô filia fortissima in muneribus faciem suam deprecabant.*] Lat. MS. *Præ fasciis aureis vestimenta illius.*] Lat. MS. *Varietate.*] Vulg. Gr. Colorum. *Myrrha, Aloë, & Cassia.*] Herod. Thal. Cassiam Arabes sic comparant, postquam κατελύσωνται δέρμασι πᾶν τὸ σῶμα, faciem & totum corpus, oculis exceptis, coriis ligaverunt, ad Cassiam pergunt, ea nascitur in palude non alta, in qua degunt feræ alatæ vespertilionibus simillimæ, stridore diro, & viribus prævalentes, quas ab oculis arcentes. Arabes, sic Cassiam metunt, οὕτω δρέπτω. Cinamomi verò festucas volunt à grandibus alitibus afferri ad nidos eorum, quibus in terram lapsis, Arabes colligunt illas: Ladanum in barbis hircorum invenire aiunt, τοῖσι πώγωσι. Herod.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 45.*

Filiorum Core scriptus in diebus Mosis, de resurrectione ܩܝܡܬܗ, Christi, & ejus potentiâ. Par. edit. *Opera mea de rege enarrem.*] Aliis, Syr. ܐܫܬܥܐ. *Pulchrioris vultus filiis hominum.*] Syr. חזוא ܚܙܘܗ. Heb. יפיפית à יפה, & פני, vel פני. Syr. Philosoph. Vetus in carmin. Syr.

ܦܓܥܬ ܒܝ ܒܥܠܡܐ ܛܠܝܬܐ——
[illegible]
[illegible]——
[illegible]
[illegible]——

Occurrit mihi in mundo puella——
Aspectu bella, & oculi lucebant, & vultu pulchra.
Virgo, & mater, adolescentula, & vetula, & simul à admiranda,
Multitudo virorum possidebat eam in uxorem, & non unus cognovit eam,
In ejus facie depicta est dies, qui omnia illuminat.
Et nox obscura suspensa est crinibus ejus——

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[Sapientia divina in Prover. est hæc formosa puella, virgo quam nemo perfectè novit, mater longæva filiorum, Prov. 1. *Fili mi*, & in Prov. 3. *Dic sapientiæ es soror mea, &c.* Illuminat oculos, Psal. 19. sed ipsa est operta tenebris, imperscrutabilis, Prov. 25. Dicunt aliqui Christus est hæc Dei sapientia, 1 Cor. 1. ult. Dei mater erat virgo, & Christi vultus pulcherrimus, Psal. 45. Patri coævus, Pro. 8.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

In medio palpebrarum ejus occultantur, sol, & luna, & aër,
Etiam elementa coram ea exultant motu qui est circularis.

[Sic Job 38. *Omnes filii Dei stella matutina jubilabant*, Dei sapientiam celebrantes, sol, & luna, &c. Psal. 148.]

——[illegible]
[illegible]
[illegible]

——*Et aurum Ophir*
Attamen è Mercatoribus ejus vix unus è millibus fit dives.

[Nam operam incumbunt sapientiæ non divitiis, Prov. 3. & Prov. 8. & Eccles. 10. *Pauper & sapiens puer*, Eccles. 4. & Mat. 11. pauperes εὐαγγελίζονται.] *Misericordia fusa est in labiis suis.*] Id est, abundè effusa. Vel, labia tua in aspectu pulchra sunt, velut in Cant. 4. 4. *Labia tua sunt sicut coccineum, & sicut lilia, &c. Gloria sua est.*] Ut semper prævaleres. *Prosperatur gloria tua.*] Vincit ubique. Syr. זכא ܙܟܐ. *Lex tua terrores habet dextera tua.*] In lege tua legimus quid fecisti, & nunc ita persiste. Syr. נמוסך ܢܡܘܣܟ. Heb. הורך. Vel, lex tua (erat data) cum terrore dexteræ tuæ. Par. edit. *In corde.*] Vel, *medio inimicorum regis.*] Heb. בלב, sic *cor maris*, id est, medium, in Ezech. 28. 2. *Oleo lætitiæ.*] Id est, magis lætantur in regno tuo, quàm in ullo alio regum domûs Davidis. *Myrrha, Cassia, Aloë, vel, Stacte.*] Syr. ܘܐܣܛܩܛܝܐ ואסטקטיא. *Eburneis, vel, præcipuis palatiis.*] רישיא Syr. ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܪܫܝܐ, Heb. שן. *Et è conspectu eorum qui te lætificant.*] Syr. MS. ܕܚܕܝܘܟ. Vel, *ex apud me.*] Id est, ex bonis meis. Vel, domo meâ regiâ, ait David, te Solomonem lætificant. [illegible].

Syr.

Syr. Parif. Heb. בנות. *Filia regum.*] Syr. Philosoph. Ode sua.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Vidi prætereà ibi duas sorores formosissimas, Regis filias, unam seniorem, alteram juniorem:
Prior soror est & mater senioris.

[In Cant.8. *Est nobis soror natu minor.* Et dicit S. Paul. *Filioli,* ὃς πάλιν ὠδίνω erat *mater Gentium,* Galat.4. & Galat.4. *Est mater omnium nostrûm,* & Ephes.3. πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.]

Vidi ——juvenem jucundum diademate vinctum,
Ejus (puellæ prædictæ) *quæ me insanum reddidit, amore percitum.*

[illegible]
[illegible]

Cui tamen non respondebat, quia deliquit & erravit.

(Solomon, de quo hic Psalmus, errabat, 2 Reg.c 1. in sapientiæ inquisitione.)

Apparebat noctu in insomniis———
(Ut Solomoni, 2 Chron.c.)

[illegible]

——Piscatione delectatur puella.

(Christus dedit piscatoribus sapientiam, 1 Corin.1. tot.)

[illegible]
[illegible]

Et in veritate miscet vinum sociis nostris in calice rotundo——

(Ut Prov.9. *Miscuit sapientiâ vinum suum, vocavit ancillas.*)

Sunt in gloria tua.] Syr. בשובחא ܒܫܘܒܚܐ.

Heb. ביקרותיך à יקר. *Cum munere,* vel, *incurvabit tibi.*] Syr. Par. [illegible]. *De acupictis,* vel, *cum oblationibus.*] Syr. ܒܩܘܪܒܢܐ [illegible] בקורבנא. Heb. רקמות. In Ezræ 2. *Offerebant vestimenta sacerdotum Deo. Ut nomen tuum in memoria teneatur.*] In filiis tuis, Christianis terræ Regibus.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.45.*
Heb. Arab.44.

Effudit cor meum.] Orc. Arab. פאץ فاض.

Rom. Neb. sic in ver.2. *effudisti gaudium,* idem. Arab. *Sunt ad honorandum te.*] Arab. פי כראמתך, في كرامتك, ut in Apoc.21. *Reges adducent gloriam eorum, &c. Ebur, instrumenta lætitiæ tuæ.*] Arab. בהגתך, بهجتك, Id est, vestimenta, palatia, & ebur te lætificant. Heb. מני, ut מאני *Vasa,* Dan.5. sic חטים pro חטאים, in Syr. MS. non adhuc impress. in 2 Sam.4. Vel, מני, species, in Genes.1. *Auri Ophir,* vel, *purpura deaurata.*] Ex diversis speciebus. Arab. البرفير. *In vestibus acupictis,* vel, *cum muneribus.*] Arab. الهدايا.

1 *In finem, Filiis Core pro arcanis, Psalmus XLV. Heb. XLVI.*

2 *Deus noster refugium, & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.*

3 *Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.*

4 *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.*

5 *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.*

6 *Deus in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus manè diluculo.*

7 *Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.*

8 *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob.*

9 *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram:*

10 *Auferens bella usque ad finem terræ.*
Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

11 *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus: & exaltabor in terra.*

12 *Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.*

Sect.1. *Ex R. David. in Psal.46.*

Super Alamoth.] Instrumentum, & Psalmus est de futura congregatione captivorum, & bellis Gogi, או במלחמו' גוג. Kasvenaki. *In afflictione.*] Chitilti, חבלי משיח, de quâ Isa.26.20. *Absconde teipsum in momentum, &c.* Et addit מאד *grande auxilium,* quia populus despicabilis è manu fortioris liberatur. *Quando terra mota est.*] Indicat bella fortissima המלחמו' החזקו', inter Gentes, ac si terra moveretur. Kasvenaki. Sed sapiens Abben Ezra scribit sensum literalem, ut verba sonant. Non est in Cod. Cremon. Alii dicunt, si terra moveretur (quod non erit) non timebimus. *Aquæ stant ut acervi.*] Sic Habac. 3.15. *Acervum aquarum multarum,* idem. חמר. Vel, *miscentur luto.* Chald. ut Genes.14.10. *Vallis Siddim erat plena puteis, &c.* idem. *Est flumen.*]

Quando

Quando Gentes sunt in tribulatione, Israel quasi ad ripam fluminis lætabitur, Opposit. ad illud *mare rugiens* prædictum. Sic Isa. 12.3. *Aquas cum letitia ex fontibus salutis haurietis*, Kasvenaki. Vel, liberalitèr de aquis viventibus in Zach. 14. Kasvenaki. *Urbem Dei.*] Incolas urbis, Kasvenàki. *Sanctuarium altissimi.*] Jerusal. est totâ terrâ sancta sanctior, quia ibi habitabat Deus. *Quando lucet Aurora.*] Id est, tempus redemptionis, עת הישועה, quia Zacharias Propheta loquitur de Vespero, in quo capta erit civitas, Zach. 14.1, 2. & dicit, in *Vespera erit lux*, id est, post tribulationem venit redemptio, Kasvenaki. *Tumultuantur Gentes.*] Ut Zach. 14.1. *Congregabo omnes gentes, &c.* sed destruit illos Deus, *pugnabit, ut in die prælii*, & Psalmista hic dicit, *Videte desolationes quas fecit Deus.* Non est in Cod. Cremon. *Cessare facit bella.*] Ut Isa. 2.2, 3. *Non discent bella adhuc*, sed convertentur ad cultum Dei, ut Zac. 14.9. *Dominus erit rex totius terræ.* Non est in Cod. Cremon. Kasvenaki. *Frangit arcum.*] Gogi, ut Ezech. 39.2. *Arcum tuum ex manu tua*, tunc gentes hoc intuentes non pugnabunt ampliùs. *Comburit currus.*] In ira Domini. Vel, ut Ezec. 38.22. *Pluam super eum ignem, &c.* Vel ab illo die non erit bellum quasi currus comburerentur. *Silete.*] Deus alloquitur gentes, silete à bello, & operibus malis ab isto die ממלחמות. Non est in Cod. Cremon. *Dominus est nobiscum.*] Tunc dicat Israel.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 46.*

Super Alamoth.] Nomen Poëseos. Dicunt aliqui quòd vixit Psalmista in diebus Hezech. & quòd composuit hunc Psalmum de casu Sennacherib; sed in mea opinione de præliis Jerusal. dictus est. *Moventur montes.*] Per ventos subterraneos. *Licet moveretur terra.*] Quoniam locus exaltationis solis movetur de gradu in gradum, & sol movetur de stella in stellam, dicunt sapientes nativitatibus, quòd revertetur mare in aridam, & arida in mare. *Flumen.*] In diebus Hezech. erat flumen Gihon irrigans Jerusal. [Et terra Canaan, ut aiunt, 4. fluminibus Edenis circuebatur. In Pentateuch. Arab. R. Saad. Gaon. Constantinop. Gen. 2. nomen unius Pishon, id est, Nilus, tertii Hiddekel, Diglah, quarti Euphrates, אלתאלת אלדגלה النيل النهر الثالث الدجلة in Aquilone & Meridie, ut Jos. 1. In Pentateucho Persico ونام اين رود اين سيومين دجلة נאם אן רוד אן סיומין nomen tertii Diglah, דגלה, sic in Targum Diglath, est Tigris, angustus & velox, Joseph. Antiq. 1. 2. Plin. lib. 6. 27. Incolis Diglito.] *Quando aurora apparet.*] Id est, quolibet die, ut Psal. 101. *In matutinis, &c. Terra liquefit.*] Contrà naturam suam, quia est arida; mirabilem potentiam & iram Dei in obruendis adversariis suis subindicat, על האיבים. *Est nobiscum.*] Videbunt hoc Gentes, quia non sumus sicut illi perturbati. *Desolatas terras.*] שמות, id est, ארצות שממות. R. Sol. *Currus.*] In quibus instrumenta bellica, vel, victualia pro militibus circumgestant. *In igne.*] Iræ suæ, ut Psal. 78. & Num. 21. *Ignis exibat de Hesbon. Avertite à me.*] Dixit Deus Gentibus, antequàm arcus eorum distringentur, *Ne pugnate mecum.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 46.*

Arcanis, עלמות.] Dicunt filii Core arcana sunt quæ vidimus, & imperscrutabilia, ut Job. 36. Vel, de duobus seculis justorum & impiorum, עולמים, impii jacent in Gehenna, & descendunt justi ut eos visitent, ירדו, in Psal. 49. *In matutinis descendunt. Non timebimus.*] Quia erant filii Core כנס, sicut חורן navis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 46.*

De bello Gog, &c. *Montes.*] Reges, ut Zach. 4. *O mons magne, &c. Maria.*] Exercitus Gog. *Rivus.*] Sanctuarium, sicut sequitur. *Manè.*] Quando evanescit obscuritas, sub Gogo.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 46.*

Filiorum Cora.] Composuerunt hunc Psalmum, quando absorptus erat eorum pater, & illi vivi & immobiles in aëre subsistebant, עמדו באויר: & hic Ecclesiam לעתיד de futuro. simili miraculo contrà omnes adversarios muniunt. *Super Alamoth.*] Instrumentum, in 1 Paral. 15.20. בנאותו.] Per majestatem Dei. *Flumen.*] In horto Edenis. *Liquefit.*] à מוג, ut מסס. Menachem. Vel movetur, sicut נוע, 1 Sam. 14.16. *Multitudo movebat, & pergebat, &c.* Dones. *Desolationes.*] In terris Gentium. *Silete.*] Ne ampliùs, ô Gentes, contrà Jerusal. congregate. *Exaltabor.*] Vindictâ meâ super Gentes. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal. 46.*

Filiorum Cora.] Quando absorptus erat pater eorum, ואתכסי, & ipsi erant superstites, ut Num. 26. *Maris.*] פילגוס Chald. [Pelagus.] *Flumen est.*] Populi, עמין, sicut flumen ad orandum in Sanctuario congregabunt, sic נהרו, in Isa. 2. 3, 4. & Psal. 34. *Quando Aurora apparet.*] Propter justitiam Abrahami, qui orabat in Aurora, Gen. 22.1. &c. *Dedit vocem suam.*] Quando Lex erat promulgata, & populi contremuerunt, Exod. 19.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal. 46.*

Flumen.] Unus ex ver. 11. qui incipiunt & finiunt cum Nun, Levit. 13.10. Deut. 19.15. *Prophetam, &c.* נהרו è medio Babel, Psal. 77. ult. *Duxisti.* Psa. 78.12. *Ante.*] Cant. 4.12. Pro. 7.17. & 20.27 1 Par. 12.2. & נעברה.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 46.*

Aliqui de Gog, sed malè, nam declarat tumultus in principio prædicationis evangelicæ, Theod. *Super Alamoth.*] Vel secretis, id est, mysterio, εὐσεβείας, Gr. κρυφίων, Chrys. Basil. Vel, fide in filium Dei, εἰς τὸν υἱὸν πίστις, Greg. Nyss. Vel, νηπιότητ⊙, Chrysost. Lat. MS. id est, quomodo ducit nos Deus in juventute nostra, ut in Psal. 48. ult. *Filiis Core.*] Christus in Calvariæ loco crucifixus. S. Aug. *Licet moveretur terra.*] Ut Heb. 12.26. commovebo non solùm terram, sed etiam cœlos, significat remotionem umbrarum legis. Vel, virtuosus nihil reformidat Tyrannos, mare, seu fulmina.

Horat. Od. 3. lib. 3.

Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni.
(Ut Luc. 12. *Ne timete illum qui corpus interficiat.*)
Mente quatit solida? neq; Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ.
(Nunc *Golfo di Venetia.*)
Nec fulminantis magna Jovis manus,

Si

Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.

Flumen.] Dona Spiritus, ut Joh.7.37 *Locutus est de Spiritu.* S.Auguft. *Civitatem Dei.*] Fideles, Hebr. 12.22. *Civitatem Dei viventis.* Vel, *fluvii divisionis.*] 3. Interpr.Gr. quia unus Apostolus ad Indos, alius ad Hispanos, &c. cucurrit. *Tumultuantur.*] Contrà Evangelium, Psal.2.1. *Quare tumultuantur Gentes?* 1 est.Theodoret. *Refugium.*] 2.est. *Desolationes,* vel, *signa.*] Nempe, miracula. Gr.adjunct. occupat. *Bellum cessare facit.*] Quia Christus est *princeps pacis*, Isa.9.9. Mica 4.2,3. (3.est) & pax universalis erat quando Imperium Romanum singula regna expugnâsset. Luc.2.1. Theodor. De Evangelio, Theodoret.

Sect.9. *Ex Ital.&c.in Psal.46.*

A filiis Core, quando terra aperuit, Num.16. & illi erant salvi. Ang.MS. seu quando Sennacherib erat obrutus. Ital. *Alamoth.*] Instrumentum, vel tonus. Ital. *Comminciamento de qualche canzone hebraa.* Vel, *de secretis.*] Gal. id est, mirabilibus Dei. *Rivus.*] Parvulum illud flumen quod emanavit de Siloë, & transivit per medium Jerusal. Ital.

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.46.*

Pro juventute canticum.] Lat.MS. *Vacate.*] Gr. Vulg. à bello, & ne pugnate ampliùs, הרפי remittite manus vestras, à רפה. *Nobiscum est.*] Per incarnationem, ἐμφανείαν διὰ σαρκός. Greg.Nyss. *Divisiones ejus fluminis.*] Lat.MS. ut Theodoret. *In ipso ortu matutino.*] Lat.MS. ut Lam.3. *Nova sunt in matutinis,&c.* *Selah.*] Semper. Lat.MS.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.46.*

De populi afflictione, & mysticè de prædicatione Apostolorum. Par. edit. *Elatione,* vel, *robore ejus.*] Syr. id est, Dei, [illegible]. *Non turbabitur,* vel, *non subvertetur.*] Syr. ut in Psal.15.ult. *Civitatem Dei rivi fluviorum exhilerabunt.*] Syr. quæ habebit pluviam, quando loci omnes indigent, indicat dona Spiritus ab Apostolis in Jerusal.data. Act.8. Joh.7.37. *In tempore auroræ.*] Syr. בעדן צפרא, ܒܥܕܢ ܨܦܪܐ. Heb. לפנות, id est, quotidiè, velut in Psal.101.8. *In matutinis excindam,&c.* *Desolationes,* vel, *mirabilia in orbe.*] Syr. תדמרתא, ܬܕܡܪ̈ܬܐ. Heb. שמות à שמם, Dan.9.ult. *Desistite,* vel, *vertite, & cognoscite.*] Syr. אתפנו μετανοεῖτε. Mat.3.2.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.46.*
Heb. Arab.45.

Alamoth.] Vel, propheria de secretis filii, & de gente Hezechiæ à viris Damasci liberata. Arab.MS. id est, de Syris. ut Isa.7. *Terra quam abominaris erit à Regibus utriusq; derelicta,* quorum Syriæ erat unus, & cecidit in diebus Hezech. 2 Paral.28.5,15. Vel, Psalmus est de redemptione à Sennacherib, rege Assyriæ, qui subjugabat Syros, 2 Reg.16. *Adjutorium præsens,* vel, *in afflictionibus quæ susceperunt nos valdè.*] Arab. id est, capiebant nos, ut aves in rete. Arab. نالتنا جدا, נאלתנא גדא. *Licet terra moveatur,* vel, *lamentationes emitteret.*] Arab. جرعت in luctu homo movet caput suum. *Fluvius.*] Gihon, 2 Paral.32.3,30. Ab.Ezra. Vel, *alvei fluminum lætificabunt urbem Dei nostri.*] Arab. نجاري الانهار تفرح مدينة נגארי אלאנהאר תפרח מדינה, id est, rivuli multorum fluminum, ut ex Eden, Gen.2. *Cessare fecit prælia.*] Pax secuta est casum Sennacherib, & Merodac Baladan misit munera ad Hezech. & Hezech. fregit Idola, 2 Reg.18. *Æneum serpentem.* *Desolationes,* vel, *miracula.*] Arab. العجايب. Heb. à שומם, quæ obstupefaciunt videntes. *Currus,* vel, *scuta.*] التراس. *Silete,* vel, *certi estote.*] Arab.

1 *In finem, pro filiis Core Psalmus. XLVI.*
Heb. XLVII.

2 *Omnes Gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis.*

3 *Quoniam Dominus excelsus, terribilis: Rex magnus super omnem terram.*

4 *Subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.*

5 *Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob, quam dilexit.*

6 *Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.*

7 *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite.*

8 *Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.*

9 *Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.*

10 *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ, vehementer elevati sunt.*

Sect.1. *Ex R.David in Psal.47.*

De diebus Christi לימות המשי post bella Gogi, Kasvenaki. *Omnes populi.*] Lætamini nobiscum, quia videtis quòd Deus est rex mundi. *Altus & terribilis.*] Per mirabilia sua. *Ducet subter nos.*] Subter Israel in tota terra. *Elegit hæreditatem.*] Quæ erat nobis antiquitùs, nunc restituit, quoniam inimici nostri sunt exterminati. *Gloriam Jacobi.*] Hæc hæreditas erat *gloria Jacobi*, id est, 12. filiorum Jacobi, quia gloria Dei in illa, scil. in templo habitabat. את cum Segol & Merca, absque Maccaph præter morem (hucusque in Cod.Cremon.) in Vener. sunt duo alia, Prov.3.12. & Psal.60.1. *Cum Aram.* *Quam dilexit.*] Hunc locum Deus dilexit, ut dicitur,

Quando Gentes sunt in tribulatione, Israel quasi ad ripam fluminis lætabitur, Opposit. ad illud *mare rugiens* prædictum. Sic Isa. 12.3. *Aquas cum lætitia ex fontibus salutis haurietis*, Kasvenaki. Vel, liberalitèr de aquis viventibus in Zach. 14. Kasvenaki. *Urbem Dei.*] Incolas urbis, Kasvenaki. *Sanctuarium altissimi.*] Jerusal. est totâ terrâ sancta sanctior, quia ibi habitabat Deus. *Quando lucet Aurora.*] Id est, tempus redemptionis, עת הישועה, quia Zacharias Propheta loquitur de Vespero, in quo capta erit civitas, Zach. 14.1, 2. & dicit, in *Vespera erit lux*, id est, post tribulationem venit redemptio, Kasvenaki. *Tumultuantur Gentes.*] Ut Zach. 14.1. *Congregabo omnes gentes, &c.* sed destruit illos Deus, *pugnabit, ut in die prælii*, & Psalmista hic dicit, *Videte desolationes quas fecit Deus.* Non est in Cod. Cremon. *Cessare facit bella.*] Ut Isa. 1.2, 3. *Non discent bella adhuc*, sed convertentur ad cultum Dei, ut Zac. 14.9. *Dominus erit rex totius terræ.* Non est in Cod. Cremon. Kasvenaki. *Frangit arcum.*] Gogi, ut Ezech. 39.2. *Arcum tuam ex manu tua*, tunc gentes hoc intuentes non pugnabunt ampliùs. *Comburit currus.*] In ira Domini. Vel, ut Ezec. 38.22. *Pluam super eum ignem, &c.* Vel ab illo die non erit bellum quasi currus comburerentur. *Silete.*] Deus alloquitur gentes, silere à bello, & operibus malis ab isto die ממלחמות. Non est in Cod. Cremon. *Dominus est nobiscum.*] Tunc dicat Israel.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 46.*

Super Alamoth.] Nomen Poëseos. Dicunt aliqui quòd vixit Psalmista in diebus Hezech. & quòd composuit hunc Psalmum de casu Sennacherib; sed in mea opinione de præliis Jerusal. dictus est. *Moventur montes.*] Per ventos subterraneos. *Licet moveretur terra.*] Quoniam locus exaltationis solis movetur de gradu in gradum, & sol movetur de stella in stellam, dicunt sapientes nativitatibus, quòd revertetur mare in aridam, & arida in mare. *Flumen.*] In diebus Hezech. erat flumen Gihon irrigans Jerusal. [Et terra Canaan, ut aiunt, 4. fluminibus Edenis circuebatur. In Pentateuch. Arab. R. Saad. Gaon. Constantinop. Gen. 2. nomen unius Pishon, id est, Nilus, tertii Hiddekel, Diglah, quarti Euphrates, אלחאלת אלדגלה النيل النهر الثالث الدجلة in Aquilone & Meridie, ut Jos. 1. In Pentateucho Persico ونام ان روب ان سيومين دجلة ונאם אן רוד אן סיומין nomen tertii Diglah, דגלה, sic in Targum Diglath, est Tigris, angustus & velox, Joseph. Antiq. 1.2. Plin. lib. 6. 27. Incolis Diglito.] *Quando aurora apparet.*] Id est, quolibet die, ut Psal. 101. *In matutinis, &c. Terra liquefit.*] Contrà naturam suam, quia est arida; mirabilem potentiam & iram Dei in obruendis adversariis suis subindicat, על האיבים. *Est nobiscum.*] Videbunt hoc Gentes, quia non sumus sicut illi perturbati. *Desolatas terras.*] שמות, id est, ארצות שממות. R. Sol. *Currus.*] In quibus instrumenta bellica, vel, victualia pro militibus circumgestant. *In igne.*] Iræ suæ, ut Psal. 78. & Num. 21. *Ignis exibat de Hesbon. Avertite à me.*] Dixit Deus Gentibus, antequàm arcus eorum distringentur, *Ne pugnate mecum.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 46.*

Arcanis, עלמות.] Dicunt filii Core arcana sunt quæ vidimus, & imperscrutabilia, ut Job. 36. Vel, de duobus sæculis justorum & impiorum, עולמות, impii jacent in Gehenna, & descendunt justi ut eos visitent, ירדו, in Psal. 49. *In matutinis descendunt. Non timebimus.*] Quia erant filii Core כנם, sicut תורן navis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 46.*

De bello Gog, &c. *Montes.*] Reges, ut Zach. 4. *O mons magne, &c. Maria.*] Exercitus Gog. *Rivus.*] Sanctuarium, sicut sequitur. *Manè.*] Quando evanescit obscuritas, sub Gogo.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 46.*

Filiorum Cora.] Composuerunt hunc Psalmum, quando absorptus erat eorum pater, & illi vivi & immobiles in aëre subsistebant, עמדו באויר: & hic Ecclesiam לעתיד de futuro simili miraculo contrà omnes adversarios muniunt. *Super Alamoth.*] Instrumentum, in 1 Paral. 15.20. בגאותו.] Per majestatem Dei. *Flumen.*] In horto Edenis. *Liquefit.*] à מוג, ut ממס. Menachem. Vel movetur, sicut נוע, 1 Sam. 14.16. *Multitudo movebat, & pergebat, &c.* Dones. *Desolationes.*] In terris Gentium. *Silete.*] Ne ampliùs, ô Gentes, contrà Jerusal. congregate. *Exaltabor.*] Vindictâ meâ super Gentes. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal. 46.*

Filiorum Cora.] Quando absorptus erat pater eorum, דאיתכסי, & ipsi erant superstites, ut Num. 26. *Maris.*] פילגום Chald. [Pelagus.] *Flumen est.*] Populi, עמין, sicut flumen ad orandum in Sanctuario congregabunt, sic נהרו, in Isa. 2. 3, 4. & Psal. 34. *Quando Aurora apparet.*] Propter justitiam Abrahami, qui orabat in Aurora, Gen. 22.1. &c. *Dedit vocem suam.*] Quando Lex erat promulgata, & populi contremuerunt, Exod. 19.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal. 46.*

Flumen.] Unus ex ver. 11. qui incipiunt & finiunt cum Nun, Levit. 13.10. Deut. 19.15. *Prophetam, &c.* נורו è medio Babel, Psal. 77. ult. *Duxisti.* Psa. 78.12. *Ante.*] Cant. 4.12. Pro. 7.17. & 20.27 1 Par. 12.2. & נעברה.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 46.*

Aliqui de Gog, sed malè, nam declarat tumultus in principio prædicationis evangelicæ, Theod. *Super Alamoth.*] Vel secretis, id est, mysterio, εὐσεβείας, Gr. κρυφίων, Chrys. Basil. Vel, fide in filium Dei, εἰς τὸν υἱὸν πίστις, Greg. Nyss. Vel, νεανιότητος, Chrysost. Lat. MS. id est, quomodo ducit nos Deus in juventute nostra, ut in Psal. 48. ult. *Filiis Core.*] Christus in Calvariæ loco crucifixus. S. Aug. *Licet moveretur terra.*] Ut Heb. 12.26. commovebo non solùm terram, sed etiam cœlos, significat remotionem umbrarum legis. Vel, virtuosus nihil reformidat Tyrannos, mare, seu fulmina.

Horat. Od. 3. lib. 3.

Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni,
(Ut Luc. 12. *Ne timete illum qui corpus interficiat.*)
Mente quatit solida? neq; Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ.
(Nunc *Golfo di Venetia.*)
Nec fulminantis magna Jovis manus,

Si

Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruina.

Flumen.] Dona Spiritus, ut Joh.7.37 *Locutus est de Spiritu.* S.August. *Civitatem Dei.*] Fideles, Hebr. 12.22. *Civitatem Dei viventis.* Vel, *fluvii divisionis.*] 3. Interpr.Gr. quia unus Apostolus ad Indos, alius ad Hispanos, &c. cucurrit. *Tumultuantur.*] Contrà Evangelium, Psal.2.1. *Quare tumultuantur Gentes?* 1 est. Theodoret. *Refugium.*] 2.est. *Desolationes,* vel, *signa.*] Nempe, miracula. Gr. adjunct. occupat. *Bellum cessare facit.*] Quia Christus est *princeps pacis,* Isa.9.9. Mica 4.2,3. (3.est) & pax universalis erat quando Imperium Romanum singula regna expugnâsset. Luc.2.1. Theodor. De Evangelio, Theodoret.

Sect.9. *Ex Ital.&c.in Psal.46.*

A filiis Core, quando terra aperuit, Num.16. & illi erant salvi. Ang.MS. seu quando Sennacherib erat obrutus. Ital. *Alamoth.*] Instrumentum, vel tonus. Ital. *Comminciamento do qualche canzone hebrea.* Vel, *de secretis.*] Gal. id est, mirabilibus Dei. *Rivus.*] Parvulum illud flumen quod emanavit de Siloë, & transivit per medium Jerusal. Ital.

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.46.*

Pro juventute canticum.] Lat.MS. *Vacate.*] Gr. Vulg. à bello, & ne pugnate ampliùs, הרפו remittite manus vestras, à רפה. *Nobiscum est.*] Per incarnationem, ἐμφανείαν διὰ σαρκός. Greg. Nyss. *Divisiones ejus fluminis.*] Lat. MS. ut Theodoret. *In ipso ortu matutino.*] Lat.MS. ut Lam.3. *Novæ sunt in matutinis, &c.* *Selah.*] Semper. Lat.MS.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.46.*

De populi afflictione, & mysticè de prædicatione Apostolorum. Par. edit. *Elatione,* vel, *robore ejus.*] Syr. id est, Dei, ܕܥܫܝܢܘܬܗ. *Non turbabitur,* vel, *non subvertetur.*] Syr. ut in Psal.15.ult. *Civitatem Dei rivi fluviorum exhilerabunt.*] Syr. quæ habebit pluviam, quando loci omnes indigent, indicat dona Spiritus ab Apostolis in Jerusal. data. Act.8. Joh.7.37. *In tempore auroræ.*] Syr. בעדן צפרא, ܒܥܕܢ ܨܦܪܐ. Heb. לפנות, id est, quotidiè, velut in Psal. 101.8. *In matutinis excindam, &c.* *Desolationes,* vel, *mirabilia in orbe.*] Syr. תדמרתא, ܬܕܡܪ̈ܬܐ. Heb. שמות à שמם, Dan.9.ult. *Desistite,* vel, *vertite, & cognoscite.*] Syr. אתפנו μετανοεῖτε. Mat.3.2.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.46.*
Heb. Arab.45.

Alamoth.] Vel, prophetia de secretis filii, & de gente Hezechiæ à viris Damasci liberata. Arab.MS. id est, de Syris. ut Isa.7. *Terra quam abominaris erit à Regibus utriusque derelicta,* quorum Syriæ erat unus, & cecidit in diebus Hezech. 2 Paral.28.5,15. Vel, Psalmus est de redemptione à Sennacherib, rege Assyriæ, qui subjugabat Syros, 2 Reg.16. *Adjutorium præsens,* vel, *in afflictionibus quæ susceperunt nos valdè.*] Arab. id est, capiebant nos, ut aves in rete. Arab. نالتنا جدا, נאלתנא גרא. *Licet terra moveatur,* vel, *lamentationes emitteret.*] Arab. جرعش in luctu homo movet caput suum. *Fluvius.*] Gihon, 2 Paral.32.3,30. Ab.Ezra. Vel, *alvei fluminum lætificabunt urbem Dei nostri.*] Arab. نجاري الانهار تفرح مدينة נגארי אלאנהאר תפרח מדינת, id est, rivuli multorum fluminum, ut ex Eden, Gen.2. *Cessare fecit prælia.*] Pax secuta est casum Sennacherib, & Merodac Baladan misit munera ad Hezech. & Hezech. fregit Idola, 2 Reg.18. *Æneum serpentem.* *Desolationes,* vel, *miracula.*] Arab. العجايب. Heb. à שמם, quæ obstupefaciunt videntes. *Currus,* vel, *scuta.*] الترأس. *Silete,* vel, *certi estote.*] Arab.

---

1 *In finem, pro filiis Core Psalmus. XLVI.*
Heb. XLVII.

2 *Omnes Gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis.*

3 *Quoniam Dominus excelsus, terribilis: Rex magnus super omnem terram.*

4 *Subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.*

5 *Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob, quam dilexit.*

6 *Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.*

7 *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite.*

8 *Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.*

9 *Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.*

10 *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ, vehementer elevati sunt.*

Sect.1. *Ex R. David in Psal.47.*

De diebus Christi לימות המשיח post bella Gogi, Kasvenaki. *Omnes populi.*] Lætamini nobiscum, quia videtis quòd Deus est rex mundi. *Altus & terribilis.*] Per mirabilia sua. *Ducet subter nos.*] Subter Israel in tota terra. *Elegit hæreditatem.*] Quæ erat nobis antiquitùs, nunc restituit, quoniam inimici nostri sunt exterminati. *Gloriam Jacobi.*] Hæc hæreditas erat *gloria Jacobi,* id est, 12. filiorum Jacobi, quia gloria Dei in illa, scil. in templo habitabat. את cum Segol & Merca, absque Maccaph præter morem (hucusque in Cod. Cremon.) in Venet. sunt duo alia, Prov.3.12. & Psal. 60.1. *Cum Aram.* *Quam dilexit.*] Hunc locum Deus dilexit, ut dicitur,

tur, *Dominus diligit portas Sionis. Deus ascendit.*] Super totum mundum, sic canit Israel. Dicunt aliqui, Arca ascendit è loco ubi erat deposita שנגנז שם, & dicit *Deus*, ut quando removebat Arca, Num.10.35. *Surge Domine*, quia gloria Domini super eam apparuit. *Deo cantate.*] Lamed deficit. Vel, *cantate ô dii.*] Id est, Angeli, vel Judices *dii* nuncupati. Non est in Cod. Cremon. *Cum intellectu.*] Id est, cum laudibus, quæ intellectum audientibus addunt, quòd Deus est rex. R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. Vel, *qui habet intellectum.*] Ut Psalmum componat: omnes lætantur, sed non omnes ad componendos Psalmos instruuntur. *Deus regnat.*] Ut in Zach.14.9. *Dominus erit rex, &c. Ad populum Dei Abrahami.*] Dicit *Abrahami*, quia primò notum fecit Dei nomen, Genes.12.8. *Abraham invocavit super nomen Domini. Clypei terræ.*] Omnis populi principes ad Dominum convertentur.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal.47.*

Explicant hunc aliqui de tempore Christi. Vel, reditu de Babel, R.Moseh. Vel, de reditu Arcæ, & introductione in tentorium suum per Davidem, quia dicitur in ver.5. *Deus ascendit*, sed non est rectum, quia dicitur in ver.4. *Elegit hæreditatem nostram pro nobis*, id est, in reditu de Babel. Vel, ex hac captivitate, licet respondeant quòd *hæreditas* montis Moriæ tunc erat revelata. *Filiorum Cora.*] Qui prædixerunt adventum Christi. *Deus ascendit.*] Super Cerubim in Arca, si de introductione Arcæ intelligatur; si de Messia, tunc de *ascensione* ejus in thronum suum, est interpretandum. *Cantate laudes.*] Quatèr repetitur in uno versu. כל המשכיל.] Omnis intelligens psallat. *Principes.*] Nationum terræ congregantur, ut sint populi Dei Abraham, להיות עם. Vel, *Principes populorum, nempè, populi Dei Abrahami.*] Principes Israel. congregabuntur ad Christum, ut Gen.49. *Ad illum erit congregatio populi.* Et dicit *Abrahami*, propter animas *quas genuit Abraham in Harane*, Gen 12.5. *Clypei.*] Reges, מלכים, ut Hos.4.18. *Clypei*, vel, *principes ejus amant, date.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.47.*

Plaudite, תקעו.] Quare? quia fregit Dominus virgam impiorum. *Ducit populos.*] Quando? in die Judicii magni, in Dan.7. & in Obad.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.47.*

De reliquiis Gog. *Vociferatione*, תרועה.] Pro victoria. *De intelligente*, משכיל.] Cantate de illo qui est משכיל intelligens.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.47.*

Percutite manus.] In signum fœderis cum populo Christi initi. Vel in signum gaudii, ut in Job.34.ult. unus cum alio, ut voce jubili simul Deo vociferetis in MS. *Subjicit.*] Per pestem, à דבר. Vel duxit sicut oves, & pascit. Ab.Ezra. Menachem, ut in Isa.5. דברו. *Voluntarii populorum.*] Qui voluntariè animas suas propter Deum benedictum, vel nomen ejus sanctum, perimunt (השם in MS. in impress. שמו) à נדיב in Cant.6. *Amminadib. Scuta terræ.*] Potentia est Dei.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.47.*

ידבר.] Occidit, scil. peste, ut in Psal.91. à דבר. Scil. *populus Dei Abrahami.*] Populi qui credunt in Deum Abrahami.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.47.*

Excellentiam Jacobi.] Tria sunt cum Pathac (id est, Segol) & accentu, Psal.60.1. Prov.3.12. *Quem diligit Dominus*, & omne את cum Maccaph est simile, excepto uno cum Cametz, Job.4.34. *Omne excelsum.* Vid. R.David. *Super Gentes.*] Ut super Babel. Duo sunt, Isa.14.12. *Qui debilitas nationes. Clypei—sunt Domini.*] Id est, ipse solus est clypeus & asylum. Tria sunt, 1 Paral.5.20. *Clamabant Deo.* 2 Paral.20.15. *Sed Dei.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.47.*

Plaudite manibus.] Pro Evangelio. 1.eff. *Populos.*] Gentes. 2.eff. Vel Judæos, *tria millia* in uno die, Act.2. & ut Psal. 2.1. *Populi imaginantur vanum*, Chrysost. Vel, *Reges.*] Sym. Reges Gentium Apostolis subditos, Theodoret. *Excellentiam Jacobi.*] Aq. ex Judæis optimos quósque. Theodoret. *Ascendit.*] Christus in cœlos cum victoria, Chrysost. 3.eff. *Sedet in thronum.*] In cœlis. *Voluntarii populi.*] Gentes incorporatæ cum Judæis, Chrysost. *Clypei.*] Apostoli, Chrysost. credentium scuta, Theodoret. Ut Elia & Prophetæ erant *currus Israelis*, 2 Reg.2. *Multum exaltatus est super deos.*] Nempè, super Idola, quæ æstimantur Rupes, ut Deut.32. *Rupes eorum, &c.* De regno Christi. Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.47.*

De victoria in Canaanit. in tempore Josuæ. Ang. MS. Reg. & Ang. MS. Em. Coll. Cant. Vel postquam Solomonis templum erat ædificatum. Ital. *Edificato il tempio.* Vel, *Quando passó el arca de la casa de Obededom à la cividad de David.* Hisp. *Hæreditatem.*] In Canaan. *Clypei.*] Dii fortes terræ. 2. Ang. MS. Gal. Vulg. Hisp. *Escudos.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.47.*

Canite eruditè.] Lat. MS. *Dii fortes terræ vehementèr elevati sunt.*] Vulg. Gr. id est, Deus fortis terræ exaltatur valdè; Et dicit *Dii* in plurali, ut Jos.24. *Ipse est Dii sancti.* Vel, *Dii scuta terræ.*] Lat. MS. Christiani Principes magnoperè exaltantur, sic in Psal. *Dixi Dii estis, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.47.*

De gloria Dei in monte Sinai, & de conversione Gentium. Par. edit. *Unusquisque nostrûm eligemus*, vel, *seligere fecit nos* (Par. edit.) *possessionem nostram.*] Syr. id est, ipsam Legem propter possessionem nostram, ut Deut.33. *Moses dedit Legem.* Syr. אנבין ܐܢܒܝܢ. *Deus ascendit.*] Id est, exaltatus est in laudibus in Monte Sinai, & tubis Israelis. *Psallite ei cum intelligentia*, vel *laudem*, vel *Maschil.*] Psalmum qui titulum hunc habet Syr. שובחא ܫܘܒܚܐ. Heb. משכיל. *Congregantur*, vel, *convertuntur ad Deum Abrahami.*] Syr. MS. Par. edit. *Ad Deum revertimini.*] Syr. [illegible]. *Scuta*, vel, *possessiones terræ.*] Syr. MS. איחרניה [illegible]. Heb. מגנים, id est, Deus sustentat terram.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.47.*
Heb. Arab. 46.

Elegit nos in hæreditatem sibi.] Arab. ميراثنا له מירתאנא לה, sic 1 Pet.2. λαὸς εἰς περιποίησιν סגלה

in

in Mal.3. *decor*, vel, *gloria Christi*, 2 Cor.8. *Cum intellectu.*] Gr. Arab. ut 1 Cor.14. *Canam spiritu & intellectu*. Arab. بفهم. *O Principes populi accedite ad Deum Abrahami.*] Convertimini. Arab. اقبلو.

ܪܘܡ ܛܒ. *Est exaltatus valdè.*] Quilibet regum prædictorum à Domino exaltatur. Arab. יעטם סלטאנהם يعظم سلطانهم.

1 *Psalmus cantici filiis Core secunda sabbati. XLVII. Heb. XLVIII.*

2 *MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.*

3 *Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni.*

4 *Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam.*

5 *Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: convenerunt in unum.*

6 *Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt:*

7 *Tremor apprehendit eos.*

8 *Ibi dolores ut parturientis, in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.*

9 *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum.*

10 *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.*

11 *Secundùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: justitiâ plena est dextera tua.*

12 *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.*

13 *Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus ejus.*

14 *Ponite corda vestra in virtute ejus: & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.*

15 *Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.48.*

ETiam hic Psalmus est de diebus Christi, Kasvenaki. *In civitate Dei nostri.*] Ibi omnis caro laudabit eum. *Pulchra in regione.*] 'בנוהו, non est regio illi similis. *Gaudium totius terræ.*] Ut Lam. 2.15. *Quam homines vocant perfectionem pulchritudinis.* נוף est regio, ut Jos.17.11. *Tres regiones.* R. Jos. Cimchi, quia terra habitabilis dividitur in septem partes, in Arabico climata, אקלימים. Vel, *pulcher est in istâ regione.*] Id est, aër est optimus, quia quando homo vagatur de regione una in aliam, alteratione aëris frequentèr ægrotat, non sic in hac regione, sed è contrario est *gaudium totius terræ*, sanantur illi qui illic infirmi conveniunt. *In lateribus Aquilonis.*] Sic Isa.14.13. *Sedebo in monte congregationis in lateribus Aquilonis:* Sion est in Aquilone Jerusal. *Regis magni.*] Davidis, ut Isa.29.1. *Civitas ubi David habitabat.* Vel, Christi. De Tyro non dicebant alii quod erat perfecta decore, sed Tyrus sic dixit de seipsa. *Gaudium totius terræ.*] Homo corde dolens adduxit sacrificium ad Jerusal. sed redibat lætus: *In lateribus Aquilonis.*] In parte Aquilonari Altaris erat mactatio sacrificiorum. Derash Rabb. *Deus est notus.*] Ut Asylum in illa fortissimum, in Prov. *Nomen Dei est turris fortis*, sed alii populi palatia in propugnacula ædificant. *Conveniebant Reges.*] Cum Gogo ad pugnandum, sed dissipati sunt. נועדו Ain cum Sheva, & Athnachta. *Admirati sunt.*] In destructione Gogi, Dei mirabilia intuentes, ut Ezech.38.22. *Judicabo illum peste & sanguine*, & ibi ceciderunt occisi, ubi occidere & deprædari expectabant. *Sicut fregisti naves Tarsis.*] Sic etiam illos, Caph deficit, ut in Prov. *Sicut medicina, &c.* Et addit *Tarsis*, quia erat portus propè Jerusal. celeberrimus. Vel, *sicut vento orientali qui frangit naves Tarsis.*] Id est, timent quasi essent fortissimo vento, qui frangit naves, dissipati. *Sicut audivimus.*] à Prophetis de casu Gogi, Kasv. *Sic vidimus.*] Dicit Israel, quum in templo nobiscum cohabitas. *Cogitavimus de misericordia tua.*] Sic 1 Sa.14.9. *Expectate*, idē. *Mons Sionis.*] Incolæ montis in tempore redemptionis jubilabunt, vel, ut Isa.35.1. *Desertum lætabitur. Filia Jehuda.*] Villæ circum Jerusa. *Propter judicia tua.*] In hostes. *Ambulate.*] Populos de ædificatione Sionis adhortatur, &c. *Secundùm nomen tuum.*] Sicut nomen tuum erat in ore Prophetarum, illi qui anteà erant increduli, nunc vident manum tuam esse mirabilem, & justitiâ plenam confitentur, Kasvenaki. חילה.] Murus minor circa majorem, החומה קטנה. *Ut enarretis.*] Pulchritudinem ædificii futuri, ut Isa. 54.11. *Fundamenta tua cum Saphiris. Usq; ad mortem.*] על pro עד Kasven. Vel, *sicut in pueritia nostra.*] Sic ducet nos in senectute כימי עלומינו, legitur עלמות, ut una vox, sic פקח קוח, Isa.61.1. & in Psal.123.4. & Caph deficit in עלמות.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.48.*

שיר מזמור.] Sicut מזמור שיר, sic מצור חלמיש, & מחלמיש צור promiscuè sine ordinis differentia. *Mons Sionis.*] In tempore futuro in diebus Christi, R. Sol. *Festinabant.*] Ad fugiendum, sicut David festinabat, idem. 1 Sam 23.26. à חפז. *Vento orientali.*] Meminit hujus venti, quia fortis est, ut Exod. 14.21. *Vento orientali valide*, tremorémque eorum huic vento assimulat. *Sicut audivimus.*] Mirabilia Dei à patribus nostris, sic *vidimus* ea super hostes nostros. *In medio templi tui.*] Apparuit quando in

templo tuo indesolato habitabas. *Plena justitiâ.*] In vindictâ super adversarios tuos. *Ut enarretis ad generationem sequentem.*] Pulchritudinem ædificiorum. *Dux noster erit sicut inpueritia.*] Ut in Hos. 11, 2. 3. *Ephraim docui, sicut puer parvulus instruitur ambulare*, R. Moseh. Vel, *ad mortem.*] על מות, in Masora legitur ut duo verba. Vel, *ducit nos per vias secretas.*] Vias providentiæ suæ à creaturis absconditæ, à נעלם, ut Psal. 77. *Semita ejus in aquis profundis.* Vel, *erit dux noster in æternum.*] עלמות עולמות, quia ipse est æternus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 48.

Formosa.] Omnes sic dicunt de Jerusalem, est *gaudium totius terræ*; Tyrus sic dicit de seipsa, alii non sic de ea. *Gaudium.*] Post oblatum sacrificium in parte Aquilonari tabernaculi, cor peccatoris contribulatum jubilat. *In palatiis suis.*] Ut in Isa. 62. *Mittam custodes in muris tuis, &c. Admirati sunt reges.*] Quando vident desolationes Sionis, & dicunt, *Quare sic fecit Dominus? &c. Circundate.*] Cum nubibus gloriæ, ut in deserto. לחילה.] Id est, exercitibus ejus. עלמות.] Id est, in duobus, sæculo hoc & futuro.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 48.

Ostendit, quòd in tempore redemptionis divina præsentia in Sanctuarium redibit. *Videbunt.*] Sapientiam in Jerusalem abundantem.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 48.

Regio pulchra.] קונטריאה Ling. Extr. Hisp. *Hermosa provincia.* Menachem. Vel, Nympha pulchra, נגפה. Vel, *pulchra in ramis.*] Dicit *ramis*, propter montem Olivarum, à נוף אילן ramus arboris, Dones. *Gaudium totius terræ.*] In Altari & Sacrificiis. ירכתי.] In ling. extr. angulus. Non est in MS. *Reges.*] In bello Gogi. *Naves Tarsis.*] Incolæ Tyri, quæ est Africa, & est ex Edom, sic etiam in MS. *Expectavimus*, vel, *cogitavimus.*] *Secundùm nomen tuum.*] Omnes qui audiunt nomen tuum laudant te. *Filiæ Juda.*] Villæ, ut Samaria & filiæ ejus, Ezech. 16. 46. *Erigite palatia ejus.*] In altum, ut Ashdoth Pisgah. in Targ. רמתא locus excelsus, idem. *Sicut homo parvulum suum filium.*] Sic Deus ducit nos, ut in Isa. 46. 3. *Ab utero à me gestamini.* Vel, לעולמים in sæcula sæculorum. R. Menachem. Ab. Ezra. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 48.

Pulchra ut sponsus.] חתנא. Heb. נגפה à נוף. Nympha in R. Sol. חיל.] Exercitum suum super turres suas, אוכלוסאתא ὄχλος. *In diebus juventutis*, vel, *pueritiæ nostræ ducet nos.*] Quando debiles sumus, ut Psal. 8. 2. *Ex ore infantium perfecisti laudem.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 48.

Cor vestrum.] Tria sunt in Scriptura. In Lege, Genes. 18. *Confirmate cor vestrum.* In Prophetis, *Lætabitur cor vestrum.* In Cethubim hoc loco. *Ad mortem.*] Duo sunt, Psal. 9. 1. *Al muth*, id est, ad mortem.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 48.

De reditu è Babel, ἀπὸ τῆς βαβυλωνίας, Chrysost. *Benè fundata.*] Mat. 16. *Super hanc petram*, ita ut reges admirabantur, Theod. *Pulcher situ.*] In melle, olivis, vineis, aëre, herbisque odoriferis,

Ut Horat. de Tarento Calabriæ. Od. 6. lib. 2.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet: ubi non Hymetto
(Monte Attico.)
Mella decedunt, viridique certat
Bacca (Oliva) *Venafro.*
Ver ubi longum tepidasque præbet
Jupiter brumas: & amicus Aulon (Mons)
Fertili Baccho, minimum Falernis
(in Campania)
Invidet Uvis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Postulant arces: ibi tu calentem,
Debita sparges lachryma favillam.
(Ut Joseph Jacobi, Gen. 49. & Gen. 50. & Abraham Saræ, Gen. 23.)
Vatis amici.

Mons Sion.] Ecclesia fidelium, Gal. 4. 26. *Civitas magni regis.*] Heb. 12. 22. *Civitas Dei viventis*, vel, urbs viros, victoresque reges apta nutrire,

Ut Pindar. Nemeis, Od. 2.

φέρβειν φῶτα μαχατὰν δυνάτις —— &c.

Ut Ecbatana Deiocis primi Medorum regis civitas, Herod. Clio. *Reges congregati sunt.*] Contrà Deum & Christum, Psal. 2. 3. & in Apoc. 17. vidit Johan. urbem Ethnicam Romam inebriatam sanguine Martyrum, & in Ecclesia S. Pudentianæ Romæ antiquissimæ, monstrabant nobis puteum (ut aiunt) sanguine Martyrum venerabilem, & persecutores Romani non potuerunt eradicare Evangelium, sed præfectus Paganus Plinius scripsit ad Imperatorem, ut cessaret persecutionem, quia eò magis crescebant Christiani. *Timebunt, fugiebant.*]

Ut Pindar. Nem. Od. 9.

——ἐν γὰρ
δαιμονίοισι φόβοις,
φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν.
Quando immissus enim cœlitus est timor
Armatis, soboles ipsa Deûm fugit.

(Ut Judic. 20. *Israelita*, & 2 Reg. 7. *Syri.*) *Confirmabat eam.*] Ut Matth. 16. 18. *Portæ inferni non prævalebunt. Enarrate in turribus.*] Gr. Chrysost. Nempè, Evangelium in tectis, sicut mos erat. Vel, prædicate laudes ejus, S. Aug.

Pindar. Isthmi. Od. 4.

——ἔσβακεν ἐργμάτων ἀ——
——κτὶς, καλῶν ἄσβεστος ἀεί.
Et strennorum fax operum micans,
(Mat. 5. *Sic luceat lux vestra, &c.*)
Terras inextinctis pererrat
Luminibus, sterilemque, pontum.

Vel, *publicate magnalia.*] De morte, & resurrectione Christi, Act. 2. 11. τὰ μεγαλεῖα, sic Isa. 30. 25. *Quando turres cadunt*, id est, Magnates. Cal. Gr. Vel, *turres.*] Summâ virtute præditos viros, Theod. *Ipse reget nos in sæcula.*] S. Aug. *Domos.*] Ecclesias, Theodoret.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 48.

De Christo. Ang. MS. Ital. Vel, secunda die septimanæ. Gal. Vulg. Ang. MS. Reg. & Bodlei. Hisp. *Las alabanças de la Iglesia* Laudes Ecclesiæ, Gall. *Formosa Nympha.*] Brit. Ital. ut R. Sol. *Reges.*] Asa, Ahaz, vel Hezekiah. Ital. *Ad mortem.*] Ital. *Seu in sæculis sæculorum.*] Ang. MS. Vul. Gal. Heb. עלמות, sicut

ficut עלמים in plurali à עלם. Hisp. *Hasta la muerte.* Vel per totam vitam. Hisp. Ab adolescentia ad senectutem usque, in R. David à עלם juvenis.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 48.

Secundo Sabbati.] Vulg. Gr. (non est in Lat. MS. nec Heb.) tunc erat canendus, secundo Sabbati erat factum firmamentum, Gen. 1. & fides est firmamentum, τὸ στερέωμα πίστιν, Greg. Nyss. *In medio templi,* vel, *populi.*] Gr. Arab. Æthiop. Apoll. Theod. quia populus est Dei templum, 1 Cor. 3. *Fundatur.*] Vul. Gr. Pulchra situ, vel fundamento. Heb. Vel, *speciose germine.*] Lat. MS. נוף. *Distribuite domos ejus.*] Vulg. פסגו Gr. Vel, *separate.*] Lat. MS. *Spiritu vehementi.*] Quando spiritus descendit, Act. 2. ἐν ὑπερῴῳ, Greg. Nyss. Vel, *vento uredinis confringe naves maris.*] Lat. MS. *Ipse erit dux in morte noster.*] Lat. MS. ducet per Angelos animam separatam ad requiem, ut Lazari, Luc. 16.

Sect. 11 *Ex Syr. in Psal.* 48.

Contrà superbiam Ethnicorum Par. edit. In vulgata additur *secunda sabbati,* & sic in Gr. habebant pro omni die hebdomadæ Psalmos & Orationes peculiares, sic etiam Syr. in Ritual. Syr. Arab. pag. 314, 315, 316, 317, 318. &c. ܨܠܘܬܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܗܘ.
Primâ die orant, O Creator lucis hoc die (Gen. 1. 2.) inter lucem & tenebras dividens, illumina oculos meos, &c. ܒܪܘܝܐ ܕܢܘܗܪܐ ܗܢ ܝܘܡܐ ܕܦܪܫ ܒܝܬ ܢܘܗܪܐ ܠܚܫܘܟܐ ܐܢܗܪ ܥܝܢܝ &c. Secunda die orant, O Creator cœlorum, & eorum expansor super terram; peccata mea omnia propitiaberis, &c. ܒܪܘܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܬܚ ܐܢܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ ܚܛܗܝ ܟܠܗܘܢ ܚܘܣ. Tertio sic, Omnes aquas sub cœlis ad unum locum propter nos congregâsti, ad sanctificandum nomen tuum; Miserere nostri (ob præterita) & ne inducas nos in tentationem (de futuro) ܟܢܫܬ ܠܟܠܗܘܢ ܡܝܐ. Quarto sic, O Creator luminum in hoc die, illumina cor meum, &c. ܢܗܪ ܠܒܝ. Die quinto sic, Creator volatilium pro nobis, da nobis, ut adoremus te, &c. ܕܢܣܓܘܕ ܠܟ. Die sexto, die congregationis (Arabum sabbati) ܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ. Tu qui creâsti hoc die animas nostras, illumina animam nostram, &c. ܐܢܗܪ ܢܦܫܢ. In die sabbati, septimo sic, Creator cœlorum, & terræ, & omnium in ea & subter eam, propter nos, mente, animo, & corpore nostro, sit tibi honor, potentia, & laus in omne ævum, in sæcula sæculorum, Amen. ܠܟ ܐܝܩܪܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ &c. *In monte sanctitatis sua, qui propter situm pulcher est.*] Syr. ܒܛܘܪܐ ܕܩܘܕܫܐ, [non est נוף in Syr.] & ob hanc causam aiunt Rabb. incolæ sunt longævi: Herod. Melpom. Lybies ubi filii ipsorum quadrimi sunt, venas verticia illorum, ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας, nonnulli venas temporum exsiccant, ne phlegma è capite defluens eis officiat, eáque de re aiunt se esse optimâ valetudine; & sunt revera Lybies, inter omnes quos novimus homines corpore saluberrimo, an ob hanc causam mihi incertum (an ob aëria salubritatem) neque mihi videtur bonitas Lybicæ terræ cum bonitate Asiæ & Europæ comparanda, Herod. *Vento orientali*, vel, *robusto.*] Syr. ܒܪܘܚܐ ܥܙܝܙܬܐ, ut Exod. 14. *Cogitavimus,* vel, *expectavimus benignitatem tuam.*] Syr. Heb. רמינו, sic in Psal. 65. 1. *Laus expectat. Perpendite,* vel, *diruite palatia ejus.*] Syr. & alia ampliora ædificate. Syr. MS. עקרו ܥܩܪܘ. Heb. פסגו. Vel Ironicè loquitur ad Ethnicos, *Diruite* si potestis, ut in Psal. 60. *O Philistai triumphate, &c. Ad mortem,* vel, *supra à morte.*] Syr. Par. edit. לעלמן מותא in Syr MS. ܘܗܘ ܡܢ ܡܘܬܐ, à morte nos resurgere faciet. Heb. על מות.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 48.
Heb. Arab. 47.

Filiorum Cora de sabbato, secundo. Arab. MS. *Erit gaudium in tota terra.*] يكون الفرح, ut in Mal. 1. *Ab oriente solis ad occasum, nomen meum erit magnum. Mons Sionis.*] Nova Jerusal. ut Heb. 12. sunt septem nomina Ecclesiæ in hoc Psalmo. *Gaudium totius terra.*] In Evangelio de resurrectione Christi, ut Psal. 118. *Dies quem fecit Dominus, latemur — in eo. In medio templi,* vel, *populi tui.*] في وسط السعبك, sic 1 Corin. 3. *Cujus templum vos estis. In sacula omnia.*] עלמות. Heb. Arab. Rom Neb. الى جميع الدهور, אלי נמיע אלדהור. Gr. Vulg. in omnes generationes, ut Matth. 28. *Ego sum vobiscum usq; ad finem mundi,* nempè, per spiritum, ut Joh. 16. *Ducet vos in omnem veritatem. Circumvallate eam.*] Muro undiq; ex omni plaga. Arab. واكتنفوها à כנף ala. *Enarrate de turribus ejus.*] Arab. mirabilem structuram. *Distribuite habitationes ejus.*] Arab. اقتسموا אקתסמוא.

1 *In finem, filiis Core Psalmus. XLVIII. Heb. XLIX.*

2 *Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.*

3 *Quique terrigenæ, & filii hominum: simul in unum dives & pauper.*

4 *Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.*

5 *Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.*

6 *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.*

7 *Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.*

8 *Frater non redimit, redimet homo : non dabit Deo placationem suam.*

9 *Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum,*

10 *Et vivet adhuc in finem.*

11 *Non videbit interitum, cùm viderit sapientes morientes : simul insipiens, & stultus peribunt.*

12 *Et relinquent alienis divitias suas : & sepulchra eorum domus illorum in æternum.*

Tabernacula eorum in progenie, & progenie : vocaverunt nomina sua in terris suis.

13 *Et homo, cùm in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

14 *Hæc via illorum scandalum ipsis : & postea in ore suo complacebunt.*

15 *Sicut oves in inferno positi sunt : mors depascet eos.*

Et dominabuntur eorum justi in matutino : & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

16 *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.*

17 *Ne timueris cùm dives factus fuerit homo : & cùm multiplicata fuerit gloria domûs ejus.*

18 *Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria ejus.*

19 *Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur : confitebitur tibi cùm benefeceris ei.*

20 *Introibit usque in progenies patrum suorum : & usque in æternum non videbit lumen.*

21 *Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Sect.1. *Ex R. David in Psal.* 49.

A*udite hoc.*] Psalmus est de rebus hujus sæculi & futuri, ideò dicit, *Omnes populi* ubicunque, qui vià rectà incedere cupiunt. *Inclinabo aurem.*] Quia Psalmi erant ad Citharam cantati, ideò etiam aurem suam Psalmista inclinabat. *Ad parabolam.*] Quia Psalmus est דרך סתומה vià absconditâ. *In diebus mali.*] Diebus hujus sęculi : sunt dies mali illis qui in terrenis occupantur, Kasvenaki. *Iniquitas calcanei.*] Qui nimium mundanis ἐμπλέκονται iniquitas circundat calcem, id est, vias ejus. Vel, iniquitatis pœna apprehendet me in calce, id est, fine operum meorum, si lætar in initio, fine contristabor : & dicit *calcis*, quia calx est finis corporis, Kasvenaki. Vel, in sæculo futuro, quod est finis, & quasi calx operis, pœna circundabit me, quia amore hujus sæculi fui irretitus. *Qui confidunt in divitiis.*] Ut gloriar in illis, non oportet, ut Jer. 9.23. *Ne glorietur dives, &c. Non redimat fratrem.*] à morte, & cui proficiunt divitiæ apud Deum? non sunt redemptio vitæ suæ vel alienæ adæquata. R. Arama לפדות אחיו ולא נפשו. Et dicit *Deo*, quia mors & vita in manu Dei sunt. *Redemptio— est pretiosa.*] Non potest esse, ut 1 Sam. 3.1. *Verbum Dei erat pretiosum*, id est, non erat Verbum Dei tunc temporis revelatum. *Cessat in æternum, quòd homo viveret in æternum.*] Est impossibile, ne sic cogitet dives vitam æternam sibi vel aliis divitiis redimere, Kasvenaki. לעולם.] Id est, זמן רב tempus diuturnum. *Stultus & bestia pereunt.*] In sæculo futuro, sed sapiens non perit, divitiæ pereunt, sed sapientia in sapiente post mortem remanet. קרבם, id est, קברם.] Sepulchrum erit eorum domus, Kasvenaki. Vel, *in interiori eorum est quod habitabunt in domo eorum in æternum.*] Beth deficit in בתימו ædificant palatia regia, & cogitant ex rapina divitias adipisci, quasi palatia in æternum inhabitarent, Kasvenaki. Vel, *interior pars domuum eorum est in æternum.*] Ut illi putant, קרבם, Mem pertinet ad בתימו, ut יחשתם, Jer. 52.20. *Nomina eorum prædicant in terris suis.*] Filiis & terris ditescunt, ita ut nomina eorum in mundo sunt celebria. Vel, post mortem hic solus manet illis laborum fructus homines prædicant, *hæc erat domus illius, &c.* זה בית פלוני, Kasvenaki, Arama. *Non manet.*] Non moritur divitiis quas honorem suum reputat, sed eas aliis derelinquit, Kasvenaki. Et mors vocatur pernoctatio לינה, ut etiam dicitur somnus שינה, Idem. Vel, hominis qui persequitur vanitates mundanas, non pernoctat anima in honore, sed perit. *Honore.*] Est anima, ut Psal. 16. *Gloria mea*, & Gen. 49.6. *Honor meus*, id est, anima, Kasvenaki. *Excinditur sicut bestia.*] Perit anima, ut Hos. 10.15. *Rex Israel excindetur*, idem. *Via eorum per stultitiam.*] Non intelligunt viam rectam, ideò incedunt falsâ. *Laudant dictum eorum.*] Gloriantur in divitiis, & eas filii sicut patres quærunt. Vel, *sicut illi delectantur.*] Filii ut audiunt & discunt à patribus suis sic faciunt, בפיהם, sic Exo. 12.4. לפי אכלו redundat פי. *Sicut oves.*] In ovile, sic illi in sepulchrum post mortem congregantur. Vel, ut oves pascuo patenti ad mactandum saginatæ. Arama. *Positi sunt.*] שתו pro הושתו. Vel est verbum stans עומר absque spe ponunt seipsos, quia viam malam elegerunt, Dages in Tau pro quiescente. *Dominabuntur.*] Justi in impios in die Judicii, licet eorum potentiâ in hoc mundo justi sunt subjugati, Arama. *Manè.*] Sic diem Judicii nominat, quia erit lux justis, Mal. 4.1, 2. *Sol justitia*, nempè, cum calore moderato & justo, & *conculcabitis impios, &c.* & *dies veniens*, id est, sol in die comburit eos. Arama, Kasvenaki. *Formam*, vel, *robur & rupem eorum.*] Sepulchrum consumet eos, צורם, ut 1 Sam. 2.2. *Non est rupes, &c.* idem. *Ab habitatione eorum.*] Ibunt ad sepulchrum. *Redimet animam meam.*] Non peribit (dicit Propheta) cum impiis. *Accipiet me.*] In morte mea, ut Gen. 5.24. *Enoch non erat, quia cepit eum Deus. Ne timeas.*] O sapiens, licet non sis sicut ille locuples, quia nihil secum in morte reportabit. *Oportebat eum benedicere animæ suæ.*] In vita sua per opera bona, & non corporeas insectari vanitates. *Laudabunt te homines,*] Id est, sapientes laudabunt te, quando operam animæ tuæ navâsti. *Ad generationem patrum suorum veniet anima*

anima sua.] Ad perditionem. *Lucem non videbunt.*] Vitæ æternæ. *Sicut bestia.*] Sicut illæ, solummodò concupiscentias carnis insectatur, & peribit sicut illæ, eò magis, quia est in honore, super illas in anima rationali constitutus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 49.

Honorabilis est, in quo lux sæculi futuri, & animæ rationalis immortalis natura explicatur. *Filii nobiles,* איש, *& ignobiles.*] Omnes mortem gustabunt. *Inclinabo aurem.*] Ad audiendam parabolam à Deo per Spiritum, & ad recipiendam per eam instructionem inspiratam. *In diebus mali.*] Id est, senectutis, ימי הזקנה, ut Eccles. 12. 1. *Priusquàm veniant dies mali,* quos opponit *juventuti.* Vel, quare timerem *dies malos* paupertatis, ita ut divitias illicitè in tempus illud compararem. *Iniquitas circumdabit me.*] Iniquitas divitiarum malè partarum me persequetur. *Iniquitas calcis meæ.*] Peccatum sequitur quasi in calce, & non videtur. חיל] Divitiæ, ut Deut. 8. 17. *Comparavit divitias* idem. *Non redimat fratrem.*] Et cui bono sunt divitiæ? non possunt divites, aut alios à morte munire. *Non unus*] אח pro אחד, R. Jonah. Vel אח, *Aba non redimat hominem*, sed rectus sensus est, ab אחים fratres, אח est effectum, & איש efficiens. *Interior cogitatio eorum est.*] Eorum quibus relinquunt divitias *Per nomina eorum appellant.*] Ædificant illis monumenta, in quibus eorum nomina sunt inscripta. *Stultus.*] Peccat scientèr & contumacitèr, viâ perversâ incedendo. *Bestia.*] Sine scientia ambulat שלא יבין. *Posteritas eorum.* Filii, ut Dan. 11. 4. *Non ad posteritatem. Delectantur in ore eorum.*] Præcepto eorum, quod illis relinquunt, ut in eadem via incedant. *Divitias relinquunt.*] Oppos. ad illud, *Confidunt in divitiis. Sicut oves.*] Separatæ ad mactandum. נמשל.] Similis factus est unus, & נדמו excisi omnes unà Jerusalemi. *Ponunt seipsos ad sepulchrum.*] Sic Psal. 73 9. *Mittunt os suum in cælis,* id est, in imaginatione sua sunt in cœlis. *Mors depascet eos.*] Ut oves mactationis; & hæc est parabola prædicta. ver 4. *Recti, vel, simplicia in eos dominabuntur.*] Id est, Elementa quæ sunt incomposita principia, in illa revertuntur; ignis ad ignem, ossa ad terram, aqua ad aquam, aër ad aërem resolvitur. *Manè.*] Dicit *manè,* quia anteà dixisset, *Homo non pernoctabit in honore*, id est, totâ nocte. *Formam eorum.*] צירם pro צורתם, sicut כתבונם Hos. 13. sensus est, postquam discederunt à domo suâ, sepulchrum illos absorbet. *Ab habitatione sua.*] Id est, domus ejus, sepulchrum, scil. corrumpit corpus, vel, ab habitatione Dei, & secundum decretum ejus. R. Jonah. נפש.] Anima sic vocatur quia non videtur. *Ne timeas.*] O anima mea, Psalmista seipsum alloquitur. Vel ad prudentem. *In morte sua non accipiet omnia.*] Id est, ne minimam partem, ut Num. 11. 6. *Non est pars una,* כל idem. *Benedixit anima sua.*] Læto & hilari animo, edendo & bibendo vixit. *Sed laudabunt te si benefacis tibeipsi.*] Nomen tuum vivet post mortem. Et dicit *laudabunt* in plurali, nempè. divites & pauperes. *Si benefacis.*] Si sapientiæ quæ post mortem est superstes, incumbas. *Anima sua veniet.*] הנפש תבוא ad locum suum ubi patres ejus sunt, ut Ismael *ad patres suos,* Gen. 25. *Non videbunt lucem.*] Sed erunt in obscuris tenebris; lux sæculi futuri in Gorionide dicitur lux magna. *Homo in honore.*] In divitiis, morte est similis bestiæ & cui bono sunt divitiæ? Vel homo, qui habet *honorem*, nempè, animam quæ non pernoctat, ילין nec dormit.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 49.

Audite hoc.] Id est, legem hanc, O quam jucunda est hæc lex! sicut lux, Eccl 11. R. Aba. *Non redimit fratrem.*] In die Judicii magni.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 49.

Ostendit differentiam inter studium legis, & divitiarum. *Calcanei,* עקבי.] Id est, in fine dierum meorum. *Redemptio animarum est cara.*] Quando quis animam suam de peccato liberat, & חדל ut rediret in stultitiam, in æternum cessat; O quam jucundum est! *Sapientes.*] In congregandis divitiis. *Non pernoctabit in honore.*] Sed noctè de divitiis adipiscendis meditatur. *Stultitia, vel, spes* כסלם.] Id est, divitiæ sunt eorum confidentia. *In ore eorum.*] Id est, delectantur de divitiis comparandis colloqui. *Sicut oves.*] Mactatæ à pastore. *Justi dominabuntur manè.*] Id est, motores cœlorum, Divini judicii administri stant in contrarium; ita ut diurni labores eorum, quolibet mane quando ad opus suum sese accingunt, non prosperabuntur. *Benefacis,* תיטיב.] Id est, animæ intellectuali.

Sect. 5. *Ex R Sol. in Psal.* 49.

Filii hominis.] Abrahami. *Filii viri.*] Noachi, איש, qui erat vir justus. חלד.] Terra sic dicta, quasi חלודה inveterascit Vel, à חולדה creatura, quæ vivit in arida solùm, non in aquis. Rabboth. *Parabola.*] Legi quæ est parabola antiquorũ, 1 Sam. 26. *Iniquitas calcis.*] Transgressiones leves quas sub pedibus conculco, עבירות קלות, tamen hæ timorem in me, in divites multò majorem injiciunt. *Ut viveret in æternum.*] Ut illi imaginantur. *Nomina sua in terras.*] Ut Antiochia ab Antiocho, Cilicia à Seleuco, & *Enoch vocavit civitatem suam secundùm nomen ejus,* Gen. 4 *Approbant dictum eorum.*] Faciunt sicut patres sui, nomina sua in terras eorum celebrando. Vel, *delectantur in proprio ore.*] Quid contigebat huic vel illi enarrando. Vel, *in fine suo.*] De necessitate mortis loquentes, haud trepidantes & resipiscentes. *Stultitia eorum.*] Vel, כסל est membrum corporis quod tegit pinguedo, ita ut renes eorum insensibiles sunt, consilium ut convertantur ad Deum, respuunt. *Mors depascet.*] Nuncius mortis per morbum quendam, ut Job. 8. *Primogenitus mortis devorat eorum robur.* Vel, *mors franget eos.*] à תרועם Psal. 2. & in Jer. *disrumpat ferrum? &c. Ab habitatione sua.*] Id est, non erit illis habitatio ulla, ut in Mal. 4 *Sol uret eos.* Vel, *propter suam habitationem.*] Quia Sanctuarium Dei comburebant. Rabboth. *Dominabuntur recti.*] Ut Mal. 4. 3. *Conculcabitis impios. Manè.*] Die redemptionis. *Redimet.*] è manu sepulchri: viis suis ambulantem accipiet me. *Benedicit animæ suæ.*] In viis suis malis, ut Deut. 29. 19. *Benedicit sibi in corde suo. Non pernoctabit.*] Unâ nocte in integritate non permanebat Adam, sed in fine diei lapsus est in Gen. 3. in Pentateuch. Arab. R. Saad Gaon. صوت الله ماشي في الجنان برفق بخربة النهار, Vocem Dei ambulantem lenitèr, in desolatione diei, quando dies est propè exitum,

tum, & nox solitaria advenit, advesperascit, sic in Persico Pentateu. בהואי אן רוז [بهواي ان روز]

Sect. 6. *Ex Chald. in Psal.* 49.

Hominis.] Adami. איש.] Jacobi, qui vocatur homo איש integer. *Divites & pauperes.*] Justi & peccatores. *Calcis mea.*] Id est, in fine apprehendet me iniquitas mea. *Cessat in aeternum.*] Nempè, vindicta, quando redemptionis pretium solvitur, *vivet in aeternum*, & non videbit puteum Gehennæ. *Derelinquunt divitias suas aliis.*] Id est, justis, ut Job. 27. *Justus induet. Vocantur per nomina eorum in terris.*] Id est, superbiâ, nomen malum sortiti sunt. *Homo in honore non manet.*] Id est, impius in honore cum justis non manebit. *In ore eorum delectantur.*] Id est, rebelliones eorum in ore suo assumunt. *Ponunt eos in sepulchro sicut oves.*] Id est, justos צריקיא, ut oves mactationia immolant. *Dominabuntur in eos, nempè, justes manè.*] Scil. quolibet die, ut Gen. 1. *Manè & vesperi dies unus*, & Psal. 101. *Manè excindam, &c. Formam eorum sepulchrum consumet.*] Occidunt alios, & ad sepulchrum mittunt, & sepulchrum consumet eoa. *Propter habitationem suam.*] Quia templum Dei destruxerunt. *Sed Deus redimet me.*] à Gehenna, sic dixit David per spiritum. *Dabit mihi ut recipiam.*] Id est, docebit me legem suam à לקח, Job. 11.4. *Mea doctrina. Si ditescant.*] Cora, & socii ejus. *Benedixit tibi anima sua.*] Anima Mosis quando vixit, ut in Deut. 33. ad finem. *Quando benefacis.*] Illis qui benedicunt tibi. *Veniet ad generationem patrum.*] Memoria justorum: *Similis bestiis.*] Quando honor suus est ab illo ablatus.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal* 49.

Sapientias.] De Christo, quæ sunt pro stultia nimium excelsæ, quatuor sunt, Prov. 1.20. *Sapientiæ clamant*, Prov. 9.1. *Sapientia ædificant domum*, Prov. 24.7. *Cessat.*] Duo sunt, 'ב Num. 9.13. *Cessat observare Pascha.* דור.] Quatuor sunt conjuncta, primum plenè, secundum defectivè scribitur; è contrario, Psal. 89.4. *De generatione in generationem*, prima vox defectiva est. *Dominabuntur.*] Super impios, & omnes creaturaa. Duo sunt, unum sine Dages, Gen. 1.28. *Dominentur in pisces, &c. In aeternum.*] Vel lucem æternitatis. Duo sunt, 1 Sam. 15.29. *Æternitas Israelis.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 49.

Terrigenæ.] Civiliora vitæ expertes, Theod. Vel, *filii Adam.*] Gr. γηγενεῖς, Gigantea terræ filii Herculis subsidio erant superati, qui bellum Diis indixerant, à quibus cœlum timuit.

Horat. lib. 2. Od. 12.

—— *Domitosq́; Herculeâ manu*
Telluris juvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus.
(Gen. 6. *Erant Gigantes, &c.*)

Parabola.] Sic Mat. 13.35. *Aperiam os in parabolis*, ait Christus. Chrysost. totum Evangelium est mysterium. *Iniquitas calcanei mei.*] Nempè, fraudis meæ, nam in calcaneo quisquis labitur. S. Aug. ut Genes. 3. *Insidiaberis calcaneo ejus*, ut eum dejicias. S. Aug. Theodoret. dicunt aliqui, humanitati Christi, pars pro toto, 1. Prophet. de mor. Christi. Vel, quando *homines iniqui circumdabunt calcaneum meum.*] Ad supplantandum me. Vel, *afflictio calcanei.*] Ut Lament. 4.6. Pœna filiæ populi mei. Syrus habet ἐξ τῆς πλέξεως, ait Chrysost. Observa authoritatem Syri interpretia in tempore S. Chrysost. qui citat eum sæpè, similiter Græc. Scholiast. & Theodoret. *Confidunt in divitiis.*] Et eas abdunt in terris, sunt ut miseri Hydropici.

Horat. lib. 2. Od. 2.

Nullus argento color est avaris
Abditæ terris ——
—— *Nisi temperato*
Splendeat usu.
(Ut Eccles. 6.1, 2. *Non dedit animum ut eit utatur.*)
Latiùs regnes, avidum domando (Ut in Prov.
Qui regit spiritum, quàm qui vincit orbem.)
Spiritum, quàm si Lybiam remotis
Gadibus jungas ——
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
(πλεονεξία, 1 Tim. 6.)
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Redimat fratrem.] Ut non videat puteum, quia *non sumus redempti per corruptibilia*, 1 Pet. 1.18. ab effi. & dissim. Vel, quis dabit pretium redemptionis animatum, ut quando cessat in hoc sæculo, vivat in æternum in alio sæculo. Or.

Vel etiamsi dives sit, ——
Quis tamen redimere vult fratrem è carcere, &c.

Horat. lib. 2. Od. 2.

Vivet extento Proculeius ævo,
Notus in fratres animi paterni: (Alebat eos (sic Joseph. Gen. 45.) ut hostea Cæsaris condemnatos.)
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.
(Qui contemnit divitias, ipse beatus est potiùs quàm in Cyri solio.)
Redditum Cyri solio Phraäten
Dissidens plebi, numero beato ——
Rum eximit virtus: ——
—— *Regnum & diadema tutum*
Deferens uni, (sapienti) *propriamq́; laurum,*
Quisquis ingenteis oculo irretorto
(continenti, est oculus ἅπλους, Mat. 6.)
Spectat acervos.

Sepulchra eorum erunt domus eorum.] οἱ τάφοι, Chrys. *Vocant nomina eorum in terris.*] Ut Jer. 17. Opposit. ad illud, *Scripta in cœlis*, Hebr. 12. Basil. Vel Epitaphia eorum sunt scripta in eorum monumenta, ut in Sepulchro vel Pyramide C. Cestii propè portam S. Pauli Romæ, adhuc vidimus nomen ejus in grandioribus literis, C. CESTIUS, & in minoribus, Opus absolutum in 330. diebus: Et Psalmista dicit, *Sepulchra sunt domus eorum in aeternum*, quia Pyramis est ex candido marmore propter durationem, & hodiè est integerrimum omnium vetustorum Romæ monumentorum. Vide Tacit. 3.6. lib. Ann. & addit Psalmista, *sicut bestiæ*, quia Cestius erat vir epulonum, qui observabat festa Jovis, & Deorum, ut patet ex inscriptione adhuc extante. Est etiam aliud vetustum

tuſtum monumentum Cecil. Metelli, de quo
Horat. Od. 1. lib. 2.
—— *Ex Metello Conſule,&c.*

Ut patet ex inſcriptione, ſecundo ab urbe lapide, fabrica eſt rotunda ex marmore quadrangulari in vertice aperto: Muri ſunt craſſi pedum 24. propter perpetuitatem. Sic etiam in via Appia, non procul à flumine Almone eſt ſepulchrum Scipionum (ut apparet ex inſcriptione nominis) & in Caiëta inter Romam & Neapolim eſt ſepulchrum L. Manutii Planci Oratoris, Ciceronis diſcipuli, factum 16. annis ante Chriſtum, eſt rotunda figura, ſicut illud Metelli, ſimiliter rotundum eſt ſepulchrum Adriani Imperatoris Romæ, vulgò Caſtello de S. Angelo, quod fecit ſibi & Antoninis, ut ſucceſſivè permanerent nomina ſua. *Current poſt finem eorum.*] Moriuntur ſicut illi, נחה, ut Reg. 4. 16. *Ab uno angulo*, vel *extremitate ad aliam. Sapientes & ſtulti moriuntur.*] Ut Archyta, Philoſophus, & Geometra.

Horat. Od. 28.
—— *Nec quicquam tibi prodeſt,*
Aërias tentaſſe domos, animoq; rotundum
Percurriſſe polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor, conviva deorum:
(Tantalus.)
—— *habentq;*
Tartara Panthoiden (Pythagoram ſæpè mortuum) *iterum Orco*
Demiſſum: quamvis clypeo Trojana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultrà
Nervos atq; cutem morti conceſſerat atræ:
—— *Sed omnes una manet nox*
(Joh. 11. *Nox venit*, id eſt, mors.)
Et calcanda ſemel via lethi
(Heb. 9. *Semel mori.*)
Dant alios furia Torvo ſpectacula Marti:
(1 Sam. 26. *Dies ejus veniet, aut morietur bello.*)
Exitio eſt avidis mare nautis
Miſta ſenum ac juvenum denſantur funera: nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.
Me queq; ——
Illyricis Notus obruit undis:
At tu nauta, vaga ne parce malignus arenæ
Oſſibus, & capiti inhumato
Particulam dare (Me ſepelire, non ut Eccl. 6. *caret ſepultura.*)

Recti.] Angeli cuſtodes, eos in Gehennam projiciunt. Baſil. *Manè*, vel ταχέως, *celeritèr dominabuntur in eos.*] Pauperes ab eis deſpecti, ut Lazarus à divite, Theod. Vel poſtquam potentes lapſi ſunt, Chryſ. ſic Pſal. 101. 1. *Manè occindam,&c.* Vel noli feſtinare, Chriſtiane dominaberis eis, ſed manè, S. Aug. *Redimet animam meam.*] Chriſtus non vidit corruptionem in ſepulchro, Pſal. 16. 10. 3. Proph. ab Oppoſ. *Accipiet me.*] Eſt aſcenſio Chriſti. *Non videbit lucem.*] Ne momentum gaudii, ignem ſine aquæ guttula, ut Luc. 16. *Ut refrigeret linguam meam*, alludit Poëta,

Od. 11. lib. 3.
—— *& inane lympha*
Dolium fundo pereuntis imo. &c.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Pſal. 49.*

איש.] *Los nobles.* Hiſp. *Nobiles.* Ital. *In interiori.* Hiſp. Ital. Vel, *L' adentro de quegli.* It. Cor ponunt ad domos ſuas, & in illis ſuperbiunt. Vel, *ſepulchra eorum ſunt domus.*] Ang MS. Vul. Gall. *Calcanei.*] *L' iniquita de mei nimici.* Ital. *Nomina eorum in terris ſuis.*] Quia ſepulti erant in Cavernis hæreditatis eorum, ſicut Abraham, Geneſ. 23. *Manè.*] Gal. Vulg. Ital. *Quando il ſignore apparirà.* Ital. *Dictis eorum.*] Sicut illi præcipiunt. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Pſal. 49.*

Terrigena.] Vulg. Gr. Incola terræ Canaan, Iſraelitæ, ab ארמה. Vel, *filii Adam, & viri filii.*] Lat. MS. *Iniquitas calcanei mei.*] Lat. MS. Id eſt, juventutis (ut Pſal. 25. *Peccata juventutis*) quæ præterit, & à tergo eſt ut calcaneus. *Sed quieſcit in ſæculo.*] Lat. MS. à redimendo alium. *Non videbit interitum.*] Animæ, licet videat ſapientes & ſtultos pereuntes. *Vocaverunt nomina ſua in terris.*] Vulg. Gr. Lat. MS. Id eſt, in vita ſua quilibet erat celebris, in ore virûm volitans. *Interiora ſua, domos ſuas in ſæculo.*] Lat. MS. permanſuras. *Similis factus eſt illis.* Gr. Vulg. דמה à נדמו Lat. MS. exæquatur. *Hæc eſt via inſipientia eorum.*] Lat. MS. Vel, *ſcandalum illis.*] Vulg. Gr. facit eos in peccata & mortem labi, כסל ut מכשול. *Auxilium eorum.*] Vulg Gr. peribit, illi non poſſunt ſeipſos, aut alios adjuvare, ut Pſal. c 46. *Spiritus exit,&c.* צור à צירם rupes. לו ut לך. *De habitatione.* Lat MS. vel, *gloria eorum.*] Gr. Æthiop. זבל. *Cum aſſumpſit me.*] Per mortem, Lat. MS. ut Gen. 5. *Non erat, quia aſſumpſit eum Deus.* Ab. Ezra. & in Ezech. *Aſſumam delicias oculorum tuorum,&c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Pſal. 49.*

De judicio Dei, Par. edit. ܕܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܥܠ
Filii terræ & filii Adam.] Syr. ארעא ܐܪܥܐ
Heb. אדם. *Calcaneorum meorum*, vel *inimicorum meorum circundans me.*] Syr. tamen non timebo, Syr. ܘܒܥܩܒ ܒܥܠܕܒܒܝ, Heb. à עקבי, דבעלדבבי
inſidias ponere, in Joſ. 8. Aut ſicut illud in Geneſ. 3. *Conteret calcaneum, &c. Laboret*, vel, *ceſſet in æternum, quòd vivat in æternum.*] Syr. ܠܐ לאו.
Heb. חדל id eſt, ita vivere non poteſt, ut non moriatur. *Aliis relinquunt opulentiam ſuam.*] Et illam ſervare non poſſunt. *In ſepulchris ſuis.*] Syr. ܩܒܪܝܗܘܢ קבריהון. Heb. קרבם. per tranſpoſitionem. *Stultitia eorum*, vel, *offendiculum.*] Syr. ܬܘܩܠܬܐ חוקלתא. Heb. מכשול à כסל in Zeph. 1. *Scandala, &c. Delectant in ore ipſorum tanquam oves.*] Syr. ܢܪܥܘܢ נרעון, quorum unus alium ſequitur. *In aurora.*] Id eſt, in tempore opportuno, vel quotidiè, velut in Pſal. 101. 8. *In diluculis.* Et in Pſal. 46. *Singulis matutinis. Ex habitaculo ſuo*, vel, *ejiciuntur à gloria ſua quilibet eorum.*] Syr. MS. Par. edit. ܡܢ ܬܫܒܘܚܬܗܘܢ מן תשבוחתהון
Heb. לו מזבל, Syr. זבלא. notat ſtercora in Syr. ad Phil. 3. & זבל eſt gloria in Habac. 3. *Laudabunt*, vel, *laudabit* (ܢܘܕܐ Par.) *te, quando benefacis illi.*] ܠܗ לה Syr. Sicut dives ſibiipſi facit. *Adduces illum.*] O Domine Deus, mori eum facies ut patres ejus, Syr. Heb. תבוא ut חבא. *Non permanebit*, vel,

vel, *non intelligit.*] Syr. ܐܬܒܝܢ אתחבין. Heb. ילין, sicut יבין postea. *Redimet animam meam ab inferno.*] Scribit de Thalete Diog. Laert. lib. 1. Apud Græcos primus sapientum dictus erat (tempore Josiæ vixit) à Cadmo suam traxit originem; primus animam esse immortalem probabat, cursum solis investigabat, &c. de Chilone è septem sapientibus uno, referunt hoc argutè dictum, spe bonâ, docti ab indoctis differunt. *Traditur jumentis, & similis fit illis.*] Syr. ܠܐ ܐܫܬܠܡ אשתלם. Heb. נמשל per transpositionem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 49. Heb. Arab 48.*

Inimici mei.] Arab. اعداى, supplantantes me, & confidentes in virtute sua. Arab. *Filii Adam*, vel, *incolæ regionum.* Arab. البلاد, id est, superioris fortis homines qui regiones proprias incolunt. *Sepulchra sunt domus eorum.*] Gr. Arab. قبورهم. *Vivat in æternum.*] Dicitur de Messia, qui moritur ad redimendos patres. לפדות האבות. R. Mos. Hadarshan apud Nebiens. Stultitia, vel scandalum sunt illis. عثرة. *In oribus suis currunt.*] Arab. بافواهم, id est, ducti sunt eorum consilio ut oves sequuntur se invicem. *Ab habitatione, vel, cadent de sua gloria.*] Arab. ويسقطون من مجدهم. *Glorificabit te.*] Laudabit te benefacientem illi. Arab. يمجدك. *Videbit lucem, non erit ut homo in honore, qui non intelligit, & fit jumentis similis per ignorantiam suam.*] Arab. ولا يكون, quia homo bestiæ similis, novit lucem, sed in tenebris ambulat.

---

1 Psalmus Asaph. XLIX. Heb. L.

DEus deorum Dominus locutus est: & vocavit terram.

A solis ortu usque ad occasum:

2 Ex Sion species decoris ejus

3 Deus manifestè veniet: Deus noster & non silebit.

Ignis in conspectu ejus exardescet: & in circuitu ejus tempestas valida.

4 Advocabit cœlum desursum, & terram discernere populum suum.

5 Congregate illi sanctos ejus: qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

6 Et annunciabunt cœli justitiam ejus: quoniam Deus judex est.

7 Audi populus meus, & loquar; Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

8 Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

9 Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

10 Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, jumenta in montibus & boves.

11 Cognovi omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est.

12 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus.

13 Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

14 Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua.

15 Et invoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.

16 Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

17 Tu verò odisti disciplinam: & projecisti sermones meos retrorsùm.

18 Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.

19 Os tuum abundavit malitiâ: & lingua tua concinnabat dolos.

20 Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris, & adversùs filium matris tuæ ponebas scandalum:

21 Hæc fecisti, & tacui.

Existimâsti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contrà faciem tuam.

22 Intelligite hæc qui obliviscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.

23 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 50.*

DE die judicii futuro על יום המשפט, Kafvenak. Aram., ליום הדין, quando redemptor venit, בבוא הגואל, ut Joel 3.1,2. *Descendere faciam in vallem Jehosaphati*, & in ver. 14. *Multitudines in valle decisionis.* *Deus deorum.*] Judex judicum, & omnium potentissimus. *Dominus.*] Vel, æternus ille קיום. *Locutus est.*] Per Prophetas suas, & sic fecit. *Vocavit terram.*] Ad judicium, id est, excitat illos cum Gogo, ut contrà Jerusal. prælientur, & judicet illos ibi, sic Ezech. 39.2. *Adducam te de partibus Aquilonaribus.* *A Sione.*] Veniunt quasi exinde dedisset vocem suam, & vocati essent de Sione omnes. *Venit Deus noster.*] Ad exequendam vindictam super hostes nostros. *Et non silebit.*] Ampliùs ad nostras afflictiones, vel ad hostes suos לצריו. Cod. Cremon. *Ignis devorabit circùm.*] Jerusal. ubi est ejus habitatio. *Terra quasi tempestate.*] Id est, incolæ terræ. *Ad cœlos.*] Angelos cœli, ut vindictam, sicut in exercitus Assur exequentur, 2 Reg. 19.35. *Ad terram.*] homines

Homines in terra, ut unus alium interficiat, ut Zach. 14.13. *Apprehendet manum proximi sui.* In Derash Rabboth. *Cælos,* id est, animam. *Terram,* id est, corpus; in resurrectione uniuntur. Arama. Non est in Cod. Cremon. *Colligite Sanctos meos.*] Gentibus colloquitur, ut congregent populum suum, ut Zeph. 3.10. *Ducent munus meum, filiam dispersorum meorum, ultrà flumina Cush.* Et Isa. 18.7. *Munus ducetur populi conculcati, &c.* Et Cant. 4. ult. *Veni, flate, &c.* Kafven. *Fœdus per sacrificium.*] Ut Exod. 24.8. *Moses fœdus ferit, & offerebat sacrificia, dicendo, Ecce sanguis fœderis,* Kafvenaki. In Derash, fœdus circumcisionis. Est in Cod. Cremon. idem. Vel seipsos sacrificabant in cultu meo. Arama. [ut Rom. 12. *Corpora vestra hostiam viventem, &c.*] *Justitiam suam.*] In redimendo Israel sicut promisit. *Cæli.*] Quia permanent in æternum, & in die judicii sunt testes justitiæ divinæ, non sic generationes terræ: & exercitus cœlorum etiam declarabunt quòd Deus ipse est judex. *Audi.*] Postquam Deus vindictam in hostes suos ex Gentibus ostendit, tunc ex Israele peccatores exterminat, ut Zeph. 3.11. *Non eris amplius superbus.* Et in Zach. 13.8. *Duæ partes morientur, & tertiam partem per ignem, &c.* Et Isa. 4.3. *Omnis scriptus in libro —— erit sanctus.* Arama dicit, sunt tres hominum societates judicandæ, justorum, mediorum, & impiorum, in hoc Psalmo. *Propter sacrificia tua.*] Est peccatum grande afferre sacrificium, & à peccato non desistere, ut Isa. 1.12. *Quis requisivit hæc? Obtestabor.*] Cœlos & terram contrà te, quòd fœdere me Deum tuum agnoscere obligatus es, & pro peccatis tuis reprehendam te, non pro sacrificiis, quia in Decalogo non est mentio sacrificiorum, nec est res hæc magna in oculis meis utrum sacrifices, annon? *Non accipiam bovem.*] Meminit *bovis,* quia est maximum sacrificiorum, & עתודי inter capras. *B[illegible] saltus.*] Quæ non est in tua, est in mea manu. *Super mille montes.*] Loca quæ tu nunquam calcavisti. Derash de bestia; bove silvestri in mille montes pascente, Kafvenaki. Non est in Cod. Cremon. זיז.] Bestia agri, Psal. 80.13. In Derash volucris grandis quæ volando alis tegit solem. Est in Cod. Crem. *Si esuriebam.*] Sicut homo. אבירים.] Deficit פרים. *Sacrifices confessionem.*] Confiteri peccata, & discedere ab illis, Kafvenaki. *Solve vota tua.*] Non dico *Vove,* sed post votum solve, si filio hominis, multò magis Deo, qui est Altissimus; & evadere, si fraude agas, est impossibile, Kafvenaki. *Liberabo te.*] Si sacrificia tua sint Confessio & Emendatio vitæ. *Glorificabis me.*] Faciendo mandata mea, qui sacrificat & non convertit, Deum contemnit profitendo facere quod non facit, quasi Deus non esset καρδιογνώστης. *Impio dicit Deus.*] Hucusque reprehendit illos qui sacrificant, & non convertunt; nunc reprehendit Doctores legis qui non faciunt eam, לומדים; Et hæ duæ dispositiones sunt Deo abominabiles, Kafvenaki; Nam notoriè impius ante Deum & homines pœnitentiæ propinquior est, quia reprehendunt eum homines, sed qui sacrificat & videtur justus, estque clàm impius pejor est, quia negat Deum; sic qui docet legem, & non facit, peccat, & peccare facit חוטא ומחטיא, quia populi terræ ignorantes discunt opera ejus, dicentes, Nonne est hic discipulus sapientis? attamen videte opera ejus, si essent opera coram Deo mala, non faceret illa; Et alii qui cognoscunt per legem opera sua esse vilissima, מקילקלים cognitioni legis, & Doctoribus ejus maledicunt, dicendo, *Maledictus ille qui peperit illum,* ארור שזה ילד. *Furem.*] Mala opera hic memorata sunt in secreto. *Statuta mea, fœdus meum.*] Id est, præcepta fœdere promulgata, חקי. *Instructionem.*] Inter hominem unum & alium. *Verba mea.*] Reliqua præcepta. *Misisti linguam.*] Quasi aperuisset eam, ut clàm in domo sua, vel alibi malediceret. *Lingua tua fabricat,* vel, *associat dolum.*] Verba tua verbis similis detractoris conjungis. *Sedes.*] In sede derisorum, & contrà fratrem tuum obloqueris. *Filium matris tuæ.*] Licet inter illos de hæreditate nulla esset dissensionis occasio, quia hæreditates eorum erant peculiares. *Silui.*] Ut te secundùm opera tua non adhuc remuneravi. *Et existimabas quòd tibi similis fuissem.*] Quòd habuissem corpus גוף sicut est tibi, & sic Idololatræ cogitant, quando Imagines fabricant. Et dicit Deus, peccatum hoc suprà reliqua prædicta puniam. Hanc exposit. audivi ex ore venerandi senis. Non est in Cod. Cremon. sed Venet. Vel, *sicut tu.*] Quòd opera secreta ignorabam, Kafvenaki. *Reprehendam te.*] In hoc die Judicii, & non deferam ampliùs, ut Mal. 3.18. *Tunc videbitis inter justum & impium, discrimen, &c. Intelligite hoc.*] Reprehensionem hanc, & convertite ab operibus malis. *Ne rapiam.* Ut Mal. 4.6. ne veniam & percutiam terram Anathemate. *Qui sacrificat cum confessione.*] Id est, confessione peccatorum, ita ut derelinquat ea. *Qui disponit viam.*] Et cor ejus rectè, ita ut non sacrificio indigeat. *Ostendam salutem Domini.*] Dies judicii in impios erit in tempore salutis justorum, qui fruuntur bono omnibus mundi diebus כל ימי עולם. Et dicit *salutem Dei,* nempè, meam salutem, ut Exod. 24.1. Moses ascendet, id est, tu ascendes, dicitur in honorem Mosis pro more linguæ. שם cum Samech legitur, scribitur cum Shin, id est, disponit viam in integritate cum hominibus. Derash Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 50.

Dominus.] Qui non mutat, semper est idem, ab הוה. *Ab ortu solis.*] In terra habitata, nam quarta רביעית pars terræ totius non est habitata. *Ex Sione.*] In medio terræ habitatæ. *Deus noster veniet.*] Et sancti expectabunt eum, ut vindictam pro illis exequatur. נשערה.] à רוח שערה, & Shin pro Samech. *Fœdus de sacrificiis.*] בעבור, ad offerenda sacrificia, ut Exod. 24.4. *Sanguis fœderis quem precepit Deus.* R Sol. *Declarabunt justitiam suam.*] Quia Angeli sunt testes ejus. *Non reprehendam te pro sacrificiis.*] Non principaliter, sed multò magis pro inobedientia, ut Jerem. 7.22. *Dixi, obedito voci meæ.* זבחים sunt pacifica, & פר erat maxima oblationum Akatis. חיתו Vau redundat, ut in בנו, Num. 24.3. *Bestia super montes, mille.*] Id est, mille paraschæ, vel milliaria. Vel mille boves, פרים, vel הרים montes. *Ego novi omnem.*] Sed non alius, *ego novi* etiam bestias agri quæ sunt remotæ ab incolis. ותרץ.] à תרצה. *Sacrificia Eucharistia.*] Quæ obedientiâ conjuncta, sunt holocaustis sine obedientia præstantiora, licet holocausta erant Dei solius, & caro Pacificorum erat offerentis & possessoris. *Vota solve.*] Sacrificia quæ vovisti. *Liberabo te.*] Iterùm

quando solvisti *vota* priora. *Glorificabis me.*] Solvendo vota secunda. *Impio dicit Deus.*]In principio venit judicare *populum suum*, nunc etiam impium. *Instructionem.*] Vel correctionem, quæ te emendaret. *Sedes.*] In *sede derisorum.* צֶדֶר חבר. *Filium matris.*] Qui parvulus est, & detractiones tuas ignorat. *Silui.*] Quasi surdus. *Cogitabas quòd Ehejeh erat sicut tu.*] Ignorans secreta: Ehejeh est nomen Dei, in Exod. 3. 14 *Obliviscimini Dei.*] Fures, nempè calumniatores, & adulteri prædicti. *Rapiam ut Leo.*] Pastor potest de ore lupi, sed ex ore leonis liberare nequit, ut Amos 3. & Isa. 31. 4. *Quicunq; effert sacrificium laudis, glorificat me.*] Quando votum suum persolvit, sicut prius dixit, eripiam te, & glorificabis me. *Ostendam salutem Dei.*] Id est, salutem meam. *Qui ponit cor suum ad viam.*] Id est, intelligit rectam viam Domini, שׂם לבו.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 50.

Deus deorum Dominus.] Meminit nomen Dei tribus vicibus secundùm tres proprietates in quibus Deus creabat mundum, sapientiâ, intelligentiâ, & scientiâ, Prov. 3. sic repetunt illud nomen filii Rubenis, *Deus deorum, Dominus novit*, Jos. 22. *Vocavit terram.*] Cœli & terra creabantur simul, ut in Isa. *Stabant simul*, יחדו אחת בבת; non operatur Deus sicut artifices carnis & sanguinis. *De Sione.*] Quando renovat Deus mundum, incipit à Sione, Isa. 2. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 50.

De die Judicii, in quo terra pars Israel salvabitur, Zach 13. *Vocavit terram.*] Adamum & Evam, & in aliis omnes, & dedit illis septem præcepta, sed rebellârunt, ideò elegit Sion, ut sequitur. *Super sacrificio.*] Id est, spiritu contrito, ut in Psal. 51. *Non reprehendam te.*] Quia in futuro cessabunt omnia, exceptis laudia sacrificiis, ל׳ ז׳ י׳. *Bestia.*] Ante legem, mundæ pro sacrificio reputabantur. *Votu tua.*] In Exod. 24. *Omnia hac faciemus.* Et in tempore Josue, Jos. 24. *Impio* לרשע.] Id est, Elizeo secundo. *Si videsti.*] In captivitate hac. *Fratrem*, אחיך.] Id est, antiquos.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 50.

Vocavit.] Loquitur de redemptione futura, לגאולה לעתיד. *Terram.* Captivos terræ. *Non fiebit.*] Ad sanguinem servorum suorum per hostes effusum. *Cœlos.*] Principes terræ in excelsis visitabit Deus, vide Isa. 24. ult. in R. Sol. *Terram.* Reges infrà. זיז.] Reptilia, quia כזיז, quasi quæ movent huc & illuc: Præparantur pro cibia in redemptione futura. *Confessionem.*] Peccatorum, & reformationem. *Persequebaris.*] ותרצה à רוצו, in Psa. 1. *Dispellit ventus.* *Qui penit viam.*] Ad peccatores, quomodo Deo reconcilientur. [Vel ותרצה, id est, duplicem tuam linguam. די in lingua Persica est *duo*, ut in Pentateuch. Pers. دو لن روشنيها דו אן רושנייא, *Deus fecit duo luminaria, &c.* est unius ἐντεραπλία.]

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 50.

Vocavit terram.] In principio decrevit mundum creare, sic dicitur de Deo, *vocat res qua non sunt quasi essent. E Sione.*] Deus qui est perfectio pulchritudinis Sione, quando fecit mundum, incepit. *Venist.*] In die Judicii magni, ביומא רבא. *Cœlos.*] אנגלי Angelos. *Per sacrificium.*] Per orationem quæ similis est sacrificio. *Pro sacrificiis.*] Quæ non obtulisti in captivitate. *Sed Holocausta tua sunt semper coram me.*] Id est, holocausta quæ obtulerunt patres tui. *Mea est.*] Et bestiæ mundæ pro justis in horto Edenis præparantur. *Fera*, vel, *gallina silvestris est mecum.*] Cujus pedes sunt in terra, & caput ad cœlos, ante me cecinit. *Behemoth.*] Vel bos silvestris, ut in Isa. *Esurio.*] Si tempus holocausti quotidiani appropinquaret, non dicam tibi. *Sacrifica, & erit Deo Eucharistia.*] Id est, sacrifices concupiscentiam malam, & æstimabitur ut sacrificium Eucharisticum. *Cogitabas.*] Et dixisti, in pace tecum semper ero. *Ponam coram oculos tuis.*] Judicium Gehennæ. *Qui penit viam.*] Deponit viam malam. *Qui sacrificat.*] Malam concupiscent. ut Eucharisticum sacrificium reputabitur.

Sect. 7. *Ex Masor. in Psal.* 50.

Deus deorum.] Tria sunt, Jos. 22. 22. *Dominus, Deus, Deorum.* Duo sunt ibi; Judex orbis sapientiâ & potentiâ pollet. *Eluxit.*] Per judicia sua, tria sunt, Deut. 33. 3. *Eluxit de monte Paran.* Psal. 94. 4. *Eluceat*, sicut eluxit quando legem promulgavit, sic quando transgressiones legis punit. *Tempestas in circuitu.*] Curtius lib. 8. ex Diodor. regionem Gabaza aditurus Rex, tertio die erat continuus cœli fragor, & fulminum species visebantur, tunc imber cum grandine torrentis instar effunditur, ordinibus solutis errabundum agmen ferebatur, immobiles ——— reliquit multos, lucémque, naturale solatium, tempestas, haud dispar nocti supprefferat, &c. Curtius. *Impio dicit.*] Duo sunt plena, Eccles. 9. 2. *Justi & injusti*, est idem accidens in hoc sæculo, non in futuro, de quo hic Psalmus. *Projecisti.*] Tria sunt Dagesata, in Lege, Gen. 21. 15. *Projecit puerum.* Jud. 9. 23. *Mulier projecit, &c.* In Prophetis: & hic locus est in Cethubim. Qui Legem respuit destruit seipsum.

Sect. 8. *Ex Al. [...]th. in Psal.* 50.

Vocavit terram.] Dominus noster, Gentes, ut Mal. 1. 11. *Nomen meum erit magnum inter Gentes.* 1. eff. Evang. S. August. *De Sione.*] Apostoli & Presbyteri missi erant ex Jerus. ut Act. 15. &c. *Ignis ante eum.*] Ut Luc. 12. 49. *Veni mittere ignem.* Vel, de lacu ignis, Apoc. 19. *Veniet.*] Secundo adventu palàm, Chryf. Quando pœnas luent peccatores.

Pindar. Olymp. 2. Od.

ποινὰς ἔτισαν, &c.———
Scimus & quando scelus intuente
(Ut Luc. 15. *Peccavi in cœles.*)
Sole patratum est, stygio parari
Vindices pœnas Erebo, nigramq;
Judicis urnam,
At pii cura procul & labore,
Penè cœlestes gemitusq; & omnis,
Nescii luctus———

Non reprehendam te.] Prænunciat novum testamentum, quia in novo fœdere abolentur sacrificia legis. S. Aug. 2. eff. זיז pro זיו ὡραιότης. Chryf. S. Aug. *Eucharistiam.*] Vitulos labiorum, Heb. 13. 15. 3. eff. Evang. *Impio.*] 4. eff. Impium Propheta exagitat tribus dictis, laudabilem verò laudat,

Ut Pindar. Nem. Od. 8.

ἀινέων αἰνητὰ, μομ——
——φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς——
———*Benefacta laude*

Tollere,

Tellere, & culpas agitare semper
Tristibus dictis — &c.
(officium prophetæ.)

Cum adulteris.] Pindar. Pyth. Od. 11.
.γλώσσαις ἀλλοτρίαισι, &c.
Summum omnium certè malorum est,
Conjugibus teneris libido,
Nec vultus illam callidus obtegit,
Arcétve lingua vulnera noxia,
Non aula dives comprimit invidos
Plebis susurros, &c ——

Furem.] Aliquando per sortes, quandóque per oraculum fures erant convicti, ut Achan, & Herod. Euterp. Amasi antequam rex erat Ægypti, potando, & se oblectando necessaria defuerant, solitúsq; erat circumeundo furari, accusatóque negare, ideóque ab oraculis frequentèr erat convictus, hic Amasis legem condidit, ut singulis annis apud Præsides, Ægyptii omnes demonstrarent unde viverent, ὅθεν βιοῦται, aliàs morte plecterentur, hanc legem Solon mutuatus est. Herod. (sic 1 Thes. 4. τὸν ἴδιον ἄρτον.) Vel, *furem.*] Ut Apoc. 9. *Non resipiscebant de furtis, adulteriis, &c.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 50.*

Testamentum super sacrificia. Gal. Ang. MS. Vul. *Seu cum sacrificio.*] Id est, non sacrificia solummodò, sed etiam fœdus feriunt. Ital. Hisp *confirmado con sacrificios.* Ital. *Pulchritudinem agrorum.*] a. Ang. MS. Vulg. זיז à זיו, Gal. *La beauté du champ.* *Sedes.*] In Judicio. Ital. *Cum adulteris.*] Alexander è contrà Roxanes amore captus, ἔγημεν αὐτὴν, noluit probro eam, licet captivam ejus, exponere, οὐχ ὑβρίσαι, sed eam duxit in uxorem. Arrian. lib. 4. ex Diodor.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 50.*

Perfectio, vel, species decoris ejus.] Vulg. Gr. ibi incipit apparere gloria suâ. *Illi.*] לו ut לי, Jod pro Vau sæpissimè. *Holocausta autem tua.*] Vulg. Gr. Arab. Lat. MS. digniora sunt sacrificiis, & sunt semper ante me multò magis sacrificia. *Bestia, vel, Behemoth*] Lat. MS ut in Job 40. *Universitas agri.*] Lat. MS. זיז est congregatio in Psa. 68. *Et illic iter.*] Vulg. Gr. Arab. sacrificia laudis sunt via ad salutem Dei, שם ibi. Vel, *qui ordinatè ambulat.*] Lat. MS. *Cum adulteris.*] Herod. Euterp. undecimo anno Pheroni ex urbe Buti oraculum advenisse ferunt, visum suum rediturum si oculos lavasset οὔρῳ mulieris, quæ ad maritum suum solùm accessisset, ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἄπειρος, túmque omnes mulieres quas fuit in vanum expertus, in unam urbem coegit, & cum ipsâ urbe concremavit, ὑποπρήσας πάσας, & eam cujus οὔρῳ lotus, visum recepisset, in uxorem duxit. Herod.

Sect. 11 *Ex Syr. in Psal. 50.*

Asaphi, de cessatione legalium sacrificiorum. Par. edit. [illegible]. *De Sion corona gloriosa.*] Sion est ut corona gloriosa. Syr. Par. [illegible]. *Et non silebit.*] Ampliùs ad peccata improborum. *Inclamabit cœlos —— & terram.*] Id est, contestabitur cœlum & terram contrà peccatores, sicut in Deut. 30. 19. *Contestor cœlum & terram.* *In montes mille, vel, animalia in montes & boves.*] Id est, animalia agrestia & domestica. Syr. ובעירא [illegible]. Heb. אלף, sicut אליף in Jer. 11. 19. *Velut bos.* *Eripiam, vel, corroborabo te.*] Syr. [illegible]. Heb. אחלצך, secundùm locum istum in 2 Sam. 2. 21. *Exuvias ejus.* *Quid tibi cum libro præceptorum meorum?*] Ad legendum eum. Syr. לכתבא [illegible]. Heb. לספר חקי, ore loqueris de illis, sed corde odis. Syr. *Sedebas, & meditabaris.*] Syr. [illegible], sedebas solus, & machinatus es contrà fratrem tuum, & posteà loquebaris cordis conceptus, [illegible]. *Probro afficisti, vel, derisisti.*] Syr. MS. ממיק [illegible]. Heb. דפי sicut גדפי, Gimel exciso velut in לקח, & Daleth in ללם 1 Sam. 4. *Existimâsti ô inique.*] Syr. Par. edit. [illegible]. *Illic ostendam ei viam salutis Dei.*] Syr. חמן [illegible]. Heb. שם, & dicit *illic*, nempè, in hac vita ubi vivit justè, ut Psal. 36. *Illic ceciderunt* in Ab. Ezra.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 50. Heb. Arab. 49.*

Deus deorum Deus.] Ter dicitur in uno versu, ob Trinitatem in unitate שלשה כחות בעצם אחד. R. Nahum apud Nebiens. *Perfectionem gloriæ manifestavit.*] Id est, perfectam ejus gloriam. Arab. تسبدة المجد. Deus Filius venit Judex in gloria Patris & Angelorum, Mat. 16. *Deus ipse est Judex.*] Et in fine dierum inquiret Jerusalem cum candela. in Arab. adduntur, يفتش بسراج, ex Zepha. 1. *Super sacrificia.*] Solennitèr sacrificando, & sanguinem effundendo, ut in R. David. Arab. على עלי. *In mille montibus, vel, jumenta montium, & boves.*] Arab. والبقر יאלבקר. Heb. ab אליף, אלוף, in Jer. 11. זיז.] Pulchritudo agri. Arab. حسن. *Quare enarras æquitatem meam?*] Æqua mea judicia in impios, cùm tu impiè vivis. *Ponis scandalum in filium matris tuæ.*] Ut tuâ invidiâ ab opibus suis, &c. cadat & expellatur, דופי à חרפנו in Psal. 1. R. Sol.

---

1 *In finem, Psalmus David.*
2 *Cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee.*
(2 Reg. 12.) L. Heb. L. 1.
3 *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam.*
Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.
4 *Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.*
5 *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.*

6 *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.*

7 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.*

8 *Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

9 *Asperges me hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.*

10 *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.*

11 *Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.*

12 *Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis.*

13 *Ne projicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.*

14 *Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.*

15 *Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.*

16 *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.*

17 *Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.*

18 *Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis.*

19 *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

20 *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.*

21 *Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 51.*

Q*uando venit Nathan.*] Tunc confitebatur peccatum suum, 2 Sam. 12. 13. Dixit peccavi, sed oratio hæc erat facta postquam Nathan rediit ad domum suam; dixit David, *Peccavi.* [Attamen Antoninus Caracalla (cujus Circum & Thermas mirabilitèr constructas, adhuc Romæ nobis monstrabant) intuendo Juliam dixit, Volui si mihi licitum fuerit: Illa subitò si tibi placuerit licet, tu es Imperator, constituis, non recipis leges, tunc celebrabat nuptias cum illa in cujus gremio paulò ante proprium filium occidit. Elius Spart.] *Miserere.*] Non redde mihi secundùm opera mea. *Transgressiones meas.*] Hanc & alias, vel quia in hac, duæ erant, Adulterium & Homicidium. *Multiplica, lava me.*] Multiplica misericordias tuas רחמיך, & laves me à maculis. Vel, *multa sunt misericordiæ tuæ, lava me,*] Adde hanc ad reliquas. Scribitur הרבה, ut nomen, Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Et dicit *lava*, quia peccatum in anima est ut macula in veste. *Confiteor.*] Non sicut Cain, qui negavit ea, dicendo, *Nescio*, Gen. 4. *Semper est coram.*] Semper sum in dolore pro illo commotus, ac si indies in conspectu meo erat. Casvenaki. *Coram te solùm peccavi.*] Licet per servos suos pro Bathsheba misisset, tamen causam ignorabant, nec novit aliquis quare literæ erant ad Joab. de occidendo Uria missæ, nisi, quòd Uria erat verbo regis inobediens, & non exivit ad domum suam, cogitarent. Vel, *tibi soli, dico peccavi.*] Non confitebor peccatum meum aliis, R. Saad. Gaon. Vel, quia mortuus est Uria, ideò illi non possum confiteri, R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. Vel, tibi soli, quia erat contrà præcepta tua perpetratum, Kasvenaki. *Ut justificeris in dicto tuo.*] Ad Mosen, Exod. 34. 6. *Misericors & gratiosus, remittens iniquitatem, &c.* Ego confiteor, ut misericordiam inveniam secundùm dictum tuum. *Quando judicas.*] Me, justus es, ut nullus dicat, unum loqueris, aliud facis; misereris pœnitentium, miserere etiam mei. *Formatus in iniquitate.*] Aggravat peccatum suum à creatione, quia concupiscentia est in corde fixa, & quasi formatur in illa; כאילו חולל, sed non est rectè, quia dicit Psalmista, Manus tuæ fecerunt me, sed Deus non format aliquid immundum, R. Abrah. Ab. Ezra. Vel dicit *formatus*, quia ex semine factus est, Kasvenaki, sicut homo qui seminat semen amarum, fructus profert similes, ideò inclinat homo naturalitèr ad concupiscentiam malam suprà reliqua peccata, & qui peccat per eam, minùs peccat, quàm qui occidit & furatur, quia natura non inclinat ad hæc, אינו טבעו, & qui dominatur in concupiscentiam superabitque majus, quàm qui dominatur in aliud quodvis peccatum, efficit. R. Jos. Cimchi. Vel dicit *formatus*, causæ procreantea sunt peccatis plenæ, Kasvenaki. *Incaluit mater mea.*] Coitu maris cum fœmina semen יצא. Et dicit *mater mea*, quia ipsa est causa masculi plusquam vir, sicut dicunt, Mulier primò dans semen, procreat masculum. *Veritatem in interioribus.*] Licet peccaverim, cor interius erat perfectum, seduxit me concupiscentia, non est rebellio, על דרך מרוד, quia nunc resipisco. *In occultis.*] Vel, doce me occulta sapientiæ, quia meum cor ad faciendam voluntatem tuam est dispositum. *Cum hyssopo.*] Peccatum est sicut lepra, quia in fine leprosus erat cum hyssopo mundatus. בעוון.] Plenè, quia sanctissimus habet in se peccatum. Derash. R. Ahiah. in Cod. Cremon. *Fac me audire.*] Læta per manum Prophetæ. *Ossa.*] Id est, corpus, sic dicitur, *pinguefacit ossa fama bona*: & dicit *fracta*, quia propter terrorem Dei ossa sua erant turbata, ut Psal. 6. *Absconde faciem tuam.*] Ne videas nec punias peccata mea ampliùs, leviores pœnæ à Nathan prædictæ purgent peccata. *Serva in me cor mundum.*] Preservatio est continua creatio, & dicit *serva*, quia cor ejus erat purum, licet concupiscentia contrà quam orat, semel prævaluit. *Renova constantem spiritum.*] Ne cadam ampliùs. *Ne projice me.*] Sicut rem abominabilem. *Gaudium salutis tuæ.*] Spiritus prophetiæ (ab illo ablatus) est gaudium animæ, quo homo est in præsentia Dei constitutus. Vel remissionia peccatorum nova, Kasvenaki. *Libero spiritu.*] Qui inspirat Psalmos ubi & quando vult. *O Deus, vel, Judex.*] Qui potes judicare, vel misereri, & sic servare à judicio. *A sanguinibus.*] Dicitur aliquando

in

in ſingulari, quia unus eſt, etiam in plurali, quia omnia quatuor elementa in ſe continet. Ab.Ezra. *Cantabit de juſtitia tua.*] Pſalmis ſpiritu inſpiratis, Kaſve. 2 Sam.23.1. *Spiritus Domini locutus eſt in lingua mea*, & hic, *Aperi labia mea. Sacrificia nolis*,] Niſi pro errante, על השוגג, ſed David peccavit ſcientèr & volentèr, מזיד, ſi peccamus ſcientèr, ἑκουσίως non remanet ſacrificium per legem. *Cor contritum.*] Concupiſcentiæ beſtiales, התאויה הבהמיות, ſicut pinguedo & partes holocauſti conſumptæ. *Benefac Sioni.*] In his verſ. rediit ſpiritus ſanctus in Davidem, quando adhuc orabat, dicendo, *Reſtitue gaudium ſalutis tuæ:* Hi verſus ſunt prophetia de futuro, prævidebat deſolationem primæ & ſecundæ domus, ſed in diebus Chriſti oblationes erunt acceptæ, quia erunt, *Sacrificia juſtitiæ.*] Cum corde uno Iſraelitæ ſervient Domino, derelinquentes peccata omnia; priora erant injuſtitiæ, ut Iſa.1.13. *Vanas oblationes ne ampliùs adducite. Holocauſta.*] Sunt idem cum כליל.

Sect. 2. *Ex Ab.Ezra. in Pſal.* 51.

Quando venit Nathan.] Et dixit, *Etiam Dominus peccatum tuum dimiſit*, hæc vox גם, *Etiam* oſtendit, quòd pœnitentiam egiſſet David, antequàm venit Nathan. *Bethſabe.*] Dixi anteà, quòd revera non erat uxor viri לא היתה אשת איש באמת. [Inter Judæos, ut inter Turcas, habebant plures uxores, Valentinianus à Severa uxore ſua inſtigatus, aliam uxorem cepit Juſtinam, unà lege primùm promulgata, Quicunque vult, ſine pœna capiat & teneat duas uxores, ut Gentes fiant magis populoſæ. Eutrop. lib.12. Verùm S.Paul. ait, ἑνὸς γυναικός, & Geneſ.2. שניהם in Samarit. MS. de Polygamia lege Theol.] *Miſerere mei.*] Quaſi eſſet oppreſſus à concupiſcent. versùs Bethſabe, & per eam contrà ſcientiam ſuam ſuperatus. *Dele rebelliones.*] Dicit *rebelliones*, nempè, in homicidio Uriæ. *Lava me.*] Anima ipſa erat quaſi immunda. חרב in Imperat. vel pro הרבה. *Peccatum meum, vel, error.*] Nempè, in cogitatione ſua במחשבתי, quæ à lege Dei aberrabat, & hæc cogitatio erat in Deum ſolùm, qui ſolus novit eam, & ideò dicit, *Tibi ſoli peccavi, &c. Ut juſtificeris.*] Junge cum *Miſerere mei*, ut juſtus ſis in verbo tuo, in quo promiſiſti remiſſionem pœnitentibus [illegible]xd.34. Vel confiteor tranſgreſſiones meas, & [illegible]opus eſt me redarguere, ut juſtus ſis in verbo tuo, vel quia nemo erat qui me præter te increparet, quia nemo alius peccatum novit. *Formatus eram in iniquitate.*] Concupiſcentia mala eſt in corde, à pueritia plantata, ac ſi formatus erat in ea. יחמתני, id eſt מפני יחמתני, *Mater mea.*] Indicat Evam, quæ non parturiebat antequàm peccabat, רמז לחוה. *Dilexiſti veritatem.*] Et hæc eſt in mecum, licet peccavi. *In interioribus.*] Renes ſic dicuntur, quia cooperiuntur pinguedine, כליות מכוסות à טוח. R.Sol. aiunt antiqui. *Manifeſtabit mihi ſapientiam.*] Nempè, veritas prædicta. *In ſecreto.*] In corde, ſenſus idem in multis verbis, אמת ab אמונת in plurali אמתות ut בת & בנות. *Hyſope.*] Sicut leproſus, vel qui mortuum tetigit, ſic peccatum eſt ad animam. *Gaudium.*] Quia anima lugebat. *Oſſa quæ fregiſti.*] Ut corpus etiam corroboretur. Raſi. *Faciem tuam.*] Iram חרונך à me, ut Deut.7. & Levit.20.3. *Faciem meam contrà hominem iſtum ponam. Cor mundum.*] Ut non ampliùs cadem, שלא אכשול עוד. R.Sol. *Spiritum rectum.*] Idem eſt cum *cor mundum, &c.* ut Gen.49. & Pſal.16. *Cor meum, anima, gloria mea. Spiritum ſanctum.*] Timebat David, ne auferret eum Deus, ſed in ſenectute dicit, *Spiritus Domini locutus eſt per me*, 2 Sam.23.1. R.Sol. *Reſtitue gaudium.*] Quod ſemel ante peccatum habui. *Spiritu voluntario.*] Ut liberè viam tuam, quomòdo miſertus es mei, edoceam: & dicit *tranſgreſſores*, reſpond. ad illud, *Confiteor tranſgreſſ* & addit *peccatores*, reſpond. ad illud, *Peccatum meum eſt ante me. A ſanguine.*] Quia licet non præcepit occidere Uriam, tamen in loco periculoſo ſine malo, illum expoſuit *Non ſacrificium.*] Quia adulterium & homicidium erant morte punita. *Holocauſtis.*] Id eſt quotidianis, manè & veſpero, Num.28.1. *Benignè fac Sioni.*] Unus ſapientum Hiſpaniæ exiſtimat hos duos verſus ab uno ex captivia Babel fuiſſe ſuperadditos, quando orabat ſecundùm hujus Pſalmi formulam, tamen dicimus etiam quòd David per ſpiritum locutus eſt de Templo ædificando, & licet peccaviſſet, tamen dedit Deus illi ſpiritum prophetiæ, antequàm finita erat oratio ſua. *Sacrificium juſtitiæ.*] Pacifica. *Holocauſta.*] Oblationem, vel Minchah Sacerdotis tota igne conſumpta, Levit.6.23.

Sect.3. *Ex Midraſh Tillin in Pſal.*51.

Poſtquam venit בבא.] Id eſt, poſtquam Davidi Nathan dixiſſet *Dominus tranſire fecit peccatum tuum*, 2 Sam.12. tunc compoſuit David hunc Pſalmum; in manu linguæ eſt vita & mors, ſicut Davidis confeſſio oralia eum ad vitam direxit. *Hyſopo.*] Peccatum inquinat ſicut cadaver. *Coram me ſemper.*] Peccatum ad pedes ſuos non rejicit, ut in Pſal.49. *Iniquitas calcanei circundabit me. Tibi ſoli peccavi.*] Si ignoſcas mihi, ego omnibus qui veniunt in hunc mundum teſtificabor, quòd tu pœnitentibus ignoſcere es proclivis.

Sect. 4. *Ex R.Obad. in Pſal.* 51.

Precatur veniam, & rationes ſuas reddit graviſſimas. *Tranſgreſſio* פשעי.] Fornicationem & homicidium intendit. *Iniquitas* עוני.] Quia non confitebar ante adventum Nathan. חטאתי.] Id eſt, error, quia multi occiſi, me nolente, ſunt cum Uria. *Coram me* נגדי.] Ita ut in hoc genere non peccabo ampliùs, ideóque ignoſce mihi hac vice. *Tibi ſoli dico, peccavi.*] Quia Uriah eſt mortuus. *Ut ſis juſtificatus.*] Ignoſce mihi, quia promiſiſti in Gen.4. & Exod.34. *Quando judicas.*] Impios qui non convertuntur. *In hyſope.*] In hac mea humiliatione, ſicut hyſopus eſt planta humilis. *Præ nive* משלג.] In poſterum mundus ero. *Ne projicias.*] à cœlo. *Benefac.*] Id eſt, revela locum Sanctuarii. כליל.] Id eſt, incenſum aromatum, Exod.30. totum igne conſumptum. פרים.] Oblatio divitum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Pſal.*51.

Ut tu in verbo tuo juſtificeris.] Qui dixiſti, te puniturum impios in æternum, & in hoc tuo judicio eris juſtus, quia non dicant quòd, ſicut ego, reſipiſcunt. Vel ad indicandum, quòd ſervus non eſt domino ſuo fortior, ut reſiſterem contrà concupiſcentiam meam, על יצרי, quia tu dixiſti, *non juſtificabitur*, Pſal.143.2. & ego dixi, Pſal.17. *Nihil in me reperies.* MS. עון.] Semine, vel parentibus immundis. MS, *Incaluit à me.*] יחמני, ut Gen.30.38. *Ut conciperent*, vel, *incaleſcerent.* Ab.Ezra. *Veritatem.*] Et ego verum

rum confiteor quòd peccaverim. *In interioribus.*] à בטסכוי קשת, ficut eſt extenſio arcus, ſic etiam ſcientiæ, Menachem, משך in Job 28. Non eſt in MS. Vel renes ſic dicti ob glabritiem, חלקו à מח. *Sapientiam.*] Confiteri peccatum meum. *Transgreſſores viam tuam.*] Diſcent à me ut ad te convertant, quoniam mihi peccatum remiſiſti. *Aperi labia mea.*] Ut poſt remiſſionem peccati te laudibus extollam, quia ſi non remittis illud, os meum à loquendo obturatur. Ab. Ezra. *Noluiſti ſacrificium.*] Pro peccatis preſumptionis, non eſt hoſtia in lege præſcripta. Ab. Ezra.

Sect. 6. *Ex Chald. in Pſal.* 51.

Quando intraviſſet.] שמיש Chald. *Multùm lava me.*] Chald. quia ſum inquinatus multùm. *Coram te peccavi.*] קדמך. Chald. *Interioribus.*] Sunt renes. *Secretis.*] Corde. *Hyſopo.*] Sicut Sacerdos, qui hyſopo diſperſit aquas purificationis אריותא, alii מוי ארביותא ex cineribus vaccæ ruſæ, Num. 19. 17. *Spiritum tuum.*] Prophetiæ נבואה. Chald. *Lætitiam ſalutis tuæ.*] Ut lætet in ſalute tua. *A ſanguine.*] Judicio ſanguinis. *Aperi labia mea.*] In lege tua, ut ex illa colloquar. *Si holocauſta reddam.*] Non accipies. *Tunc offerent.*] Sacerdotes.

Sect. 7. *Ex Maſor. in Pſal.* 51.

In iniquitate.] Sunt quatuor plena, 1 Paral. 21. 8. *Dele iniquitatem ſervi tui*, 2 Reg. 7. 9. *Et iniquitas reperiat nos.* Pro. 5. 22. *Propria iniquitas eum illaqueabit.* Et in hoc loco עוון ſcribitur plenè cum duplici Vau, ſic *plena eſt iniquitas*, ut Gen. 15. R. Acha. R. David. R. Sol. Deraſh. *Pregiſti.*] Duo ſunt, unum ſcribitur דכאת, aliud דכית. *Peccatores.*] Licet ut Sodom ſint flagitioſi: quatuor ſunt, Gen. 13. 13. *Flagitioſi erant viri Sodom.* Iſa. 1. 28. *Ruina peccatorum.* Pſal. 1. ult. *Nec peccatores.* *Muri.*] Tria ſunt plenè plena, cum duplici Vau, & octo cum defectu prioris Vau, & Jerem. eſt ſimilitèr, exceptis tribus, traditis in Ezech. 26.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Pſal.* 51.

Poſtquam introiviſſet ad Bathſhebam.] Ut ſcribunt quidam, otioſus domi manebat, & non exibat cum Joabo, & exercitu ad prælia.

Horat. Od. 8. De Sybari.

—— Cur apricum
Oderit campum, patiens pulveris atq; ſolis?
Cur neq; militaris
Inter æquales equitet? ——
Neq; jam livida geſtat armis
Brachia: ſæpè diſco
Sæpè trans finem jaculo nobilis expedito.
Quid latet? ——
Otium in laſciviam reſolvitur,
Ut Horat. Od. 19.
Et laſciva licentia
Finitis animum reddere amoribus.
(Ut Ezech. 16. de Sodom. *otium, &c.* & vinum, Pro. 23. *Oculus tuus intuebitur, &c.*

Peccatum meum.] Homicidium & Adulterium ſemper mordent conſcientiam meam. 1. Arg. *Tibi ſoli.*] Id eſt, tu ſolus es abſque peccato. S. Aug. Vel, *ante te ſolùm peccavi.*] Tu ſolùm vidiſti me. 2. Arg. *Juſtificeris in dictis tuis.*] Qui dixiſti, quòd in conſpectu tuo nemo juſtificabitur, ſed per Chriſtum, ut Rom. 3. 4. 3. Arg. Vel, quia Chriſtus dixit, & *verè princeps mundi nihil in me reperit*, S. Aug. *Mater mea in peccato me concepit.*] Id eſt, ex immunda natus eram, & quomodo mundus ero? ut in Job. 14. 4. Arg. *Fac me cognoſcere ſecreta ſapientiæ.*] Gr. ut Job. 11. 6. *Oſſa fracta.* 5. Arg. *Spiritum paratum.*] Propter tuam habitationem in eo. *Liberali Spiritu tuo.*] Qui dat liberalitèr ſine ſpe remunerationis. Gr. Vel, *libero ſpiritu.*] à concupiſcentiia malis. *Cor mundum.*] Id eſt, caſtum, ut non ampliùs aſpiciam in mulieres,

Horat. lib. 3. Od. 7.

—— Nam ſcopulis ſurdior Icari
Voces audit adhuc integer. at tibi
Ne vicinus Enipeus
Plus juſto placeat, cave:
Quamvis non alius flectere equum ſciens
Æque conſpicitur gramine Martio
Prima nocte domum claude, neq; in vias
Sub cantu querula deſpice tibiæ:
(Ut Iſa. 23. de Tyro, *Cape cytharam, &c.*)
Et te ſæpè vocanti
Duram, difficilis mane.

Docebo peccatores.] 6 Arg. *Aperias labia mea.*] Remitte mihi, ut reddam vitulos labiorum, ut Hoſ. 14. 7. Arg. *Cor fractum.*] Ut Pſal. 69. 20. *Dedecus fregit cor meum.* 8. Arg. *Jeruſal.*] Eccleſ. ut Gal. 4. 26. *Jeruſal. ſuperna, &c.* *Juſtitia.*] Chriſti. 9. Arg. Oratio pro remiſſione peccatorum.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Pſal.* 51.

Formatus in iniquitate.] Hiſp. *Formado en maldad.* *Ut juſtificeris.*] Gal. Hiſp. ſic Deus bonum è malo producit, *non è preſa per dichiarativa della cauſa.* Ital. *Notum facies abſcondita ſapientia.*] Tanta, in quibus poſſim confidere, à בטוח. Ang. MS. Vulg. Gal. Vel, *en los rennones.* Hiſp. In renibus. Ital. *Principali ſpiritu.*] Ang. MS. ſeu regali, ut ducam, ſicut Rex bonus, populum tuum magnum. Ital. Seu, *libre, franco.*] Hiſp. ut à captivitate peccati liberer. Hiſp. בליל.] Idem cum holocauſto. Hiſp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Pſal.* 51.

Ampliùs lava me.] Vul. Gr. Arab. Rom. Neb. Laváſti me per remiſsionem, ut dixit Nathan, 2 Sam. 12. ſed *am*[illegible] *lava me* per ſanctificationem. Vel, *multùm l*[illegible]*e.*] Lat. MS. *Eſt contrà me ſemper.*] Lat. MS. *Occulta & arcana ſapientia tua.*] Gr. Vul. Arab. Rom. Neb. Lat. MS. creationia & providentiæ, &c. ut Job. 11. *Spiritum ſtabilem.*] Lat. MS. ne relabar ampliùs. *Spiritu potenti.*] Concupiſcentiâ potentiori. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Pſal.* 51.

Poſtquam intraviſſet ad Bathſheb.] Adulterium apud Ethnicos ſeverè caſtigatur, Valeria Meſſalina Claudii uxor ob adulteria erat interempta. & à Juvenale, Sat. 6. ad perpetuam ejus infamiam divulgata:

———Dormire virum cùm ſenſerat uxor
Auſa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos,
Linquebat comite ancilla non ampliùs una,
Et nigrum flavo crinem abſcondente Galero,
Intravit calidum veteri Centone lupanar.
———Tunc nuda papillis,
Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſca,
Excepit blanda intrantes atq; æra popoſcit,
Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.

Druſilla

Drusilla Agrippæ soror, regis Emesiorum uxor, reliquit virum suum, & Felici Judææ præsidi adhærebat, exitum Vide Joseph. lib.20. cap.9. Hujus mentionem facit Lucas in Act.24. Adulter Ceïonius dixit suæ uxori quærelanti, esto patiens, ut faciem cum aliis libidinem meam, quia uxor est nomen dignitatis, non deliciarum. Jul. Capitol. in Ceïonio. *Peccatum meum est coram*, vel, *contrà me perpetuò.*] Id est, peccata mea perpetuò omnia mala in me producunt. *Multiplica lavare me.*] Syr. ܣܓܝ ܐܚܠܠܢܝ, hominum immundissimum. *Cupis veritatem in interioribus*, vel, *absconditа sapientia*, Syr. vel, *veritatem confidentia.*] Ut firmiter confidam misericordiæ tuæ. Heb. בטוחות. *Spiritus mitis.*] Significatus per omnia sacrificia. *Liberali*, vel, *glorioso spiritu.*] Syr. ܘܪܘܚ ܡܫܒܚܬܐ. *Darem*, vel, *non delectaris, aut pacificatus es holocaustis.*] Syr. ואף לא, ܘܐܦܠܐ. Heb. אחתנה, ab אחה, & אחת, Syr. ܐܚܬ, velut in Ezech.13.11. *Vos ô lapides grandinis, &c. Holocaustis, perfectis.*] Syr.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.51. Heb. Arab.50.*

Quando David occidisset Uriam, & Nathan eum reprehendisset. Arab. MS. non Arab. Rom. *Multiplica puritatem meam præ peccato meo.*] Arab. واكثر طهري من اثمي, ita ut labes lavando deleatur. *Tibi soli peccavi.*] لك وحدك, Arab. Rom. Neb. Peccatum in Uriam nihil est comparativè. Vel, nihil sine te, id est, absque lege lata peccatum nihil est, Rom.7. & Rom.5. *Inter manus tuas.*] Arab. in loco & conspectu tuo, sic יד est locus in Deut.23. & 1 Sam.4. *In interiis*, vel, *interna sapientia docuisti me.*] Arab. בואטן סראיר, بواطن سرايرى, à בטן, venter, inter interna. *Spiritu potenti tuo.*] وبروح قادر, וברוח קאדר, spiritus quando insiliit in Prophetas, prostravit eos irresistibiliter. R. David, ut in Saule, & Daniel. Dan.10. *Holocaustis perfectis.*] Syr. Arab. Heb. כליל sunt perfectissimæ sacrificiorum species, quia totaliter Deo erant oblatæ.

---

1 *In finem, Intellectus David.*

2 *Cùm venit Doeg Idumæus, & annunciavit Sauli: Venit David in domum Achimelech.*

(1 Reg.22.9.) L I. Heb. L I I.

3 QUid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

4 *Totâ die injustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum.*

5 *Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.*

6 *Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.*

7 *Propterea Deus destruet te in finem: evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viventium.*

8 *Videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent:*

9 *Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum:*

Sed speravit in multitudine divitiarum suarum: & prævaluit in vanitate sua.

10 *Ego autem, sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.*

11 *Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.*

Sect.1. *Ex R. David in Psal.52.*

E*Domita.*] Sic vocatur, quia in Edom peregrinabatur, ut Jether Ismaelita, & Obededom Gittæus, 1 Paral.2.17. Vel de urbe Adummim in fine tribus Judæ, Jos.15.7. Derash non est in Crem. *In domum Abimelec.*] Scriptura brevis, quia nota est Historia. *O potens.*] Erat אביר pastorum Saulis Primarius, 1 Sam.21.7. *Quare gloriaris?*] Sic mos est impii, Psal.10.3. *Gloriatur de desiderio cordis. Lingua tua meditatur malum.*] Quia lingua est interpres cogitationum, ideò dicit *meditatur*, sic Psal.78.72. *Duxit eos in sapientia manuum suarum*, sed sapientia propriè non est in manu. *Sicut novacula faciens dolosè.*] Cum novacula acuta, scindit homo multùm, quando parùm intendebat, sic verba Doegi erant pauca, sed multùm nociva. *Diligis mendacium.*] Dicit *mendacium*, quia conclusio & finis sermonum ejus erat mendacium, Saul enim dixit querelando, Quinam sunt Davidis fautores? respondit Doeg, Vidi Ahimelec illi cibum & gladium subministrantem, quasi criminis participem, sed hoc erat mendacium. *Dilexisti dolosam linguam.*] Si dixisset Abimeleco, quòd fugiebat David, cohibuisset Ahimelecum, sed celavit hoc Doeg, ut accusaret Abimelecum. *Eradicabit te.*] Non relinquet radicem vel ramum, filium, vel filii filium, Mal.4. in hoc mundo, vel in futuro. *Capiet*, vel *accendet te.*] Ut Prov.6.27. Capiat vel accendat homo ignem in sinu? R. Jos. Cimchi. Non est in Cremon. *Timebunt.*] Addent Deum eò magis timere, quando vindictam in Doeg intuentur. *In divitiis suis.*] R. Saadiah Gaon. Vel in terrore suo. *Sicut oliva viridis.*] Cujus folia semper virescunt per totum annum, sic ego liberabor à sua lingua, non sicut Doeg, ut folia arida, à facie Domini, & ejus domo ubi erat detentus, expulsus. *In misericordia Domini.*] Non sicut Doeg in divitiis.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.52.*

Maschil.] Ad intelligendum quòd finis impii est malus. Vel est tonus Psalmi cujus initium est *Maschil.*

schil. Quare laudas teipsum in malo?] O tu, qui potens es in malitia. *Misericordia Dei est toto die.*] Ergà nos omnes, & potius ob hanc debes Deum laudibus extollere. Vel, *secundùm misericordiam Dei.*] Quia Deus bonus est, ideò tu gloriaris in malo? Caph deficit. *Lingua tua meditatur.*] Dicit *meditatur*, quia lingua est interpres mentis. הוה malum quod erat in cogitatione priusquam opere. *Faciens dejectionem.*] רמה quot Sacerdotes dejecit? à *Ramath Lehi* Judic. 15. *Magis* יותר *quam bonum.*] Vel pro bono. *Verba devoratoria.*] Quæ devorabunt te, ut ver. 5. *Deus destruet te, &c. O lingua falsa.*] Quæ dixit quòd Ahimelech fugam meam novit, quam ignorabat. *Extirpabit te.*] Quia tu extirpavisti Sacerdotes Domini; in Hiphil שרש est contrar. significationis. *E Tabernaculo.*] Quia *Doeg erat detentus coram Deo*, 1 Sam 20.7. *Selah.*] Veritas est, est vel oratio vel prophetia quòd sic erit. *Ecce homo.*] Doeg erit in proverbium derisionis. בהויתו, id est, in operibus, secundùm id quod prius habuit in cogitatione. *In domo Dei.*] Hoc addit, quia Doeg erat ab illa extirpandus. *Fecisti.*] Judicium in Doegum, & dicit *fecisti*, propheticè quasi fecisset. *Expectabo nomen tuum.*] Quòd faciea illi secundùm opus suum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 52.*

Doeg.] Ob linguam malam contrà Davidem leprâ percussus est, ut hic dicitur, יתצך, sic Levit. 14. נתץ הבירת de domo leprosa. Lingua mala denegat Deum, Psal. 12. *Quis est noster Dominus?* Merces ei data est à Deo supremo, & in Gehenna inferiori, Psal. 120. *Sagitta potentis Dei, & Carbones Juniperi* Gehennâ, Durior est Idololatriâ, ut Psal. 39. in sect. 3. homicidio & adulterio, quia tria hæc dicuntur גדולה magna, ut in Gen. 39. sed lingua mala גדולות, Psal. 12. in plurali. Deinde homicida occidit unum, lingua mala tres, Doegum, Saulem & Ahimelechum, 1 Sam. 22. Calumniatorem, calumniatum, & calumniam audientem. *Edomi.*] à civitate sua habet nomen. Vel, quia fudit sanguinem Nobi incolarum, 1 Sam. 22. à דמים. R. Aba bar Cohana. Percussit eam lingua, & post gladio. *O potens.*] Qui solus interemit omnes Sacerdotes. *Misericordia Dei.*] Si Ahimelechus non dedisset panem, alii dedissent. *Malum diligis.*] Malum Saulis præ bono, quia linguam tuam audit.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 52.*

Ad domum Abimelechi.] Ad Sanctuarium, sicut in 1 Sam. 21. *Detentus coram Domino. Potens* גבור.] Id est, אביר in 1 Sam. 21. יחתך.] Id est, mittet terrorem in corde tuo, à חתת. *A Tabernaculo.*] Id est, *Beth hamidrash. Oliva.*] In oleum splendoris ad illuminandos alios in lege.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 52.*

[*O Potens*, vel *Gigas.*] Ut quidam, Cald. גיבר, & (aliquando גנברא) sicut in Gen. 6. גיבריא Targum, *Gigantes erant in terra etiam postquam filii Dei*, id est, Gigantes *filiabus Adam*, id est, minoris staturæ *appropinquâssent; ipsi Gigantes genuerunt.* In Pentateuch. Arab. بني الشرف الي بنلت الجبرة, & in Pentateuch. Persico similiter لن جبارن, forsan erant Gigantes staturâ & iniquitate.] *Bonitas Dei.*] In me nutriendo, si Ahimelec non dedisset mihi panem, alios dedisset. Kasvenaki. Vel in liberando me & alios de manu tua. *Faciens dolum.*] Exscindit carnem cum crinibus. *Sicut oliva viridis.*] In filiis meis, & filiorum filiis, ut in Psal. *Filii tui sicut planta oliva, &c.* Licet nunc à Doego persecutus sim.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 52.*

In impietate tua.] Impiâ linguâ. *O potens.*] Ad fundendum sanguinem innocentem, ut Jerem. 9. *Ad malè agendum validi. Fabricans dolum.*] Dolosas accusationes. *Confirmabat se in divitiis suis.*] בממוניה Cald. ab הוה substantia. *Videbit.*] Vindictam in impios.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 52.*

Doeg.] Non reperitur ampliùs plenè.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 52.*

Doeg Adamaus.] De civitate Adam, in Jos. 3. *Dedecore Dei toto die.*] Gloriaris in dedecore Dei & servorum ejus. Gr. ἀνομία à חסד, Pro. 18. 34. *Dedecus populi.* 1. Caus. *Toto die.*] Quando non facis, cogitas. S. Aug. *Diligis mendacia.*] Quia finis ejus erat accusario Sacerdotis, ut traditoris, quod erat falsum. 2. Caus. *Verba precipitationis.*] Gr. καταποντισμοῦ, est demersio in profundum maris, precipitatio est ex editis etiam ædium, vel rupium. S. Hilar. *Confirmabat seipsum.*] Comparavit divitias, & amicos per calumnias suas. 3. Caus. *Oliva viridis.*] In regno & Dei tabernaculo, à dissimil. & dicit *sicut oliva* in pace, abundantiâ, pietate, & gloriâ, quorum signum est oliva, per oleum reges sunt uncti ad honorem, & faciem facis splendere, & in usu erat pro lumine in Sanctuario, & est arbor semper virens. S. Hilari. Vel dicit *viridis*, quia nunc omissis curis & timoribus, viveret hilariter.

Ut Horat. lib. 2. Od. 11.

——Nec trepides in usum
Poscentis avi pauca, fugit retrò
Levis juventas——
(Ut Job. 9. *Dies mei ut cursor, &c.*)
Non semper idem floribus est honos
Vernis, neq; uno Luna rubens nitet
Vultu: quid aternis minorem
Consiliis animum fatigas?
(Ut Eccl. 12. *Lectio multa fatigatio est carnis.*
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes sic temerè——
Potamus uncti? dissipat Euius
Curas edaces, &c.
(Eccl. 9. *Abi, ede, bibe, &c.*)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 52.*

Maschil.] *Salmo doctrinal.* Hisp. *O valiente.*] Hisp. *Tronia. Qui potens est in pudore.*] Id est, in impietate pudenda. Ang MS. Vulg. Gal. *puissant en iniquité.* Heb. חסד. *Faciens dolosè.*] Id est, cum crudeli lingua juncta est fraus. *Ut oliva sum, in domo Dei ero.*] Ego ibi manebo. Hisp. *permaneceré.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 52.*

In domum Abimelech.] Lat. MS. sic in Psal. 34. Abimelech. in Theod. *Misericordia Domini.*] Lat. MS. *In vanitate sua.*] Vulg. Gr. divitiis, quæ sunt vanitas, ab הוה, ut Prov. 23. *Divitia avolant, &c.* Vel *insidiis suis.*] Lat. MS. à חוותיו in Psa. 62.

Sect. 11.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 52.*

Redarguit pravos mores. Par. edit. ܡܟܣ ܒܝܫܬܐ ܒܚܣܝܐ ܘܠܐ ܒܚܣܝܐ. *Contra sanctum Dei toto die linguâ tua malum meditatur.*] Syr. על ܥܠ ܚܣܝܐ ܟܠܗ ܝܘܡܐ ܡܚܫܒ. מחשיא ܒܝܫܬܐ. Heb. חסד אל. *Diligis omnia, vel, omnes qui improbè loquuntur.*] Syr. ܪܚܡܬ ܒܒܝܫܬܐ. *In improbitate sua, vel, possessionibus.*] Heb. הוות. nam possessiones ejus injustè erant partæ. Syr. ܒܢܟܣܘܗܝ ܐܬܬܩܦ ܘܒܚܝܠܗ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 52. Heb. Arab. 51.*

Quando accessit Doeg Edomeus, & Sauli enarravit, Davidem in domum Ahimelec advenisse. Arab. MS. *Quare gloriatur fortis?*] Arab. coram Deo, quasi expostulat, ut Habac. 1. *Quare impius justum destrueret?* Arab. يقتدر القوي, & addit *In malitia.* Quare gloriaretur malitiâ? cùm *non oportet divitem in divitiis, sapientem in sapientia, potentemve viribus gloriari* in Jer. Arab. באלשר بالشر, sed *stulti gloriantur peccatis*, Pro. 11, חסד אל. Non est in Arab. *Dilexisti malos.*] Arab. illos qui ineprè & dolosè loquuntur, بالجهل. *De terra vitæ.*] Arab. من ارض الحياة, id est, terra Israelis, quæ est situ & aëre ad vitam sustentandam saluberrima; ex ea eris vagus & profugus ut Cain, Genes. 4. In Pentateuch. Arab. R. Saad. נאיעא ונאידא نايعا ونايدا, ab Heb. נוע ונוד. In Pentat. Pers. סר גרדאן וסר גשתה سر گردان وسر گشته (*i.e.*) in uno certo loco habitare nequit. R. Sol. אין לך רשות לדור. Targum. מטלטל. *Sicut oliva viridis, vel fructifera.*] Arab. المثمرة. Ego habitabo, & in domo Dei fructus bonorum operum proferam, opposit. ad Doeg profugum.

In finem.

1 *Pro Maeleth intelligentiæ David.*

LII. Heb. LIII.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.

2 *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.*

3 *Deus de cœlo prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.*

4 *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

5 *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui devorant plebem meam, ut cibum panis?*

6 *Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.*

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

7 *Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm converterit Deus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob, & lætabitur Israel.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 53.*

Hic Psalmus erat anteà in primo libro enodatus, differentia est in paucis, loquitur de captivitate, & cum redemptione finit, positus est inter Doeg, & Ziphitarum negotia, quia similia sunt Davidis & Messiæ accidentia, sicut David & Recti Israelis expectabant regnum ejus, sed mali quærebant interimere illum; sic erit Messias filius, & Israel populus ejus, Gentibus propter spem Messiæ fiant ludibrium, Psal. 89. 51. *Uncti sui*, & quando venerit, Gog & Magog regnum suum destruere machinantur, de quibus est hic Psalmus, sed frustrà sunt omnes conatus quia David erat confirmatus in regno suo, etiam sic erit in suo Christus. Hæc nota non est in Cod. Cremon. *Ossa.*] Gogi, qui venit contrà te O Jerusal. Kasvenaki, ut Zac. 14. 3, 5. *Omnes sancti ejus tecum O Jerusal. Abominabilem fecerunt.*] Viam eorum, per iniquitatem quam palàm operantur. *Pudefecisti.*] Tu, O Christe. *Quis dabit salutes?*] Est in plurali, indicat plenam salutem; anteà erat in singulari.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 53.*

Super Mahalath.] Initium Poëseos, non est à חלול, ut מכסת, quia est conjunctum. *Corruperunt.*] Quia stultus fecit illos peccare, non alii ipsum, ut R. Mosch. *Timebant illic timorem, cui non erat similis.*] כמהו, sic Isa. 23. 13. *Ecce terra Caldeorum, hic populus non habuit similem.* Kasvenaki. חינך.] Qui instruit milites contrà te, ut Pro. 22. 6. *Instrue puerum*, pro חנה עליך, sic יגורך in Psal. 5. in Ab. Ezra. est ex verbis עוסר. *Contrà te.*] Christum in redemptione futura. *Pudefecisti.*] Deus, vel David pudefecit eos.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 53.*

Mahalath.] Id est, de pacificatione Davidis per Abigaelem, à יחלו *supplicare faciem. Stultus.*] Nabal, 1 Sam. 25. Deum negabat & Davidem, quando cibum ad sustentandam vitam ejus administrare recusabat. *Non est qui bonum operatur.*] In Sodoma, cùm Abraham discessit ab illa. *Comedunt panem.*] Israelitæ. *Non invocant Deum.*] Gentes. *Consilium pauperis.*] Ego dixi ædificate Jerusalem, & non ædificatis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 53.*

Super Mahalath.] Id est, ægritudinem animæ Doctorum legis, qui non instruunt alios in veritate. *Stultus.*] Sicut Doeg, qui profitetur doctrinam.

Scoria facta est סג.] Id est, לסינים, ficut in Ezech. 24. *Timebant.*] Decreta nationum. *Castra metantis* חנך.] Id est, Deus profligavit omnes exercitus inimicorum Israel, quando faciebant rectum.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 53.*

Super Mahalath.] Vel, instrumenta perforata שם כלי. Vel de ægritudine Israelis post incendium templi, מחלתן של ישרא, *Secundi*, non est in Venet. Bomb. nec in MS. *Unusquisq; eorum est scoria.*] Ut Ezech. 22. 18. *Scoria argenti,&c. In timore non erat timor.*] Non erat ficut timor Baltasar, Dan. 5. 5. sed est timor Titi, qui quando velum discidit, & gladius sanguinem stillabat, ut dicitur, occidit seipsum; de illo hic Psalmus, sicut similis, Psal. 14. de Nebuchad. est dictus. *Dispersit ossa.* Ut Zach. 14. 13. *Caro eorum consumet*; de futuro. *Contrà te.*] O Jerusal.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 53.*

Super Mahalath, vel de vindicta in prophanantes nomen Domini. Cald. מפסין בשמא דקירים In Targ. Jerusalem. in Exod. 31. מפסם est pro חלל profanare, & sic in Cethubim & Prophetis usurpatur, ut est in Meturgeman, & קירים est Dominus, ut Psal. 113. coram Domino, idem in Targum; ait Meturgeman per transpositionem, à קיסר Cæsare, sed videtur potiùs oriri à Græco κύριος, quod non intellexit Eliah, & eò magis, quia Græci pronunciant Kirios, & Kirie, ut scribitur in Targum, in Job. 3. קירים, dicunt alii, quòd מפסין est à πασσω credo, & quòd intenditur ὁ κύριος, sed ineptè. *Annon habent scientiam?*] Quòd Deus dat omni creaturæ panem quotidianum, & quare comedunt populum meum? *Comedunt panem.*] Panem ex Dei dono, attamen non agunt Deo gratias. *Trepidaverunt.*] Timore Idolorum contremiscunt, quando non erat timoris causa. *Ossa.*] Fortes peccatorum turmas.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 53.*

Super Mahalath.] Sunt quatuor, Genes. 28. 9. *Esau accepit Mahalath.* 2 Paral. 11. 18. *Accepit Mahalath.* Psal. 88. 1. *Super Mahalath.* Et in hoc loco *super Mahalath.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 53.*

Inutiles.] Cùm inutiles cœperint esse, declinant. S. Hil. *Dispersit ossa.*] Ossa idololatrarum erant concremata, & dispersa super aquas, 2 Reg. 23. 16. *Hominibus placentium.*] Judæorum. S. August. sed justorum ne os unum conteretur, Joh. 19. Psal. 34. S. Hilar. Vel non habebunt gloriam resurrectionis. S. Hilar. *Mahalath.*] De iis quæ hæreditatem consequuntur, id est, coronâ in futura vita. Greg. Nyss. Vel, pro dolente, id est, Christo, S. Aug. *De Mahalath.*] Vel ægritudine filiorum hominis, id est, naturali conditione sub peccato, à נחלה S. August. parturiente. Vel pro choro, Theodoret. χορῶ, à מחול in Cant. 6. ult. Vel χορείας καὶ εὐφροσύνας, Victoribus propositas, ut Juvenculæ exibant per choros post victoriam Davidis, 1 Sam. 18. Greg. Nyss. Vel est nomen viri filiorum Cora. Psallentium. Apollinar. in Græc. paraphras. Ad Mahalath, ut ad Jeduthun. Vel *de initio.*] Gr. à תחלה, id est, ut allegorizant aliqui de primo peccato, originali nempè, ut in Psal. 14. cum Rom. 3. Vel *de prophanatione.*] Hominum, ab חולל & חלל, ut illud Gen. 4. ult. *Omnes declinaverunt.*] Peccatum & mors regnant super omnes ab Adamo, ut in Rom. 5. *Etiam in illos qui non peccârunt secundum similitudinem peccati Adami. Ubi non erat timor.*] Quia timor Dei non erat in Babelitis (de quibus 14. Psalmum exponit R. Sol.) ideoq; misit Deus in eos terrorem singularem. Scribunt, quòd eis esset dies festus, exercendiq; choreis & oblectationibus operam dabant: Nam Cyrus eadem fecit, ἕτερα τοιαῦτα, circa flumen & paludem, quæ Babylonis regina anteà fecisset, nam alveum ejus pristinum vado transibilem, διαβατὸν reddidit, quod si Babylonii semel sensissent, obsessatis ad flumen portulis κακῶς pessimè eos destruxissent, sed Persæ derepentè, (in convivio Belshazzar. R. Sol. Dan 5.) astiterunt & quando media pars urbis capta esset, extrema non sentiebat. Her. Clio. ἀλλὰ τυχεῖν γὰρ σφι ἐοῦσαν ὁρτὴν χορεύειν τε — καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο ... Πέρσαι.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 53.*

Mahalath.] Instrumentum sive tonus. Ital. *Il principio de una canzone volgare.* De Amalec. Ang. MS. Bodlei. *Ossa.*] Hisp. seu *le forze.* Ital. quia fortitudo est in ossibus. *Qui hominibus placent.* 2. An. MS. Vulg. Gall. In Gall. titulus est *pro Amalec. Quia Deus despexit eos.*] Ital. Gall. Vulg. sed Hisp. Tu O Deus eos despexisti, *porque tu los desechaste.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 53.*

Maschil, vel, *intellectus Davidis.*] Lat. MS. quandoratio rectâ regit vitam, κατευθύνεται τῷ Θεῷ. Greg. Nyss. *Inutiles.*] Ut vas fractum. Greg. Nyss. *Nonne scient?*] Etiam scient in fine, & dolebunt. *Mahalath*] Vel pro choro. Lat. MS. *Pariter adhæserunt.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 53.*

Contrà Ahitophel ܥܠ ܐܚܝܬܘܦܠ, & de redemptione per Christum à populis Atheis, ܘܥܠ ܦܘܪܩܢܐ. Par. edit. ܐܠܗܐ ܒܕܪ *Deus dissipavit ossa eorum.*] Syr. postquam mortui sunt non sepeliuntur, ut *asinus foris ejectus*, in Jerem. 22. *Qui castra ponit contrà te.*] Ut Ahitophel & Absalom fecerunt, 2 Sam. 17. Vel pudore afficiuntur in te, *Hominibus placentes.*] Syr. Heb. חנך, sicut חן, & Caph *in te.* Syr. ܕܫܦܪܝܢ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ,דשפרין

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 53.*
Heb. Arab. 52.

Prophetia de Babel & Sennacherib. Arab. MS. *Stultus.*] Sennacherib. *Corrupti sunt.*] In cogitatione. Arab. فسدوا بفكرهم *Abominabiliter.*] In fordibus. Arab. id est, operibus. بنجستهم *Comedunt populum meum.*] Ut 2 Reg. 18. *Cepit omnes civitates Juda munitas. Timebant timorem.*] Quando Angelus Domini percussit exercitus ejus, omnes erant cadavera & ossa eorum insepulta, dispergebantur, ut ossa Gog, Ezech. 38. & 39. *Qui castra ponunt.*] Vel sunt ἀνθρωπάρεσκοι. Arab. Rom. Neb. Hypocritarum inter homines. Arab. المرايين للناس. Rabshaceh erat hypocrita, quando dixit, *Num huc accessi absq; Deo?* Et, *Nonne ipse est cujus*

cujus altaria destruxit Hezech. Et in toto negotio cum Judæis, magna pollicitus, dissimulabat. *Pauperis.*] Populi tunc temporis in tenebris sedentis, ut Isa.9.1, in R.David.

In finem,
1 *In carminibus intellectus David,*
2 *Cùm venissent Ziphæi, & dixissent ad*
Saul: Nonne David absconditus est apud
nos? (1 Reg.23.19.& 26.1.)
LIII. Heb. LIIII.
3 D*Eus in nomine tuo salvum me fac: & in*
virtute tua judica me.
4 *Deus exaudi orationem meam: auribus*
percipe verba oris mei.
5 *Quoniam alieni insurrexerunt adversùm*
me, & fortes quæsierunt animam meam: & non
proposuerunt Deum ante conspectum suum.
6 *Ecce enim Deus adjuvat me: & Domi-*
nus susceptor est animæ meæ.
7 *Averte mala inimicis meis: & in veri-*
tate tua disperde illos.
8 *Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor*
nomini tuo Domine: quoniam bonum est.
9 *Quoniam ex omni tribulatione eripu-*
isti me: & super inimicos meos despexit oculus
meus.

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.54.*

Z*iphim.*] Ziph erat civitas in Tribu Judæ, Jos. 15.24. *Per nomen tuum.*] Quod invoco. *In potentia tua.*] In qua confido solus, licet illi sunt multi. *Judica me.*] Mitte vindictam in illos. *Orationem.*] Cordis, & verba oris, ut sequitur, *sine dolo,* sic Psal. 17.1,2. Vel est idem sensus, verbis diversis. *Oppressores.*] Saul & adjutores ejus. *Alieni.*] Idem sensus, verbis diversis. *Non posuerunt Deum.*] Vindictam Dei in caput eorum reversurum haud reformidant. *Adjutor meus.*] Mihi suis nocere detractionibus nequeunt. *Remunerabit malum.*] Quod faciunt mecum malum in caput suum revertetur, ישוב scribitur, id est, malum, revertetur in caput eorum, in Cal; Keri est in Hiphil, *faciet revertere.* *Qui observant me.*] Expectantes malum aliquod in me contingens, intueri, ut 1 Sam.18.9. *Saul observabat Davidem,* & Ziphitæ observabant locum ubi commoratus est David, & revelabant eum, à שור, Num.24. 17. *Videbo illum.* *Exscinde eos.*] Quia interimere me de hoc mundo לשרריני machinabantur. *Cum voluntario.*] Spiritu sacrificabo tibi.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra. in Psal.54.*

Quando Ziphita venerunt.] Ut 1 Sam.23.19. *Propter nomen tuum.*] Quod nunc invoco. *In potentia tua.*] Quia tu potens es. *Preces meas.*] In corde. *Verba oris mei.*] Lingua. *Alieni.*] Ex alio populo. *Terribiles.*] Ziphitæ. *Est cum illis.*] Ut illos adjuvet. Vel *est in loco omnium.*] Id est, instar omnium, & super omnes. R. Moseh. *Redire faciet malum.*] In eos, quod intendebant in me. *Illis qui observant me.*] Ut inveniant latibula mea, ut Num.24.17. à שור. *In veritate tua.*] Quia dixisti, te illos qui accusant alios falsò ad effundendum sanguinem, excisurum. *Cum voluntario sacrificio.*] Si destruas Ziphitas. *Liberâsti,* vel *illud liberavit me.*] Nempè nomen tuum.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.54.*

Ziphita.] *Quando herus attendit mendaciis, omnes servi ejus sunt impii,* Prov.29. Ideóque Ziphitæ ad Saulem accedunt; Psal.52. de Doego. Psal.53. de Nabal. Psal.54. de Ziphitis sunt compositi. *In nomine tuo.*] Tu solus es refugium meum, quia hominum supremus me persequitur. *Dominus est cum adjutoribus meis.*] Hoc novi, quia Ethan Ezrachita de me prophetavit, antequam in visceribus matris mei conceptus fui, Psal.89.

Sect.4. *Ex R.Obad. in Psal.54.*

Voluntaria oblatio.] נדבה, non תודה sacrificium Eucharisticum in *mandato,* quia Deus non delectatur in morte hominum.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.54.*

Desiderium.] Vindictam in hostes meos.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.54.*

Ziphita.] Non habet simile plenum cum duplici Jod. *Abscondit seipsum.*] Quatuor sunt, & tria sunt de Ziphitis, 1 Sam.23.19. & 26.1. Isa.45.15. *Tu Deus qui abscondis teipsum* (& Deus abscondidit Davidem.) *Liberavit me.*] Et adhuc liberabit. Tria sunt, duo cum Cametz, & unum cum Pathac, 1 Sam. 17.37. *De manu Leonis.* Psal.34 4. *Ex omnibus meis terroribus.* Et symbolum est, Ursus & Leo aperiunt פתחו os, id est, ibi est Pathac, ubi sunt Leo & Ursus.

Sect.8. *Ex Al.Auth. in Psal.54.*

Alieni.] Ziphitæ, sic Ezech.2. *Gentes rebelles, Israelitas,* sic de obstinato, Christus in Matth.18. *Sit tibi ut Ethnicus,* vel *Paganus,* & *Publicanus.* *Non posuerunt Deum ante oculos suos.*] è contrario est illud Psal.16. *Posui Deum semper ante oculos meos.* *Disperde illos.*] Duo est.6.7.v. *Despexit oculus meus.*] Vulg. sic Cant. 1. *Ne despicite in me.* Vel, ne despicite me, sic in 1 Reg.6. *Despiciebant arcam.*

Sect.9. *Ex Ital.&c in Psal.54.*

Extranei.] *Del pueblo de Dios.* Hisp. ut Ephes.4. *à vita Dei alienati.* Ital. *crudeli.*

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.54.*

Dominus est susceptor.] Vulg. Gr. quia adjuvat illos qui me auxiliantur. *Voluntariè sacrificabo.*] Lat.MS. præter vota mea.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 54.

Quando Joab & exercitus pugnabant contrà Absalom. *Coram eis.*] De Deo non cogitaverunt, qui unxit Davidem per Samuel. Syr. velut in Psal. 10. *Deus non est in omnibus cogitationibus suis. Exscinde eos, vel, fac ut sileant.*] Syr. ܫܬܘܩ ܐܢܘܢ שתוק, id est, in sepulchro, *loco silentii*, ut Psal. 94. דומה.] *Voluntariam oblationem.*] Vel, *in voluntaria tua redemptione sacrificabo.*] Vel, *in separatione sacrificabo.*] Syr. ܒܦܘܪܫܢܐ בפורשנא, id est, separabo hostiam peculiarem pro te, vel cum voto, quod separavi, sacrificabo, inde dicti Pharisæi in Syriac. quia separati ad legem, vel in vita, Theophyl. Vel, *cum discretione.*] Separabo inter oves, omnem macram & pingue, vel medullatum sacrificium eligam.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 54. Heb. Arab.* 53.

Non est titulus in Arab. Rom. *Alienigena.*] Erant Israelitæ, sed in hac persecutione erant potiùs Nothi & Spurii, sic Zach. 9. *Nothus habitabit*, id est, Alienigenæ in Gr. & Judic. 11. *Tu es filius mulieris alienigena*, id est, adulteræ. *Oppressores, vel, fortes.*] Arab. والاقويا طلبوا نفسي, id est, me infirmo fortiores. Heb. עריצים in Prov. *Fortes divitias retinent*, idem. *Sacrificabo*, vel, *laudabo te obediens.*] Laus est sacrificiorum optimum, & obedientia est omni sacrificio præferenda. *Oculus meus requievit.*] Arab. وقريب عيني بالعداي. Ex tristi oculi objecto oritur invidia, quæ animum inquietat, & ex eodem jucundo, requies, sic Job. 17. *Oculus meus in eorum provocationibus permanet*; & Psal. 6. *Oculus meus ex ira caligavit.*

---

1 *In finem, In carminibus intellectus David. LIIII. Heb. LV.*

2 *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam:*

3 *Intende mihi, & exaudi me.*

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum

4 *A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.*

Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

5 *Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.*

6 *Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ.*

7 *Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?*

8 *Ecce elongavi fugiens: & mansi in solitudine.*

9 *Expectabam eum, qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.*

10 *Præcipita Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.*

11 *Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas: & labor in medio ejus,*

12 *Et injustitia.*

Et non defecit de plateis ejus usura, & dolus.

13 *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.*

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

14 *Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus:*

15 *Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu.*

16 *Veniat mors super illos: & descendant in infernum viventes:*

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

17 *Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus salvabit me.*

18 *Vespere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.*

19 *Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.*

20 *Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.*

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum:

21 *Extendit manum suam in retribuendo.*

Contaminaverunt testamentum ejus,

22 *Divisi sunt ab ira vultus ejus: & appropinquavit cor illius.*

Molliti sunt sermones ejus super oleum: & ipsi sunt jacula.

23 *Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo.*

24 *Tu verò Deus deduces eos, in puteum interitus.*

Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 55.

Quando fugiebat ab Absalomo, & Ahitophel erat inter conspirantes. Kasvenaki. אריד.] Id est, afflictione meâ ingemisco. *Inimici.*] Absalom, qui quærebat regnum & vitam suam. *Inclinant vanitatem contrà me.*] Uno corde me regem immerentem, sed

sed jurabant in vanum, quia nunc insurgunt contrà me. יחיל] à חיל, dolor parturientis cepit me. *Terrores mortis.*] Quia dixit Ahitophel, 2 Sam. 17. 2. *Percutiam regem solum. Horror operuit me.*] Per similitudinem dicit, quia multi horrores erant, *Timor, tremor, horror*, tria verba ejusdem sensus, ad aggravandum. *Sicut columba.*] Sapiens Ab. Ezra Memor: feli. scribit, meminit *columba*, quia crescit inter filios hominum, & cum illa reges emittunt libros suos. Dicit R. Jonah, quia volucres aliæ quando fatigantur, quiescunt super rupem, vel arbores, & capiuntur, non sic columba, sed dimittit unam alam, & volat alterâ, sic non est capta. *A vento movente.*] Id est, præliis hostium, סועה; non habet socium. Est in Cod. Cremon. *Divide linguas eorum.*] Ut non consentiant in uno consilio, sic 2 Sam. 15. 31. *Infatues consilium Ahitophel.* Kasvenaki. *Vidi.*] In corde meo. *Violentiam & contentionem in urbe.*] Faciunt mihi violentiam mecum rege eorum præliando. *In urbe.*] Jerusalem. *Circundant muros.*] Tanta violentia est, ut urbs eà quasi muris est circundata, & medium civitatis etiam eâ est repletum, quia omnia consilia eorum sunt contrà me in malum. *Fraus & dolus.*] Dolosè mecum agunt rebellando, postquam professi sunt, obedientiam jurando. *In plateis.*] Ubi conveniunt simul. *In medio ejus.*] Id est, incolarum ejus, חוך לבו אחר, medium cordis aliud est à linguæ sermonibus. *Non erat inimicus.*] De Ahitophel solo loquitur. Kasvenaki. *Magnificabat os suum.*] פיהו, dare consilium contrà vitam meam. Kasvenaki. *Secundùm ordinem meum.*] Quem in honore habui tanquam meipsum. Kasvenaki. *Dux meus.*] Sicut Princeps & Doctor meus, unus ex principibus meis, 1 Paral. 27. 33. *Ahitophel erat consiliarius regis.* In Derash, מלמדי, Rabbi Davidis. Kasvenaki. *Dulce consilium.*] Non existimavi negotia mea esse tuta, donec illo consului. Kasvenaki. *In societate.*] Vel tumultu, ברגש, ut Psal. 2. 1. *Tumultuantur. Domum Dei.*] Tentorium, ubi erat Arca. *Exigat mors in eos.*] à נושה, Psal. 89. 22. ישי, scribitur sine Aleph, manu veloci, denotat subitaneam mortis plagam. Non est in Cod. Cremon. Vel ponat Deus angelum mortis in eos. Kasvenaki. *Viventes in infernum.*] Subitò, & in prosperitate & sanitate, ut 1 Sam. 25. 6. לחי, *sic viventi*, & Pro. 1. 12. *Vivos sicut sepulchrum. In concilio, & in medio eorum.*] Id est, loquuntur palàm (ubi congregant contrà David) impietatem, quam in medio cordis anteà celabant, à גור, Habac. 1. 15. *Congregat in reto. Invocabo.*] Et Deus juvabit me contrà multos, unum. Kasvenaki. *Mane, vespere, meridie.*] Sunt καιροὶ orationis, עתי תפלה in quibus Deum est laudandum sicut dies toties alteratur, צריך להתפלל שלשה פעמים ביום, Rabboth. *A prælio.*] מקרב, cum Cametz Hateph, præter morem in honorem lectionis, & denotat prælium acre. Non est in Cod. Cremon. *Multi erant mecum.*] Pugnantes contrà me. Kasvenaki. *Cum illo non sunt mutationes, tamen non timent Deum.*] Non timent Deum qui est in comminationibus suis immutabilis, & certò affiget eos. Vel, quia expectant hostes mei prosperitatem sine mutatione. Kasvenaki. *Misit manum.*] Ahitophel. Kasven. contrà David, & ejus adjutores qui erant in pace secum. *Contrà virum pacis suæ.*] Id est, Davidem, ut Psal. 109. 4. *Homo orationis. Fœdus suum.*] Davidi, subjectionis. *Molliora.*] Nunc scio quòd omnia ejus consilia, quando erat meus consiliarius, erant adulationes. *Butyro.*] Mem est servilis; habet Pathac pro Tseri, & secunda Mem debuit esse cum Sheva propter conjunctum, sed est cum Cametz, non cum Hateph propter Aleph. Vel Mem prior redundat in hunc sensum. *Butyrum oris ejus emollit.*] Sed cor est exasperatum. *Donum tuum.*] Id est, corpus & animam, quæ dedit Deus in eum, ut custodiat, committas. *Dejicies eos.*] Rebelles. *In puteum.*] In Gehennam, animâ, & sint dies *corporis* eorum viventis, abbreviati.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 55.*

Præbe aurem.] Et posteà oculum, per similitudinem, quia Deus revera caret illis. *Clamo.*] אריד אציק, quia dicit audi, sic 1 Sam. 20. Vel, *dominor in verba mea.*] Nempè, componendo Psalmum non desunt mihi sermones, à רדו, Gen. 1. 28. Menachem. & שיחי in Pro. 23. 29. *Quis habet verba?* idem Menachem, Rasi. עקת] à עיק, Amos. 2. 13. *Premam locum vestrum. Timor.*] In corde. *Tremor.*] Corpore. Rasi. *Declinantes projecerunt in me iniquitatem.*] Sic Levit. 25. 35. *Manus ejus fit dejecta in forma gravi. Alas columba.*] Meminit *columba*, quia reges utuntur ejus pennis in scribendo. אחישה ex verbis יוצא. *A moventi nimbo.*] Ne fit mihi impedimento in fuga mea, סועה à נסע, Num. 10. & Job. 20. שיאו. *Divide linguam eorum.*] Sicut in generatione diluvii, à פלג, *Peleg* qui vixit in ista ætate. *Circundant illam.*] Civitas est sicut circulus, עגול, Violentia & contentio circundant illam sicut muri, labor & injustitia sunt in medio sicut centrum. *De plateis*, vel *lineâ latâ.*] Id est, circulo qui circundat civitatem, ut ante dixit. *Secundùm ordinem meum.*] Sicut ego כמוני. *Captat illos mors.*] Animam eorum. Vel, *mors ab illis fit oblita.*] Id est, subitò veniat super illos, ישיא, ut Exod. 18. 3. idem. *Oblivisci me fecit*, & sicut ישי in Deut. 32. Vel mors regnet in eos, à נשיא. Vel *decipiat eos.*] Gen. 3. 13. *Serpens decepit me*, R. Sol. *In habitatione eorum.*] In terra ubi habitant. Vel in societate eorum, à גור, *congregare*, Hag. 2. 19. R. Mos. Rasi. Vel *in thesauris.*] Ut Mic. 6. *Thesauri iniquitatis. Invocabo Dominum.*] Donec illi descendant viventes in Gehennam. *Vesperâ.*] Principio noctis. *Mane.*] Principio diei. *Meridie.*] Mediâ diei. *Multi erant mecum.*] Multi ex Israele orantes pro Davide. *Respondebit illis in veritate.*] Vel à ענו. *Nulla mutationes.*] à prosperis ad adversa, משוב לרע. *Non timent.*] Non est in illis timor, vel cogitatio mortis, vel timor Dei, qui potest mutare illos. קרב, ut in Psal. 144. 1. *Manus meas in prælium. Gladii.*] Sic Mica 5. 6. idem. פתחות, Mem cum Pathac propter guttural. *Projice.*] Loquitur ad seipsum, ut in Psal. 94. ne timeas. Vel, ad justos. *Onus tuum.*] Quod dedit Deus sub custodia tua, ab יהבו, Psal. 29. 1. *Dato.* Vel, *donum tuum.*] Quod Deus tibi dedit, nempè panem quotidianum. R. Moseh. *Portabit te.*] Et omne onus tuum, sic Mal. 3. 2. *Quis supportabit diem, &c.* R. Sol. Vel, *nutriet te.*] Sicut Joseph fratres suos, Genes. 47. 12. R. Moseh. sed non est de sensu Psalmi. *Eos in puteum.*] Redit ad illos quorum verba sunt molliora oleo.

oleo. *Confidam in te.*] Ut impleas dies meos, vel precipites illos.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 55.*

Dux meus אלופי.] Id est, Rabbi. ברגש.] Quotidianum holocaustum erat cum 12. & bos cum 24. *Salvabit me.*] Per Husæum. *Vespere, &c.*] Oportet orate tribus in uno die vicibus; Abraham ordinavit orationem matutinam, ut dicitur, *surrexit Abrahamus manè*, & *stetit*, id est, oravit, ut Psal. 106. *Stetit Phinehaz, & oravit.* Isaac instituit orationem Minchah, ut Gen. 24. לשוח, id est, *orare*, Psal. 102. 1. שיחו *preces ejus.* Jacob orationem vespertinam, Gen. 28. ויפגע, id est, intercessit orando. *A prælio.*] Ne lædant me lethiferi Angeli, εικόνες, bonorum me auxiliantur. R. Jodan in nom. R. Levi. ut in Psal. 91. *Ad latus tuum mille, &c. Multi mecum,* רבים.] Angeli, quando Daniel erat in antro leonum, Dan. 6.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 55.*

De servis Saul. qui dissimulabant amorem ad Davidem, & dixerunt, *Omnes servi ejus amant te,* 1 Sam. 18. *In ira.*] Sine causa. *Tremor.*] In *Sela,* 1 Sam. 23. אעופה.] Id est, O utinam evolare potui, & evadere. *In desertum.*] Ubi non sunt מרגלים. *Contentio in civitate.*] Quando dividunt spolia. *Circumeunt.*] Ad conservandam civitatem ab inimicis. כערכי.] Id est, Capitaneus, Centurio, aut Chiliarcha, sicut ego. אלפי.] Id est, sub mea jurisdictione, quia Saul fecit me Chiliarcham. מיודעי.] Per occasionem uxoris meæ Michal, erant affines mei. *Mane, vespere, meridie.*] Id est, omni tempore, quando pugnavi cum inimicis. *Selah.*] Id est, modo honorabili. יהבך.] Id est, maneas in domo Saulis, sic consulunt proditores mei.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 55.*

Amarus sum in querimonia.] Ut Lam. 3. 19. *Miseriam meam,* ארוד à מרודי, & ירדתי in Judicii. *A tempestate.*] Quæ eradicat arbores, intendit Doeg & Ahitophel. סועה à וסע, *removet ut arbor,* Job. 19. *Separa linguam eorum.*] Ut nemo audiat illos. *Die & nocte circumdant.*] Nempè, eorum violentia & contentio, תוך à מכה violentia. *Sustinuissem.*] Durior enim est ignominia amici, quàm adversarii, Dones. Vel, *levarem meipsum ab illo.*] Fugiendo. Vel si injuriam fecisset mihi hostis, non sustinuissem, sed subitò illum interfecissem. *Abscondissem me ab eo.*] Sed quis abscondere potest seipsum ab amico, qui secreta cordis sui novit. R. Dones. מיודעי.] Id est, quem exaltavi, ut Exod. 33. *Novi te nomine,* id est, exaltavi, in Targum. MS. *Sit mors suprà illos.*] ישי à וש in Mica. 6. Menachem. *Vespere, manè, meridie.*] Tres orationes, שלש תפלות. *Affliget,* vel *respondebit illis.*] Qui sunt mecum, & pro me suppliciter orant. *Non sunt illis mutationes.*] Horam mutationis suæ, diem mortis non recolunt, ideóque non timent Deum. *Qui sunt in pace secum.*] David & Israel, qui simul in pace habitabant. *Fœdus fregit.*] Ahitoph. impius. *Misit.*] Extr. ling. מגריט. Hisp. *Estendió. Jacula.*] Vel *maledictiones sunt.*] In lingua Aramitica כתב פתיחא, est שטר פתחא ד'ל' שמתא, & est maledictio gravissima, קללה. *Projice onus tuũ.*] Spirit' sanct' sic respondit.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 55.*

Tu verò.] O Ahitophel. אנת אחיתפל. Chald. *Dux meus.*] Docens me. *Notus meus.*] Vel, *qui notum fecisti mihi.*] Sapientiam. *Dulce,* vel *secretum consilium.*] רזא Cald. *Mors super illos.*] Super Doeg & Ahitoph. *Qui sedet à principio in æternum.*] Sedet in cœlis סלה ר'ל' לעלמין. *Non sunt illis mutationes.*] Non mutabunt opera sua mala. *Commoveri.*] Nempè, huc & illuc ex indigentia divagari.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal. 55.*

Ne abscondas teipsum.] Duo sunt, unum cum Camerz, aliud cum Pathac, Isa. 58. *Ne abscondas teipsum à carne tua,* (sic non erit Deus à te absconditus.) *Sicut columba.*] Duo sunt, Isa. 38. 14. *Sicut columba. Molliora sunt.*] Duo sunt in diversis significationibus, ב' בתרי לישני, Jos. 18. 2. *Dividebant hæreditatem eorum,* sic lingua adulatoris est à corde divisa.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 55.*

In iræ odio me habent.] Ver. 3. Caus. 1. *Fugiens.*] Quando dimittebat eum Mical. 1 Reg. 19. *A tempestate.*] Rabie adversariorum, alii de Pharisæis. *Requiescam.*] Cum Christo. S. Aug. ut Phil. 1. *Cupio dissolvi. Divide illos.*] Joseph & Nicodemus erant ex illis, & non consentiebant ad mortem Christi, Joh. 7. Luc. 23. *Die & nocte.*] Ceperunt consilium, ut Joh. 18. 2. Caus. *Abscondissem me.*] Ab inimico, sed Judas novit locos ubi Christus solitus erat commorari, Joh. 18. 2. *Homo.*] Ceilitæ ut unus homo, 1 Reg. 23. in literali sensu. *Dux meus.*] Judas erat Dux aliorum ad Christum capiendum, Act. 1. 16. 3. Caus. Vel, quia Judas erat unus Apostolorum, qui erant Christi socii, & misit eos ante faciem suam ut duces. *Mors exigat ex illis.*] Animam eorum, ut in Luc. 12. *Requirent animam tuam,* à נשה exigere. Vel *decipiat eos.*] Scil. subitò veniat super illos. *Divide linguas.*] Conspirantes. B. Theod. *Usura & dolus.*] Notandum est, non modò Novi Testamenti perfectionem, sed Legis statum fœnus damnare. B. Theod. *In infernum viventes.*] Hostilibus armis Romanorum, Judæi. B. Theod. *Manè & vespere.*] 4. Caus. ut Christus solebat manè, Marc. 1. 35. & 6. 46. & meridie. Petrus, Act. 10. *Apud sextam horam.* B. Theod. perfectas preces. *Fregit fœdus.*] Quod flagitiosum, etiam Scythæ reputabant. Herod. Melpom. Infuso in grandem calicem vino, eorum sanguinem qui feriunt fœdus, commiscent, partem corporis cultello percutientes, deinde in calice tingunt acinacem, gladium, &c. sese devovent, & postea vinum sanguineum epotant, κατεύχονται πολλὰ καὶ ἀποπίνουσι. *Non sunt mutationes.*] Non mutant mentem, μετανοεῖν, ut in Mat. 21. 5. Caus. Vel, *quia non timent Deum, non sunt illis mutationes.*] Miseriæ eorum non transeunt. B. Theod. Non mutat adversa eorum in statum meliorem, pro more suo versus similes.

Horat. Epod. 13.

Cætera mitte loqui: Deus hæc fortasse benigna
Reducet in sedem vice. Nunc & Achæmenia
(Persica.)
Perfundi nardo juvat, & fide Cyllenea
Levare diris pectora sollicitudinibus
———*rapiamus amici*
Occasionem de die ———

Selah.] In hoc loco solo est in medio versus, quia habet bifrontem, respicit priorem & posteriorem partem versus. *Extendit manum.*] Saul, Judas, vel Deus per plagas suas, ut patres dicunt. *Dimidium dierum.*] Judas, & Ahitoph. suspenderunt seipsos. 6. Caus.

Onus

Onus tuum.] Omnes afflictiones tuas, vel curas, ut 1 Pet.5.

Horat.Od.9.

Hortatur Thalyarchum in hyeme.

——— *Benignius*
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.
Permitte divis catera: qui simul
Stravere ventos (afflictiones) *aquore fervido*
———*nec cupressi*
Nec veteres agitantur Orni.
Quid sit futurum cras, fuge quarere, &
(Mat.6. αὔριον μὴ μεριμνᾶτε.)
Quem fors dierum cunq; dabit, lucro
Appone. ———
Donec virenti canicies abest
Morosa, nunc & campus

(Martius Romæ, ubi erant juvenum exercitia & areæ)
Composita repetantur hora.

(In Eccl.11. *Latare O juvenis in juventute tua,* & Eccl.12.1. *Antequam veniant dies mali* senectutis. Et Matth.6. *Ne cures in crastinum.*) &c.

Et Od.29.lib.3.

—— *quod adest, memento*
Componere aequus: catera fluminis
(Ut Job.9. *Naves Ebeh*, est flumen.)
Ritu feruntur ——— (sunt inconstantia)
——— *Si celeres quatit*
(Ut Pro.23. *Divitia avolant, &c.*)
Pennas, resigno qua dedit: & mea
Virtute me involvo, probamq;
Pauperiem sine dote quaero.

Sect.9. *Ex Ital.&c.in Psal.55.*

Maschil.] *Ne i cautico prudente.* Ital.Bruc. *Usura & dolus.*] 2. Ang.MS. Heb. תוך à Græc. τόκος. Gal. Vul. Alcoran.2. [illegible] Deus prohibet fœnus, sed Ital. Hisp. *Fraude y enganno.* אלופי.] *Precettore mio.* Ital.Bruc. ut R. David. *Accepimus cibos.*] 2.Ang.MS.Gal. *Donces viandis.* Heb. נמתיק. Hisp. *Los secretos.* Ital. *Fregit*] Id est, Absalom, vel Abitophel. Hisp. *Non mutant.*] Hisp. *No se arrepienten de sus consejos.* Ital.

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.55.*

In exercitatione, vel *meditatione mea.*] Lat.MS. Vulg. Gr. vel in ambulatione contristatus sum, ut Gen.24. *Isaac ibat in agrum inter arbusta perambulare.* in Ab.Ezra. *A pusillanimitate spiritus.*] Vulg.Gr.Arab.Rom. id est, timore mei spiritus, vel spiritu moventi. Heb. id est, qui citò timet & tremit, & tremor hic est motus corporis. Vel, *à spiritu tempestatis.*] Lat.MS. בלע.] Precipita. Lat. MS. id est, in gurgitem. *Unanimis.*] Vulg.Gr. Lat.MS. similis mihi. à ערך, in Psa 40. *Similis est tibi. Dulces capiebamus cibos.*] Vulg Gr. ut in Psal 41. *Qui comedebat de pane meo, &c.* Vel, *dulce secretum*, Lat. MS. ברגש.] In terrore. Lat.MS. illis qui nos observabant, sic Psal.2.1. idem. *Inter multos mecum erant.*] Vulg.Gr. id est, erant contra me *inter multos* qui erant mecum, & erant illis fortiores. *Loquar & resonabo.*] Lat. MS. sonitu instrumentorum. *Non mutantur.* Lat.MS. *Non est illis commutatio.*] Vulg. Gr. non est animæ eorum ἀντάλλαγμα, ut Matth.16. ult. nec pretium potest prolongare vitas eorum, ut Psal.49. & tamen non resipiscunt. *Divisi sunt ab ira vultus ejus.*] Vulg. Gr. id est, per vultum non potest quis dignoscere iram eorum, sed cor appropinquat ad iram, מחמאת à חמה furor, & קרב est appropinquare, Psal.27.1. sensus idem cum Heb. *Contaminabit Deus pactum suum.*] Lat. MS. quia conditio ejus est ab impiis irrita. *Curam tuam.*] Vulg. Gr. à יהב, ut Num.21. *Quid fecit apud mare*, idem. Vel, *caritatem tuam.*] Lat.MS.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.55.*

Quando David lamentatus est casum Absalom, [illegible], & de persecutoribus Christi. Par.edit. *Ne abscondas*, vel, *ne attonitus sis.*] Syr. תתחמה [illegible], à תמה. Heb. תתעלם, *sicut homo attonitus qui non potest servare*, in Jer.17. *Quando lugeo*, vel *dispice, & convertere ad querelam meam, & audi me propter inimicos meos, & propter oppressionem scelesti.*] [illegible] &c. Heb. אריד à רדד. Vers.4.non est in Syr. *Horror*, vel *umbra mortis.*] Syr. ut in Psal.23. *Si ambulavero in valle umbra mortis. Evolarem ubi habitare possem.* Et nunc huc, nunc illuc non divagarer, quia ubique Christum Pharisæi persequebantur. *Expectarem* [illegible] *eum qui eriperet me de vento turbinis.*] Syr. [illegible], patientèr in Deum expectarem. *Fraus.*] [illegible] à תוך Heb. *Dulce inibamus consilium*, vel *festum simul celebrabamus, & comedimus in domo Dei.*] De sacrificiis pacificis. Syr. [illegible] [illegible] Heb. לעסין שרותא. נמתיק סוד in congregatione. Vel de Pascate, in quo Judas erat præsens cum reliquis. Vel de cibis communibus dicitur, ut in Joh.12,1.&c. *In cœtu*, vel *cum delectatione & concordia.*] Syr. Heb. ברגש, quia multitudo est affectionis indicium. *Manè, vespere, & meridie.* In Ritual.Syr. ling. Arab.p.119. est oratio ad tertiam horam, ad sextam, & nonam; [illegible] [illegible], sic Act.10. *ad sextam*, & Act.3. ad nonam, & Act.2. ad tertiam, & p.120. O Domine, spiritum tuum sanctum, quem misisti in Discipulos tuos, & Apostolos sanctos ad horam tertiam ——— Ne projicias me à facie tua, nec auferas à me spiritum tuum sanctum, [illegible] Ad sextam horā sunt orationes collectæ, p.135. Tu qui in die sexto & hora sexta super lignum crucis clavis affixus fuisti, propter peccatum Adam in Paradiso, audi orationem & vocem meam, [illegible]

ܦ ܐܠܗܢ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܬܢ ܘܐܠܗܐ ܕܐܒܗܬܢ
ܐܠܗܐܦܗܘܢ ܗܘܝܬ ܠܟܠ ܚܕ, &c.
ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܡܢ ܐܠܗܐ — ܐܦܢ
ܚܠܦ ܢܦܫܬܗܘܢ — ܐܬܦܫܩ
ܠܐܠܗܐ &c. Et in sigillo precum orant, p 145.
Domine Deus noster, & Servator Jesu Christe, accipe preces nostras, & dele chirographum peccatorum nostrorum, ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܦܪܘܩܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܩܒܠ ܒܥܘܬܢ ܘܥܛܐ ܚܛܗܝܢ, &c.

Et ad horam nonam, p 150. orant. Gustavit mortem in corpore ad horam nonam pro nobis, Intret coram te oratio mea, O Domine, secundùm verbum tuum me vivifica, ܘܐܦ ܐܢܬ ܦܘܠܘܣ ܐܝܟ ܡܠܬܟ ܐܚܝܢܝ — ܐܠܗܐ ܘܚܘܝܬܐ &c.
A bello, vel *ab iis qui pro me insidias ponunt.*] Syr. Vel, *qui mihi propinqui sunt.*] Syr. ܡܢ ܐܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܠܝ, Heb. à קרב *appropinquare*, Psal. 27.1. *Multi mecum*, vel *contendebant mecum.*] Syr. ܣܓܝܐܐ ܕܒܚܪܝܢܐ רבחרינא Heb. ריב à רבים contentio. *Ille qui sedebat ante mundum, cui non sunt mutationes.*] Sic in Jac. 1. *In quo non est umbra mutationis.* Syr.MS. ܡܢ ܩܕܡ ܥܠܡܐ ܕܠܝܬ ܠܗ, Heb. סלה & לסו, sicut לו. Syr. Par. edit. להון, ܠܗܘܢ. *Melliora butyro.*] Cambyses, Mago fratrem accusanti non credere fingebat, quum tamen maximoperè credebat, ipsúmque amplexatus est, quum nihilominùs de ipso interficiendo cogitavit, & hausto taurino sanguine moritur. Ex Ctesiæ Pers. sic Absalom Amnonem interfecit post biennii dissimulationem odii, 2 Sam. 13. *Blandiora*, vel *divisa sunt per indignationem oris ejus, & bellum cordis ejus.*] Syr. חמתא ܡܢ ܚܡܬܐ ܕܦܘܡܗ, Heb. חמאת, redundante Aleph, id est, ira Dei dispersit eos in captivitatem, ut Lament. 4. *Curam tuam.*] צפרך. Syr. sicut in 1 Pet. 5. *Onus tuum, &c.* Syr. ܝܨܦܟ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 55. Heb. Arab. 54.*
Davidis perfectio in canticis duorum seniorum. Arab. MS. *Vociferer ob vocem inimici*, vel *terruit me vox adversarii.*] Arab. ورعني صوت العدو. *Horror*, vel *tenebra.*] Arab. ظلمة, quia tenebræ nocturnæ sunt terribiles, sic Psal. 91. *à terrore nocturno.* Arab. à צלם in Psal. 39. in R. David. *Homo ambulat in tenebris.* idem. *A pusillanimitate.*] Arab. من صغر النفس, ob imbecillitatem animi mei, sic Vulg. *Submerge eos Domine, & abscinde linguas eorum.*] Arab. واقطع السنهم, sic Psal. 12. *Abscinde linguas magniloquorum.* Heb. פלג dividere quasi in varias partes. *E plateis usura & fraus.*] Arab. Rom. Neb. من اسواقهم الربا والغش. Gr. *Secretum*, vel, *suavitatem ciborum secretè.*] Arab. Rom. Neb. Gr. Syr. معي ملذ الاطعمة, consilia arcana sunt cibus animæ, ut in Prov. 9. *Veniet mors.*] ليأتي. Arab. Rom. Neb. Gr. Syr. *A prælio*, vel *ab iis qui accedunt ad me.*] Arab. dissimulatoribus, ut Ahitoph. المقتربين à קרב. *Multi contrà me, & mecum.*] Arab. معي وعلي, ut 2 Reg. 6. cum Elizeo. *Mutationes*, vel *non observabant exempla.*] Ara. ولم يعتبروا, exempla casuum variorũ & tot in mundo mutationum, sic Amos 6. *Non advertunt afflictiones Josephi*, & Isa. 5. *Nec opera Dei, &c.* Vel, Gr. ἀντάλλαγμα, nemo vitas eorum à morte, Psa. 49. animasve à Gehenna redimere queat, Mat. 16. neve ipsi seipsos, attamen non resipiscunt. *Extendit* (Deus) *manum ad retributionem, cùm pacto ejus* (impii) *contradixerunt.*] Arab. Deus punit fœdifragos, ut Rom. 1. *Dissipantur, ob furorem faciei ejus.*] Arab. تفرقوا من رجز وجهه. Arab. Heb. חלקו à חלק dividere, in Jer. 37. & à חמה furor. *Prælium in corde.*] Id est, cor eorum, à prælio Dei, in contrarium, trepidat. Arab. ورعبت قلوبهم.

In finem,
1 *Pro populo, qui à Sanctis longè factus est, David in tituli inscriptionem, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth.*
(1 Reg. 21. 12.) LV. Heb LVI.
2 MIserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: totâ die impugnans tribulavit me.
3 *Conculcaverunt me inimici mei totâ die: quoniam multi bellantes adversùm me.*
4 *Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.*
5 *In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: non timebo quid faciat mihi caro.*
6 *Totâ die verba mea execrabantur: adversùm me omnes cogitationes eorum, in malum.*
7 *Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt.*
Sicut sustinuerunt animam meam.
8 *Pro nihilo salvos facies illos: in ira populos confringes.*
9 *Deus, vitam meam annunciavi tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,*
Sicut & in promissione tua:
10 *Tunc convertentur inimici mei retrorsùm.*

In

In quacunque die invocavero te : ecce cognovi quoniam Deus meus es.

11 *In Deo laudabo verbum , in Domino laudabo sermonem : in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo.*

12 *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.*

13 *Quoniam eripuisti animam meam de morte , & pedes meos de lapsu : ut placeam coram Deo in lumine viventium.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 56.*

DE *columba muta.*] Sic assimilat seipsum, quia sicut cum alis columbæ evolabat (in Psal. 55.) è loco suo, & inter Pelistæos erat quasi muta *sine corde*; loqui, nisi ut insaniens, non audet. Vid. Hos. 7. 11. *Fatua columba.* Kasvenaki. *Homo.*] Achis & servi sui. *Ipse pugnando indies opprimit me.*] Per Saulem à terra discedere cogor , quæ est oppressio extrema. *Inimici.*] Qui observant me in malum, à שור *videre.* *Multi pugnantes*] Partim ex Israele, partim ex Gentibus. *Confidam in Deo, laudabo verbum ejus.*] Per Samuel. *Provocant me de verbis* , vel *rebus meis.*] Rebus regni promissi me irritant. *Occultant seipsos.*] Et alios in latibulis, ut in via mea insidientur. *Evadent propter hanc iniquitatem?*] Nonne erit hæc iniquitas eorum pœnis insectata? Kasvenaki. *Populos.*] Inimicos ex Israele. Kasvenaki. *Vagationes meas*] De loco in locum tu custodis , & persecutores meos punies. *Lachrymas meas in utre tuo.*] Id est, recordaris, per similitudinem ait , quia mos est implere utres aquâ. *Nonne sunt in libro tuo?* Similitudo est, ut in Mal. 3. 16. *Memoriale, &c.* *Quando inclamavero, & retrò revertuntur hostes mei.*] Tunc scio quòd Deus est mecum. *In Deo.* Est nomen justitiæ. Kasven. ut in Exod. 22. *Diis non maledices*, id est, Judicibus. R. Jos. Cimchi. *In Domino.*] יהוה, nomen misericordiæ , quasi dixit, ob misericordiam & judicium laudabo te , ut Psal. 101. 1. R. Jos. Cimchi. Derash. Non est in Cod. Cremon. *Vota tua.*] Quæ in captivitate vovi, solvam in liberatione mea. *Laudes.*] Sacrificia Eucharistica, ut Levit. 7. *Nonne liberâsti pedes meos ab expulsione?*] Ergo laudabo te. *Ambulabo coram Deo.*] Ut Henoc. & Noa ; quando David erat exul, non potuit exerceri in viis Domini, sed quando erat liberatus , associabat se sapientibus. *In lumine viventium.*] Via animæ , in qua ambulat cum Deo.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 56.*

Miktam.] Pretiosior auro. *Jonath.*] Initium Psalmi. *Homo.*] Athis, vel servi sui. *Licet sint multi, qui pugnant mecum in altis.*] Id est, Angeli, המלאכי, ut 2 Reg. 6. *Plures nobiscum sunt quàm contrà nos.* *Pro me pugnant.*] Pugnare est juvare, quando Lamed sequitur , ut Exod. 14. 14 *Dominus pugnabit pro vobis.* cùm עם sequente est in malam partem. *Verbum ejus.*] Per Samuel. quod ero rex. *Propter res meas contristantur me.*] עצבוני, id est, quia confido in Domino. *Observant gressus meos.*] Quò vado. ut occidant me. *Propter iniquitatem libera me ab illis.*] Propter iniquitatem, quâ plenum est cor eorum. *Dejice populos.*] Licet multi sint insurgentes contrà me. ידי , ut נודו, & ut Gen 4. 16. *Habitabat in terra profugus.* *In utre tuo.*] Ita ut non una eorum est perdita, & נארך, respond. ad נדי. *In Deo.*] Per Dei auxilium laudabo verbum suum. *Vota tua.*] Oblationes quas tu præcepisti mihi , ut offerrem propter liberationem meam. Vel vota quæ ego feci tibi, ut confiderem in te. Vel promissa , ut Pro. 31. 2. *Filius votorum.* idem.

Sect. 3 *Ex Midrash Tillin in Psal. 56.*

In Deo 'באלהי.] Est nomen proprietatem justitiæ insinuans, Jehova יי indicat misericordiam, ut Exod. 34. *Dominus Dominus Deus misericors.* *Sacrificia laudis.*] Dixit R. Phinehaz in nom. R. Levi, & R. Johan. in nom. R. Menachem. omnes orationes sacrificiáque cessant in sæculo futuro , sed non Eucharistiæ.

Sect. 4. *Ex R Obad Gaon. in Psal. 56.*

Homo אנוש.] Id est, Saul. *Laudabo verbum ejus.*] Qui dixit , *Ego pugnabo pro vobis, &c.* Deut. 20. *Vestigia mea.*] Ut indicent Sauli. על און.] Id est, per iniqua consilia contra me putabant liberari ab inimicis. *In iram* באף.] Id est, in manus Gentium cadere fac eos. *Vota tua.*] Id est, mea vota tibi.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 56.*

Super Jonath Elem.] Vel, *de columba muta in remotis.*] Dicit *muta.* quia ibi se gessit cum silentio; & addit *in remotis* , nempè à terra Israelis locis inter Pelistæos & fratres Goliæ, qui quærebant vitam suam. *O Altissime.*] Est unus *illis sublimior*, ut Eccles. 5. *In te.*] אליך pro עליך. *Faciunt mea verba tristia.*] Ita ut cùm dolore inclamo & eloquor , à עצבון , Genes. 3. 17. *In dolore, &c.* *Congregant.*] à גדוד, vel גור, ut Jerem. 9. *Congregatio perfidorum* ad insidiandum, quando ad Achis fugiebat. *Num illi evadent per iniquitatem*, vel *ad divitias?*] Num impii Israel. liberabuntur ab afflictione, & à Saule ditescent? און est *robur* in Gen. 49. *Viventium.*] In terram Israel revertar.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 56.*

Al Jonath.] Vel de congregatione Israelis , quæ est sicut columba muta in remotis, & convertuntur ad civitates suas, laudántque Dominum sicut David, afflictus ille & integer מכה ותם , quando Philistæi capiebant eum in Gath. R. Sol. *Homo.*] Ishbibenob. *Verba mea.*] Vel, *propter me toto die sunt exasperati.*] Quia exaltatus sum ad regnum, מטולתי Cald. על דברי Heb. ut Psal. 110. *Secundùm ordinem.* *Lumine viventium.*] In horto Edenis. Derash Rabboth. R. Sol. *Pro vanitate in manibus eorum fac eos fugitivos.*] Ut in Judic. 12. *Fugitivi ex Ephraim.* Chald. ריקן.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal 56.*

Elem.] Vel de anima à congregatione Pelistæorum oppressa, sunt duo , Psal. 58. 1. *O congregatio, &c.* *In Deo.*] Sex sunt initium versus, in ver. 11. & ver. 12 & Psal. 44. 8. *In Deo gloriabimur*, & *in Deo fortitèr faciemus*, & socius suus Psal. 108. 13. & Psal. 60. 12. Confidamus in Dei verbum, & eum pro complemento ejus laudibus celebremus. *Quid homo*, vel *caro faciat?*] סימן observa ver. 12. ad indicandum quòd homo est caro vel fœnum , & non est pertimescendus.

scendus. *Dejice populos.*] à superbia in profundum afflictionum. Tria sunt, Exod.32.5. *Tua ornamenta à te exuas*, Judic.7.4 *Descendere fac eos ad aquas*, מפרחה non habet simile cùm He in fine. *Coram Deo.*] Quatuor sunt, *Manebit in æternum coram Deo*, & *latabitur justus*, Psal.68.4.& de Uzza, 1 Paral.15.10. *Moritur coram Deo.* Honorabitur Deus ab illis qui coram eo appropinquant.

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.56.*

De columba muta.] David spiritualiter Christus, S.Aug. se finxit mutum. Gr.Aq.Sym.5. Edit. & patres. *Populo à Sanctis.*] Χάσμα ἁγίων ἐντολῶν, à præceptis sanctis separatio. Greg. Nyss. vel Judæi increduli. S. Aug. *Multi in alto.*] In loco alto, Gr. 1.Arg. *Ab altitudine diei non timebo.*] Præsenti fœlicitate. Theod. *Imaginantur res graves contrà me.*] Gr. 2.Arg. ut עצב & דבר significant. *Observant calcaneos meos.*] Ad supplantandum me. ver.6. 3.Arg. *Pro nihilo.*] Id est, nullus erit tibi labor eorum salus. S.Aug. Vel, facile erit tibi eos expellere. B.Theod. Vel, *per iniquitatem evadent.*] Ut illi dicunt, Jer.7. *Liberati sumus in faciendo abominationes.* Vel, *evadent ex pœna?*] Nonne apprehendet eos? Vel, *quia iniquitas evadit eos.*] Et non puniunt illam, ideò dejice eos Gr. Vel, *quia nemo justus potest evadere.*] Ex illorum manibus, Gr.4.Arg. אין בו אין. *In libro tuo*, vel *promissione.*] Id est, promissa tua implêsti. B.Theod. *Promissa tua.*] De regno meo. 5. Arg. *Gloriar in verbo Dei.*] Ab eff. 2. in ver.13. Licet enim illabar, tamen resurgam.

Pindar. Olymp. Od.6.

(Quæ aureis literis templo Minervæ erat inscripta.)
Ἄλλοτ᾽ ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι.
Si fœlix alias vita Diagora
Offendit titubans tramite lubrico,
(Ut Psal.73. *Pedes mei ferè essent lapsi*, &c.)
Surget læta iterum (Ut Mica 7. *Licet cadam resurgam.*) *flant etiam brevi*
Venti tempore dispares.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.56.*

In Hebræo sic, de columba muta in remotis amœnum canticum Davidis. Ang.MS. Ital.Hisp. *Paloma muda.* Ang.MS.Bod. & dicit *columba*, quia anteà dixit David, *O utinam habuissem alas columbæ*, Psal.55. In S.Hieronymo, Davidis mitis & innocentis. Vul. pro populo, &c. Gal. *du peuple*, &c. An.MS. Bodl. ab אלם in Psal.58.1. *O congregatio*, &c. *Miktam.*] Sive *inscriptio Davidis.*] Ang. MS. ut in Jer.2. נכתם *signata est tua iniquitas.* Vel, cancion preciosa. Hisp. ut Psal.16.1. *Pro nihilo.*] Gal. *pour neant.* Vulg. Ang. MS. sine causa quærunt animam meam, & evadent? Heb און sicut אין. *In utre tuo.*] Hisp. *odre.* ad ostendendum quòd Deus vindicabit. *Non lasci impuniti.* Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.56.*

יונת non est in Vulg. Gr. sed in Lat.MS. Pro columba muta, eò quòd procul abierit, &c. *Conculcaverunt me.*] Vulg.Gr. שאפו, id est, quasi absorbent terram præ desiderio & velocitate in conculcando me, sic in Job. 39. de equo cito pede currente, & terram conculcante, dicitur, *absorbet terram.* *Ab altitudine diei timebo.*] Gr.Vulg.Æthiop. מרום, id est, timeo cogitare de die isto, in quo exaltati sunt hostes mei, sed tamen in te spero. Vel, *in die non timebo.*] Sed in nocte erat timidus. Greg. Nyss. ut Psal.91. *à timore nocturno.* *Verba mea*, vel *res meas execrabantur.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. Neb. quia res meæ prosperæ erant. Vel, *sermonibus meis affligebant.*] Lat.MS. verba mea semper illis displicent. *Inhabitabunt & abscondent.*] Vulg. id est, manent in habitatione abscondita, ut subitò irruant in me, à מגור in Psal.55. *In habitationibus suis.* *Animam meam pro nihilo.*] Gr. Vulg. Arab. id est, sine causa quærunt animam meam. אין, quasi און. Vel, *pro nihilo salvos facies eos.*] Loquitur de salute per Christum. Greg. Nyss. conculcant hi Christum, qui gratis servat eos, ut Ep.Jud.1,2,3. Vel, *quia nullus est salvus in eis.*] Lat.MS. ideò disperde eos subitò. *In utre tuo.*] In conspectu tuo. Vulg.Gr. נגדך] Id est, secretiora mea. Lat. MS. à נאד, utrem, in quo res absconduntur. *In libro*, vel *promissione tua.* Vulg.Gr. Arab. *Vota tua.*] Vulg. Gr. dicit, *tua* sunt, (quando ego vovero) vota ista, tu requires ea. *Ut ambulem*, vel *placeam.*] Vulg.Gr. ut Gen.5. *Enoch ambulabat*, id est, placebat, ut in Heb 11.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.56.*

De Saul, Judæis, & Christo. Par.edit. *Absorberet.*] Vel, *conculcavit me.*] Syr. דושני ܕܫܢܝ, ut lutum platearum in Isa. *Altissime.*] Vel, *sunt altissimi qui pugnant contrà me.*] Syr. ܣܓܝܐܝܢ ܘܡܩܪܒܝܢ ܠܘܩܒܠܝ. *In die non timebo.*] Die ad occidendum me destinato, quia in te confido. ܠܐ ܐܕܚܠ Syr. *Pervertunt*, vel *consilium capiunt contrà me.*] Syr. ܡܬܡܠܟܝܢ מתמלכין. Heb. יעצבו, velut à עצה, sic Pharisæi contrà Christum ut occidant eum, Johan.11.fin. *Evadent?* vel *dicentes quòd non evadet.*] Syr. MS. ܕܠܐ ܦܠܛ, ܠܝܬ ܦܨܝܢܐ ܡܦܨܝܢܐ דליות מפצינא מפציאנא. Heb. אין פלט, velut אין. *Vagationem meam*, vel *confessionem meam enarravi tibi.*] Syr. תודיתא ܬܘܕܝܬܝ ܡܢܝܬ ܠܟ. Heb. נדו, & tunc *lacryma* ejus sequuntur, & ante Pilatum Jesus fecit καλὴν ὁμολογίαν, 1 Tim 6. Syr. Par. תודיתי ܬܘܕܝܬܝ, id est, tu Deus es laus & confessio mea, tibi declaravi peccata & molestias meas. *Vota mea Domine tibi.*] Illa tibi persolvam. Syr. ܠܟ ܐܠܗܐ ܢܕܪܝ ܐܦܪܘܥ, ut in Eccles.5.3. *Solve vota*, &c. *A lapsu.*] In peccatum, Syr. sed Par. edit. habet ܡܢ ܡܫܪܥܬܐ lapsibus in plurali. *Ut ambulem*, vel *tibi placeam.*] Syr. ܕܐܫܦܪ ܩܕܡܝܟ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.56.*
Heb. Arab.55.

De Gente quæ Apostasiam fecit à sanctitate. Arab. MS. Vel de populo qui à sanctis longè factus est. Vulg. *De columba muta.*] Israel Apostasiam à vero Deo faciens, *est sicut columba fatua, absq; corde*, Hos.7. forsan hic indicat ex Israel quosdam ad Pelistæos lapsos, quia insinuat David, 1 Sam.25. *Expulistis me hodiè ab hæreditate Domini dicentes, Vade; servias diis alienis.* *Quo tempore timebo ego?*] Id est,

est, cunctis diebus meis non timebo. Arab. لا اخشى. *Contemnunt verbum meum tota die.*] Arab. id est, verbum Dei mecum, & promissum ejus de regno deridebant, & sic me divexant. Arab. رذلوا كلامي النهار كلة. *Nequeunt evadere.*] Sine ulla causa quærunt animam meam, non est illis evasio, vel excusatio ulla. Arab. عن لا شي. Heb. אין און ut אין & פלט est, evadere excusando, vel alio modo. נודי.]

Id est, confessionem operis, Arab. *opera mea tibi numeravi*, scil. confitendo ea. اخبرتك افعالي. *Annon est in libro tuo?*] In quo promisisti me liberare. Arab. كمثل وعدك. *Deum laudabo sermone suo*, vel *meo*.] Arab. *Tibi reddam vota mea.*] Arab. sunt tua postquam vovi. *Pedes meos de lapsibus.*] In Idololatriam, licet illi dixerunt, 1 Sam. 26: *Servias diis alienis.*

In finem,
1 *Ne disperdas, David in tituli inscriptionem, cum fugeret à facie Saul in speluncam.* (1 Reg. 22.1. & 24.4.)
LVI. Heb. LVII.
2 *Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.*
Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.
3 *Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi.*
4 *Misit de cælo, & liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me.*
Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam,
5 *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi conturbatus.*
Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.
6 *Exaltare super cælos Deus: & in omnem terram gloria tua.*
7 *Laqueum paraverunt pedibus meis: & incurvaverunt animam meam.*
Foderunt ante faciem meam foveam: & inciderunt in eam.
8 *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.*
9 *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara: exurgam diluculo.*
10 *Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus:*
11 *Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua.*
12 *Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 57.*

NE *destruas illum.*] Sic dixit David servis suis, 1 Sam. 26.9. sed incertus est sensus titulorum Psalmi. Forsan hic Psalmus erat quando David & Saul erant unà in spelunca. *Miserere.*] Bis pro more rogantium ad corroborandum. *Ad Deum altissimum.*] Quia est altior rege qui persequitur me. *Perficiet de me.*] Dabit mihi regnum quod est perfectio misericordiarum suarum mecum, toties liberando me. *Mittet de cælis.*] Angelos, ut 2 Reg. 6. *Currus ignis*, & equi ignei. *Et servabit me in dedecus ejus qui me absorberet.*] Quia Saul contempsit verbum Dei, & Prophetam qui unxisset Davidem. Vel, *Deus ignominiâ afficit illum qui absorberet me.*] Ut Psal. 2. *Deridebit eos. Misericordiam.*] Eligendo me, & *veritatem* promissum suum adimplendo. *Inter leones.*] Israel. inter quos latuit, vagus huc & illuc. *Qui sunt inflammati.*] Quasi Spiritu oris eorum, id est, mendaciis exurerent me. *Dentes eorum.*] Id est, verba, quia multæ literæ dentibus sunt prolatæ; intendit Doeg & Ahitoph. *Dentes.*] Virorum Keilæ. *Lingua.*] Ziphitarum. Derash non est in Cod. Crem. *Sis exaltatus.*] Ad servandum me, & dicit *exaltatus*, quia existimant multi vel nolle, vel me servare te esse imbecillem, quasi non esses illis sublimior. *Rete pro semitis meis.*] Ut Saul dixit Ziphitis, 1 Sam. 23.22. *Videte locum ubi commoratur. Fixum.*] Firmitèr credendo, quòd ero liberatus. *Surge gloria.*] Anima mea compone cantica in laudem Dei proferenda pro more meo כורכי Arama. *Sis exaltatus.*] Repetit in ver. 5. ad corroborandum, anteà dicit השמים cum He, nunc sine He. Non est in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 57.*

Al taschith.] Ne destruas, ut aliqui dicunt. Vel, est concentus poëseos, cujus initium est *Al taschith. In spelunca.*] Licet ibi erat, tamen quærit à Deo latibulum, & spiritus venit in illum, quod non parvum erat misero solamen. *Mala.*] Opera secundùm cogitationes, ab הוה. *Altissimo.*] Sic dicit, quia ipse erat subter terram. *Mittet.*] Dicit *mittet*, quia Deus est in excelsis. *Ab ignominia.*] Dicit in ver. 10. *Eripiat illum*, quasi non potuisti me eripere, tamen misericordia tua est magna. *Inter leones.*] Servos Saulis, עירת שאול. *Sicut arma.*] Accusantes me ad mortem. *Gladius acutus.*] Per falsos rumores, ut occidant me, 1 Sam. 24.9. *Sis exaltatus.*] Ostende teipsum altissimum. *Unusquisq; incurvans se pro anima mea.*] כל אוזר, ut Psal. 10. *Incurvat se ut Leo.* כפף est verbum stans, & in masculino cum נפש, vel est verbum יוצא. שיחה, id est, שוחה puteus. *Cor paratum est.*] Bis dicit, id est, de die in diem. *Gloria mea.*] Anima, ut Gen. 39. *Honor meus*, & Psal. 16.9. *Inter populos.*] Israelis, ut Judic. 5.14. *Benjamin cum populis tuis. Gentes.*] Non sunt ex Israele.

raele. *Super cœlos.*] Possibile est cœlos investigare, sed non misericordiam Dei, ideò dicit *super cœlos*. אויר verbum stans.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.57.*

Miserere mei חנני.] Dixit *miserere* duabus vicibus, ne cadam ego in manus Saulis, nec Saul in manus meas, ne me vindictà, ut eum occidam, instiget. Vel miserere ne peccem, & si peccem, ut resipiscam. *Facinora* הוות.] Saulis, vel 4. Monarchiarum in Dan.7.

Sect.4. *Ex R.Obad. in Psal.57.*

Devorantis me.]Quando *malus à Deo spiritus* est super illum. *In medio leonum.*] In deserto. *Rete.*] In *Sela*, 1 Sam.23.

Sect.5. *Ex R.Sol. in Psal.57.*

Ne destruas.]Me O Domine, quia sum propè mortem. *Miserere mei, miserere.*] Bis dicit, nempè, ut violentâ morte non moriar. *Inter leones.*] Abner, Amasa, &c. *Accensorum.*] Ziphitas intendit. כפף Extran. Jing. *clina* Hisp. *Abalido. Evigilare faciam auroram.*] Id est, resurgam ante auroram, ad horam tertiam non dormiam. *Fac me exsurgere O cithara.*] Alloquitur citharam quæ ad caput lecti sui erat pendula, & per ventum Aquilonarem mesonyctio movebatur, tunc surrexit David ad laudandum Deum, ut Psal.119. *Surgam mediâ nocte, &c. Paratum*, vel *stabile*] Tibi in prosperis & adversis adhæret.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.57.*

Super cœlos.] Angelos in cœlis, ut in Job.15. *Cœli* vel *cœlites non sunt puri. Super totam terram.*] Incolas terræ. *Cor meum paratum est.*] Ad legem tuam, & timorem.

Sect.7. *Ex Masora. in Psal.57.*

Quando fugiebat.] Tria sunt, Gen.35.7. *à fratre suo Esavo* in Psal.3.1. ab Absalomo, & hic à Saule. Fugit pater à filio, filius à patre, & frater à fratre est persecutus. *Deo.*] לאל undecim sunt cum Camerz, duo in Gen.35.1.3. *Altare Deo.* Job.21.14. *Deo dicebant, Discede, &c.* Job.31.28. *Deum excelsum.* Job.34.10. & 34.37. *Verba contrà Deum.* Job.33.6. *Loco Dei*, & בן לאל. Altissimum, quem adorant sancti, contemnunt impii. *Magnus.*] גדל, tria sunt defectiva, Deut.1.17. *Ne respicias faciem.* Et *per magnum terrorem*, & hic: Terribilis est Deus erga impios προσωπολήπτας, & erga sanctos gratiosus. *Dentes eorum.*] Nempè, ad prædam, duo sunt, Psal.78. *Caro inter dentes.*

Sect.8. *Ex Al. Antb. in Psal.57.*

Mictam.] Columnæ inscriptio στηλογραφία, Gr. indicat vocem, quasi in columna esse inscribendam. Greg.Nyss. Ne destruas Davidem per plagam eorum (מכה à סבכתם) in fuga sua à Saule in spelunca. Gr. Vel David loquitur ad armigerum, Saulem ne occideret, 1 Sam. 26. est exhortatio ad patientiam. Greg.Nyss. μακροθυμίαν. Exponunt S.Aug. & Patres de Christo (ut etiam cæteros Psalmos omnes) qui orabat, *Transeat calix*, & evasit è manibus Pharisæorum sæpenumerò. Vel, ne destruas mitem, afflictum. Psalmus David, quando fugiebat, &c. Gr. aliàs. *In umbra.*] 1. Arg. ut *pulli gallina*, Matth.23. *Leones.*] Raptores, ut Psal.7. & Ezech.19.1.2.&c. 2. Arg. Vel dicit *Leonum*, de hostium feritate. B.Theod. *Dormivi cum accendentibus.*] Sym. at Aquila, *cum incen-*

tinentibus.] His ego cinctus sum. B. Theod. *Lapsi sunt in rete.*] In monte Gilboa. 3. Arg. *Cor meum fixum est.*] Certâ fide, ut in Psal.112. *Fixum, confidens in Domino.* 4. Arg. *Gloria mea.*] Gratia prophetiæ. Theod. Oratio pro liberat.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Psal.57.*

Ne corrumpas.] Initium Psalmi secundùm cujus tonum erat compositus & cantatus, *comminciamento, &c.* seu oratio quam subitaneus timor extraxit à Davide. Ital. *Preparatum est cor meum.*] Hispan. *dispuesto à tu obedienci*a. Vel in laudem tuam. Vel in confidentiam. Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.57.*

Tituli inscriptio.] Vulg. Vid. Psal.16.1. *Donec transeat iniquitas.*] Vulg. Vel, insidiæ. Lat. MS. הוות, ut in Psal.52. *In iniquitate sua.* idem *Eripuit animam meam de medio catulorum.*] Vulg. vox *eripuit*, est hic repetita à priori versu pro more. *Exprobravit conculcantes me semper.*] Lat.MS. *Dormivi conturbatus.*] Gr. Vulg. Arab. Opposit. ad illud in Jerem.31. *Somnus meus erat dulcis*, & in Psal.4. *Cubabo, etiam dormiam, &c.* להטים, ut unus ex *inflammatis* dolore, nempè & ira. *Incurvaverunt.*] Vulg. Gr. quilibet hostium incurvavit meam animam, כפף. Vel, *dormivit anima mea in medio leonum fremientium.*] Lat. MS.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.57.*

Cùm reversus est Saul ad persequendum eum, Syr. Par. edit. *Perficientem*, vel *redimentem me.*] Syr. id est, perfectè redimentem. *Probro afficiat inimicos meos.*] Syr. quia ruina eorum est opprobrium, sic Psal.78. ad infamiam perpetuam. Arab. Syr Par. edit. חסר ܚܣܕܐ *Et animam meam servavit in medio leonum*, vel *canum.*] Syr. ipse redemit eam. Heb. לבאים. Syr. כלבא ܡܢ ܟܠܒܐ, Caph elisa, ut Daleth in ללת, 1 Sam.4. & Coph in חל, portio Jezreel, R.David. Vel eorum qui sunt sicut leones. Caph similitudinis. *Psallam cum gloria mea.*] Syr. ܒܫܘܒܚܝ, ut in Psal.4. *Gloriam meam in ignominiam. Dormivi conturbatus*] Syr. ܘܕܡܟܬ ܟܕ ܡܬܕܠܚܐ, sic Arab. *Ad nubes.*] Vel *cœlos cœlorum.*] Syr. ܫܡܝܐ ܕܫܡܝܐ, id est, cœlos infimos, sic *servum servorum*, Gen.9. id est, infimus servus.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.57.*
Heb. Arab.56.

Calamitates, vel *iniquitas mea transeat.*] Arab. id est, condonetur, ut 2 Sam.12. & dicit *iniquitas.* [ألامي] Arab. quæ est calamitatum omnium origo. *Veritatem ejus ad animam meam inter leones.*] Et redemit animam meam (Arab.) è medio leonum sicut prædixit. *Dormivi conturbatus.*] Arab. inter hostes ejus somnum ob timorem non habuit dulcem, ut in 3. & 4. Psal. *Cubabo & dormiam, &c. Super universam terram.*] Est hyperbolica liberationis divinæ collaudatio, quasi universæ terræ innotesceret.

In

In finem,

1 *Ne disperdas, David in tituli inscriptionem. LVII. Heb. LVIII.*

2 *SI verè utique justitiam loquimini: recta judicate filii hominum.*

3 *Etenim in corde iniquitates operamini: in terra injustitias manus vestra concinnant.*

4 *Alienati sunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero: locuti sunt falsa.*

5 *Furor illis secundùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surda, & obturantis aures suas,*

6 *Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.*

7 *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.*

8 *Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.*

9 *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.*

10 *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viventes, sic in ira absorbet eos.*

11 *Lætabitur justus cùm viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.*

12 *Et dicet homo: Si utique est fructus justo: utique est Deus judicans eos in terra.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 58.*

אלם.] Id est, O vos qui obmutescitis à bono judicio, sicut aspis surda, ut posteà ait, justitiam vos loqui oportebat. Arama. *Justitiam revera loquimini?*] Colloquitur Abnero & reliquis, qui judicabant Davidem rebellem, & Saulem à persequendo non coercuerunt. Arama. *Etiam in corde operamini iniquitatem.*] Dicit *operamini*, quia cor semper cogitat, & fabricat malum, & dicit אף *Etiam*, quia factum erat cor ad veritatem, non mendacium fabricandum, ideóque est peccatum gravius. Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. עולות cum Vau quiescente, sicut cum mobili, à עול. *Ponderatis violentiam.*] Arguitis pro ea, ac si erat in justitiâ, pondere, & mensurâ. *Alienati sunt.*] Naturalitèr faciunt aliena opera, זרו verbum præteriti ex quiescent. Ain. *Venenum eorum.*] Impietas eorum cunctis est nota, quia venenum ex ore eorum, quando irascuntur, emittunt. *Pethen* פתן *surda.*] Est quasi surda, & obturans aurem, quia nihil in eam valet incantatio; sic hi impii non exaudient vocem justi in causa sua, sed ad eorum placitum dijudicant illum, ac si essent surdastri; Arama exponit *obturantem*, de impio, non de aspide. *Frangas eorum dentes.*] Ut verba eorum (haud noceant) de quibus dixit priori Psalmo, *dentes eorum jacula. Liquescent.*] Irrita sint eorum opera, ut Jos. 7.5. *Cor populi liquefactum est*, Aleph pro Samech. *Sagittas.*] Aspera verba, & os est arcus; sensus est, evanescant verba eorum, & nihil noceant. Arama. *Ut Limax.*] לימשא, extran. ling. latet in medio domus ejus, בתוך קליפתו, quasi sub vestimento [non videt solem, sed fugit à calore ejus] manè ab eodem exeundo. Arama, similitèr abortivus. חמם, ut חבל ex verbis geminatis, סמם. *Talpa.*] In Rabboth. *Sicut res cruda.*] Quam non satis concoxerunt eam spinæ sub olla, sic ira veniat in illos subitò in prosperitate eorum, בשלותם. Vel, priusquam impius calore suo nimio valdè noceat, Deus abripiet illum, scil. quando hic carduus est inter viriditatem & ariditatem, כמו חי כמו חרון Arama. Vel, *priusquam olla sentiant spinas.*] Quòd citò fit, nam spinæ subitò accenduntur, & demò extinguuntur, ut Eccles. 7. *Vox spinarum sub olla*, & Psal. 118. *Sicut focus spinarum. Sicut turbine.*] Sicut spinæ quando sunt virides & humidæ; sic impii in juventute & sanitate sua exscindantur, בבריאותם. Non est in Cod. Cremon. *Sentiant,* vel *crescant.*] Rab. in Mish. Aram. *Dicat homo.*] Dicit quando videt vindictam; est revera fructus bonorum justi operum. *Dii judicantes.*] Opposit. ad eorum perversum judicium in ver. 1. & *Dii*, per modum honoris, ut Jos. 24:19. *Sanctus est Deus*, vel *Dii.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 58.*

O congregatio.] Unà ligata, ut Gen. 37.7. *Ligantes manipulos.*] Vel ab אלם mutus, quia congregatio ante oratorem est quasi mutus. Sensus est, *numquid vera est ut sileatis à justitia?*] Facienda. R. Mosch. *Impietatem.*] Sic Psal. 107.42. *Impietas*, vel *iniquitas obturabit os.* idem. *Manuum violentiam.*] Id est, munera pro sanguine. *Ponderatis.*] Quasi essent recta. *Alienati.*] à Deo in partu suo, à זר, verbum præteriti, ut אורו in 1 Sam. 14. *Leunculorum.*] Sic dicuntur, quia quærebant ut raperent animam suam. *Liquefiant.*] à מסס Aleph pro Samech, ut Isa. 18. 1. בזאו pro בזזו. *Semper fluant.*] Et sic consumantur, *Intendens intendit sagittas suas.*] Sic Num. 27.59. *Quem pariens peperit*, idem defectus, & dicit *sagittas*, nempè arcum cum sagittis. *Sicut gramen exscindentur.*] Et exarescent, vox *gramen* deficit. שבלול dicunt antiqui nostri, est creatura pisci in aquis simillima, ברמות דג במים, quæ gressu suo tabescit, & evanescit. *Mulieris.*] אשה & אשת idem. sunt, & Tau est signum fœminini, & quando He pro Tau commutant, vox habet accentum in penultima, si sit conjuncta, vel non, ut mulier pulchrâ formâ. *Antequam homines intelligant* יבינו *spinas parvulas accrescere majores, Deus destruet eos.*] Velocior est destructio eorum, quàm cogitatio de illa. *Sicut fortis, sicut iratus.*] Prævalet in infirmum, sic Deus in eos, à חי, sicut 2 Sam. 23. 20. *Homo valens.* Vel quando sunt ut spinæ virides, חי in juventute, antequam inveterascant. Vel, *sicut in irâ.*] כמו בחרון sicut aliquis arborem sterilem & aridam è loco suo removet. *Lætabitur justus.*] Opposit. ad illud, *Estne justitia muta?* ver. 1. *Sunt dii judicantes terram.*] Nempè, Angeli, ut Psal. 138. 1. *Ante Deos*, id est, Angelos.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 58.*

Al tascheth.] Id est, ne destruas; & si destruas Saulem, ego occidam te, ideóque bis dicit, *Vivit Dominus*, 1 Sam. 26. *Justitiam.*] Sicut Lex dicit, *Id quod justum est, &c.* Deut. 16. *Corde.*] Quod propter veritatem creabatur, Psal. 15. *Veritatem in corde loquitur.*

loquitur. Ab utero.] Sicut Esau cùm Jacobo in utero decertabat.. *Mulieris* אשת.]Vel,ab אש ignis Gehennæ. *Solem non vident.*] Sed Mal.4. *Timentibus nomen meum sol justitiæ oritur, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.58.*

De Doeg & Ahitophel. doctis in Lege, & tamen impiis. נחש.] Id est, de semine Serpentis cùm Eva, ut dicunt, ר׳ל׳ כמו יחסוללו.] Id est, sicut סלילות, spicæ quæ sunt excisæ, & pedibus conculcatæ. אשת.] Id est, *Talpa*, עכבר. חי.] Id est, integer & sanus, sic Pro.1. חיים. חרון.] Id est, sicut homo furiosus sine ordine. *Justus.*] Quem persequitur impius.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 58.*

Num obmutescit justitia? loqui & judicare justum debetis.] Psalmus hic erat compositus, occasione hac, quando venit David ad exercitum, & invenit Saul dormientem, & clamabat David ad Abner dicendo, Nonne respondis Abnere? dicere Sauli te deceret, Davidem vel in vitam, vel ad damnum suum non machinari. R. Moseh. *Ponderatis violentiam.*] Contra justitiam quam debetis facere. In extra. ling. קונתרפייסץ. Hisp. *Peysais. Separati sunt ab utero.*] (à נזר, ut Genes.49. *Separatus inter fratres*) ut partus Esavi erat insolens. *Venenum.*] Ad occidendos homines. *Aspidis surdæ.*] In senectute est unâ aure surda, & obturat alteram pulvere, ne incantationes adjurantis, ne noceat, exaudiat. *Liquefiant*, vel *sint abominabiles.*] In propriis oculis ob dolores eorum, à מאס, in Psal.15. *Contemptibilis. Intendit arcum.*] Deus benedictus. *Sicut aqua ambulent semper.*] Ut Ezech. 7.17. *Ambulabunt sicut aqua*, id est, erupt debiles ut aquæ, & instabiles. *Sicut limax.*] ליסנצא in extra. ling. Hisp. *El caracol.* Vel, sicut flumen aquarum, posterior Lamed duplicatur, ut יסל à יסולל. *Sicut talpa.*] Quæ non habet oculos, טלפא in extr. ling. Et in Targum pro חנשמת est אשא, & Vau in אשת deficit. Vel אשת pro אשותא, ut dicitur אשת חומה. Ab. Ezra. *Crescant spinæ parva & tenera in rhamnum.*] Id est, priusquam filii horum impiorum ad provectam ætatem veniant. בני הרשעים, ut 2 Sam.23. *Filii Belial ut spina. Sicut viventes.*] Id est, in sanitate destruantur sine præcedente morbo, Psal.38.19. *Mei inimici sunt viventes.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 58.*

Silere facitis justum in causa sua?] Hoc facere non oportet, sed justè & loqui & agere. אלם ab mutus. *Sicut abortivus & talpa.*] Quæ nunquam vident solem, Vau deficit, R.Sol. Cald. אשותא. *Sapiens est.*] Contra incantationes omnes. *Viventes.*] Id est, virides.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 58.*

O filii hominum.] Ut 1 Sam. aliàs, Reg. 26. *Si sint filii hominum maledicti sint. Ponderatis violentiam.*] Per falsa allegata, sicut statera dolosa. 2. Cauf. חבר.] Incantantis per carmina. R. Sol.

Horat. Epod. 17.

Per atq; libros carminum valentium
Refixa cœlo devocare sydera,
Canidia parce vocibus tandem sacris:
(cantionibus.)
Ergo negatum vincor, ut credam miser
Sabella pectus increpare carmina, (magica)
Novendialeis dissipare pulveres.
(Nono post mortem. vid. respons. Canidiæ.)

Obstruit aurem.] De hac subtilitate scribunt S. Aug. & Arnob. &c. *Sicut aspis surda.*] Sic illi noluerunt auscultare, quando David fecit apologiam, 1 Sam. 26.19. 3. Arg. *Surda.*] Tenet spiritum suum aspis, & non emittit, instar utris intumescens. Greg. Nyss. Vel unam aurem terræ allidit, & de cauda obturat alteram. S. Aug. *Sagitta sua intrabit in cor eorum, sicut qui occidunt seipsos.*] Ver.7. à ימול. S. Aug. Vel, *sicut qui exscinduntur.*] In bello. Vel, *donec infirmentur.*] Intentione arcus territi. S. Aug. Vel, non cessat pœnas infligendo, donec rescindat eorum potentiam B. Theod. *Sicut cera.*] κατὰ τὴν ἁμαρτίαν, sic illi à peccato ducti. Gr. Nyss. שבלול.] Res sepulta in terra quæ putrefit. Aquil. Vel sicut spicæ aridæ. Gr. à שבלת inde Cybele est dicta, dea frugum scil. Lucina vel Luna abundantiam fructuum producens, dicit Horat. Car. Sæcu.

Spicea donet Cererem corona.

Et in Jer.44. & Jer.7. *Regina cælorum.*

Horat.

Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.

Et Deut. 33. *Fructus producles à luna*: colebatur etiam sub nomine Dianæ in lucis illi dicatis: in monte Palatino erat Lucus celebris, & lucus Volsiniensis inter Florentiam Romámque in quibus sacra vel impura potiùs fiebant Lucinæ.

Horat. Od. 12.

Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

Legimus de luco Jezabelis in Samaria, ubi omnis generis immunditiës perpetrabatur.

Ab Horat. Sæcul. Car. dicitur etiam Ilithiis.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithiia tuere matres
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis,
Diva, &c.

Et in Pindar. Nem. Od.7. εἰλείθυια, quia
γενέτειρα τέκνων ἄνευ σέθεν
οὐ φάος ———
Prima parens hominũ sine te nec lumina Phœbi
Cernimus, &c.

Rhamnum.] Id est, priusquam malitia vestra crescat ultrà. B. Theod. *Sicut res cruda.*] Quam citò devorat esuriens, ut in tempore Saulis, 1 Reg.14. à חי, in 1 Sam. aliàs 2 Reg.15. *Caro cruda.* חרון.] Id est, turbo res exsiccans. Theod. Vel, *sicut res calida.*] Quam appetit stomachus eò magis. Gr. Vel, *sicut viridis arbor sic arida.*] Id est, juvenes & senes omnes destruentur, ut in Ezec.21. *Omnis viridis arbor & arida*, & Luc.23. *Si hæc faciant ad viridem arborem, quantò magis ad aridam*, id est, senes, & verbum כמו, sic usurpatur, Isa. 24.2. *Sicut sacerdos, sic populus. Non viderunt solem.*] Vita privati. B. Theod. *Vindictam videat.*] Non per proprias (sed Dei manus. 4. Arg. ab eff.)

Ut Horat. Epod.6.

An si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer?

Incantantis

Incantantis periti.] Veneficæ furtim rapiebant puerum, & mento tenus sub terra posuerunt, ut fame necarent eum, & ex Iecore medullâque poculum amoris facerent cantionibus magicis, & Dianæ invocationibus nocturnis insaniâ percutiebant, sidera ad terram devocabant,

Horat. in Canidiam. Epod. 5.
Exsucta uti medulla & aridum jecur
Quæ sidera excantata voce Thessala
Lunamq; cælo deripit
Nox, & Diana, quæ silentium regis
———*Sclutus ambulat venefice*
Scientioris carmine.———
(Vide Ezech. 13. toto, in R. David. de mulieribus veneficis.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 58.*

אלם.] *O audiencia.* Hisp. per Antiphrasin, ut lucus, quia non lucet. *Surda aspis.*] Dolosa & periculosa. Ital. *Sicut aqua.* Sic evanescant proposita eorum: Ital. Ang. MS. Gal. *Sicut sunt infirmati.*] Id est, quando sunt maximè infirmi Deus cadet super eos. 2. Ang MS. Gal. *Soyent debilitez.* Heb. כמו. Vel sagittas eorum impii in innocentes ejaculentur, sicut homines infirmi, ut nihil noceant eis. *Se fieno tagliate.* Bruc. Ital. *Sicut homines viventes.*] Ang. MS. Gal. *vivans,* sicut illi deglutiunt carnem. Vel, sicut caro cruda comesta est *è rapita*, antequam ollæ sentiant ignem, tam subitò destrue illos. Ital. Hisp. Vel, *sicut homo fortis, furiosus.*] Qui citò destruit infirmum. Heb. חי, sicut חיל, ut dicitur de Benaiah איש חי, & alibi חיל. *Sicut cera.*] 2. Ang. MS. Vul. Gal. *la cire.* *Casus ignis.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *le feu est cheu sur eux.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 58.*

Ne disperdas Davidem humilem, & simplicem.] Lat. MS. *Sicut Reguli surdi.*] Lat. MS. כמו.] Id est, donec conterantur. La. MS. *Non viderunt solem.*] Gr. Vulg. Id est, mortui sunt subitò per carbones ignis de cœlo, ut. Psal. 18. & Psal. 140. *cadant in ignem, &c* & dicit *solem*, ut in Eccles. 11. *Dulce est videre solem*, id est, vivere in prosperitate. *Priusquam intelligerent.*] Gr. Vulg. id est, priusquam homines intelligentes intelligant hoc, nempè, fiat citò, sic Num. 26. *Quem peperit*, id est, peperit pariens. Ab. Ezra. *Quasi vermis tabescens.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 58.*

Quando Saul comminatus est sacerdotes, ܟܗܢܐ. 1 Sam. 22. Par. edit. אלם.Non est in Syr. Par. edit. vel MS. *Vos ne judicatis justè.*] Ironicè. *Appenditis*, vel *contaminati estis.*] Syr. Erpen. ܡܬܠܝܢ ܠܟܘܢ מערולך Heb. תפלסין, id est, sanguine sacerdotum polluti velut in Micah 1. 10. *Pulvere te voluta.* Vel, *manus vestræ sunt implicatæ scelere.*] Syr. Par. sic 2 Tim. 2. ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. *Colubro*, vel *aspidi.*] Syr. est serpens biceps in Syr. MS. Par. edit. in Psal. 91. *Super aspidem, &c.* *Sicut aqua quæ abeunt.*] Et consumuntur effusæ. Syr. ܕܡܬܢܫܦܝܢ, דמתנשפין, sic a Sam. 14. *Nos sumus ut aqua, &c.* *Projiciet sagittas ejus donec exscindantur.*] Syr. עד מא ܥܕܡܐ ܕܢܬܦܣܩܘܢ Heb. כמו, id est, donec occisi sint; indicat Saulis ras qui sagittis ceciderunt, 1 Sam. 31. *Limax*, vel *cera liquescens.*] Syr. MS. שעותא ܫܥܘܬܐ, sic in Isa. 64. in Syr. MS. non adhuc impress. *Ignis cadet super eos quem non videant.*] Syr. ܡܚܕܐ ܢܦܠܬ id est, subitò. *Et sol priusquam sentient.*] ܠܐ ܢܪܓܫܘܢ, Syr. MS. id est, subitò percutiet eos sol, contrà in Psal. 121. *Non percutiet te sol.* *Spinæ illorum cardus sunto.*] Syr. id est, peccata, & judicia eorum aggraventur, sic in Pro. *Spinæ sunt in via peccatoris, &c.* *Sicut viventi, sicut indignatio.*] Id est, sicut unusquisque eorum surgit, & in prosperitate vivit, ita consummatur. Heb. חי, sic in 1 Sam. 25. *Viventi in prosperitate, &c.* & in Pro. 1. *Descendant viventes in sepulchrum, &c.* & dicit *sicut*, ut Isa. 24. *Sicut sacerdos, sic populus.* R. David. כמו חי non est in Syr. MS. vel Par. edit. *Vestigia ejus*, vel *manus.*] Sic in Dan. 2. *Digiti sunt pedum* æquè ac manuum. Syr. ܘܐܝܕܘܗܝ ואידוהי.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 58.*
Heb. Arab. 57.

Manus vestra in tenebris immersa sunt.] Arab. في الظلمة. Non est in Heb. id est, accipiunt manus vestræ muneta, quæ oculos sapientum occæcant, Vel munera in abscondito, & quasi in tenebris. *Venenum*, vel *ira eorum.*] Arab. غضبهم, quia venenum in ira emittitur. Vel, ira est excandescentia, & quasi inflammatio corporis, à חמה, & חמם calescere. *Decipit deceptione melius quam sapiens.*] Arab. سحر افضل من الحكيم Heb. מחכם à חכם, & חבר, חבר est associare fraudes, ut צמד in Psal. 50. 19. *Lingua tua associat fraudem.* *Donec infirmentur.*] Arab. حتى يضعفوا. *Tanquam cera.*] Gr. Arab Rom Neb. Vulg. Syr. sic Psal. 68. *Deficient sicut cera coram igne.* *Ad casum ignis.*] Gr. Syr. Arab. Rom. Neb. ut Gen. 19. *Ignem pluit Deus super Sedom* & Ezech. 38 *Ignem pluam super turmas ejus.* & Psal. 140. *Super illos cadent carbones ignis.* *Non viderunt solem.*] Id est, morientur, ut Eccles. 11. *Dulce est videre solem*, id est, frui vitâ hilari. *Et non intellexerunt.*] Arab. Heb. יבינו, id est, subitò, sine prævisione mortis, obeunt, sic Job. 4. *Sine sapientia moriuntur*, id est, ex improviso. *Erunt spinæ eorum rhamnus.* Arab. id est, dolores eorum multiplicabuntur, & indies augescent, ut Psal. 16. כמו חי כמו חרון.] Id est, adhuc viventes & validos, furor consumet eos. Arab. وهم احيا الرجس. *Lavabit manus suas.*] Arab. يديه, ut in Syr.

In

In finem,

1 *Ne disperdas, David in tituli inscriptionem, quando misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* (1 *Reg.* 19. 11.) *L V I I I. Heb. L I X.*

2 **E***Ripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.*

3 *Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salva me:*

4 *Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.*

5 *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.*

6 *Exurge in occursum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,*

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

7 *Convertentur ad vesperam: & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.*

8 *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audivit?*

9 *Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.*

10 *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es:*

11 *Deus meus, misericordia ejus præveniet me.*

12 *Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliviscantur populi mei.*

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.

13 *Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.*

Et de execratione & mendacio annunciabuntur

14 *In consummatione: in ira consummationis, & non erunt.*

Et scient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.

15 *Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes: & circuibunt civitatem.*

16 *Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.*

17 *Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exultabo manè misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meæ.*

18 *Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 59.

S*Anguinolento.*] Quia custodiebant domum ad interimendum eum. *Preparant.*] Ut me capiant. *Exurge ad visitandas omnes gentes.*] Vers. hic non cohæret cum antecedent. vel consequent. ideóq; est de futuro in die Judicii. Arama. quando prævidit David quòd Saul persequebatur eum sine causa, & quòd Principes sui adulabantur eum, dixit, non erit hæc generatio pura, donec Deus visitabit omnes gentes, ut Joel 3. & expurgabit impios, quia hodiè quasi dormit, ideò dicit David, *Exurge*, tunc verò non miserebitur obstinati, Mal. 3. 18. *Tunc videbitis inter justum & impium discrimen. Sicut canis.*] Qui latrat nocte, quando expergefactus est à somnò, sic illi, custodiebant domum; & alii forsan etiam muros urbis, ut eum, si evaderet ex manibus priorum, caperent, quia addit, *Circundant civitatem.* Vel, *sicut canes qui circundant civitatem.*] Sic illi vigilabant custodientes domum. *Loquuntur ore eorum.*] Audivit David intùs verba (ut gladii) quæ dicebant foris. *Quis audit?*] Forsan si existimâssent quòd audivisset David, non fuissent illa verba locuti, quia potuisset (rege inuncto) vindictam suam sumere. Vel non timebant Deum, illum non audivisse opinantes. *Deridebis illos.*] Deridet homo quem non timet; indicat eorum impotentiam. *Deridebis omnes gentes.*] De futuro, sicut hos præsentes. *Propter potentiam ejus.*] Quia Saul est me potentior, ideò in te confidam. *Deus misericordia sua.*] Qui ostendit suam misericordiam חסדו Cethib. *In exercitu tuo.*] In Israele. *Propter peccatum oris.*] Verba aspera. *Propter maledictionem & maciem eorum colloquentur homines.*] Unus cum alio de iniquitate eorum colloquetur, quando maledictionem Dei, & maciem corporum suorum intuentur, sic Isa. 58. *Aqua quæ mentiuntur,* id est, deficiunt, sic caro *mentitur*, quando deficit de pinguedine. *Consume, consume eos.*] Paulatim, seu gradatim, & in fine penitùs corruant. *Regnat in Jacob.*] Præcipuè, ut Amos 3. 2. *Vos super omnes terræ familias agnovi, ideóq; vos puniam, &c. Vespere revertentur.*] Sit pœna eorum sicut peccatum, ut canes circundant urbem ad capiendum me, & absque causa ut canes oblatrant; sic huc & illuc in urbe ad petendum panem, sicut canes divagentur. Arama. *Non saturentur quando pernoctant.*] Id est, pernoctent famelici & dormiant; licet sint mendicantes, ne sint accipientes. רעבים ישנו, sic Num. 36. 4. *Quando Jubilæus est.* אם idem. Vel *murmurent, si non saturentur.*] Sicut mendici de ostio ad ostium faciunt. *De potentia tua.*] In exequendo pro me vindictam. *Manè.*] Semper, ut in Psal. 101. ult. *O fortitudo mea.*] Opposit. ad illud in ver. 9. *Propter fortitudinem suam.* Et dicit, *Ad te cantabo.* respond. ad illud, *In te expectabo*, אשמורה, nempè, pro salute tua, & *cantabo* in tempore salutis meæ, אזמרה.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal.* 59.

Pone me in excelso.] Quia nunc sum in loco humili constitutus. *Viris sanguinis.*] Quia custodierunt domum ad occidendum illum. *Congregati sunt*] à גור Hag. 2. 19. Vel *habitabant propè me.*] In circuitu domus meæ. *Sine culpa mea.*] Ego non peccavi in Saul, ut

ut ipsi me calumniantur. Rasi. *Evigila tu.*] Quia illi evigilant ad custodiendam domum, sic *nox vigiliarum*, Exod. 12. idem. *Exercitum.*] Suprà & infrà, scil. Israelis. *Impiis transgressoribus.*] De quacunque natione. *Revertentur.*] Reliquiæ eorum, הנשארים. *Ut canes.*] Assimilat illos canibus, quia custodiebant domum sicut canes urbem, latrando. *Loquentur in ore suo.*] Sicut mos est canum latrantium. *Robur est in seipso.*] Vel, *robur suum est.*] Scil. Dei. *Ne obliviscatur populus meus.*] Liberationem ab illis, indies renova, & fac eos sicut Cain vagabundos. R.Sol. *Ne occidas eos.*] In uno momento, quando custodiunt domum. *Ego ad te evigilabo.*] Sicut illi custodientes domum. *Capiantur in superbia.*] Qui dicunt, *Nemo videt nos. Mendacia loquuntur.*] Inter se colloquuntur gloriando de mendaciis quæ aliis enarrant. *Consume.*] Bis repetit, id est, de die in diem. *Et non sunt.*] In fine, post paucos dies non erunt ampliùs. *Non pernoctabunt.*] Ut canes famelici quiescere nequeant. לא bis repeti debet, ut Pro. 30.3. *In exercitu tuo.*] In Israel. *Vagentur.*] Pro pane, ut in ver. 14. & in Psal. 109. *Sicut mendicantes. De potentia tua.*] Respond. ad illud, ver. 9. *Misericordia.*] Ut ver. 10. *Deus misericordia mea.*] *Manè.*] Opposit. ad *canes*, qui dormiunt die. *Locus excelsus.*] Prout oravi, ver. 1. *Pone me in excelso.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 59.*

Custodiebant domum.] Duo sunt uno fortiores, Michal liberabat Davidem intùs, & Jonathan foris, & illis totus Israel adunatus erat *filum triplicatum*, Eccles. 4. Inveniens uxorem bonum reperit, ut apparet in Michale, quæ Davidem à patre suo liberabat; qui uxore caret, 5. bonis est destitutus; benedictione multiplicandi, Gen. 1. ויברך. Eccles. 9. lætitia. Eccles. 9. auxilio. Gen. 2. misericordia רצון in Prov. In Lege, Prophetis, & Cethubim, nomine יי Domini utitur, locutus de matrimonio, Gen. 24. *A Domino est hac res*, & de Samsone, Judic. 14. & in Prov. *Favorem à Domino habet.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 59.*

Fortes עזים.] Septem filii Saulis suspensi in 2 Sam. 21. *Sicut canis.*] Cujus dispositio non est ad custodiendam domum, sed custodit per accidens; sic illi prætendunt custodire civitatem, sed intendunt me apprehendere. *Gladii in labiis.*] Id est, dicunt se posse occidere *nationes fortes. Redeant vespere.*] In ultimis diebus cum Gogo redeant fines terræ אפסי, sicut hi impii, & pereant similitèr.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 59.*

Ne occidas eos.] Quia mortui sunt citò è memoria hominum deleti, sed illos pauperie, plagâ diù permansurâ, punias. *Redeant vespere.*] Non satis est quod faciunt die, me coram Saule calumniantes, sed nocte etiam insidiantur. Vel, *redeant in vespera.*] Tamen non invenient me, quia auxilio Michalis evasi. *Certè, quando saturantur pernoctabunt.*] Et dormient sicut canes cibo repleti.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 59.*

Mictam, vel *per manum Davidis mitis & perfecti.*] מכיך ושלים Cald. *O robur meum expectabo in te.*] Cald. Vau in עזו pro Jod, ut נפשו & נפשי, Psa. 24. *Pro cibo.*] Ex rapina panem habent. *Si non sint saturi, pernoctabunt.*] Sicut raptores tota nocte manentes in agris & tritis viis, ad spoliandum insidiantes.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 59.*

Sicut canis.] Duo sunt cum Cametz, & in sectione ב׳ ובענין. *Cantabo.*] Respond. ad illud, *Expectabo in te.* R.David. אזמרה אשמרה, est trium parium, unum, quorum prius cum Shin, aliud cum Zain, in 2 Reg. 11. & è contrario sunt tria paria, unum cum Zain, aliud cum Shin, in Exo. 18.1. In afflictione patientèr expecta, in liberatione ψαλλέτω Jacob. 5.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 59.*

Ne destruas David per plagam eorum.] Gr. ut in Psal. 57. Vide 1 Sam. 19.11. *Sine culpa mea.*] Ut in Psa. 25.2. ריקם. 1. Arg. *Ne miserearis.*] 2 Arg. Vel, ne des gratiam illis, ut succedant machinationes eorum. *Omnes gentes.*] Judæos intendit, Christi persecutores. Theod. ut Ezech. 2. *Gentes, &c. In superbia sua.*] Diabolus solâ superbiâ lapsus est, non ei imputatur adulterium, non vinolentia, &c. S. Aug. *Occide illos, ne obliviscantur populi mei.* Per tædium persecutionis. Gr. 3. 4. Arg. Vel *Ne occideris eos.*] Orat ut gens Judæorum maneret, & ea manente cresceret multitudo Christianorum. S. Aug. Vel, ne occidas eos extremâ pernicie, quia sunt multi inter eos qui pœniteant. Theod. *Deduc eos.*] Noli eos deserere cum dispersis. S. Aug. *Pro cibo.*] Ut in Psa. 14. *Comedentes populum meum.* 5. Arg. *Convertentur ad vesperam.*] Ut in Psal. 16. *Posteà acceleraverunt*, nam si adhuc sani viderentur, nunquam accelerarent; nemo est insanabilior eo, qui sibi sanus videtur. S. August. *Cantabo.*] 6. Arg. *Ut canes.* Gentes peccatores, non ut oves. S. Aug. Ut canes vexant nihil mali meritos, sed contrà nocentes sunt imbelles, gregem non custodiunt, & cibo oblato latrare desinunt.

Horat. Epod. 6.

Quid immerentes hospites vexas, canis,
Ignavus adversum lupos?
(Ut Isa. 56. *Muti canes.*)
Quin huc (in me) *inanes, si potes, vertis minas,*
Et me remorsurum petis?
Tu cum timenda voce complesti nemus,
Projectum odoraris cibum,
(Ut Mic. 3. *Mordent dentibus.*)
Cave, cave, namq; in malos asperrimus
Parata tollo cornua, &c.

Orat. pro liberatione.

Sect. 9. *Ex Ital. &c in Psal. 59.*

Ne habeas misericordiam.] Sic orat in eos quos spiritu rejectos esse præscivit. Ital. *Patiantur famem sicut canis.*] Ang. MS.

Sect. 10. *Ex Gr & Vulg. in Psal. 59.*

Fortitudinem meam ad te custodiam.] Gr. Lat. MS. Vulg. id est, ad te attribuam fortitudinem meam, non ad alium, עזי ut עזו, Vau & Jod literæ conversivæ. *Capiantur, maledictionem & mendacium narrantes.*] Lat. MS. Vel, *de execratione —— annunciabuntur in consummatione, in ira consummationis.*] Gr. Vulg. id est, quando Dei ira consumpsit eos, tunc dicent omnes, Ecce hi sunt execrandi illi homines, & mendaciis dediti. כלה est *consumptio. Famem patientur.*] Quia tam attenti erant ad custodiam domus die & nocte, ut non potuerunt panem edere. Vel, *ipsi vagabuntur ut comedant.*] Lat. MS. sic Psal. 109. *Mendicent panem, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 59.

Quando David audivisset de morte sacerdotum, & prophetia de conversione Gentium, & rejectione Judæorum. Par. edit. *Robur meum tibi psallam*, v. 9.] Syr. ܥܘܫܢܝ ܐܫܒܚ, Heb. עזי אליך אזמרה, sicut אזמרה in ver. 17. *Potentes.*] In iniquitate, sic Psal. 52. *O Potens.* Syr. *fortificarunt malitias suas.* ܐܬܥܫܢܘ ܒܒܝܫܘܬܗܘܢ *Sermo oris eorum gladius.*] Syr. ut in Psal. 55. *Et propter exsecrationem & mendacium de illis loquantur.*] Syr. dicant ecce hi suppliciis affecti sunt, & ab exsecratione Dei in illos, facti spectaculum, & dicit *mendacium*, nam Doeg contra sacerdotes Domini est mentitus. *Ne occidas eos, ut illi de populo meo non obliviscantur.*] Syr. ܠܐ ܬܩܛܘܠ ܐܢܘܢ ܕܠܐ ܢܛܥܘܢ ܥܡܝ aliter legit Par. edit. *Vagentur propter cibum, ne saturati sint, neq. pernoctent.*] Id est, viri isti tempore futuro cibo indigeant, & domo careant, in quo capita sua occultent, sicut in Psa. 109. 10. *Panem suum petant, &c.* Syr. MS. ܠܐ ܢܒܘܬܘܢ, לא נבויתון, id est, fac eos inquietos sicut mare; & dicit *propter cibum*, quia interimerunt sacerdotes, qui Davidi *cibum* in fame sua subministrabant.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 59. *Heb. Arab.* 58.

Currunt, vel *durè apprehenderunt me.*] Arab. سطوا علي, Heb. à רצץ in Job. 20. *Opprimunt pauperes.* *Revertentur ad vesperas.*] Arab. يقبلون الى المساء, ab שוב in Genes. 31. id est, fine mundi omnes gentes erunt malitiis & calumniis operam dantes, ut Luc. 18. *Num inveniet fidelitatem*, vel *veritatem?* sic Psal. 12. *Duplici linguâ, &c.* ideóque subdit, *nunc surgam* in die Judicii ultimi. Vel, *ad vesperas suas.*] Arab. in ver. 14. id est, propè mortem ululabunt, de remissione peccatorum, vel aliàs desperantes, ut Hos. 7. *Super cubilia ululant.* *Circuibunt urbem sermone suo.*] Arab. ut Psal. 73. *Lingua eorum per totam terram divagatur*, scil. calumniando. *Ne obliviscantur legum tuarum.*] Arab. لئلا ينسوا سننك, Heb. עמי, id est, leges, à cùm me, latas, vel, populo meo promulgatas, & dicit, *Ne obliviscantur*, quia *misericordia tecum est, ut reverearis*, in Psal. 130. Vid. R. David. *In furore tuo perfecto.*] Arab. Heb. כלה.

In finem,

1 *Pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi Davia in doctrinam,*

2 *Cùm succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & convertit Joab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.* (2 *Reg.* 8. 1. & 10. 7. & 1 *Par.* 18. 1.) *LIX. Heb. LX.*

3 *DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.*

4 *Commovisti terram, & conturbâsti eam: sana contritiones ejus, quia commota est:*

5 *Ostendisti populo tuo dura: potâsti nos vino compunctionis.*

6 *Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant à facie arcus.*

Ut liberentur dilecti tui:

7 *Salvum fac dexterâ tuâ, & exaudi me.*

8 *Deus locutus est in sancto suo: Lætabor, & partibor Sichimam: & convallem tabernaculorum metibor.*

9 *Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei,*

Juda rex meus:

10 *Moab olla spei meæ.*

In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

11 *Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?*

12 *Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egrederis Deus in virtutibus nostris?*

13 *Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.*

14 *In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 60.

CUm *Aram.*] ארם cum Segol & Merca, sine Maccaph præter morem, & sunt duo alia in Masora. *Rediit Joab.*] In 2 Sam. 8. 3. *Syros in valle Salis* 18. *millia*, in 1 Par. 18. 3. *Abisai percussit ex Edom* —— 18000. in Samuel dicit *ex Aram* (& in duobus codic. ex Edom.) in Psal. dicit 12. *millia*, videtur quòd prælia Aram. & Edom, erant unà, & numerus totalis ex Aram. & Edom, erat 18. millia: Et in Paral. victoria Abisæo attribuitur, quia incœpit, & occidit sex millia, rediitque Joab, & occidit adhuc 12. millia, & in Samuel. meminit Davidis, quia ipse erat rex & radix victoriæ. *Ad docendum.*] Nempè, pœnitentiam nationibus cunctis. Derash. Non est in Cod. Cremon. Vel dicunt Rabboth. Quando Joab venit ad pugnandum cum Aram, dicebant, erat fœdus inter Jacob & Laban Aramæum, Gen. 31. 44. respondebant Sanhedrin, quòd Balaam Syrus primò fregit fœdus, Num. 22. 5. *Balac misit, ut ab Aram accederem*, & in diebus Cushan, Judic. 3. 8. quare vocatur Rishathaim, propter duo mala quæ fecit Aram Israeli in re Balaami, & Cushan; quando Joab audivit hanc solutionem, rediit & percussit ex Aram 12. millia, ut hic dicitur. Derash, Rabboth. In altero Derash erant duo

duo prælia: in primo, Abisai percusit 18 millia; in secundo rediit Joab, & percussit adhuc 12. millia, dixit Edom, ex Deut.2.5. scribitur, *ne cum illis bellum geras*, respondit Joab, hoc erat in itinere solo, & præterea dixit Joab, cum Aram incipiamus, quia si primò Edom oppugnabimus, quando redimus, ubi inveniemus cibos & aquas? sic transiebant, & posteà redibant, ut hic dicitur. Derash non est in Cod. Cremon. *Repulisti nos.*] Quando Hadadezer dilatavit limitem suum & cepit de terra Israelis propè Euphratem, 1 Paral.18.3. Et dicit *repulisti*, quia alitèr non percussit eos Hadadezer, & adventum hostis, direptionémque terræmotui assimilat. *Vinum judicii.*] Quando hostis invasit terram nostram. *Dedisti.*] Id est, dabis victoriam pro certo, ac si dedisses. *Propter veritatem.*] Quia prædixisti quòd populus tuus in pace terram suam inhabitabit. *Ad elevandum.*] Suprà hostes omnes, ut à נוסה. *Serva dexteram tuam.*] Quæ videtur nobiscum affligi, quia dicunt hostes, non potest servare nos. *Dividam Sechem.*] Sechem & Succoth erant in tribu Ephraim, Jos. 21.21. Sechem in monte Ephraim, ibi erat Joseph sepultus: & Ephraim comprehendit decem tribus, quia erat in parte terræ Aquilonari, sicut Juda in Meridionali; & quia Isboseth multis annis in Israel imperabat; ideò locorum meminit horum particularitèr, indicando, quòd Deus implevisset promissum suum Davidi, quia nunc ipse tandem in totum Israelem imperabat. *Gilead mihi est.*] Sub mea jurisdictione, & meminit *Gilead* quia erat ut Ephraim in tribu Joseph. *Juda est Legislator meus.*] Quia regnum erat Judæ, & rex leges promulgat, ut Gen.49.10. *Nec Legislator, &c. Olla lavacri.*] Ad usus serviles; non vas coquendi carnes, sed lavandi pedes. Vel, *Gilead est mihi.*] In futuro, quando Deus benedictus recolligit captivos. Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. *Calceamentum meum prejiciam.*] Edom erit in pedes ejus, ut scabellum, & sic Aram, & Pelistæi erant servi Davidis. *Triumpha super me.*] Si vis, & videas quid in extremum eveniet, Vel est ironia. *Quis duxit me in civitates fortes?*] Quas vici, nonne tu O Deus? *Redde nobis auxilium?* Semper, quando venerit tribulatio sicut anteà, Psalmus hic est de Messia imperante sicut David. Derash Rabboth.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 60.*

Shushan.] Instrumentum sex chordarum. Vel concentus poëticus initium Psalmi. *Eduth*, vel *ornamentum.*] 2 Reg.11.12. *Posuerunt super illum coronam & ornamentum*, עדות. *Ad docendum.*] Cantores discant, ut illum in omni occasione canant. Vel docere, quid facerent in illo belli tempore. *Quando contendebat.*] Ut Num.26.9. *Contrà Dominum contendebant.* Vel quando destruxit, ut 2 Reg. 19.25. נצים *desolatos.* *Rediit Joab.*] Forsan primò profligatus erat David, prout in hoc Psalmo lamentatur, sed rediit Joab, & percussit 12. millia. *Repulisti nos.*] Quando Aram prævalebat. *Terram commovisti*] Quando nova, de cæso Davide, erant divulgata. פצמתה non habet socium. *Commota*, vel *lapsa est.*] Ut Levit. 25.35. *Manus sua labitur.* *Sana.*] He pro Aleph. *Signum.*] In diebus præteritis. *Propter veritatem, Amen.*] Propter veram in nobis fidem, אמונתינו. *Serva cum dextera.*] Nunc ut anteà, Beth deficit. Vel *serva dexteram tuam.*] Id est, teipsum, ut Isa.59.16. *Salutem sibiipsi attulit.* R. Mosch. *In sancto.*] Verbo suo sancto per Samuel. דבר קדשו. *Dividam Sichem.*] Erit mea sors in æternum, & meminit *Sichem & Succoth*, quæ erant sora Ephraim, qui possidebat partem Aquilonarem Canaan, & meminit etiam Judæ, qui possidebat Meridionalem; inter quos, omnes Tribus includebantur; ideóque hæ duæ in Prophetis pro toto Israele assumuntur. מעוז.] Est conjunctum, sed non mutatur, quia est ex geminatis. *Olla.*] Irrigabo terram eorum sicut ollâ. *Calceum mittam.*] Licet sit fortis, in eum conculcabo. *Triumpha tu.*] Ut Ecclesi.11.9. *Lætare O juvenis*, Ironicè. *In civitatem obsessam.*] Id est, Edom, quam tunc obsidebat, & ipse respondit, *Nonne tu Domine?* Et posteà cogitationes ejus variant, & dicit, *repulisti nos*, sicut mos est eorum qui turbati sunt, ut Job.10.1. *Tacebo*, deinde addit, *Elloquar* cogitationem suam primam immutando. עזרת.] Tau pro He, ut שבת Ezech.45. Vel He deficit pro עזרתה. *Et non egredieris.*] Quia in principio erat percussus. *Fortiter agimus.*] Est prophetia de victoria in fine. *Salus hominis.*] Respond. ad illud *exercitus nostros.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 60.*

Ad docendum.] Dixit Aram Joabo, quare irritum facis fœdus Jacobi cum Labane? Genes.31. *Rediit Joabus*, & dixit, quod Balaamus Aramita primò fregit fœdus, Num.23. Deinde Cushan Rishathaim, Judic.3. R.David. ib. בהצותו.] Id est, ignem accendit in Aram. (sic Vul.Gal.) *Serva dexterâ tuâ.*] Petit unicum à Deo, promittit Deus duo, שנית *secunda vice*, Isa.11.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 60.*

Rediit Joab.] Dicit *rediit*, postquam Abishai destruxisset 18. millia, rediit Joab ad sepeliendum mortuos, & occidit adhuc 12. millia de illis qui rebellabant. *Alienâsti.*] In desolatione Siloh. *Concussisti.*] In morte Saulis. *Durum.*] קשה in bello Edom, in quo mortui sunt multi Israelitæ. *Vinum.*] Calicem consolationis pro mortuis, sicut in Jer.16. *Veritatem*] קושט (i.e.) lex, sicut dicunt ר'ז'ל, si David non esset exercitatus in lege, Joab non pugnâsset cum hostibus, vel saltem non prævaluisset. *Lætabor.*] אעלוזה Id est, in oleo lætitiæ quo unctus sum. *Metior.*] Faciam judicium inter civitates. *Calceum*, vel *claustrum.*] נעלי, id est, לנעול, propugnacula sua occludere, ita ut rebellare nequeat. *Exclama.*] התרועעי à תרועה clamor tristitiæ, ut in Isa.15. *Quis conducet?*] In reditu meo contrà Edom.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 60.*

Shoshannim.] Vel de liliis testimonii, nempè, senioribus Synedrii, qui erant Davidis gloria, & docerent illum quid in prælio hoc ageret: vocantur lilia, Cant.7.3. Respondebat Synedrion quod Aram primò fregit fœdus Labanis & Jacobi in Gen 31.52. quia Balaam Aramæus voluit Israeli maledicere, & Cushan opprimebat illos, Judic.3. est in MS. *Mictam*] מך ותם de David. in regno suo miti & humili. Non est in MS. sed Venet. *Duodecim millia.*] Abisai primò percussit 18. millia, & Joab rediit, & occidit adhuc 12. millia. *Repulisti nos.*] In diebus Judicum, Judic.4.2. & 10.7.12. *Fregisti.*] In diebus Romanorum. Non est in MS. vox est à פעים in Targum, Jerem.22.14. *Exscidit fenestras.* R. Mosch. Vel est

verbum Arabicum, Dones. *In sanctitate locutus est.*] De reditu captivorum futuro. *Insigne*, vel *tentationem.*] Afflictionum multarum, quibus exaltantur, si in tentatione firmi permaneant. *Olla.*] In faciem suam ut olla reversa, & tandem fracta, sic erit Moab. *Sechem*, vel *portionem dividam.*] Spolia hostium suorum, vel portionem patris eorum Jacobi, Gen. 48. ult. קושט.] Id est, propter ornamentum & gloriam tuam, in remunerandis illis qui in finem perseverant. *Succoth.*] Meminit illius in exitu Israel ex Ægypto, Exod. 14. Vel *Succoth.*] Id est, Tabernacula in Canaan, sicut quando Jacob venit, Gen. 33. *Rejecisti nos.*] Prævidebat spiritu, quòd Romani הרומיים erant dominaturi. Non est in MS. *Triumpha*, vel *esto socius mihi.*] à ריע, hoc dicit, quia David subjugavit Gath Pelistæorum.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 60.

Super Shushan Eduth.] Id est, antiquum testimonium inter Jacobum & Laban, in Gen. 31. *Mictam.*] Scriptura Davidis, à נכתם *signata est*, Jerem. 2. *Aram propè Euphratem.*] Transivit David acervum testimonii in Gen. 31. *Duodecim millia.*] De exercitu Davidis & Joabi ceciderunt, נפלו. Cald. *Propter veritatem.*] Promissi cum Abrahamo, Gen. 15. Vel, propter veritatem & justitiam Abrahami. *Ut illi propter dilectos tuos liberentur*] Propter integritatem Isaaci. *Serva per dexteram.*] Propter sanctitatem Jacobi. *In sanctitate.*] Sanctuario. *Dividam cum Sechem.*] Filiis Josephi incolis Sechem, & in valle Succoth dividam, etiam meliora spolia. *Super Pelistaes triumpha tu.*] O congregatio Israel. עלי cum Hiric pro עלי. *Projiciam calcaneum.*] Et in cervicem potentum ejus conculcabo.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 60.

Super Shushan.] Vel lilia; duo cum Pathac, 1 Reg. 7.19. *Opus lilii*, Dan. 8. 2. *Shushan palatio.* Dicit R. Saadiah reperitur litera Samech in Bibliis, 13580. vicibus; Joab percussit ex Edom. 12000. Nehem. 7. 20. 1000. drachmas, 50. vasa, & 530. vestes, qui numeri efficiunt numerum prædictum. *Dedisti.*] Duo sunt initium versus, Psal. 4. 7. *Dedisti lætitiam in corde meo*, Lætitia & luctus unà incedunt. *Sana.*] Duo sunt, cum He, & cum Aleph, Num. 12. 13. *Sana nunc illam.* Judicia Dei in terra sunt sicut lepra in corpore, ut in Isa. 1. *à vertice. &c. Lætabor.*] Duo sunt defectiva, unum plenè, Hab. 3. 18. *Lætabor in Domino*, id est, in prophetia sua, est plenè, Psal. 108. 7. Sancti in afflictione dolent, sed spe lætantur.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 60.

De lilio ornamenti, vel testimonii, ut Apoc. 12. 17. de Martyribus Jesu. Vel, *De mutatione testimonii.*] Gr. veteris fœderis, & Arcæ, ut Rom. 9. Vel de novo cœlo, &c. Apoc. 21. Vel, *Pro his qui commutabuntur.*] Humanis omnibus in meliùs mutandis. πρὸς τὸ κρεῖττον. Greg. Nyss. Vel, quia veteri vita in novam transeunt. S. Aug. Vel, de reditu captivitatis Babel. B. Theod. *Docere.*] De victoriis Davidis, quibus declaravit se regem; in sensu literali. *In tituli inscriptione.*] Indicat doctrinam hanc indelebilitèr impressam esse. Greg. Nyss. Vel, titulus est infixus, super crucem Domini scriptus. S. Aug. *Cùm contendebat cum Aram.*] 1 Paral. 19. 6. 16. & gloriam victoriâ consecutus est.

Istmia Pindar. Od. 1. ὃς πολεμίζων, &c.
Qui vero bellis, aut studio impiger,
Dulces honoris delicias tulit.

Ipsi David.] Non sibi, sed Christo mutantur. S. Aug. *Repulisti nos.*] 1. Caus. in diebus regum impiorum Israel. & Judæ. *Conturbâsti eum.*] Conscientia peccatorum; quò fugimus quando gladius ille vibratus est? S. Aug. *Propter veritatem.*] In tempore Davidis, quem Deus promisit & fecit regem. Vel, *A facie Arcus.*] Arcus est extensus adhuc in comminatione, est nondum in præsentatione. S. Aug. Vel dicit *arcus*, id est, telia hostium. Theod. *Delecti tui.*] Testes in facco, Apoc. 11. 4. *In sancto suo.*] Christo. S. Aug. *Ephraim est principium regni mei.*] Gr. omnes tribus erant sub Davide, sicut prædixit Deus. 2. 3. Caus. Eucharist. *Legislator.*] Ex Juda erant reges, 1 Paral. 5. 2. sicut Ephraim confirmabat Davidem ad adipiscendum regnum, 1 Paral. 12. *Moab est olla.*] Quia tincti erant pedes sui in sanguine ejus, ut Psal. 68. & Psal. 58. *Lavabunt pedes in sanguine impiorum.* Targum. *Moab est olla lotionis meæ.*] Syra vers. Theod. (observa antiquitatem Syræ versionis, ex hac citatione Theod. & Chrys. in Psa. 49. &c.) Vel, quia Moab solvebat tributum ovium pro usu domus regiæ, quæ erant lavatæ, & coctæ in ollis. Vide 2 Reg. aliàs 4 Reg. 3. 3. &c. Perditâ libertate, perdita omnia.

Pindar. Istmia. Od. 8.

ἰατὰ δ᾽ ἐστὶ βροτοῖς
σύν γ᾽ ἐλευθερίᾳ ———
——— *sed gravium vulnera casuum*
Sanantur modo sit salva dolentibus
Libertas, &c.

Calceum meum.] Super cervicem ejus. Vel tradam Edom in manus inimicorum ejus, sicut homo solvit calceum, & dedit illi, cui vendidit portionem terræ, ut Ruth 4. 8. Vel calceamentum est Evangelii. S. August. ut Eph. 6. ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου. *Eris à me diffracta.*] Gr. à תרועם in Psal. 2. *Franges eos. Quis ducat me in Edom?*] Ut interimerem tot ex illis; respondet nemo, nisi tu Deus, *Qui repulisti nos* antehac. Psalmus Eucharisticus; Et indicat hostes Eccles. per Moab. Edom, &c. & per tribus 12. Israel. totam Ecclesiam & regnum Christi, & testium saccum in Apoc. 14. 1. Apoc. 11. 2. 3.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 60.

Docere.] Quòd regnum Davidis placebat Deo post Saulem. Ital. Vel *Psalmo doctrinal.* Hisp. *Shushan Eduth.*] Seu testimonium Rosę. Ang. MS. in Heb. seu *Rosa di testimonio.* Ital. Bruc. *Gigli* lilia; est initium Psalmi. In S. Hieron. *De liliis, testimonium mitis & innocentis Davidis.* Vulg. *immutabuntur.* Gall. *changez.* *In fidelitate sua.*] Sic ut non debemus dubitare de illo. Ital. *Arcus.*] *De l'arc.* Gal. קשת. Vel, *veritatis.*] *Confiados de tus promessas.* Hisp. Ital. *Olla spei meæ.*] Gal. Vul. *mon esperanza.* 2. Ang. MS. id est, quem superare spero. Hisp. Ital. *Lavatorio.* *Calceum meum.*] Accipere possessionem, Ruth 4. Hisp. de Boas. *tomaré possession.* Ital. *Sottopeste.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 60.

Cùm succendit Mesopotamiam.] Vul. Gr. Lat. MS. Igne belli, ut Num. 21. *Ignis ex Hesbon, &c.* Vel, igne domos concremante. *Misertus es.*] תשובב, ut

in

in Psal. 23. *Animam corroborabit.* *Dedisti metuentibus te significationem.*] Vul. Gr. ut in Pro. *Sapiens pravidet malum, & absconditur.* *A facie arcus.*] Vulg. Gr. Lat. MS. dicit *Arcus*, quia usi sunt arcu inter arma belli principalia, ut 2 Sam. 1. *Ut docerent usum arcus, &c.* nam Saul moriebatur arcu. *Maab olla, pelvis*, Lat. MS. *spei mea.*] Vulg. Gr. spero debellare Moab, quod factum erat in principio regni David. Heb. רחצי *Super Idumaam incedam, calceamento meo.*] Lat. MS. *Pelistai*, vel *alienigena subditi sunt.*] Regni mei Vulg. à תרועם reges eos, Psal. 2. & dicit *alienigena*, κατ' ἐξοχὴν, quia in Zach. 9. *Alienigena habitabunt in Asdod.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 60.*

Quando David fugiebat à Saule, 1 Sam. 27. 1. est etiam de conversione Gentium, et rejectione Judæorum. Par edit. *Verte*, vel *fregisti nos.*] Heb. תשוב, velut in Hos. 8. 6. *In fragmenta erit.* *Fregisti*, vel *aperuisti.*] Syr. per terræ motus. Syr. פתחתה ܦܬܚܬܗ. Heb. פצמתה. *Horroris*, vel *faculentum.*] Syr. תמירא ܚܡܪܐ ܕܪܘܝܐ, à ממר ut שמרים in Heb. sic in Psal. 75. *Calix in manu Domini, & vinum est faculentum.* Idem in Syr. *Dedisti.*] Tempore præterito; nunc etiam serva nos. *Ut non* ܠܐ, Syr. *fugerent à veritate*, vel *ab arcu.*] Syr. MS. קשתא ܩܫܬܐ, in Syr. MS. Par. edit. Heb. קשט, id est, signum victoriæ illis dedisti, ideóque non fugiebant. *Ut liberentur*, vel *armati sint.*] Syr. תזרינה ܘܢܬܦܨܘܢ ܚܒܝܒܝܟ. Heb. יחלצון, velut in 2 Sam. 2. 21. *Ejus exuvias.* *Gaudebo*, vel *robustus ero.*] Syr. ܐܠܗܐ ܡܠܠ ܒܩܘܕܫܗ ܐܬܪܘܙ. Heb. אעלזה sicut עלץ. *Jehuda est rex meus.*] Syr. מלכי ܡܠܟܝ honor est meus, in Apoc. 7. 144000. signati sunt ex Tribubus Israelis; sunt Tribus Gentium aiunt quidam. *Moab est olla lotionis mea.*] Opponitur *Jehuda.* Gentes erant sub Davide, & Christo subjogatæ. *Projiciam*, vel *super Edom solvam calceum meum.* Syr. אשרא ܥܠ ܐܕܘܡ ܐܫܕܐ ܡܣܢܝ. *Triumpha*, vel *clamabo contrà Pelistaos.*] Syr. MS. אקעא ܐܩܥܐ, in Heb. התרועעי, velut הגאלתי, in Isa. 63. He pro Aleph, id est, victi erunt sub Christo.

Sect. 12. *Ex Arab in Psal. 60. Heb. Arab. 59.*

Titulus est in Arab. MS. ut in Heb. non in Arab. Rom. vel Neb. *Vino soporis*, vel *turbido.*] Arab. خمرا عكرا, Rom. Neb. vino fortissimo somnos excitante, ut Cant. 7. *Loquitur labiis dormientium*, facit dormire, quandóque etiam insanire & obstupescere, ut Jerem. 25. *A facie arcus.*] عن وجه القوس, Arab. Rom. Neb. Gr. Vulg. Syr. Arcus erat inter vasa belli præcipua, & periculosiora, 2 Reg. 1. *Ut instruant eos in usu arcus.* *Vallem Succoth*, vel *Tabernacula convallium.*] Arab. الأودية à סכה in Gen. 33. *Olla*, vel *virtus & robur spei mei.*] Arab. Neb. Rom. قوة رجاي, dicit *robur*, nam ollarum æris est magnum robur, sic in Job 8. *Num est vis mea Chalybea? Pelistai*, vel *Tribus alienigena subdita sunt mihi.*] Arab. الغريبة, sic in Zach. 9. *Alienigena, &c.*

1 *In finem,*
In hymnis David. LX. Heb. LXI.
2 *Exaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.*
3 *A finibus terræ ad te clamavi: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.*
Deduxisti me,
4 *Quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.*
5 *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum.*
6 *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam; dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.*
7 *Dies super dies regis adjicies: annos ejus usque in diem generationis & generationis.*
8 *Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem ejus quis requiret?*
9 *Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi: ut reddam vota mea de die in diem.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 61.*

Psalmum hunc composuit David quando fugiebat à Saule, vel de hac captivitate. Derash Rabboth. vox *hac* non est in Cod. Cremon. *A finibus terra.*] Si de Davide, intendit terram Pelistæorum; si de hac captivitate, tunc de quolibet captivo in terra ubi peregrinatur, profertur. *Quando cor meum est obrutum.*] Multiplicatio orationis sic dicitur, ut Psal. 102. 1. *Oratio afflicti quando obrutus est.* *Rupem.*] Terram Israel. *Tabernaculo.*] Congregationis; si de Davide. *Vota mea.*] Si educeres me ex captivitate, sic & sic facerem. *Hareditatem.*] Habitare in domo tua, ut in Psal. 16. *Pulchra hareditas est mihi.* *Regis.*] Davidis, vel Christi filii ejus. *Ut generatio, & generatio.*] Nempè, duæ generationes, & vita hominis est una generatio. *In conspectu Dei.*] Ad studium legis.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 61.*

Clamorem.] Voce. *Orationem.*] In corde. *A fine terra.*] Sic dicit respectu Arcæ, à quo explabat longè in bello contrà hostes. R. Sol. *Ad rupem.*] Quia nunc sum in finibus terræ, in loco humili, collocatus. *Alarum.*] Ut pulli gallinæ sub alis suis. *Prapares.*] מן pro מנה, ut זג à זון, Jonæ 4. 6. *Praparavit Deus*, idem.

Sect. 3.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 61.*

Attende orationi meæ.] Quando orabant Israelitæ, semper respondebat Dominus, in Egypto dixit, Exod. 3. *Audivi clamorem eorum*, in mari. Exod. 14. *Quare ad me clamas?* In deserto. Psal. 106. in Canaan. 1 Sam. 7. *Et clamavit Samuel.* Et in diebus Solomonis. & nunc in hac captivitate, Deut. 30. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 61.*

De pugna cum Aram in confinibus Israel. *Habitabo.*] Et scribam mirabilia tua in memoriale. *Addes.*] תוסיף, præter morem regum, qui rarò sunt longævi.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 61.*

In Tabernaculis tuis.] In hoc sæculo & futuro. *Dies ad dies regis.*] Donec rex David impleat 70. annos; longitudinem dierum Deus illi promisit per Nathanem, 2 Sam. 7.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 61.*

Dedisti hæreditatem illis qui timent nomen tuum.] לרחלי Cald. ut in Psal. 37. *Hæreditate accipient terram. Regis vita.* Regis Messiæ. משיחא Cald. *Generationem & generationem.*] In hoc sæculo & futuro. *In die solvam vota.*] In die redemptionis Israel quando Christus erit Rex.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 61.*

Turris fortis.] Tria sunt, Pro. 18. 10. *Nomen Dei est turris munitionis*, Judic. 9. 51. *Erat in urbe turris. Hæreditatem.*] Id est, pro Tribu omni distinctam in Canaan. Duo sunt, Judic. 21. 17. *Est hæreditas pro iis qui evaserunt*, cum Dages. *Annos.*] Tria sunt initium versus, Jos. 11. 18. *Annis multis Josue bellum gessit.* Isa. 32. 10. *Annis multis perturbabimini.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 61.*

Ad rupem me altiorem.] Ab humili conditione ad regnum, 1. Caus. *Petra.*] *Erat Christus*, 1 Cor. 10. super quam è finibus terræ est Ecclesia ædificata. S. Aug. *Preces meas.*] Gr. pro liberat. à Saule. 2. Caus. *Dedisti hæreditatem.*] Nos patri non morienti succedimus. S. Aug. Vel, hæreditatem vitæ æternæ. B. Theod. *Prolongabis vitam.*] Ut vitam Hezech. 3. Caus. *Generationis.*] Hujus, & futuræ, S. Aug. *Dies regis.*] Zorobabelis, & Christi. Theod. *Misericordia.*] Ad promittendum. S. Aug. *Et veritas.*] In servando promisso. 4. Caus. *Quis requiret ei?*] Multi requirunt misericordiam discere, & cùm didicerint, sibi vivunt, non illi. S. Aug. Vel, *quis discat?* quia sunt abyssus multa ejus judicia. Theod. Psal. grat. actionis.

Sect. 9. *Ex Ital. & c. in Psal. 61.*

Prepara misericordiam & veritatem.] Ital. Hisp. Sunt *fundamentos del reyno de Christo.* Vel, *qua.*] Ang. MS. Gal. *Qui sera, &c.* Heb. מן.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 61.*

De fine, vel *novissimo terra.*] Lat. MS. id est, de partibus terræ novissimæ tunc repertis. *Super dies regis.*] Vulg. Gr. id est, super dies ejus per τροχὸν τῆς γενέσεως. *Quis requiret?*] Vulg. Gr. non opus est requirere ea à Deo, quia impleta sunt ad regem, sine postulatione Davidis, ut ad Hezechiam 15. annos. מן non est in Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 61.*

Quando Jonathan revelavit insidias Saul Par. edit. *Ducite me*, vel *consolationem mihi prebe.*] Syr. ܒܝܐܢܝ באיאתני. Heb. תנחני. *Audivisti vota mea.*] Quæ tibi feci, si pro nobis contrà Edom pugnares, velut in Psal. 60. Vel, si me è manu Saulis liberares. *Hæreditatem dedisti.*] Populo tuo Israeli, quando bellum gerebam cum Aram & Edom. Vel per Josuam, ex qua hæreditate Saul quærit me ejicere; sic orat Jehosaphat, 2 Paral. 20. *Misericordia & veritas in æternum stabiliantur coram Deo qui custodiet eum.*] Syr. ܡܢܘ מנו. Heb. מן, & dicit *custodiet*, id est, ab insidiis Saulis, ut dixit Jonathan in 1 Sam. 23. *Pater meus non inveniet te.* Vel, *quis servabit misericordiam & veritatem?*] Syr. ܠܐ ܐܢܫ, Quis alius sicut tu, O Deus verus & bonus est?

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 61.*
Heb. Arab. 60.

De ultimo fine. Arab. MS. *A finibus terra.*] In fine sæculi electos ejus à quatuor ventis congregabit, Mat. 24. Arab. من اقاصي الارض. *In habitaculo tuo in æternum.*] Arab. في مسكنك in cœlo, ut Apoc. 13. *Deum & Tabernaculum ejus, & illos qui habitant in cœlis. Hæreditatem dedisti.*] Arab. ميراثا, ut 1 Pet. 1. *Incorruptibilem in cœlis depositam. Durabunt, misericordia & æquitas illi qui sectatur*, vel *requiret ea.*] Arab. الرحمة والعدل لمن يتبعهما, Heb. מן, id est, qui ea persequitur, benè agendo in hoc sæculo, remunerabitur in futuro. Vel, *quis investigabit veritatem ejus?*] Quia viæ ejus sunt imperscrutabiles, Rom. 11. Vel, *quis custodiet veritatem?*] Vulg. Gr. Syr. ut, in illo die magno, eam humilitèr requirat.

In finem,

1 *Pro Idithun, Psalmus David.*

LXI. Heb. LXII.

2 *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.*

3 *Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non movebor ampliùs.*

4 *Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos: tanquam parieti inclinato & maceria depulsæ?*

5 *Veruntamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.*

6 *Veruntamen Deo subjecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.*

7 *Quia ipse Deus meus, & salvator meus:*

meus: adjutor meus non emigrabo.
8 *In Deo salutare meum,& gloria mea: De-*
us auxilii mei, & spes mea in Deo est.
9 *Sperate in eo omnis congregatio populi, ef-*
fundite coram illo corda vestra: Deus adjutor
noster in æternum.
10 *Veruntamen vani filii hominum, men-*
daces filii hominum in stateris: ut deci-
piant ipsi de vanitate in idipsum.
11 *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas*
nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor
apponere.
12 *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi,*
quia potestas Dei est,
13 *Et tibi Domine misericordia, quia tu red-*
des unicuique juxta opera sua.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 62.*

Dictus est de hac captivitate. *Solùm in Deum.*] Et non in alium fileo, id est, expecto pro salute ejus. *Non movebor motu valdè.*] Quia Deus sustentat me manu sua. מוטה subjectum deficit, ut in Cant. 4. 2. *Contrà hominem.*] Hunc & illum ex Israel; colloquitur adversariis. *Sicut murus declinans.*] Id est, vitam vestram in continuo timore mortis absumetis, & tandem peribitis. תרצחו] Cametz in Resh, ut Ben Asher, in forma quæ non admittit Dagesh, & Cametz Hateph, vel Shurec, idem sunt in forma. Ben Naphtali habet Pathac in Resh, sed nos lectionem filii Asher approbamus. *Ab excellentia sua.*] Id est, expellere fratrem suum ab excellentia Dei, & fiducia in eo, in vers. 2. *Ipse est rupes mea. Benedicunt ore ejus.*] Id est, unusquisque ore benedicit. *Non movebor.*] Non omninò post redemptionem; antè dixit, *Non multùm movebor. Est salus mea.*] A captivitate. *Gloria mea.*] Sum contemptibilis in captivitate, sed in futuro reges erunt nutritii, in Isa. *Confidite in eo.*] Pro redemptione, O filii captivitatis. *Effundite corda vestra.*] Per conversionem perfectam, ut Joel 2. *Scindite corda*, ut effundatur peccatum. *Refugium.*] Tutum, non sicut homines qui sunt mendacium, id est, deficiunt, sic Isa. 58. *Aquæ deficientes. Ne confidite in oppressione.*] Ne existimate per divitias, vel divites eripi, & dicit, *fraude* vel rapinâ, quia plerumque adipiscuntur divitias his modis. *Crescant, ne ponite corda.*] Ne putate, quòd sint stabiles. *Semel, & bis.*] Id est, sæpè locutus est per Prophetas, quod potentia Dei est, & confidamus in illo, non in divitiis. *Quia reddis ei secundùm opus suum.*] Hæc est misericordia Dei, malum opus in hoc mundo castigare, ut habeat plenam mercedem in futuro, שלם כשכרו, ut Pro. 11. 31. *Justus remuneratur in hac vita*, pro bono quod fecit, multò magis impius, quia nihil boni Deus illi in futuro reddet. Vel, *Tibi est misericordia, quando reddis, &c.*] Id est, misereberis in fine, ut Deut. 8. *Ad benefaciendum tibi in fine.* Vel כי est *licet* ut Exod. 34. 9. *Licet sit duræ cervice.* Sunt aliæ expositiones, sed non secundùm scopum Psalmi. *Semel.*] Legem. *Bis audivi.*] Legem de ore Dei, & Mosis. *Misericordia.*] Quia admonitiones tuæ præcedunt pœnam. *Secundùm opus suum.*] Non secundùm cogitationem, qui cogitat malum & non facit, Deus id non imputat illi, sed si cogitet bonum facere, quod non facit, accipit id quasi factum esset, ut in Davide, *Benè fecisti, quod in corde tuo erat*, licet non ædificabat domum. Derash R. Nehem. Non est in Cregn.

Sect. 2. *Ex Ab. Exra in Psal. 62.*

Concentus Poëticus cujus initium est, *Ad Jeduthun.*] Erat ex cantoribus, & improbabile est dicere, quòd Jeduth. est instrumentum musicum. *Ad.*] על pro אל, ut 1 Sam. 2. 27. *Elcana venit ad domum suam. Solùm in Dominum expectat.*] Et non in hominem. Vel *silet.*] Tanquam attonitus in potentia, & bonitate sua, quam nequeam exprimere. *Non movebor valdè*, vel *ad abyssum magnam.*] רבה, חוימה quia sum super petram constitutus. *Imaginatis malum.*] Ab הות, id est, tale quod exoptatis, ut secundùm cor vestrum succederet. תרצחו] Cum Cametz, ut רוצח, Ezech. 16. Holem, Shurec, & Cametz sunt in hac forma. *Sepes expellens.*] Quæ expellit homines subter ea. נטוי] Ex verbis יוצא. *Expellere eum.*] Sicut sepes ruinæ proxima; explicat similitudinem priorem. *In omni tempore.*] Prospero & adverso; colloquitur illis qui timent Dominum. *Leviores vanitate.*] Id est, vanitas vanitatum, Eccles. 1. 2. *In fraude.*] Clàm. *Rapinâ.*] Palàm. *Si crescant divitiæ.*] Ut fructus terræ, à תנובה, Lament. 4. 10. *Ne ponite corda.*] Ne confidite in divites, vel divitias. *Semel & bis.*] Ut Elihu dixit, Job. 33. 14. *Misericordia pertinet ad te.*] Alitèr non locutus fuisses semel & bis; cùm in manu tua est homines peccantes subitò interimere. Vel, Deus in misericordia sua admonet homines priusquam punit, quia remunerabit eos in posterum secundùm opera sua. Vel licet puniat, tamen in fine miserebitur.

Sect. 3. *Ex Midrash Jillin in Psal. 62.*

ידותון] Id est, דתין: Deus בהבראם, id est, per He, sine labore creavit mundum, Gen. 2. sicut He est litera sine labore labiorum, aut linguæ prolata: per Jod, futurum sæculum recreabit, Jod, He, efficiunt nomen Jah. ביה in Psal. 68. *Multum* רבה] Id est, in Gehennam. *Secundùm opus suum.*] Secundùm opus malum, sed minùs quàm meruit. Vel, secundùm opus bonum, sæpenumerò non punit malum. Vel, secundùm opus, non secundùm cogitationem.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 62.*

De filiis Ammon, qui vestimenta servorum David abscindebant, 2 Sam. 10. *Valdè* רבה, vel *O Rabbah.*] Civitas filiorum Ammon, 2 Sam. 12. משאתו *ab exaltatione sua.*] Consilium hoc principum, erat ruinæ regis occasio. *Maledicunt.*] Id est, principes isti odio habent regem. *Semel locutus est.*] In Exod. 20. 1. &c. Et in Deut. 5. *Non addidit loqui, &c. Duo audivi.*] Primùm *fortitudo Dei est*, sic in Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus*, non stellæ, aut divitiæ, de quibus anteà in hoc Psalmo. Secundò, *Misericordia De est*, sic etiam Exod. 20. *Faciens misericordiam, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 62.*

Jeduthun, vel de judiciis, vel legibus, על דתין, contrà

contrà Israel in captivitate factis. Midrash. תהותתו.] Ab הוה, sicut מות, à מת, sic הות ab הת. Vel in Arabico significat האריכו לשון, extrahere linguam, nempè, ad calumniaa. Non est in MS. Vel congregare contrà virum, à יהתיו Menachem, & יאתא in Deut. 33. *Venit.* Non est in MS. *Propter excellentiam ejus.*] Quia Samuel unxisset Davidem. Vel ne regnaret, & puniret illos, ideò illi malefacere machinantur. *In staterις.*] Si simul ponderentur, ipsi & vanitates eorum sunt æqualea. *Si divitiæ multiplicentur.*] Si videtis impios locupletatos, ne contristamini. *Semel, & Bis.*] In secundo præcepto duo hic memorata profert: unum, quod *Robur est Dei*, quia visitat iniquitatea patrum super filios; secundùm, quod *Misericordia est Dei*, quia dicitur in præcepto, *Ostendens misericordiam millibus.* R.Moseh. Hadarsh. Vel *Bis.*] In quarto præcepto dicit שמור & זכור, *Memento. Custodi*, Exod. 20. Deut. 5. Rabboth. *Ad te Domine pertines misericordia.*] Quia potes judicare omnem hominem secundùm opera sua, & nolia. Vel, *Quia reddis ei secundùm opus suum.*] Id est, non totum opus, sed secundùm partem operis mali, minùa quàm meruit, ut dicitur in Ezræ 9. *Minùs quàm peccata nostra meruerunt.* MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 62.*

Valdè רבה.] Vel in die afflictionis magnæ. *Propter ejus acceptionem nominis Dei consultant ad dejiciendum.*] Id est, quia quilibet eorum juravit per nomen Dei, ideò intendunt malefacere, sic Exod. 20.7. *Non tolles nomen Domini*, idem. *Vos populi.*] Domus Israelia. *In statera.*] Quando accipiunt uxores, & bona eorum simul apponderant, leviorea sunt vanitate. *Ne recipite divitias vanas.*] Id est, per violentiam. אל תקבלין Cald.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 62.*

תרצחו.] Cametz in Resh, ut Ben Asher. *Siles.*] Quatuor sunt, & unum est defectiv. sine Vau. *In nocte non est silentium*, est defectiv. Psal. 29.2. *Obmutui in silentio.* Psal. 65.1. *Laus silet*, id est, in afflictione silent homines à laudibua. Et hic locus est plenus. *Delectantur.*] Quatuor sunt, Levit. 26.41. *Delectantur in pœna eorum iniquitatis*, & in ver. 43. Psal. 49.13. *Delectantur in dicto eorum.*

Sect. 8. *Ex Al. Ausb. in Psal. 62.*

Anima mea est subjecta Deo.] Gr. à הדום, Scabellum. *Apponetis super hominem.*] Onera, opprobria &c. S. August. *Estis homicida, unusquisq;*] Gr. 1. Arg. Vel, dejicere me festinatis. Theod. *Honorem meum repellere cogitaverunt.*] Quia non potest occidi Christianus, agitur ut exhonoretur. S. August. Vel, *pretium meum repellere.*] Id est, divinam curam à me. Theod. *Maledicunt.*] 2. Arg. ut Psal. 55. *Sunt gladii*, vel maledictionea. R. Sol. *Cucurri in siti.*] Illi repellebant, ego eos sitiebam, illi retribuebant mala pro bonis. S. Aug. Vel, *cucurrerunt in siti.*] Sitientes me in foveam dejicere. B. Theod. *Sunt mendacium.*] Ne confidamua in illis, promittunt quod non intendunt,

Horat. lib. 1. Od. 1.

——*Mobilium turba Quiritium*
Certat tergeminis tollere honoribus.

Dicit *Mobilium*, quia populus Romanus in suffragiia semper erat mobilis, ut dicitur, Instabile vulgus, ἀκέφαλον. 3. Arg. ab opposit. *In stateris.*] Id est, ponderate actiones eorum. Vel, ut stateræ momentum sursùm, & deorsùm fertur, sic rea humanæ. Theod. Vel, *sicut jugum statera.*] Sunt magis fraudulenti. Gr. *In oppressione.*] Divitiis per illam partis.

Pindar. Pyth. Od. 5.

ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής.
Vis est divitiis magna potentibus
(Eccles. 10. *Pecunia omnia obediunt.*)
Si partis opibus semina fulgida
Virtutis sacra misces —— Od. 8. ——
—— *Opes enim*
Prosunt legitima, rapta homini nocens,
(Ut de Nebuchad. Habac. 2. *Væ illi, &c.*)
Et tandem ipse suo robore corruit
Prædator tumido corde superbiens.
(Ut Sennacherib, Isa. 10.)

Si crescant divitiæ per fraudes, &c.] Ne ponite cor in eas, quia avolant, Pro. 23. 2. Oppos. Vel, *Ne ponite cor.*] Ut Iccius ille, qui philosophiæ studia reliquit, ut miles fieret, ex divitiarum cupiditate.

Horat. Od. 29.

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis: & acrem militiam paras
—— *quis neget arduis*
Pronos relabi posse rivos
Montibus, & Tiberim reverti,
Quum tu coemptos undiq; nobiles
Libros Panæti (Stoici) *Socraticam & domum*
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora, tendis?
(Ut Luc. 9. *Qui manum admovit aratro.*)

Vel, *Ne cor ponite.*] Quia copia parit fastidium, nescitque dives quamdiu sic manebit; instar fluminis fluunt opes; nunc mihi, nunc alteri; Lætitia verò contenti semper manet.

Horat. Od. 29. li. 3.

Mæcenas ——
Fastidiosam desere copiam, &
(Pro. 30. *Ne des mihi divitias.*)
Molem propinquam nubibus arduis:
(Habac. 2. *Luto crasso.*)
Omitte mirari beata
(Psal. 144. *Beatus populus, &c.*)
Fumum, & opes strepitumq; Romæ
Plerunq; grata divitibus vices,
Mundaq; parva sub lare pauperum
Cœnæ, ——
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus,
(Eccles. 6. *Quis novit futura?*)
Ridetq; si mortalis ultrà
Fas trepidat, quod adest memento
Componere æquus: cætera fluminis
(Job. 9. *Naves Ebeh* fluminis, & Psal. 92. ורמתם.)
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adesos,
Stirpesq; raptas, & pecus, & domos
Volventis unà, &c. ——
—— *ille potens sui*

Lætusq;

Lætusq; deget cui licet in diem,
(1 Sam.25. *Sic viventi.*)
Dixisse, vixi; cras vel atrâ
Nube polum pater occupato,
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcunq; retrò est, efficiet; neq;
Diffinget, infectumq; reddit,
Quod fugiens semel hora vexit.

Semel dixit.] Ideóque pro certo eveniet. Theod. *Semel, & bis.*] Per Samuel. & Gad. de regno meo. 4. Arg. Vel, *hæc duo audivi.*] Gr. quando Deus semel mecum locutus est. Vel, *semel.*] Scil. quod potentia Dei est, & duo alia in versu sequuntur. Hieron. Vel, semel apud se locutus est Deus, & *duo* alia sunt, *Potestas* & *Misericordia Dei.* S. Aug. Orat. fiducial. pro liberat.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Psal.62.*

Ab excellentia Dei.] à sperando in altissimo Deo. Ital. Hisp. *Grandeza de Dios.* *Vani in ponderibus.*] Ang. MS. Gal. Vul. ut Pro.11.1. *Est abominatio, &c. Hæc duo audivi.*] 2. An. MS. Gal. Vul. *deux choses.* Vel, Hisp. *Dos vezes*, duabus vicibus. *Pin volte.* Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal 62.*

Non commovebor multùm, vel *ampliùs.*] Lat. MS. *Pretium meum cogitaverunt repellere.*] Vulg id est, portionem meam à Deo datam. משאתו, ut in Genes.43. *Portiones cibi.* Lat. MS. *Partem ejus.*] Id est, Deum qui est portio animæ suæ, Lam.3. *Cucurri in siti.*] Vulg. Gr. לא ירעתיו, quidam dicunt à רוץ, currit & כרב deficere, quia ubi aquæ deficiunt, loca sunt siticulosa & arida, sic in Isa.58. *Aqua quæ mentiuntur*, idem. *Non emigrabo.*] De terra Domini, ut illi cogitant, 1 Sam.26. *De hæreditate Domini. Ut decipiant ipsi.*] Gr. Vulg. לעלות, ut ascendant super alios, sic 1 Thes.4. ὑπερβαίνειν τὸν ἀδελφὸν, idem sensus. *In rapina ne frustramini.*] Lat. MS. ab הבל, in vanum erit labor vester. *Potestas Dei est,* —— *quia reddes unicuiq;*] Hoc facere nequis, si non fuisses potens.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal. 62.*

Quando pueri Joabi & Abneris interficiebant sese invicem, ut 2 Sam.2. Par. edit. *Motione magna*, vel *munitio magna mea est, non dimovebor.*] Syr. ܘܚܝܠ ܥܘܫܢܐ ܘܙܘܥܬ, וזבית נוסי דבא, quia in isto prælio superabat Joab Abnerum Gigantem. in Syr. ܐܠܓܒܪܐ ܓܢܒܪܐ, 2 Sam.2. *Interficiatis vos omnes.*] Si cecidero; vos omnes mecum cadetis, velut sub muro. *Meditabimini*, vel *irritati eritis.*] Syr. contrà me nulla de causa. Syr. מתרגזין ܡܬܪܓܙܝܢ. *Cucurrerunt cum mendacio.* Syr. ܪܗܛܘ ܒܕܓܠܘܬܐ. Heb. à רוץ Vulg. *cucurri in siti*, sitivit quilibet eorum post mendacia. Vide Sect.10. *Effundite corda vestra.*] In afflictione.

Mendacium, vel *sicut vapor* ܐܝܟ ܠܗܓܐ. Syr. *sunt imponendo in lance*, vel *transgrediendo in lancibus*, vel *lance.* Par. edit.] Per pondera falsa. Syr. MS. ܕܒܡܣܐܬܐ ܡܥܠܝܢ, דבמסאתא מעלין. Heb. לעלות. Vel, per falsa præjudicia de causa Davidis, ut Psal.58.1.2. *Ponderatis violentiam, &c. Cùm abundaverint*, Syr. ܟܕ ܣܓܝ, *ne apponas cor.*] Ut inde gauderes; divitiæ enim avolant, Prov. 23.5. Sejanus potens & locuplea habuit fortunam adversariam,

Juvenal. Sat.10.

Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ
Invidia, mergit longa atq; insignis honorum
Pagina ——
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Sejanus —— idem de Crœso Herodot.

Semel, vel *uno tempore.*] Syr. MS. *Bis*, vel *duo hæc audivi.*] Syr. MS. תרתין הלין ܘܬܪܬܝܢ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬ ܠܗܝܢ. Id est, uno illo tempore in quo loquebatur Deus in visione, duo ab illo memini me audivisse, quod ille solus est objectum fiduciæ, &c. *Robur est Dei.*] Idcircò rependit cuique secundùm opera sua, ita conjungi potest. *Secundùm opera.*] Est gratia Dei, ut reddat homini secundùm opera bona, quia merces bonorum operum est ex gratia. Syr. טיבותא ܛܝܒܘܬܐ.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.62.*
Heb. Arab.61.

Non movebor in æternum.] Arab. فلا ازول ابدا, David expectabat tandem, à persecutione Saulis (à quo removebat) requiem. *Quousq; inclinatis in hominem?*] Arab. sicut paries inclinans (prout sequitur) & homines obruiturus, تميلون à عايل in hoc versu. *Ut occidatis eum vos omnes.*] Hujus sanguinem sitientes, quæritis. Arab. لتقتلوه كلكم à קטל Heb. *Ab honore*, vel *gratia ejus.*] Cum Saule. نعمته. *Vanitas*, vel *umbra.*] Arab. *Dies eorum sunt ut umbra*, Eccles. 6. ult. *Et qui turpitèr agunt in stateris, sunt mendaces.*] Arab. والذين يبخسون بالموازين كاذبون, id est, qui ponderant justitiam, ut servi Saulis qui causam Davidis injustè judicabant, Psal. 58. 1. 2. Arab. نجوس reperitur in Psal.53. in Arab. *Turpitudinem ne concupiscatis.*] Arab. النجس, id est, ob turpe lucrum, ne mendacia Sauli dicite, nostis quid Doego & divitiis ejus accidit. *Deus locutus est semel & bis.*] Arab. sæpè per Prophetas suas regnum mihi promisit.

Psalmus David.
1 *Cùm esset in deserto Idumææ.* (1 Reg.22.5.)
LXII. Heb. LXIII.
2 DEus Deus meus ad te de luce vigilo. *Sitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.*
3 *In terra deserta, & invia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.*

4 *Quoniam melior est misericordia tua super*
vitas : labia mea laudabunt te.
5 *Sic benedicam te in vita mea : & in no-*
mine tuo levabo manus meas.
6 *Sicut adipe & pinguedine repleatur ani-*
ma mea : & labiis exultationis laudabit os
meum.
7 *Si memor fui tui super stratum meum, in*
matutinis meditabor in te :
8 *Quia fuisti adjutor meus.*
Et in velamento alarum tuarum exultabo,
9 *Adhæsit anima mea post te : me suscepit*
dextera tua.
10 *Ipsi verò in vanum quæsierunt animam*
meam, introibunt in inferiora terræ :
11 *Tradentur in manus gladii, partes vul-*
pium erunt.
12 *Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur*
omnes qui jurant in eo, quia obstructum est os lo-
quentium iniqua.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 63.*

D*Eus.*] Fortis Deus, non habeo alium liberatorem. *Sitit anima mea.*] Sitis est vehemens desiderium, תכלית התאוה exoptabat in Kiriathjearim habitare, ubi Arca erat. Vel in Tabernaculo Gibeon, quia in his duobus locis erant sapientes, & Israelitæ congregabant, & quando fugiebat David, non erant de sapientibus secum, nisi qui erat in angustia sub Creditore, ut 1 Sam. 22. 1. 2. ideò sicut homo in terra sitibunda, pro sapientia sitivit. *Sicut vidi te.*] Sic cupio iterum te videre. Vel, sicut sitiens, sic cupio videre te in Sanctuario. *Potentiam tuam.*] Arcam, ut Num. 10. *Arca potentiæ tuæ. Gloriam tuam.*] Quæ habitabat in Arca. *Misericordia tua melior est vitâ.*] Quia das intelligentiam homini, & vitam aliis creaturis. Vel *est supra viventes.*] Saul usus est ergà me misericordia ; dedit filiam mihi, & exaltavit me in Capitaneum, sed nunc persequitur me, non sic est tua misericordia. In Ecclesi. 6. 8. *Coram viventibus, &c.* idem. 1 Sam. 25. 6. לחי *Viventi*, Non est in Cod. Cremon. *Laudabunt te.*] Confitebuntur tuam solam misericordiam, non hominis. *Levabo manus meas.*] Auxilio tuo pugnabo contrà hostes meos, ut Psal. 44. 5. *In nomine tuo*, id est, auxilio conculcabimus. Vel, quando levo manus meas in oratione. Non est in Cod. Cremon. *Sicut pinguedine.*] Quæ delectat omnes. *Labiis*, vel *latis verbis.*] Genes. 11. 1. *Unius labii.* אם, id est, quando Num. 36. 4. *In lectis meis.*] In plurali; quia fecit lectum suum per multa loca divagando. *Vigiliis.*] Sunt tres in nocte in quibus evigilat homo de somno, Judic. 7. 19. Rabboth. *Auxilium meum.*] Ita ut persecutores mei non nocuerunt mihi. *In desolationem.*] Ut faciant animam meam desolatam. *Ipsi faciunt illum effluere sicut aquæ.*] Sic 2 Sam. 14. 14. *Sicut aqua in terram effusa*, & dicit *illum*, nempè, Saul ; & dicit *ipsi*, nempè hostes sui. Non est in Cod. Cremon. Applicatur etiam hoc verbum ad res aridas, ut Mica 1. 6. *Effundam lapides in vallem. Vulpium portio.*] Feræ comedent reliquos servos Saulis. *Qui loquuntur mendacia.*] Saul jurabat, 1 Sam. 19. 6. *Non morietur David*, & tamen posteà sæpè persequebatur eum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 63.*

Deserto Judæ.] In Ziph, quæ pertinet ad Judam, Jos. 15. 55. & optat Arcam Dei in Kiriathjearim, sicut homo sitiens, intueri. *Sicut Mercator gemmas, inquiram te.*] Diligentèr, à סוחר. בכה.] Non habet hæc vox socium. ארץ עיף, est in masculino. *Videre robur tuum.*] Nempè, Arcam, ut Psal. 78. 61. *Robur suum in captivitatem. Gloriam tuam.*] Nempè, divinam præsentiam. *Sic video te in Sanctuario.*] Videtur mihi quod te semper, quasi essem in Sanctuario, intueor. *Melior est vitâ.*] Videre te habitantem in Israel, plùs quàm vivere, exopto. *Cum pinguedine, & pinguedine.*] Bis ad corroborandum. *Cum labiis lætitiæ.*] Id est, cum omnibus linguis quibus loqui possum, ut Gen. 11. 1. *Unius labii.* Vel efficiam ut labia aliorum laudent te. *Sustentat me.*] Ut tibi adhæream. *Quærentes animam.*] Qui accusant me ad Saulem; illos haud nominat. *Inferiora terræ.*] Sepulchra. Rasi. *Rex.*] David, qui certus erat de regno. *Qui jurat illi.*] In veritate, opposit. ad *Labia mendacia* prædicta.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 63.*

Cùm erat in deserto.] Quando Israelitæ sunt in afflictione, quærunt Dominum, ut in hoc Psalmo David, & cùm ab Absolomo & à Saule fugiebat. *Manè requiram te* אשחרך.] Et qui in matutinis Deum inquirunt, invenient eum. *In terra arida.*] Edom, ubi anima nostra sitit, quia verba legis desunt (ut in Amos 8. *Fames, non panis & aquæ, sed verbi.* צמאון non habet socium; ita nec hæc iniquitas.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 63.*

Sic in sancta vidi te.] Id est, ut in corporali fame, sic in sancta quæsivi te videre, sicut anteà vidi. בצמא של קדש. *Misericordia tua.*] Faciendo hominem in tua imagine. *Gladii.*] Ut linguam eorum exscindat. המלך *Et Rex.*] Id est, Saul, licet me persequatur, ego tamen ejus salutem exopto.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 63.*

In Sanctuario.] Shiloh, sic sitivit anima mea, & tunc erat in visione gloriæ tuæ repleta. *Sic, vel tunc benedicam tibi.*] בכן pro אז in Targum. *Cum pinguedine.*] Ut in terra pingui & fœcunda. *Effluere facient sicut aqua per manus gladii.*] Ut Mica 1. 4. *Sicut aqua in præcipitio. In desolationem.*] Vel לשואה, id est, in die obscura insidias pro anima mea mittunt. Non est in MS. *Portio vulpium illis erit.*] Id est, habitabunt in desolatis locis, ubi degunt vulpes, ut Lament. 5. 8. Non est in MS. sed Venet. *Obstructum erit.*] Ut Gen. 8. 2. à סכר, fontes obturabantur, idem. ut סגר.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 63.*

In deserto Juda.] Deserto in confinibus tribus Judæ (ut Idumæa erat. Genebr.) *Sicut vidi te in Sanctuario, dignum me reputa potentiam tuam intueri.*] Iterum. *Misericordia tua.*] Quam ostendis ergà justos in sæculo futuro, melior est vitâ quam impio in hoc sæculo impertiris. *Levabo manus meas.*] In oratione.

tione, בצלי Cald. in sæculo futuro, ut Isa.65. *Quando invocant, ego respondebo. Post te.*] Adhæret legi tuæ. *Timere facient eum ab ictu gladii.*] Ut Job. 19.29. *Timete.* idem. יגור.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.63.*

Sitit.] Duo sunt, 2 Sam.17.29. *Populus sitit in deserto.* Et sunt octo hujus significationia, Genes.25. 29.30. *Esau redsit ex agro defatigatus.* Deut.25. *Omnes infirmos, &c. In loca terræ inferiora.*] Non habet simile, unum est sine Beth, Psal.139.14. *Formatus eram in inferioribus. Pulvis es, & in pulverem reverteris,* Gen.3. *Qui jurat.*] Nempè, per Deum, duo sunt cum Cametz, Eccles.9.2. *Qui jurat, sicut qui juramentum reformidat.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 63.*

In deserto Juda.] Ab Absolomo persecutus, 2 Sam. 15.23,28. Vel, *Idumaa.*] Gr. Vulg. ubi Idola colebantur. S.Aug. comprehendit Judæam. & Ziph, & Hareth, erant in finibus Edom. Genebrard. *Ubi non est aqua.*] Ipse sitivit, & totus populus in deserto, 2 Sam.17.29. 1. Arg. *Sic in sancto apparui tibi.*] Nisi quis primò sitiat multiplicitèr, nunquam pervenit ad bonum, quod est Deus. S.August. Dicit *in sancto*, id est, sancto desiderio. S.Aug. Vel, tibi in deserto laudes affero, ut in Sanctuario. Theod. Vel, *Sicut vidi te.*] Ante persecutionem hanc. 2.Arg. *Levabo manus.*] In oratione, ut Dominus Deus noster in cruce. S.Aug. *Cum pinguedine.*] Lætabor laudando te. 3.Arg. ut Isa.25. *Festa pinguium, &c. Adhæret anima mea.*] 4.Arg. *ad pulverem,* ut Psal.119. *adjuva me. Portio vulpium.*] Ut quando Romani destruebant Judæos, cadavera eorum erant cibus bestiarum. Vel, Herodem vulpem appellavit. S.Aug Vel, partes non potentiorum, sed infirmiorum hostium finitimorum. Theod. *Qui jurat ad illum.*] Ad regem, ut Eccl.8. *Respectu juramenti Dei.* Vel, qui fit Christianus. S.Aug. Vel, qui jurat per caput regis Davidis pro more. Theod. Vel, *Jurat cum rege.*] Id est, colit Deum; juramentum sumitur pro toto cultu, ut in Isa. *Jurabit omnis lingua.* Oratio pro liberat.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Psal.63.*

In deserto Idumææ. Ang.MS.Bodlei.Gal. *Sic vidi te in sanctitate.*] Dicit *sic*, ut adjutorium fuisti mihi. Vel anima mea sitit te videre *sic* ut semel vidi. Ital. junge כמו ver.2. cum כמה ver.1. reliqua parenthesi claude. *Vulpeculis.*] Id est, feria. Ital. Bruc. *Golpi.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.63.*

Idumaa.] Lat.MS. *Desiderant.*] Lat.MS. *Quam multiplicitèr tibi caro mea.*] Vulg. id est, quam multiplicitèr sitivit כמה in Job.21. *Quoties extincta est lucerna? &c. Sic in sancto apparui tibi.*] Lat.MS. id est, sanctus apparui in sancto loco, ut Levit.10. *In illis qui appropinquant ad me sanctificabor. In vigiliis.*] Id est, matutinia. Vulg. Gr. *Congregentur in manus gladii.*] Lat.MS. à גור in Psal.55.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 63.*

Quando David dixit regi Moab. mansit pater meus tecum, 1 Sam.22. sic ego; Nobis verò est simile quiddam in Matth.5. *Beati sitientes, &c.* Par. edit. *Caro mea te expectat.*] Syr. מסכא ܡܣܟܐ. Heb. כמה. *Sine aquis.*] Syr. *Quæ quærit aquas.*] דבעיא [illegible]. Heb. בלי, sicut בעי. *Sic vidi,* vel *expectavi te in Sanctuario,* vel *in veritate.*] Syr. [illegible], id est, sitiens eram tui, quando te fruebat, sicut sitio in terra hac sterili. Vel, ut terra sitiens, sic sitiens ego, expecto te videre iterùm in Sanctuario, in tua gloria. Syr. [illegible] חרתך. *Sic benedicam tibi in vita mea.*] Sicut mihi benefacis in vita mea. *Attollam manus meas.*] Ad jurandum per nomen tuum tantùm. *Cadent,* vel *tradentur gladio.*] Syr.MS. Heb. יגירוהו à גור congregavit. *Portio,* vel *cibus vulpium.*] Syr. MS. מאכולתא ܡܐܟܘܠܬܐ [illegible]. Par.edit. *Qui jurat per illum.*] [illegible] Syr. qui jurabant fidelitatem Deo & Davidi.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 63.*
Heb. Arab. 62.

Quando erat in deserto Idumææ. Arab. MS. Gr. Vulg. *Et speravit te corpus meum.*] Arab. وترجاك جسدي, corpus erat absque aqua, ut anima sine præsentia Dei. *In sanctitate apparui tibi.*] Arab. quia *nemo sine sanctitate videt Deum,* Heb.12. *Super cubile meum.*] Orando vespere. *In vigiliis, seu matutinis.*] Arab. precibus manè. في الاسحار. *Inferiores terræ partes,* vel *profunda putei.*] Arab. الى اسافل الجب, & ibi submergantur, ut Pharaoh, & alii sint insepulti, & à bestiis devorentur, ut in Exod.15. *Terra absorbebat eos.* Et in Psal. *Fregisti capita Leviathan, dedisti illum in escam populo in deserto,* id est, feris, ut quidam aiunt.

In finem,
1 *Psalmus David, LXIII. Heb. LXIIII.*
2 *Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.*
3 *Protexisti me à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.*
4 *Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram,*
5 *Ut sagittent in occultis immaculatum.*
6 *Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.*
Narraverunt ut absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?
7 *Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.*
Accedet homo ad cor altum:
8 *Et exaltabitur Deus.*
Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum:

9 *Et infirmata sunt contrà eos lingua eorum.*
Conturbati sunt omnes qui videbant eos:
10 *Et timuit omnis homo.*
Et annunciaverunt opera Dei: & facta ejus intellexerunt.
11 *Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.*

Sect.1. *Ex R. David. in Psal. 64.*

Quando fugiebat à Saule. *In querela mea.*] Est declaratio doloris, שיחו, Psal.55.2. *Consilio secreto.*] Ut Jer.15.17. *Non sedi in societate derisorum.* idem. *Et non timent.*] Id est, subitò percussi sunt homines sagittis suis, & non admoniti sunt timore aliquo præcedente, ut caveant. Vel, *Non timent Deum.*] Nempè, illi qui jaculantur aspera verba. *Confirmant illum*, nempè Saulem, *in re mala*, vel *verbis malis.*] Nempè, detractionibus & mendaciis contrà me. *Quis videbit illos?*] Negant divinam providentiam, vel licet Doeg & Ziphit. locuti sunt palàm, alii clàm, timentes ne audiret David, & puniret eos in posterum si regnaret. חמנו pro חממנו, ut מעזניה pro מעזויה. *Cor profundum.*] Id est, quicquid excogitari potest in corde hominis, est in corde eorum; non potest esse cor hominia profundius. *Linguam eorum faciet in seipsos cadere.*] Mali ipsorum sermones redeunt in caput eorum, vel ille, cui revelant eorum secretum, ut in actum educat, innocenti illud deteget, & sic evadet eorum linguâ. Arama. *Fugient.*] Præ timore, quando admirabilem eorum ruinam intuentur. *Intelligunt opus suum.*] Et dicunt, quòd Deus in terra providentiam excercet, & judicat. *Justus.*] Id est, David confidet eò magis in Dominum, quando videt vindictam. Vel, *Sicut confisus est.*] Anteà, sic nunc gavisus est, quia spea sua non erat irrita, Vau est pro באשר. In Derash, de Daniele, Rabboth. Non est in Cod. Cremon.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 64.*

In secretis.] Respond. ad illud, *absconde me.* ויחשו.] Pathac in Jod signum futuri in Cal. propter gutturalem, sic Psa.149. יעלזו. *Investigant iniquitates.*] In illo. עולה in Psal. 107.12. *Iniquitas, &c. Consumpti sumus.*] In cogitationibus eorum, ut illi putant, Lam.3.10. תמנו pro תממנו in Grammat. Hispaniæ, Nun est in loco duplicatæ literæ, quia non est cum Athnach, sed Pathac, & testis alter est, quòd non reperitur inter verba occultantia Ain. *Jaculabitur in eos.*] Respond. ad illud, ver.4. *Jaculantur in perfectos. Linguam eorum faciet eos illabi.*] Respond. ad illud, *Exacuunt linguas ut gladium. Justus lætabitur.*] Respond. ad illud, *Ut jaculentur in perfectum.*

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.64.*

Vocem meam.] Daniel sic orat, Dan.6. *Dejiciet eos* ויירם.] Id est, dejiciet eos in speluncam, Dan. 6.24. R. Sol. & subitò devorabant eos leones: dicebant enim leones fuisse cibo repletos & satiatos, ideóque Daniel evasit. Erant 122. qui accusabant Danielem, Dan.6. & totidem uxores, & filii; in toto 366. projecti erant in leonum antrum.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 64.*

Precatur contrà Haman, qui accusavit Israel, sicut inimici David accusabant illum. *Querelâ.*] בשיחי, id est, jejunio & precibus Esteris. *Inimicus*] Haman, sicut in Est.6. צר. *Operarii iniquitatis.*] Servi Ahashuerus, dicentes, *Mordecai non adorabit, &c.* Est.3. *Verbum amarum.*] Dicentes, Judæus est, & odio habet Amalecum. *In occultis.*] Inter Haman & Ahasuerus. *Subitò.*] In uno die. *Investigant.*] Chronica, ut occasiones contrà nos exquirant. *Consumpti sumus.*] חמנו, id est, enarrabant inter se quomodo גלינו captivi ducti fuimus de terra nostra, sicut Est.3. *Populus dispersus, &c. Investigat.*] חפש, id est, Deus inquisitionem peccatorum fecit. *Cor profundum.*] לב עמוק, id est, cor illorum qui vixerunt in tempore captivitatia erat fraudulentum, sicut in Jerem.17. *Sagittâ subitò.*] Haman erat suspensus derepentè.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.64.*

Insurrectione.] Quando tumultuati sunt Principes, & quærebant occasionem contrà Danielem, & illum in antrum leonum dejecerunt, Dan. 6.4. quod prævidit David per spiritum, & in persona Danielis enarrat. Agaddah Tillin. *Tumultu.*] Sic Dan. 6.4. *Tumultuati sunt viri, &c.* idem. *In perfectum.*] Danielem. *Iniquitates.*] Occasionem contrà Daniel. Dan.6.4. *Fugient*, vel *movebunt capita.*] Deridendo illos, ut Job.16.12. idem.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.64.*

Res amaras.] Venenum mortis, סמא Cald. *Investigant occasiones.*] עילין Cald. ut Dan.6. *Pars interior.*] Vel corpua hominis בגוף animæ conjunctum, à קרב propinquus.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.64.*

In secretis.] Scil. ad occidendum. Tria sunt cum Dages, Jer.23. 24. *Num abscondat se homo in secretis.* Psa.10,8. *In secretis occidit innocentem.* Et symbolum in lingua Aramitica est גברא קטיל שליסא, ubi in singulis locis unum ex his tribus reperitur. *Iniquitates.*] Id est, leviores. Tria sunt sine Vau posteriori, Deut. 27.6. *Holocausta.* Psal.58.2. *Iniquitates*, id est, quas holocausta expiant. *Opus suum.*] Tria sunt, 1 Sam.25.2. *Opus suum in Carmel.* Judic. 13.12. *Quod erit opus suum?*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 64.*

Domini passio commendatur in hoc Psalmo, & hodiè passionis sanctorum Martyrum diem festum habemus. S. Aug. Vocantur Natalitia Martyrum. Prisci verò Ethnici observabant sua & aliorum (propriè) natalitia,

Ut Horat. Mecœnatis, lib.4. Od.11.
Jure solennis mihi, sanctiorq;
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce, Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.
(Ut Herod. & Pharao.)

Tumultu.] Absalomi, Ahitophel, & Israel. *Acuunt linguam.*] Ut Shimei, &c. 2 Sam.16. 1.Arg. *In secreto.*] Ut Ahitoph. dixit, 2 Sam. 17.12. *Clàm percutiam regem solum.* Vel, quia discipulum Christi pecunia corruperint. S.Aug. *Investigant.*] Consultabant nocte illâ quid facere, 2 Sam.16.20. 2.Arg. *Appropinquabat homo, cum corde profundo.*] Gr. Ahitophel

phel, cujus consilium erat ut Dei oraculum. 3. Arg. Vel, *accedit homo ad cor secretum.*] Objiciens Christus humanis aspectibus hominem, servans intùs Deum. S. Aug. Celans formam Dei, & offerens formam servi. S. Aug. *Lingua sua cadere eos faciet.*] Dicebant, *Consilium Husai melius est.* 2 Sam. 17. 14. 4. Arg. *Sagitta infantium factæ sunt.*]Nostis quemadmodum sibi faciunt de canniciis sagittas infantes? Ubi est illa sævitia, fremitus, insidiæ? S. Aug. Sagittæ parvulorum nihil damni afferunt. Theod. Oratio similis.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 64.*

Defecerunt in quærendo.] Ang. MS. Heb. à בלה. *Eorum linguas.*] Id est, consilia, *Sus mismos consejos.* Hisp. Vel, detractiones. *Le loro detrattioni.* Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 64.*

Defecerunt scrutantes.] Vulg. Gr. id est, finiebant scrutinium, vel sumitur ut pœna, consumpti sunt in scrutinio malo. Vel, *Scrutantes scrutationes cogitationibus singulorum, & corde profundo.*] Lat. MS. Vel, *accedet homo ad cor profundum*, vel *altum, exaltabitur Deus.*] Gr. Vulg. gloria Dei erit in ruina superbi cordis, ut in Nebuchadnezzar. קרב est *accedere*, ut in Psal. 27. 2. ירם à רום in Psal. 12. *Quando exaltatur. Repentinò.*] Lat. MS. Vel, *sagittæ simplicium*, vel *parvulorum sunt plagæ eorum.*] Gr. Vulg. id est, per simplices pueros destruit eos, ut Aram per filios principum. 1 Reg. 20. 1. &c. פתאים Vau pro Jod. *Infirmatæ sunt linguæ eorum contrà eos.*] Gr. Vulg. Arab. Ethiop. id est, non possunt servare eos. Opposit. ad gloriationem istam, Psal. 12. *Linguæ nostræ sunt nobis*, & *linguis prævalebimus*, à כשל, Psal. 105. 36. *Non erat infirmus*, & Jod in ויכשילו cadit, verbum יוצא pro *stante* sæpè.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 64.*

Quando Gad dixit Davidi, ut in 1 Sam. 22. *Ne maneas in Matsrot.* Syr. MS. Par. edit. ab Heb. Metsudah. *Ab insurrectione.*] Vel conversatione. Syr. ܡܛܠ ܥܘܠܐ, ipsi omnia confundunt, sursùm deorsúmque vertunt, regem oppugnando unctum. *Et à profundo ejus cordo.*] Syr. MS. id est, Saulis. *Non timent*, vel *ut non videntur.*] Syr. à ראה. *Perficiunt*, vel *consumuntur.*] Syr. ספו ܣܦܘ. Heb. חפשו, id est, consilium eorum est causa ruinæ illis. *Perscrutantur intimam cogitationem hominis, & cor profundum.*] Syr. לבה מן ܠܒܐ ܥܡ, Saul consultabat cum servis suis, ut 1 Sam. 18. de Merab, & de Micah, ut *sit in laqueum*, & de 200. Pelistæis; variis modis tradere morti Davidem machinabatur. *Jaculabitur in eos*, vel *elevatus erit Deus.*] Syr. ܢܫܬܩܠ ܐܠܗܐ. Heb. רום à ירם. Vagabuntur, vel timebunt propter illos. Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 64.*
Heb. Arab. 63.

Quando Taluth, id est, Saul persequebatur eum. Arab. MS. *Persessos.*] Id est, liberos à culpa insontes. Arab. المسلمين من العيب. *Et in tumultu eorum in malo, perterrunt.*] Arab. وعند هممهم بالسوء, sic in Psal. 2. 1. *Quare tumultuantur Gentes?* & tunc sequitur, *In ira perturbabit eos.* Heb. חמסו, ut חמשו. *Quia homo prævenit cum corde profundo* (doloso) *idesq; exaltabitur Deus.*] Quando detegit & punit fraudes ejus, ut Abitophelis. Arab. الانسان بقلب عميق فيتعالى الله. *Sagittis parvulis percutiet.*] Arab. بالنبل الصغار, instrumentis, & mediis infirmis subjugabit, & penitùs destruet eos; Saul etiam sagittis Pelistæorum Israele infirmiorum, obiit.

In finem, Psalmus David.

1 *Canticum Hieremiæ, & Ezechielis, populo transmigrationis, cùm inciperent exire.*

LXIIII. Heb. LXV.

2 TE *decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem.*

3 *Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.*

4 *Verba iniquorum prævaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.*

5 *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.*

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum,

6 *Mirabile in æquitate.*

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.

7 *Præparans montes in virtute tua, accinctus potentiâ:*

8 *Qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.*

Turbabuntur gentes,

9 *Et timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini & vespere delectabis.*

10 *Visitâsti terram, & inebriâsti eam: multiplicâsti locupletare eam.*

Flumen Dei repletum est aquis, parâsti cibum illorum: quoniam ita est præparatio ejus.

11 *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: in stillicidiis ejus lætabitur germinans.*

12 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate.*

13 *Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.*

14 *Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.*

Sect.1. *Ex R.David, in Psal.* 65.

DE captivitate. *Expectat laus.*] Et tibi in congregatione captivorum redemptorum, reddetur. *Votum.*] Redemptorum in Sanctuario. נדר est cum Segol, non mutatur in fine versus. *Exaudis orationem.*] Sed in captivitate dicunt, Lament. 3.44. *Excludis orationem meam. Omnis caro.*] Ut in Isa. 66.23. *Omnis caro ad adorandum veniet.* Vel, *laus est similis.*] Id est, decet te, à דמה, sed in laudibus filii hominis semper est falsitas. R. Jos. Cimchi. Vel, *Silet laus.*] Quia magna sunt opera tua, quæ non possunt laudibus exprimi. Vel, quia in captivitate orant Israelitæ, non laudant; & dicit *in Sione*, quia laudes voce & instrumento erant in Sione, vel silet laus *in Sione*, quia præcipuè vota & sacrificia ibi offerebantur, quibus in captivitate preces respondent. Arama. Vel, quia Deus non indiget laudibus, illæ quasi silent. Arama. *Votum.*] Id est, sacrificia cum laudibus, & vota sunt solvenda potiùs quàm laudes proferendæ. Arama. Vel, *Nam silet laus tibi?*] Num tu siles à servando populo tuo (ut laudent te) quando in manu tua est? Non est in Cod. Cremon. sed Venet. *Exaudis preces.*] Omnis carnis, & nonne nos exaudies? Derash. *Omnis caro veniet.*] Ad regem terrenum, duo aut tres, non omnes sicut ad te, conveniunt. *Super me.*] Loquitur in singulari de quolibet captivorum, & posteà in plurali, *nostras iniquitates. Purga eas.*] Sic oramus. *Prevaluerunt super me.*] Quia propter iniquitates captivitas erat prolongata. *Beatus homo*, vel *generatio.*] Quam eligis redimere. *Erimus saturi.*] Nos qui in tempore redemptionis erimus superstites. *Sancti templi.*] Ubi est Arca, & habitat gloria. *In justitia.*] In reditu captivorum mirabilia & supra naturam nobiscum operaberis. *Terribilia.*] Quando aquæ maris ad unum locum congrègabantur, Gen. 1. Arama. *Spes omnium finium terræ & maris remotorum.*] Ut omnes populi confidant, aquas esse à terra tam remotas, ut eam rursùs obruere nequeant, ideóque *stabilit montes* super aquas, & *sedat fluctus marinos* prout sequitur. Arama. Vel, *Omnium finium terra.*] Israelit. qui dispersi sunt ad 4. fines terræ. *Et finium maris remotorum.*] Id est, in insulis marinis dispersi sunt à Jerusalem remotissimi, קצוי bis sumitur, ut לא in Pro. 30. Et dicit *spes finium*, quia sperant à quatuor ventis cœli recolligi. *Stabilit montes.*] Ideò dicuntur Montes Dei, quia potentia Dei in iis videtur. Deus qui facit hæc mirabilia Israel. licet humilem & infirmum potest redimere, ut Isa. 49.24. Dicunt Gentes, *Num præda à potente diripiatur*, respondet Propheta, *Etiam, &c. Cinctus potentiâ.*] Dicit *cinctus*, quia habet eam ex seipso, non ab alio. *Sicut tumultum populi.*] Populum ut fluctus marinos sedat. Vau est signum æqualitatis, ויו השוואה, ut Pro. 25.25. *Ut aqua frigida, sic bona nova.* idem Vau. *Signa tua.*] Id est, exitus matutini & vespertini, Solis in Aurora, Lunæ & Stellarum nocte, ut Gen. 1.14. *Sint in signa*, & dicit *timent*, quia hæc signa providentiam sapientis Dei evincunt. *Lætari facis.*] Omnes filii hominum lætantur in his temporibus. Vel, quia Sol, Luna, & Stellæ in exitu lætantur, Job. 38.7. *Stella matutina jubilabant, &c.* & dicit *in finibus*, quia in omni loco hæc signa videntur, ut Psal. 19.4. *Linea eorum exit in totam terram, & nihil est absconditum à calore ejus.* Vel, incolæ in finibus maris, à signis maris reformidant, scil. fluxu, refluxu, tumultu, &c. Arama. Sed in mea opinione in his versibus de Israele hæc enarrat. *Sonitum maris.*] Quando divisit mare rubrum coram Israel & sic de futuro, potest Israel è medio populorum redimere. *Signa tua.*] Sicut timebant, quando scissum erat mare, Exod. 15.14. *Timor cepit incolas Palestinæ. Exitus Auroræ.*] Ut scribitur, Exod. 13.21. *Columnam nubis, & ignis*, quibus gavisi sunt Israel. & sic de futuro. *Visitâsti terram.*] Meminit *pluvia*, quia est aliud Dei miraculorum, ut Elihu dixit, Job. 36.31. *Illis judicat populos.* Vel, *visita terram.*] Est oratio. Arama. *Postquam fecisti eam appetere illam.*] Cohibes pluviam à terra, donec vehementèr appetat, sic nos sumus in captivitate, sicut terra sitibunda expectantes pluviam salutis, למטר הישועה, Genes. 3.16. *Desiderium tuum.* idem. Et Vau est pro אחר *postquam* in Exod. 16.20. & Isa. 64.5. *Postquam peccavimus* Vel, dicit *appetere*, desiderio naturali aquis tegi (ut in initio, Gen. 1.) contendit. Arama. *Cum flumine Dei.*] Quando cadit pluvia, manent flumina ut potum homini, & bestiæ suppeditent; & dicit *flumine Dei*, id est, flumine grandi, ut *montes Dei*, nempè, magni montes. Arama. *Præparas frumentum eorum.*] Ventos secundos post pluviam emittendo, ut crescant plantæ. *Sic præparas eam.*] Terram & fructus ejus à morbis conservas, שדפון, &c. alitèr quid prodest pluvia? *Sulcos.*] Superiores partes terræ תלמיה, & גדודיה sunt valles inter sulcos תלמיה aratro effossi. *Liquefacis.*] Eam per pluviam vehementem, quæ erat antehac arida. רביבים, id est, מטר גדול. *Annum bonitatis.*] Cum omni bono coronas terram, in anno fertili, scil. herbis, fructibus, &c. Arama. *Semita tua.*] Nubes, ut Hab. 3.15. *In mari cum equis tuis*, nempè, nubibus, sunt currus Dei. *Deserti.*] In cibum ferarum, & non solùm in terram habitabilem. *Cincti sunt gaudio.*] Quia quando pluvia non est, sunt quasi sacco induti. *Valles grano.*] Pluvia etiam vallibus haud nocet, & meminit *vallium* post montes. *Etiam canunt.*] Spicæ plenæ, quando flat ventus in eas, sonum edunt, & quasi canunt. Vel illi canunt, nempè, filii hominum, & bestiæ propter fructus terræ.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal.* 65.

Canticum.] Laudis, in loco ubi Arca erat, vel de prædictione templi ædificandi, & introductione Arcæ. Vel in tempore famis, vel unus cantorum composuit illum, quando templum erat ædificatum. *Laus ad te expectat.*] Laudes illorum qui ad locum Arcæ conveniunt. Vel, *Post silentium laus erit tibi in Sione.*] Quando Solomo ædificâsset domum. *Qui exaudis preces.*] Dicit *preces*, nam templum est *domus precum. Veniet omnis caro.*] Post ædificationem templi. *Res iniqua prævaluerunt contrà me.*] Dicit *me*, in persona Ecclesiæ, in tempore famis. *Bonitatem domus tuæ.*] Divinam præsentiam. Vel delectatio animæ in cultu Dei, vel in Deo ipso qui bonus est. *In terribilibus.*] Quando terribile judicium famis super nos ingravescit, tunc, *In justitia exaudis nos.*] Id est, quando convertimus ad justitiam. Vel, quando timor Dei est in nobis, respondebis. *Terræ fines.*] Incolarum terræ, ut Genes. 41. ult. *Tota terra, &c.* Vel קצוות sunt omnis corporis termini, & non sunt corpora. *In mari.*] Quia terra & aqua globum

unum

unum constituunt. *Stabilit montes.*] Meminit horum, quia sunt corpora magna, & quasi columnæ terræ, cujus meminit ante dicendo *fines terræ. Clamorem marium.*] Respond. ad illud, *Remoti in mare. Signa tua.*] Pluviam largiendo, ut Job.36.26. *Magnus est Dominus*, & signum majestatis suæ connectitur. *Diminuit guttas pluviæ, &c. Exitus.*] Signa pluviæ, quæ videntur manè & vespere. Vel, manè & vespere ipsa lætari faciunt homines, quia finis unius est initium alterius. R. Moseh. Vel, exeuntes manè & vespere dicunt, Benedictus es tu Domine, qui ea efficis. R.Sol. תרנין verbum יוצא in duo פעולים. *Visitâsti terram.*] Hic versus est anni sterilis in Israele indicium, על שנה בצרה, & in tempore famis putabat hostis obsidionem Jerusalem incipere, & tunc visitabat Deus terram. *Postquam eam desiderare fecisti pluviam.*] à שוקקה. animâ concupiscibili. תעשרנה Hiric debet esse in Shin, si est in forma gravi, si in Cal. est יוצא, ut יעשר. *Flumen Dei.*] Pluvia de cœlo replens flumina. *Pluviam grandem descendere facis cum minutissima.*] à גדוד turmâ, & abundantiâ pluviarum. Vel sulcus, à גדודות, ut dicitur *super manus cunctas incisiones.* idem. *Coronâsti annum.*] Loco sterilis fertilem largiris annum, qui est sicut regina, כמלכה, coronata in respectu ad alios annos habito. *Tua stillicidia.*] Rotunda loca fontes vel putei, ubi congregantur aquæ pluviales; Hæc sunt in *habitabili*, & *desertum* etiam nominat. *Cincti sunt gaudio.*] Induuntur gramine, pascuâ ovibus, & valles frumento.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.65.*

Silet דומיה.] Id est, silet laus, & ego expectando silui, ut in Psal. 37. דום ליי *Expecta in Dominum, &c. Omnis caro.*] Rex terrestris tres aut quatuor supplices exaudit, sed Deus omnes, Rex orat cum subditis, Deus verò exaudit, & non est audiendo sicut Rex carnis fatigatus. Tu qui omnes orantes recipis, nonne exaudis nos? Portæ orationis aliquando clausæ sunt, ut Lament.3. *Operuisti te nube, &c.* sed nunquam portæ conversionis, ut dicitur *Fiducia omnium finium terræ, & mare remotorum*, mare est commune bonum, ut lavent in eo omnes, non est clausum. R. Hanina bar Papa interrogavit R.Samuel bar Nachman. Quando quis est misericors, ne dubitet quin oratio sua est accepta, ut Hos.10. *Seminate in justitia*, tunc sequitur, *Tempus est quærere Dominum, &c.* R. Aquiba & ben Azai.

Sect.4. *Ex R Obad Gaon. in Psal.65.*

De redemptione Israelis. *Votum.*] In Exod.24. נעשה ונשמע *Obedientes erimus. Omnis caro.*] Sic in Zephan.3. *Labium purum, &c. Beatus est quem eligas.*] Ut in Joel 3. *Quem Dominus vocabit. Terribilia.*] Gentes coram nobis deprimere. *Omnium terminorum terræ.*] Id est, Israelis, dispersi per totam terram. *Exitus manè & vespere.*] Ut redeant manè & vespere sicut ante diluvium erant; ut poli solis sint iidem cum polis mundi; & ut mundo sit semper tempus Abib, vernum. *Visitâsti terram.*] Antequàm Adam peccavit, ut Gen.2. *Ascendebat vapor, & irrigabat, &c. Ditâsti.*] Sine labore hominis, ut Gen.2. *Crescere fecit Deus omnem arborem, &c. Rivus Dei.*] Dictus vapor. *Coronâsti.*] Etiam in diebus nostris, sicut in diebus Simeon, filii Shatak. Triticum erat ככליות sicut renes, & hordea sicut olivæ, &c.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.65.*

Laus tibi silet.] Timent homines laudare te, & silent, quia sufficientèr exprimere bonitatem tuam nequeunt. Vel, *Silentium est laus tua in Sione.*] Id est, silentium à puniendo inimicos tuos, quando est in manu tua ulcisci. Vel, *Similis sit laus tibi.*] Ne excedat limites, sic Psal.2. *Gaudete cum tremore*, id est, moderatè. MS. *Exitus vespere.*] Egredientes manè dicunt, Benedictus est ille qui creavit luminaria, ברוך יוצר המאורות. Et vespere dicunt, Benedictus ille qui efficit tenebras, מעריב ערבים. רוה sicut לרוה & נחת, ut לנחת, id est, requiem & αὐταρκείαν creaturis largiri. *Semita tua.*] Cœli, pulvis pedum tuorum, Nahum 1.3. *Annum bonitatis tuæ.*] Quem benedicere tibi placet. *Canunt.*] Homines & bestię.

Sect.6 *Ex Cald. in Psal. 65.*

Laus silet.] Laudes tanquam silentium reputas, quia non exaudis eas, nec accipis. *Replebimur.*] Sic dicunt justi. *Exaudies.*] Orationes nostras. *Qui remoti sunt.*] Ab arida (ut Venetia sex milliar. distat à terra firma, & ædificata est in corde maris Adriatici, in qua sunt ampliùs 400. canales, & pontes totidem lapidei, aquæ marinæ fluunt, alluuntque eam per omnes urbis plateas. *Præparat pro montibus.*] Capreis montium cibum eorum suppeditat. *Flumine Dei.*] Quod est in cœlis, scil. aquis suprà firmamentum, Gen.1. & Psal.148.

Sect.7. *Ex Masôra. in Psal.65.*

Appropinquare facis.] Scil. ad offerendum super Altare. Duo sunt, Ezræ 7.17 sacrificium grati odoris est martyrium, Rom.12.1. *Confidentia.*] In tempore tribulationis. Duo sunt, aliud ביום צרה *tempore angustiæ.* תלמיה.] Duo sunt, Job.31.38. *Sulcos ejus ingemiscere. Liquefacis.*] Tria sunt sine Vau, Job.30.22. *Liquefacis substantiam meam*, sicut terra pluviâ, & montes coram Deo liquefient.

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.65.*

Canticum David.] Quod cantabant Jerem. & Ezech. in exitu de captivitate. Gr. Apollinar. Gr. Paraphras. vers. non est in Heb. neque in 70. in Sexcuplici. Theod. Hæc in figura contingebant illis, 1 Corinth.10. S. Aug. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. S. Aug. *Laus decet.*] Gr. post reditum erant laudes cum decore in Templo. *In Sion.*] Non est speciosa laus in ore peccatoris. S. Aug. Vel, in Sion, non in Babylon, ut Psal.137. *In terra aliena.* Theod. *Votum.*] De templo ædificando. 1.Caus. *Veniet omnis caro.*] Cum laude. 2.Caus. *Prævaluerunt iniquitates.*] Causæ captivitatis. 3.Caus. Ut peccatum Manassis. Vel, *Res iniquorum.*] Tyrannide me presserunt, B. Theod. *Bono domus tuæ.*] Evangelio, in secundo templo. 4.Caus. Terrena bona premunt, non levant. S. Aug. *Celeberrima.*] De Christi nativitate, morte, &c. ut Act.2. μεγαλεῖα. 5.Caus. *Omnium finium.*] Gentium Deus & Judæorum. S. Aug. [Rom.3.] 6.Caus. *In mari longè.*] Quia in mari, ideò longè. S. Aug. *Stabilit montes.*] Et removet ut placet, sic Luc.17. *Dicite huic monti, &c.*

Ut Horat. de Deo. Od.4. li.3.

Qui terram inertem, qui mare temperat,
(Ut Christus.)

Ventosum,

Ventesum, & urbes, regnaq; tristia
(Gehennæ, sic Apoc.1. *Claves inferni geste.*)
Divosq; mortalesq; turbas,
Imperio regit unus æquo.

Æstum maris.] Erat unum Christi miraculorum, Mat.8.26. 7.Caus. *Videbunt signa tua.*] Miracula Apostoli. S.Aug. & *fama* Christi *promulgata erat*, ut Mat.4. *Exitus auroræ.*] Ut Mal.1.11. *Ab ortu solis ad occasum, Christi nomen est magnum.* 8. Caus. *Delectabis.*] Delectabilea facia. S.Aug. Vel, diluculo & vespero hymnos dicent. Sym. *Flumine Dei.*] Spiritus donia. Joh.7.37. cujus fructus sunt frumento, oleo, & vino præferendæ. 9.Caus. à simil. Dicit, *flumine Dei*, opposit. ad Nilum Ægypti, & respectu habito ad Jordan. *In stillicidiis suis lætabitur.*] Antequam sit idonea capacitati fluminia. S.Aug. *Coronam anni bonitatis tuæ.*] Ut Luc.14.19. *Annum Domini acceptum; Coronam* cùm audis gloria victoriæ significatur. S.Aug. Vel dicit *Coronam*, scil. florum, quâ in lætitia vel victoria antiqui utebantur,

Horat.Od.17.

Et scindat hærentem coronam
Crinibus ———

Et Od.26.

———*apricos necte flores,*
Necte meo Lamiæ coronam.

Et Od.38.

Displicent nexæ philyra coronæ
Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera moretur (ex quibus fiunt coronæ.)

Et Pindar.Olym.Od.5.

———*foliis Olivæ*
Tempora cingit.

Et Od.11.

———ὀλυμπία
στεφανωσάμενος (scil. oleâ,

Od.12.

τρισολυμπιονίκας (victoriæ signum.)

Agni induti lana.] Ut Isa.16.1. *Mitte agnum.* idem. *Convalles.*] Humiles populi. S.Aug. Psalmus Eucharisticus, literalitèr pro Veris adventu comitibusque qui sunt venti Favonii, cantus avium, & pastorum, vina & unguenta.

Horat. lib.4. Od.12.

Jam veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ (venti) *lintea Thraciæ:*
Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt
Hyberna nive turgidi.
(Cant.2. *Præterit hyems, &c.*)
Nidum ponit ———
Infœlix avis, &c. ———
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula,
Adduxere sitim tempora Virgili:
Sed pressum Calibus (vinum Calenum) *ducere liberum,*
Si gestis juvenum nobilium cliens
Nardo vina merebere.
Nardi parvus Onyx eliciet cadum
(Vas ex onyche, ut Mat.26.)
Spes donare novas largus, amaraq;
Curarum eluere efficax.
(Pro.31. *Da vinum pauperi, ut obliviscatur, &c.*)

Misce stultitiam consiliis brevem. (Eccl.2.2.)
. Dulce est desipere in loco.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Psal.65.*

Canticum Jerem. & Ezech. pro captivis. Gall. Ang. MS. Bodlei. seu de reditu à Babel. Ang. MS. Em. Col. Cant. *Silet pro te.*] Et quando templum est ædificatum eloquetur, seu quotidiè das sanctis occasionem laudia. Ital. *Impii prævaluerunt.*] Ang. MS. ut peccatum Manassis. *Facis laudare*, vel *gaudere.*] Ang. MS. à רנן. *Exitus.*] Ital. Bruc. *Nascimenti della mattina, & della sera. Rivus.*] à Siloe. Ital. Vel fluvii magni, ut flumen Ægypti. Hisp. *Los grandes rios. Jubilant, canunt.*] Pastores & agricolæ, *Los pastores y los labradores.* Hisp. Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.65.*

Te decet, vel *tibi silet* Lat. MS. *hymnus.*] Et ideò audi orationes nostras pro redemptione, quia in captivitate cessant hymni. *Verba iniquorum prævaluerunt.*] Vulg. Gr. quia locuti sunt contrà Prophetas, ut 2 Chron.ult. ideò venit captivitas. *Beatus quem elegisti.*] Nunc novimus per experientiam miseriæ, nostram quondam fœlicitatem. *Et maris longinqui.*] Lat. MS. id est, marium remotissimorum. *Campi tui.*] Gr. Vulg. מעגליך ut 1 Sam.17. המעגלה *ad campum*, in quo erat exercitus. *Speciosa deserti.*] Vulg. Gr. à נאוה *pulchra*, Psal.147. *Coronam anni*, vel *volvetur annus.*] Lat. MS. (sicut corona volvetur) in bonitate tua.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.65.*

De reditu Arcæ in Sion; & spiritualitèr de prædicatione Apostolorū. Par. edit. *Expectatio, laus est tibi in Sion.*] Id est, in te fiduciam homines ponunt, attamē spem eorum adepti, te laudant. Vel, *Laus decora est pro te.*] Pro Evangelio. יאיא. Syr. ܝܐܝܐ Heb. דמיה à דמה similis tibi. *Rependetur votum, O qui exaudis orationem.*] Syr. idcircò tibi persolvemus vota nostra. *In justitia nobis respondebis terribilia.*] In ruina hostium nostrorum. Syr. MS. ומן צדיקותך ܘܡܢ ܙܕܝܩܘܬܟ. Vel, τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ, ut in Act.2. *Magnalia Dei.* Vel satiabitur cum tua justitia. Par edit. *Et populi longinqui.*] Syr. Gentes procul ab habitatione tua, ut in Act.2. τοῖς μακρὰν. Syr. MS. עממא ܘܥܡܡܐ. Heb. ים sicut עם.

Accinctus, vel *corroboratus potentiâ.*] Syr. *Timebunt à signis tuis, & ab exitu matutino & vespertino.*] Tam admirabilem ordinem per revolutionem solis, & reliquorum signorum cœli intuentes. Syr. MS. מן מפקי ܘܡܢ ܡܦܩܢܗ ܕܫܡܫܐ. Vel, exitu Evangelii sicut solis, Psal.19.2,3,4,5.&c. Rom.10. *Facis ut canant, visitas terram.*] Syr. בשובחא ܒܫܘܒܚܐ, id est, facia ut te laudent propter pluviam. Aqua apud Orientales populos principium omnium erat reputata, quia *terra aquâ consistit*, 2 Pet.3. δι' ὕδατος συνεστῶσα. & forsan ob hoc dicitur linguâ Persicâ אב, & in Pentateucho Persico, Genes.1. ميان آب بآب در ميان آن آب وبشن, *Inter aquas & aquas, in medio aquarum, &c.* מיאן אב באב דר מיאן אן אב ובשרי. *Irrigas*, vel *quiescere facis eam.*] Syr. à נוח requies,

audit

audit terram inclamantem, ut Hos. 2. ult. & sic ab inclamando quiescit. *Deprimis*, vel *augescunt fructus.*] Syr. פאריא ܦܐܪܐ. Heb. גדודיה. *Nubes tua*, vel *vituli tui gramine repleti sunt.*] Syr. ܥܓܠܝܟ עגליך. Heb. מעגליך, & Heb. רשן. Syr. חראא ܚܪܐܐ redundante Nun. *Benedic coronæ anni.*] Syr. ܟܠܝܠܐ כלילא, id est, prima pars ejus, (ut vertex est prima pars capitis) quando primitiæ apparere incipiunt. *Pingues ovium vestientur.*] Syr. שמינא ܫܡܝܢܐ. Heb. כרים à כר pascuum. *Saturabuntur plusquam habitacula deserti.*] Syr. ܡܢ ܥܡܪܐ ܕܡܕܒܪܐ, quàm illi qui ibi habitant, ut Genes. 41. *Tota terra*, id est, incolæ terræ. Ab. Ezra.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 65. Heb. Arab. 64.*

De transmigratione, vel captivitate populi. Arab. MS. *Tibi silet*, vel *similis est laus.*] Arab. ينبغي التسبيح, ideóque qui laudat te, non dissimulat, sicut qui hominem laudat. *Sermo*, vel *res opprimentium prævalet in nos.*] Arab. كلام, propter peccata Manassis venit captivitas, & opprimunt nos Chaldæi. *In æquitate mirabile.*] Est templum tuum. Arab. وبالبر عجيب, responsa è templo reddis mirabilia. *Spes eorum qui sunt in finibus terræ.*] In captivitate dispersorum, ait R. Hanina semper potest homo resipiscere, & portæ pœnitentiæ non sunt clausæ. Mid. Tillin. *Ab exitu noctis & diei.*] Arab. ومن خروج الليل والنهار, id est, ut in Heb. Manè & vespere. *Flumen*, vel *flumina Dei.*] Arab. الان انهار. Dicitur in singulari collectivè. *Irrigâsti sulcos*, vel *sationem ejus.*] Arab. حرثها. Pluvia primigenia est post sationem, *Primo mense*, serotina in tempore messis, Joel. 2. in septimo mense. ברביבים, vel *stillicidiis.*] Arab. بالقطر. Nubes ex quibus pluviæ tenues, & grandes stillant, ut Job. 36. & Job. 37. *Benedixisti coronæ anni.*] Gr. Arab. Vulg. Syr. كاكليل السنة, fertilitas est instar coronæ anni, & à Dei benedictione provenit. *Semita*, vel *campi tui.*] Arab. occurrit simile vocabulum in Heb. in 1 Sam. 17. de exercitu in campis circulariter pernoctante. *Vestiuntur*, vel *parturiunt pinguissima ovium.*] Arab. تلدن سمان. Heb. à לבש, teguntur masculis, concipiunt & parturiunt.

In finem,

1 *Canticum Psalmi resurrectionis.*

LXV. Heb. LXVI.

Jubilate Deo omnis terra,

2 *Psalmum dicite nomini ejus: date gloriam laudi ejus.*

3 *Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.*

4 *Omnis terra adoret te, & psallat tibi: Psalmum dicat nomini tuo.*

5 *Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.*

6 *Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.*

7 *Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.*

8 *Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis ejus.*

9 *Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.*

10 *Quoniam probâsti nos Deus: igne nos examinâsti, sicut examinatur argentum.*

11 *Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro:*

12 *Imposuisti homines super capita nostra.*

Transivimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

13 *Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea,*

14 *Et distinxerunt labia mea.*

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

15 *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum hircis.*

16 *Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.*

17 *Ad ipsum ore meo clamavi, & exaltavi sub lingua mea.*

18 *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

19 *Propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.*

20 *Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 66.*

De redemptione captivorum. *Tota terra.*] Omnes qui vident mirabilia quæ Deus cum Israel operatur. *Ad honorem nominis.*] Dicite quod nomen ejus in vestra redemptione est honorandum, licet in captivitate erat contemptibile, quia deridebant hostes, *Ubi est Deus vester? Terribilia sunt.*] Quia infirmum populum ex manu fortioris redimis. *Mentientur tecum.*] Formidine potentiæ tuæ se afflixisse Israel. denegant. Vel Athei, qui Deum negant, & mentiuntur, per opera potentiæ quæ intuentur, coacti adorabant eum. Arama. *Tota terra adorabit te.*] Ut Zeph. 3. 9. *Convertam ad populos linguam puram. Venite & videte.*] Sic unus cum al-

tero colloquitur. *In flumine.*] Per similitudinem de futuro, ut Isa. 11.15. *Extendet manum suam in flumen. &c. et calceis transibile faciet, & erit via trita pro residuo populi sui.* Non est in Cod.Cremon. sed Venet. *Regnat per potentiam suam.* Quâ Israel è medio Gentium eruit, ut Zach. 14.9. *Dominus erit rex in tota terra. Oculi sui vident nationes.*] Et dabit unicuique secundùm opera ejus, ut Mal.3.18. *Tunc videbitis inter justum & impium discrimen, &c. Non exaltabunt seipsos.*] In futurum, sicut hodiè faciunt. *Benedicite nostro Domino.*] Tunc dicent Israelitæ Gentibus. *Ponit animam nostram in vita.*] Nos, in captivitate ut videtis, sustentat. *Probâsti nos sicut argentum.*] Ut Zach. 13.9. *Probabo eam per ignem sicut argentum. In rete.*] Afflictione, ex qua nemo nisi miraculo queat evadere. *In lumbos.*] Sic ut non potuimus in ea consistere; מועקה exquiescent. Ain, sic absque He est מועק in Isa. 9. *Inequitare fecisti.*] Nationes in nos exercent tyrannidem, sed ante captivitatem tu solus fuisti noster Dominus, ut Isa. 26.13. *Multi domini præter te, &c.* dicitque *Equitare*, ut Isa. 58.14. *Equitare in loca excelsa terræ.* Non est in Cod.Cremon. *Ignem.*] Fornacem Ægypti. *Aquam.* Maris rubri. R.Arama. *Ignem & aquam.*] Ignis urit, & aqua absorbet, tamen nos handquaquam sumus consumpti. Vel in ignem nos mittit, & rursùs forcipe extrahit, & in aquas immittit, ergo dicit, *Deo benedicite.* R.Arama. *In locum humidum.*] Et pinguem, ubi pingues facti sumus & divites. Lamed est cum Cametz, cùm He indicativ. denotat terram illam celebrem, terram Israel. *Ibo.*] Loquitur in persona captivi cujuslibet. *Venite & audite.*] Sic unus cum alio colloquitur. *Sub lingua mea.* Quia lingua in loquela sua suprà, & infrà palato in quibusdam literis, scil. גיכק adjuvatur. *Non audiet.* Si non proferam illam in actum. רומם.] Ex verbis geminatis in forma simili quadratæ. Vel, *non audiet.*] Id est, malum peccati, minimum non approbat Deus. R.Arama. לא ישמע אליו.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.66.*

Unus Cantorum composuit illum, quia plurali præter morem Davidis utitur. *Ponite cor vestrum ad gloriam laudis suæ.*] Quia laus sua est vestra gloria. & dicit, *Ponite*, ut Judic. 19.30. *Ponite cor vestrum.* idem. *Mendaces invenientur.*] Erunt per judicia tua coacti, falsitatem eorú tecum confiteri. R.Sol. & mendacia in eorum manibus. *Venite & videte.* Cum tota terra colloquitur. *Quàm terribile.*] Est quodlibet operum ejus, עלילה, id est, מעשה. *Flumine.*] Jordan, in diebus Josuæ. *In illo.*] In Deo, & in Arca sua. *In æternum.*] Lamed deficit. *Nationes.*] Inconversas. *Populos.*] Conversos ad legem Israelis. *Oppressionem.*] Ut Amos 2.13. *Premam locum vestrum.* לרויה *Locum humidum*] Aër האויר. Opposit. ad *ignem* & *aquam.* inhabitabilia. *Ibo.*] Loquitur in persona rei militaris Principis. מיתים Agnos pingues medullatos, vox est sicut מחים. *Sub lingua.*] In corde. *Si video iniquitatem.*] Et non ejicio eam. *Non rejecit orationem meam.*] Sed juvavit me orando.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.66.*

Tota terra.] Quia tunc tota terra *Deo serviet cum uno humero*, Zephan. 3. servire hic est orare, ut in Dan.6. *Deus tuus cui servis*, id est, ad quem oras ter quotidiè, & in futuro, *totius terræ erit Dominus unus.* Zach. 14.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 66.*

Commonstrat filiis captivitatis viam redemptionis. *Mentiantur.*] Id est, laudant ore, sed non corde. *Ibi.*] Id est, in Sanctuario, gavisi sumus in eo, sic in Isa.56. *Et lætari eos faciam in mea domo orationis*, & alibi. *In refrigerium.*] Sicut in negotio Hamanis. עתודי.] Id est, לחטאת hostia pro peccato. *Sub lingua.*] In maxilla inferiori, quæ solummodò exaltatur. *Vanitatem.*] Quando de vanis negotiis meditor.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.66.*

Mare.] Rubrum, quando transivit Israel. *Mentientur* vel, *confitebuntur eorum mendacia.*] Dolos & scelera quæ perpetrârunt, quando vident tua judicia, pestem, fulgura, &c. trepidantes Non est in MS. *Per aquam & ignem.*] In captivitate. *In domum tuam ibo* Quando templum est ædificatum. *Subter linguam meam.*] Cum delectatione, ut Job. 20.12. *revolvet sub lingua.* Vel, paratum est, ut in ore proferatur.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.66.*

Illic lætati sumus in eo.] In monte sanctitatis suæ. *Animam nostram in vita.*] Futuri sæculi. *Incensa cum arietibus.*] Id est, incenso aromatum, unà cum sacrificio arietum.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.66.*

Pedes nostros.] Quia stant in portis Sion, ad colendum Deum, ideò non vacillabunt. Tria sunt, hic locus est defectivus, alter, *Et nationes sub pedibus nostris*, alter Psal. 122.2. *Pedes nostri stabunt, &c. Et aquas.*] Tria sunt cum Pathac & Athnach in fine versus, & duo cum Zaceph Cametz, & in fine versus quodlibet est simile, solummodò tria cum Pathac, hic locus est unus, alter Psal.107.33. alter Pro.30. *Terra quæ non satiata est aquis.* Symbolum in lingua Aramitica est, Desertum, & ignis Gehennæ, מדברא ונורא גהנ׳; Et duo sunt cum Zaceph Cametz, Deut. 10.7. *Terra fluminum aquarum*, alter *flumina aquarum exaruerunt* Et symbolum est flumina, arida. Singula verba locos prædictos subindicant.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 66.*

De resurrectione.] Gr. nostrâ S.Aug. Titulus non est in 70. in sexcuplici. Theod. *Omnes terræ.*] Non solùm Judæi, sed etiam Gentes. S.Aug. *Quàm celebris in operibus tuis.*] Præcipuè in resurrectione Christi, quæ Pharisæos mendaces ostentabat. 1. Caus. à simil. *Mendacem te facient.*] Quia non credunt tibi. Theod. Vel *sunt mendaces.*] Quia dicebant, Discipuli ejus furto auferebant illum, Mat. 28. O verè [illegible] dormiens! aut vigilabas, & prohibere debuisti, aut dormiebas, & quid sit gestum nesciisti. S.Aug. *Mare in aridam.*] Et Israel resurrexit è mari, sic Christus è corde terræ, Heb. 11.29. & Matth. 12. de Jona. *In dorsum nostrum.*] Verberibus. Theod. *Ignem & aquam.*] Ustio tribulationis, & aqua corruptionis. S.Aug. (2. Caus.) *Infideles non exaltabunt sese.*] Gr. *Sub lingua.* Quod certus loqueris, tacitus cogites. S.Aug. *Animam nostram in vita.*] Redemptio ex afflictione est quasi resurrectio, & Christi resurrectio est sicut exitus Israel ex Ægypto, Heb. 11.27. 3. Caus. *Vota solvam.*] Mœcenas ægrotans templum promiserat.

Horat.

Horat. lib. 2. Od. 17.
—— reddere victimas,
Ædemq́, votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.
(Pro nostra salute.)
Psalmus Eucharisticus.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 66.*

De resurrectione. Ang. MS. Bodleian. Gall. *In illo.*] In Deo. Ang. MS. *Mentientur.*] Subjicientur, *contrà su voluntad.* Hisp. *In lumbos nostros.*] à tyrannis. Hisp. *In lingua.*] *En alta boz.* Hisp. voce altâ. Vel, *sotto.* Ital. Bruc. *In refrigerium.*] *Nella sacietà.* Ital. Bruc.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 66.*

In ipso.] In Deo, ut sequitur. *Super,* vel *in lingua mea.*] Lat. MS. *Si iniquitatem vidi in corde meo.*] Lat. MS. Licet opere non perpetrarem.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 66.*

De sacrificiis, & suffitu, & vocatione Gentiū, Psalm⁹ incerto authore. Par. edit. *De multitudine roboris tui mentientur inimici tui.*] Id est, dicunt illud robur minus esse quàm revera est. *Illic lætati sumus,* vel *lætabimur in eo qui dominatur per potentiam suam in æternum.*] Syr. ܠܥܠܡ ܢܚܕܐ, id est, in cœlis lætabimur, ad dexteram Dei, ut in Psal. 16 ult. *Qui posuit animam nostram in vita.*] In fasciculo vitæ, 1 Sam. 25.29. & dicit in *vita*, quia Gentes erant *peccatis mortua*, Ephes. 2.1, 2. Vel in prosperitate, velut in 1 Sam. 25. *Viventi, &c. Super lumbos nostros,* vel *dorsa.* Syr. ܚܨܝܢ.] Cum accinxeris nos vinculis in dura servitute. *In locum irriguum.*] Vel, *Amplitudinem.*] Syr. לרווחא ܠܪܘܚܬܐ. Heb. רויה, sicut רויח, ubi spirare & vivere possumus. Vel Evangelium est refrigerium. *Sub,* vel *in lingua mea.*] Syr. בלשני ܒܠܫܢܝ, ܘܐܢ ܚܙܝܬ. *Si videam,* vel *videas iniquitatem in corde meo, ne exaudias,* vel *ne serves me,* ܠܐ ܬܫܡܥܝܢܝ, *tunc exaudivit me Deus.*] Syr. secundùm verba in Jos. 22, 22. *Ne servato nos hodierno die.* Syr. ܠܐ ܬܚܝܢ חוית. Heb. ראיתי. Jod redundat, velut in Ruth 4. & dicit *Tunc*, ut in Cant. 8. *Tunc inveni gratiam in oculis suis.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 66.*
Heb. Arab. 65.

De resurrectione. Arab. MS. Vulg. id est, de reditu è captivitate, qui est ut resurrectio. R. Jos. in Dan. 12.1. in Ab. Ezra. *Quàm terribilia sunt opera tua ob multitudinem potentia tua? negant eam hostes tui.*] Arab. من كثر قوتك تجحدها اعداك, id est, Athei potentiam tuam magnam denegant, quæ tamen operibus demonstratur terribilis *In flumine.* Ut in Isa. 11. Exsiccabit flumen in septem ejus ostiis, scil. Euphraten. Cald. *Adorabit,* vel *adoret te tota terra.*] Arab. Etiam qui negant te, oro ut te adorent. *Animam in vitam.*] In generali resurrectione. Vel, per similitudinem de dicta redemptione. *Per ignem.*] πύρωσιν, 1 Pet. 4. in hoc sæculo. *Eduxisti nos ad requiem.*] Arab. الى الراحة, opposit. ad *ignem & aquam*, ubi non est requies. Vel, in cœlo, ut in Act. 3. καιροὶ ἀναψύξεως. *Holocausta pinguedinis sine osse.*] Arab. بغير عظم. Heb. מחים medullata, sed paschalis Agni, *Ne os unum conteretur,* Exod. 12. Forsan erit huic sacrificio peculiare, ne conteratur. *Ne exaudias.*] Arab. فلا يستجب, si vidisti iniquitatem corde meo latitantem, sic in Syr. *Cum thure, & arietibus.*] Arab. وكباس.

In finem,

1 *In hymnis, Psalmus Cantici David.*
LXVI. Heb. LXVII.

2 DEus *misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.*

3 *Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.*

4 *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.*

5 *Lætentur & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.*

6 *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes:*

7 *Terra dedit fructum suum.*

8 *Benedicat nos Deus, Deus noster,*

Benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 67.*

DE congregatione captivorum. *Gratiosè nobis largiatur.*] Redemptionem. R. Sol. *Splendere faciat.*] Ut sint omnia nostra opera prospera; post sacrificia priori Psalmo memorata, subdit hanc benedictionem; ut postquam holocausta, &c. Aharon obtulisset, Levit. 9. populo his verbis benedixit, Arama, benedictione corporis & animæ plenaria. *Innotescat via tua.*] Ut Isa. 11.9. *Terra scientiâ Domini replebitur*, nempè, post redemptionem, & tunc laudabunt te omnes Gentes. *Judicabis.*] Populos, qui cum Gog confœderantur. *Et duces Gentes.*] Ut Ezech. 38.4. *Ducam te in montes Israel.* & tunc qui evadunt ex excercitibus Gog laudabunt te, ut Isa. 66.23. *Dabit fructum suum.*] Terra quæ adhuc est maledicta ארורה Arama. Nam impii qui cohibuerunt pluviam, tunc destruentur, & erunt novum cœlum, & terra nova, & fructus novi menstrui,

 Ezech.

Ezech.47.12. Non est in Cod. Cremon.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.67.*

Sit gratiosus.] Sua dona ex gratia largiendo, ut Gen.33.5. *Gratiosè dedit. Benedicat.*] Superaddendo ad illa. *Faciem splendere.*] Quæ dat, in benevolentia largiatur, sic Num.6. idem. *Viam tuam.*] Servando pusillos. *Populi.*] Sub regno Davidis. *Gentes.*] In circuitu. *Laudabunt te.*] Videntes bonitatem tuam, & etiam judicia tua.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.67.*

Miserere nostri.] Quia per compassiones tuas est, quòd nos inimici nostri non penitus eradicent. *Omnes gentes.*] In sæculo futuro, ut dicitur, *Videbunt omnes gentes gloriam tuam, &c.* Isa.60.

Sect.4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 67.*

De redemptione futura. *Laudabunt te.*] Pro redemptione. *Duces.*] Per Christum ducem.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 67.*

Faciem illuminet.] Pluviam largiendo, &c. ἐξ ὑπονοίας. *Salutem tuam.*] Quomodo nos in afflictione preservas, & benedicis. *Judicabis in æquitate.* Eos absolvendo. *Fines terræ.*] Gentes, quæ dicunt, Ecce, quomodo Deus benedixit Israel populo suo.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 67.*

Splendere faciat faciem suam.] Orat Propheta sicut Sacerdos benedixit. Duo sunt, Num. 6.25. ubi hic locus citatur, & sunt ex Alphabeto de paribus, quæ habent Jod in initio in magna Masora, in Jod.

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal. 67.*

De adventu Christi, Theod.

Benedicat nos.] Illa pluvia, nostra Dei benedictio est fructus. *Faciem splendere faciat.*] Oratio pro resurrectione Christi, qui est ἀνατολὴ ἐκ τοῦ ὕψους, Luc.1. *Oriens ex alto.* Vel, appareat vultus tuus, & si fortè appareat per me deformis effectus, à te reformetur, quod à te formatum est. S. Aug. Vel redeat ut Rex in urbem, quia vultus Regis est instar lucis & veris.

Horat. lib.4. Od.5.

Lucem redde tua Dux bone patriæ,
Instar veris enim vultus ubi tuus
Affulsit, populo gratior it dies,
Et soles melius nitent.

Viam tuam.] Christus dicit, *Ego sum via,* Joh.14. S.Aug. *Gentes terræ.*] Per Evangelium. 1.2. Arg. *Fructum suum.*] Sine labore, ut asserunt Judæi quidam de diebus Christi. R.David. in Hos.14. R.Sol. in Psal.72. & Poëtæ idem fingunt de Insulis Fortunatis.

Horat. Epod.16.

——— arva, beata
Petamus arva, divites & insulas:
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea, &c.———
Mella cava manant ex ilice:———
(Ut Psal.81. ult. R.David.)
Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ,—&c.
Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.
(Ut Isa.11. R.David.)
Nec intumescit alta viperis humus.
Pluraque fœlices mirabimur, &c.———
Pinguia nec siccis urantur semina glebis,
Jupiter illa piæ secrevit littora genti.
Sic Pindar. Isthm.6. & Hesiod.

Fructum suum.] 3. Arg. Fructus Evangelii sunt, Amor, Pax, Gaudium, sicut terra Canaan erat Evangelii figura. Heb.11.16. & Heb.4. Vel, tantum fructum, ut omnia sua in communem conferrent. S. August. Vel Christum dedit, *germen* illud, Isa.11. Jerem.23. B.Theod.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 67.*

Quando David transivit Jordan, 2 Sam.19. Par. edit. & de vocatione Gentium. *Nationes,* vel *regna.*] Syr. Gentes sub Christo, vel Davide, ut Moab, Ammon, &c. *Laudent te.*] Pro reditu Davidis ad regnum post fugam suam.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 67.*
Heb. Arab. 66.

Vultum suum.] In Christi ἐπιφανείᾳ, qui erat *in forma Dei,* Phil.2. & caracter ejus personæ, Heb.1. 1.2. *Lætabuntur Gentes.*] Quia Christus *est lux ad illuminandas Gentes,* Luc.2. *Terra dabit fructus suos.*] وتعطي الأرض اثمرها. Quia Christo nato erat universalis pax, & consequenter omnium abundantia. *Deus, Deus, Deus noster.*] Ter dicitur, ad subindicandam in Unitate Trinitatem; יהוה est revera nomen trium literarum; Nomen 12. literarum, אב בן ורוח הקדש, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; Nomen 42. literarum, Pater est Deus, Filius est Deus, & Spiritus sanctus est Deus, Tres in uno, & unus in tribus; Hæc nomina Rabbi Hakkodes Antonino Romæ Consuli patefecit, In Agereth Hasodoth: Etiam Rambam in Moreh Nebochim Christianis favebat, ideóque Judæi Galli librum ejus igni tradebant, meminit nominum 12. & 42. literarum, ait Nebiensis.

In finem,
1 *Psalmus Cantici ipsi David.*
LXVII. Heb. LXVIII.
2. EXurgat *Deus, & dissipentur inimici ejus:*
& fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.
3 *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit*
cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie
Dei.
4 *Et justi epulentur, & exultent in con-*
spectu Dei: & delectentur in lætitia.
5 *Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus:*
iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.
Exultate in conspectu ejus, turbabuntur à facie
ejus,
6 *Patris orphanorum, & Judicis viduarum.*
Deus in loco sancto suo:

7 *Deus*

7 Deus qui inhabitare facit unius moris in domo?

Qui educit vinctos in fortitudine, similitèr eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

8 Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto:

9 Terra mota est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

10 Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

11 Animalia tua habitabunt in ea: parâsti in dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multâ.

13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus dividere spolia.

14 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri.

15 Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon:

16 Mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis:

17 Ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

18 Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in sancto.

19 Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

20 Benedictus Dominus die quotidiè: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

21 Deus noster, Deus salvos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

22 Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

23 Dixit Dominus: Ex Basan convertam, convertam in profundum maris.

24 Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

25 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.

26 Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.

27 In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

28 Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu.

Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Naphthali.

29 Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

30 A templo tuo in Jerusalem, tibi offerent reges munera.

31 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt:

32 Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

33 Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino:

34 Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis,

35 Date gloriam Deo super Israel, magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.

36 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 68.*

DE exercitu Sennacherib. Jerusalem in diebus Hezechiæ obsidente. *Exurgat Deus.*] Ostendat potentiam suam. *Dissipentur inimici.*] Ut 2 Reg. 19.35. *Angelus Domini percussit 185000.* *Justi.*] Hezechia & Israel. *Exultent in gaudio.*] Id est, in solenni lætitia Paschatis, quia dicunt Rab. fuisse noctem Paschatis, quando Sennacherib erat percussus, ut in Isa. 30.29. *Canticum erit ut in nocte solennitatis, &c.* Et ut Domini Angelus domos transiliit, quando videbat sanguinem, Exod. 12. & percussit Ægyptios; sic hoc loco Assyriis contigit, Rabboth. Non est in Cod. Cremon. sed in Venet. כהנדף.] In Hiphil, quia est perfectum; sensus est, ut ventus dispellit fumum. *Qui equitat in cælos.*] Et gubernat eos, sicut homo equum suum fræno cohibet. ערבות.] Primum mobile, omnes cœlos secum movet quotidiè, à ערב *vespera*, Synechdochicῶς sumitur pro toto die. *Pater orphanorum.*] Licet sit excelsus suprà excelsos, Arama, tamen aspicit humiles, & Israel. à regibus multis liberavit. *In habitatione sancta sua.*] In cœlo vidit terram, Isa. 57.15. *Altus & excelsus, qui habitat etiam cum illo qui est humilis corde, &c.* Assur erat Rex fortissimus, de quo gloriatur Rabsache, *Dabo tibi* 2000. *equos, &c.* & tamen infirmos in illum adjuvabat Deus. *Solitarios in domo.*] Deus viro & uxori filium addit, ut Exod. 1.21. *Fecit illis domos.* Vel animam corpori conjungit, vel elementa unit in uno composito. Arama. Vel abscondit eos, ut Psal. 113.9. *Qui sterilem in domo collocat*, & posteà *lætam matrem efficit.* *Vinctos compedibus.*] Id est, captivos Egypti & Cusi, quos debellavit Rex Assur, quando erat in obsidione Jerusal. ut Isa. 45.14. *Accedent ad te in vinculis.* Vel captivos Judæ, ut 2 Reg. 18.13. *Cepit omnes urbes munitas*, & in illis multos captivos. Non est in Cod. Cremon. בושרות,

id

id est, Babelitæ sunt קושרות. Arama. quia Caph & Coph sunt ex una origine, ut Isa. 40.13. תכן, & Eccles. 12.9. *Misit in ordine*, cum Coph. *Rebelles in terra sitibunda.*] Assyrii mortui sunt quasi siti, nempè, sine gladio, ut in Isa. 8. *Transibit sitibundus*, in defectu aquæ. *Domine, quando exibas.*] Quando Israelit. erant victores, Deus quasi exibat ante eos, ut Judic. 4.14. *Nonne Deus præcessit? Tremebat terra.*] Sihon & Og, & omnes terræ populi in deserto. *Cœli stillabant.*] Pluviæ dies, est dies tenebrarum & afflictionum. *Sicut Sinai movebat.*] Quando lex erat promulgata, ut in Exod. 19.16. *Pluviam benedictionum.*] Opposit. ad pluviam afflictionum, quæ in hostea decidit. Vel, est ros, seu pluvia quæ manè semper cecidit, & Manna super illam descendit, ירד עליו Exod. 16. Arama. *Hæreditatem tuam.*] Israel. ut Deut. 9.26. *Sunt populus tuus, & hæreditas tua: Quando fatigata erat.*] Quando hostis cepit omnes urbes munitas Judæ, & populus fugà erat fatigatus, tunc Jerusalem evasit. Vel, in deserto populus erat fatigatus, Num. 21. quem Deus sustentabat, ita ut pes eorum non intumescebat. Arama. *Habitabat in ea congregatio tua.*] In Jerusalem. Vel, ubi animalia tua (feræ) habitabant, non homines, scil. in deserto, præparabas Israeli cibos. Arama. *Pro pauperibus.*] Israel. qui tunc erat in conditione abjecta, quia decem Tribus erant captivæ, & urbes Judæ munitæ, captæ. *Dedit verbum.*] Dedit in actum, id est, implevit verbum Prophetæ. Vel dedit legem, sed Gentes fugiebant, eam respuentes. Arama. *Mulierum prædicantium.*] Mos erat inter mulieres post victoriam cantare, ut Exod. 15.20. & 1 Sam. 18.7. *Mulieres dicebant, Saul occidit millia, &c.* Vel, *prædicabant de exercitu grandi.*] Assyriorum, qui perierunt funditùs. *Reges —fugiebant.*] Qui pugnabant contrà Jerusalē; sic canunt mulieres. *Quæ manebat domi.*] Id est, tota congregatio, quæ non pugnabat. *Inter ollas.*] Id est, nigri & mœsti in deserto. Arama. Verba sunt mulierum, vel Psalmistæ. *Sicut ala columba.*] Quæ sunt albæ, quasi fuissent argento obductæ; indicat spolia argenti & auri ab exercitu Assur reportata. Vel, per verba legis auro puriora, anima justi in cœlum volat. Arama. *Fulvum aurum.*] Sunt plumæ columbæ aureæ pariter ac albæ. בכסף Segol cum Athnach. *Dissipavit reges pro ea.*] 2 Paral. 32.21. *Percussit Angelus Domini omnem potentem, & ducem, &c.* à פרש, Isa. 1.15. *Expanditis manus*, & dicit *Omnipotens*, quia potentia Dei visa erat in Assur. Et addit, *In ea.*] In Jerusalem, vel reges Canaan coram Israel. Arama. *Alba erat sicut nix.*] Congregatio gaudium in loco obscuro reperit. Vel, *eam albam fecisti.*] Loquitur cum Deo, est verbum יצא. *In Tsalmone*, vel *umbra mortis.*] צלמות. *Mons excelsus.*] In dignitate (licet erat in deserto) quia gloria Dei in eum descendebat. *Sicut mons Bashon.*] Multùm laudatur pro pascuo, ut Amos 4.1. *Vaccæ Basan*; & pro celsitudine, attamen non illum, sed Sinai montem parvulum, & Israel. populum despicabilem elegit. Arama. *Mons collium.*] In summa vertice apparet colliculus, à גבן, in quo videtur altitudo. *Quare expectatis honorem?*] Non est honor nisi in monte, ubi habitat gloria Dei, dixit R. Ai quod sic est in Arab. Non est in Cremon. *Habitare in illo.*] Quia dixit Deus, 2 Reg. 19.30. *Non jaculabitur in illum sagittam*, quando captæ erant omnes urbes Judæ munitæ. *In æternum.*] Sed in Sinai habitabat Deus in momentum. *Millia Angelorum.*] Qui veniunt in auxilium Israel. ut 2 Reg. 6.27. *Currus ignis & equi in circuitu Elisæi.* שנאן ex Angelis qui vocantur שנאנים. *Sicut Sinai est in Sanctuario.*] Erat Dei Sanctuarium. בם Beth lenia præter morem. *Ascendisti in altum.*] Auferendo tuum auxilium, reliquisti populum tuum captivum, ut Psal 7. *Ascende in altum.* Non est in Cod. Cremon. *Accepisti dona inter homines.*] Dona quæ dedisti ad collocandam tuam præsentiam, & auxilium inter illos, illa accepisti, & rebelles Assyrii in loco Domini Dei, ubi erat Sanctuarium suum, id est, in Jerusalem, habitare expectabant. Vel, *Dona hominum.*] Septem Gentes Israeli subjugatæ. Arama. Vel, *Propter rebelles.*] Accepisti ab illis, & Assyriis bona eorum dedisti, ita ut illi rebelles existimabant Deum inter eos habitaturum. Hactenus verba Evangelizantium, nunc respondet congregatio Israel. Arama. *Onerat nos quotidiè.*] Spolia hostium. *Exitus mortis.*] Mille modis interimit hostea, ut Egyptios decem plagis. Vel, liberavit nos à morte Sennacherib. *Solus Deus vulnerat.*] Et nemo alius. *Verticem crinium.*] Vertex dividit crines in medio, & ex utrâque capitis parte cadunt, ideòque in decretis æqualibus, quæ hominibus in bonum vel malum contingunt. Dicit, *In verticem capitis*, ut Gen. 49.26. de Josepho, quia vertex caput in partes æquales partitur. *Reducam de Basane —sicut de abyssis maris.*] Sicut Egyptii absorpti erant in abyssis maris, & nunquam redibant, sic Assyrii in Jerusal. Et dicit, *De Basane*, vel Gilead, quia Pul & Tiglath, Assyrii ibi primò incipiebant captivitatem Israel. ducere, & finiebant Assyrii in Jerusalem, ubi mortui sunt. Vide 2 Reg. 15.29. *Venit Tiglath & cepit Gilead.* Vel, *De Basane.*] De manu Gog regis Basan liberat Israel. Arama. *Pes tuus.*] Loquitur cum Israele, vel cum Deo, ut Isa. 63.1. *Cum vestimentis tinctis sanguine!* Canes devorabant cadavera Assyriorum, & rubore sanguinis tinctæ erant canum linguæ. מנהו *ex ipso.*] Id est, ex unoquoque adversariorum prædictorum, vel specialitèr indicat Sennacherib, quem occidebant filii ejus. *Gressus tuos.*] Quòd tu Deus coram Israel. incedebas in plaga Assur. *In Sanctuario.*] In cœlo. *Cantores.*] Ore; & instrumenta sequuntur in manibus mulierum, ut Exod. 15.20. *Ibi est Benjamin.*] Benjamin & Juda erant in diebus Hezechiæ, quia decem Tribus erant tunc captivi in sexto Hezech. 2 Reg. 18.15. Et hæc ruina erat in 14°. Hezech. Et addit, *Principes Zabulon & Nephthali*, quia pauci erant relicti, 2 Paral. 30.11. Multi ex Zebul. & Manasse. & in diebus Josiæ, 2 Paral. 34.9. Ex reliquiis Tribuum, hæ in Jerusal. in tempore Sennacherib accedunt. *Gubernator eorum.*] Nempè, hostium, ipsi erant pauci, & superabant multos. *Cum concilio*, vel *congregatione sua.*] Quia omnes congregabant in Jerusalem in tempore Sennacherib. *Ibi est.*] Dicit *Ibi*, id est, in valle Berachah, ubi laudabant Deum pro victoria; ibi erat Benjamin. *Deus tuus.*] Loquitur cum Israel, vel cum Hezechia. *Propter templum tuum in Jerusalem reges adducent dona.*] Id est, quia auxilium tuum de templo ubi habitat gloria tua, exibat, quia servata erat Jerusalem, &

nulla

nulla alia civitas, ideóque Merodac Baladan muneta misit. *Increpa societatem hastiferorum.*] Exercitum Sennacherib, qui hastis pugnabat. Vel, Bestiam ex Javan. Arama, orat pro nostra redemptione. *Submittat se.*] Id est, qui relicti sunt de exercitu Sennacherib, sic in Prov. 6. 3. *Submitte teipsum. Quando dissipabis populum qui delectatur bello.*] Nempè, Assyrios. *Tunc Principes venient ex Ægypto.*] Quia rex Cusi venit, ut cum Sennach. quando obsidebat Jerusal. pugnaret, 2 Reg. 19. 9. Assur superabat illum, & servos suos captivos ad Jerusalem duxit, Isa. 45. 14. *Labor Ægypti & Cusi veniet ad te*, & Angelus Domini percussit exercitum Sennacherib, & sic Egyptii & Cusitæ erant cum Israel uniti; ut Isa. 19. 18. *Quinque civitates loquentur linguâ Canaan, Et erit Altare in terra Ægypti, &c.* & hoc erat quando Hezechia solvebat omnes captivos, tunc Principes venerunt ex Egypto. *Æthiopia manus ad afferendum dona Deo, expandit.* Vel, *curret manibus.*] Dicit, *Curret*, licet pedes, non manus currant, quia manus afferunt munua. *Super cœlos cœlorum.*] Supremum cœlum, primum mobile, prout dixit in principio. *Cœlis antiquis.*] Quia cœli & individua eorum manent sine alteratione, non sic inferiorum. *Vocem suam.*] Ad destruendos hostes. *Super Israel.*] Ut Israel protegat, sicut robur ejus videtur in æthere, Psal. 19. *Cœli enarrant gloriam Dei. Ex Sanctuariis tuis.*] In plurali, quia Sanctuarium inferius est opposit. superiori in cœlis. Vel, quia sunt tres partes Sanctuarii, Oraculum, Templum, & Porticus. *Populo suo.*] Lamed cum Cametz, & He indicativ. peculiarem populum Israel subindicat.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal. 68.*

Exurgat Deus.] Victoriam Davidi suprà omnes suos inimicos incircumcisos, largiendo; Psalmus hic est excellentissimus: Expositores referunt eum ad Legem datam in Sinai, sed haud rectè; ut egò opinor, est compositus de prælia Davidis cum incircumcisis, quando maxima pars exercitus ejus erat ex Benjamin, Judah, Zebulun, & Nephthali, orátque David, ut fugiant inimici ejus ante faciem ejus, sicut orabat Moses, quando egrediebatur Arca fœderis, Num. 10. כהנדוף.] Scribitur perfectè, ut תנגושי. כהמס.] Ex verbis geminatis. *Impii.*] Nationes incircumcisæ, Moab, Edom, Philistæi. *Justi.*] Israelitæ qui pugnabant ex parte Davidis. סלו ר״ל הללו, ut in Prov. 8. *Exalta eam.* Vel, parate viam coram illo qui equitat ad domum Dei per planiciem, &c. sicut Isa. 62. 10. סלו R. Mosheh Hacohen, à מסלה *Trita via. In cœlis*, vel, *planitie.*] R. Mosheh בערבות, id est, in illa incedentes ad festa Domini observandum. Vel, cœli dicuntur ערבות, quia lati sunt, vel quia respondent planitiei Israelit. terræ, sicut ignis qui ascendit montibus, & terra quæ descendit humiliori parti terræ Israel, ערבו׳ הרים, שפלה, & planities respond. ad motum circularem cœli; sunt tres partes Canaan, (& tres motus naturales) planities est media inter montes & terram. *Pater orphanorum.*] Licet habitet in cœlis, tamen aspicit illos. *In domum.*] Id est, Familiam nobilem, ut 2 Sam. 7. 11. *Ædificabit tibi domum*, & Exod. 1. *Ædificavit illis domos*, (Levitarũ & Regum, Midrash.) *Vinculis*, vel, *Postibus.*] Ut Prov. 31. 19. כישור. צחיחה à צח, Isa. 58. 11. Exarescant, opposit. ad *Dominum orphanorum*, quos opprimebant. *Quando exibas ante populum tuum.*] Id est, per Arcam fœderis in trium dierum itinere, Num 10. 33. *Per Eremum desertam.*] Versiculus hic probat, Psalmum hunc non posse interpretari de Lege in Sinai, quia Israelit. à Sinai discedebant antequam intrabant terram desertam, quia Sinai erat in terra habitabili; prætereà solummodò mons Sinai non tota terra tremebat quando Lex erat data, Exod. 19. *Desertum.*] ישימון à שממה in Hos. 14. 1. *Samaria desolata, &c. Cœli stillabant.*] Est Allegoria, locutio Metaphorica de prælus Dei contrà Amoritas, quæ primò apud montem Paran incepit, Deut. 33. 2. Judic. 5. 5. quasi tota terra erat obruta, & cœli mutati. *Pluviam abundantem.*] Dedit pluviam hæreditati suæ, quando Israel possessionem terræ Canaan obtinuit. נפת.] Id est, madefecisti cum pluvia, ut Pro. 7. 17. Quasi *madefeci lectum. Quando erat fatigata.*] Id est, si indigeret pluvia tempore quolibet illam subministrabit. חיה, sic 2 Sam. 23. 11. *Philistæi congregabant in agmen. Magnus erat exercitus.*] Eorum qui in auxilium Davidis erant. *Mulierum publicantium.*] נשים mulieres cantabant de David, *Interfecit decem millia*, 1 Sam. 18. *Deus dedit.*] Id est, confirmabat verbum. *Reges.*] Midianit. Edomit. & Philist. ut Exod. 15. 14. *Fugiebant, fugiebant.*] Repetit bis, quia fugiebant ante David, multis vicibus. *Quæ manebat domi.*] Congregatio Israel, quæ non exibat ad bellum. *Dividebat spolia.*] Multò magis illi qui pugnabant. *Ollas.*] Quæ habent colorem nigrum עין שחרות. *Argento.*] Colore albo, prædicto nigro opposito; totum hoc est per modum similitudinis, דרך משל ad indicandam victoriam, sicut cum alis, subitaneam, & conversionem in melius, quasi à nigro ad album, sic Exod. 19. *Super alas aquilarum, &c.* אם id est, si *Omnipotens*] Vel שדי, est victor hostium, נצח à שדד, in Ezech. 1. Amos 5. Non est semper nomen Dei, sed Davidem hoc loco subindicat. *Sicut nix.*] Post victoriam; prædictæ nigredini opponitur. *In illa.*] Id est, prædictâ hæreditate. *Zalmon.*] Mons umbrosus in altera parte Jordanis. *Mons altus.*] In quo habitant Angeli. Vel, mons collium, à גבן in Levit. 21. 20. *In altum.* Spiritus loquitur de Davide, hostes in turribus altis, subjugante. *Duo millia.*] שנאן, sicut שנין Aleph pro Jod, ut קנין, sic in circuitu Elishæ, *Erant currus & equi ignis*, 2 Reg. 6. Alii exponunt hoc de numero Levitarum in Sinai, non est ad scopum Psalmi. *Dona, homines.*] Id est, captivos multos duxisti. *Etiam ex rebellibus.*] Rebelles captivos duxisti, ut Deus habitet inter illos, quando per Davidem erant ad Legem Dei conversi. *Dominus est inter illos.*] In terra Israel sicut in sancto Sinai. Alii exponunt de Levitis in templo ministrantibus; haud rectè secundùm Psalmi scopum. *Exitus mortis.* Mille modis enecat hostes. *Revertere faciam de Bashane.*] Loquitur Deus cum Davide; faciam hostem tuum revertere de terra tua, sicut Sennacherib, vel Pharao in maris profunditatibus absorptus: Alias expositiones vidi, sed non cohærent cum antecedentibus & consequentibus. *Dixit.*] Id est, decrevit in corde suo, sicut Gen. 8. *A Bashane.*] Intendit totam terram, pars pro toto. *In sanguine.*] Hostium, מחץ per transpositionem, pro חמץ rubescat, Isa 63. 2. *Ruber vestibus.* R. Jehud. *Ex ipso* ממנו.] Sicut in Job. 4. 12.

Job.4.12. *De ipso*;hic intendit Regem. Vel ab ipso tempore, ut Isa.18.2. & mutatur propter Soph Pasuc seu, præcepit illud, ut צוהו à מנה. *Viderunt.*]Id est, Israelitæ. *Gressus tuos.*] Sicut stellæ in semitis earum, Judic.5 20. sic Deus pugnat contrà hostes Israel. *In Sanctuario.*] In cœlo. חופפות.] Ex geminatis, Pe est cum Cametz, propter Soph Pasuc. *De fonte Israelis.*] Sicut Isa. 48.1. *De aquis Jehudah. Benjamin parvulus.*] Cõmemorat Tribus, Davidem contrà ejus hostes auxiliantes. Dicit, *Parvulus*, quia parvum erat intervallum temporis inter prælium Gibeah, & tempora Davidis, in quo ferè omnes ex Benjamin erant consumpti, Judic.20. Vel, quia Benjamin erat minimus natu filiorum. *Dominator eorum.*] Nempè, congregationum prædictarum. *Id quod perfecisti.* Id est, victoriam quam dedisti Davidi. *Templi*, vel *Palatii.*] Loquitur cum Davide, היכל in Nah.2 6. *Palatium.* idem. *Reges adducent dona.*] Id est, reges quos subjecit David. *Increpa.*]Davidem, ut pugnaret contrà eos, præcipit, donec tributum argenti redderent, & illi qui in deliciis habebant prelia dispergerentur. *Hastiferorum.*] קנה in lingua Kedar. significat illos qui hastas ferunt, & cum illis hastis pugnabant contrà Davidem. *Taurorum.*] Divitum, ut Amos 4 1. *Vaccæ Bashanis. Principes.*] חשמני sicut חשמונאים Machabæi, Principes סגנים. *Cantate Domino.*] Quia David adduxit eos ad Legem Dei. *Vocem ejus.*] Dicentem, robur Domino reddite.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.68.*

Surgat Deus.] Quando surgunt impii & prævalent, tunc justi se abscondunt; sed quando surgit Deus, tunc nihil sunt, in fumum evanescunt, sunt *fumus in naso Domini*, Isa.65. similitudo à servis Regis, cum est in superiori palatii parte, & servi in inferiori accendentes ignem, fumúmque ascendentem usque ad Regem in superiori, excitant. ערבות, sic dixit Moses *qui equitat in cœlos*, Deut.33.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.68.*

De redemptione. *In cœlos.*] בערבות, id est, cœlum quotidiè cursum suum absolvens, היומי, in quo non est stella; primum mobile. *Rebelles.*] Destruentur, sicut in Zach.13.ult. *Distillabant.*] Quia ignis vapores multos sursùm attrahit. *Emittes* תניף.] Id est, per vaporem qui in rore non pluvia cadit, sicut in diebus Adami antequam peccavit, Gen.2. *Qua habitat domi.*] נוה בית Congregatio Israel habitans inter Gentes, ut in Exod.3. *Per eam.*] בה, id est, columbam, ut in Prophetis, Zeph.2. *Per manum Israel populi mei.* חרצדין.] Id est, חרצו מרון vultis contentionem. [שנאן.] Id est, Angeli qui apparuerunt Prophetis multis similitudinibus המשתנים בתמונות. *Sinai in Sanctuarium.*] Quia ibi Deus sanctificavit populum suum, ut in Exod.19. *Populus sanctus. In altum.*] למרום teipsum in captivitate nostra abscondisti. *In homine.*] באדם Israel, qui sunt אדם Ezech.34. *Vos populus meus estis homines. Dona.*] Id est, quinque ista quæ non erant in templo secundo. *Caput inimicorum.*] Id est, principales, ut Moab, & Ammon. שער.] Id est, איש שעיר Esau. *De Bashan.*]Qui est locus bestiarum. *De profunditatibus maris.*] Id est, eripiam populum ex ore Draconum & Balænarum. *Magis quàm hostes in ipso.*] מאיבים מנהו, id est, plus in illorum, quàm hostes in tuo sanguine, lavabis. *Vias tuas.*] הליכותיך id est, Prophetæ Dei in visionibus te, O Christe, prævidebant. *Præ fonte.*] ממקור, id est, laudabunt plus quàm David qui erat fons Psalmorum Israel, 2 Sam. 23.1. *Ibi Benjamin.*] Id est, tunc temporis pauci faciebant David Regem. *Increpa.*] Ne recipias munus à porco saltus, In Psal.80. *Humiliat se.*] מתרפס, id est, Israel nunc humiliat se. *Dispersit.*] בזר, id est, destruit Israel, & hostes bello delectantur.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 68.*

Per nomen suum Jah.] Est nomen timoris דחילא in Targum in Exod.17. *Super thronum Jah. Orphanorum.*] Israel. *Vidua.*] Jerusal. *Vinctos.*] Israel. ex Egypto. *Rebelles.*] Egyptios. *In vinculis*, vel *educit eos in temporibus opportunis.*] בושרות à כשר, nempè, in verno tempore, quando itinera sunt hilaritèr subeunda, non est calor vehemens, nec frigus, ut sint impedimento. *Pluviam.*] Aquam, quæ eos in deserto concomitabatur, ut Psal.78. *In Jesimon Selah.*] Vel in afflictione est redemptio. *Congregatio*, vel *bestia.*] חיתו בהמתו MS. bibebant ex aquis. *Pro egeno.*] Israele. *Reges fugiebant.*] Reges Canaan de terra Israel, & Israel terram cepit. *Verè* אם אמת *inter* חחומיכם *limites vestros cubabitis.*] Securè, & delicatè, ut columba aurea. MS. *Quando regii discipuli legis exposuerunt in illa, erant sicut nix.*] Illuminati luce legis, à מפרש *exponens*, in Nehem.8. & Deut.22. *Expandant vestimentum. Pallore auri.*] Non totum fulvum, sed partim pallidum, ut ארמרם, non est totum rubri coloris, sed mixti. *Auri.*] Optimi, de terra Cush exportati. *Columba.*] In extran. ling. *Paloma* [sic in Hispan.] *Mons montium.*] Ab altitudine. גבנונים à גבוה. *Basan.*] In altera parte Jordan. propè Sinai. *Quare saltatis?*] Pro תרקדון Menachem. Vel, *Quare insidiamini?*] Ad destruendum montem Sion. R.Moseh ex Arab. ארב ־רצד שנאן.] à שנונים Angeli asperi, vel cum acutis sagittis חדים. *Ascendisti in altum.* Moses in montem Sinai. *Etiam rebelles.*] Israelitas, inter quos Deus Tabernaculum suum collocavit. *De Bashane.*] De medio taurorum Bashanis, & de insulis marinis. *Verticem capilli.*] Esavi, vel viri ex Seir, שעיר. *Ut intingatur.*] תמחץ, ut בוקע penetrat eorum sanguinem, & dividit, in Mishneh à מחצה in Judic.5. Vel, מחץ est nomen vasis, quo vinum de puteo exhauriunt. In Tract. Idololatr. Rabboth, in ע״ז. Non est in MS. *Ab ipso.*] Vel portio sua est. מנהו à מנה. *Gressus tuos.*] Apud mare rubrum. *Psallentes.*] Moses & Aharon, &c. ut Exod.15. *Tunc cecinit Moses. Tympanistriarum.*] Miriam & mulieres. *Tibicines.*] Angeli. *Benjamin est ibi.*] Descendebat primus in mare rubrum רודם ירד ים. *Cum gubernatore.*] Saule, qui designatus erat ab hoc tempore in Regem. *Concilium*, vel *purpurati eorum consiliarii.*] רקמתם ab ארגמן Menachem. Vel, *Lapidantes eos.*] Ex invidia, quia primùm descendebant, à רגם. *Bestiam arundinis.*] Esau, habitans inter arundines. *Vitulos.*] Populos gradus inferioris, *Tauri* sunt superioris. *Dissipa.*] בזר pro Pe, Psal.52.5. *Dissipat ossa.* idem. *Donec unusquisq; submittat se.*] Id est, non acquiescunt, donec illis dona omnes mittant. *Principes*, vel *dona adducent ex Ægypto.*] חשמנים, id est, דורונות. Vel, *De Hashmannim.*] Est nomen urbis. Menachem.

Cantate

Cantate laudes.] Post adventum Christi. Dicunt alii, quod hic Psalmus est de diebus Christi futuris. Vel, de lege data quam vocat *pluviam*, usque ad ver.19. Rabbothen.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 68.

In sancta sua habitatione.] In domo Sacro-sanctæ præsentiæ suæ. *Vinctos eduxit cum pompa propter justitias.*] בפומבי Cald. propter justitias patrum eduxit Israel ex Egypto, à פומבי & משרון à latino *pompa* Eliah. in Meturgeman. Vel, à פום ore Dei educti erant. *Rebelles.*] Pharao & exercitus sui. *Ante populum tuum.*] Per columnam nubis. *Hic Sinai.*] Fumabat, quando dedisti legem. *Pluviam voluntatis tuæ.*] Sine metico eorum. *Praeparavisti pauperi.*] innumeros Angelos eorum custodes. *Erant qui publicabant exercitui magno.*] Deus dedit legem, Moses & Aharon eam Israeli promulgabant. *Quando inter sterquilinia cubatis.*] Vos, O impii reges. *Alæ columbæ erant opertæ argento.*] Congregatio Israel. quæ est sicut columba, Cant. 5. sub alis nubium gloriæ erit obtecta, & dividet spolia Egyptiorum argenti, &c. קלקלתא in Cald. in Psal. 113. pro אשפה sterquilinio. Elias in Meturgeman. *Quando omnipotens*, vel *quando ille expandit manus in oratione, omnipotens pro ea misit nives in Tsalmon.*] Id est, jecit nubes Gehennæ, & sicut nivem, eamà Tsalmon, id est, umbra mortis servabat. *Hic est mons.*] Sinai, mons humilis. *Etiam Dominus qui habitat in æternum.*] Id est, in cœlis. *Duo millia.*] Angelorum אנגליא Cald. *Ascendisti.*] O Moses Propheta. *Dona accepisti.*] Verba legis pro hominibus. *Pro iis qui sunt rebelles.*] Extraneis factis proselytis per pœnitentiam. *Qui onerat nos.*] Addendo nova præcepta veteribus. *Reducam de Basane.*] Justos qui devorantur à feris Basan. illos etiam qui absorpti sunt in mari resurgere faciam. *Gressus tuos.*] In mari rubro. *Cantores anteibant, post tibicines.*] Post Mosen & Aharon. Cantores ante mulieres incedebant. *Virgines.*] Miriam & reliquæ, Exod. 15. 20. *De fonte.*] Qui sunt in visceribus matris eorum. *Benjamin.*] Qui primò intrabat in mare, & cepit regnum. *Concilium*, vel *lapidabant eos.*] Tribus reliquæ. *Zebulun.*] Erant mercatores eorum *Nephthali.*] Erant Heroes. *Societatem sicut arundinem.*] Omnes peccatores, ut arundinem distringas. *Societatem robustorum vitulorum populi.*] Qui adorant vitulos aureos. *Sit voluntas tua.*] Erga populum in lege exercitatum, quæ est pretiosior argento. *Ex Ægypto.*] Ut sint Proselyti. *Expandet manus.*] In oratione. *Vocem suam.*] Prophetiæ in Prophetis.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 68.

Inimici sui.] Fugient sicut homines pudefacti; sunt quinque plena in Pro. *Hostes ejus sunt in pace secum.* Et, *Hostes ejus induentur pudore, &c.* *In nomine Jah.*] Indicat robur suum. Duo sunt, Isa. 26.4. *In Jah Domino est robur sempiternum.* *Quando ibas.*] Duo sunt, Judic. 5.4. *Ex agro Edom.* *Dedit verbum.*] Sex habent accentum in penultima, & sunt defectiva. *20. millia.*] Observat. R. Saadiah Gaon; litera Resh reperitur in Scripturis 22147. vicibus, 20. millia Angelorum. Et Gen. 47. 28. *Jacob vixit 17. an. & omnes dies sui 147. an.* hæc in unum, efficiunt numerum Resh. *Gressus Dei mei.*] Id est, varios gressus per diversos judiciorum & misericordiarum modos; quatuor sunt, & differenter scripta. Hic locus est הליכות cum Jod Vau, Habac. 3.6. *Viæ ejus æternæ*, sine Jod cum Vau, Job. 6. 19. *Societates Sheba.* Pro. 31. 21. *Viæ domus ejus* cum Jod ante Lamed. *Principes.*] Unus trium versuum in quibus vox *Principes* שרי est rer repetita, & loci sunt in sectione, Exod. 18. 1. *Et Jethro audivit.* *Præcepit.*] Non rursus reperitur, initium versus. *Benedictus sit Deus.*] Duo sunt, unum est initium versus; aliud finis versus, 'אפס אל Psal. 65. 20. *Benedictus Deus qui non repulit orationem meam.* Deus est Alpha & Omega. *Potentia sua.*] In Arca visibilis est pro illis qui timent illum; quatuor sunt, Psal. 105. 4. *Quærite robur suum.* Et socius ejus, 1 Paral. 16. Ezræ 8. *Robur suum est in eos qui derelinquunt eum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 68.

Exurgat Deus.] Resurrectio est Christi. S. Aug. Theod. Jam factum est, resurrexit Christus. 1. Proph. 1. Caus. *Præparate viam pro eo qui equitat ad occasum.*] Gr. Johan. Baptist. præparavit viam pro Christo sole justitiæ, qui equitabat ab Oriente ad occasum. Vel, per speciosos pedes Evangelizantium. S. Aug. Vel, præparate viam in deserto, ubi Johannes prædicabat. Gr. Heb. ערבה in Job. 24. idem. Sym. *solitudine.* Theod. Vel, superius cœlum secretum, sicut desertum. Vel, tenebras ערב, quæ sunt Dei Tabernaculum, qui equitat super nubes, & densas tenebras. Vel, *In planitie.*] Id est, cœlis qui sunt spatiosi, sicut planities, ἐπὶ τῆς ὁμαλῆς, & vocantur firmamentum expansum. Ab. Ezra. Vel, *Super occasum.*] Quia resurgendo vicit corporis casum. S. Aug. Vel, Gentes lumine privatæ illuminantur. B. Theod. *Per nomen suum Jah.*] Christus est ὁ ὢν ὁ ἦν, &c. Apoc. 1. Quod si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. S. August. *Ponit vinctos in domum.*] Qui uniuntur unâ fide sunt domus spiritualis, 1 Pet. 2. 5. *Ædificati estis, &c.* 2. Caus. 2. Proph. *In terra arida*, vel *dente rupis.*] Gr. in loco periculoso & terribili, à diffim.

Horat. lib. 3. Od. 4.

Vis consili expers, mole ruit sua:
Vim temperatam dii quoq; provehunt
In majus, iidem odêre vires
Omne nefas animo moventes.
Injecta monstris terra dolet suis?
Mœretq; partus fulmine luridum
Missos ad orcũ. (Gigantes, ut Gen. 6. 1, 2. &c.)

Vinctos catenis.] Christus aperit carceres, Luc. 4. 18. 3. Caus. *In sepulchris.*] Mortui peccatis. Theod. ut Ephes. 2. 1, 2. *Etiam cœli tremebant.*] Significabat remotionem eorum quæ quassantur, Heb. 12. 26. *Pluviam voluntariam.*] Evangelium, Joel 2. 23. *Doctorem.* Vel, *pluviam in mense primo.* 4. Caus. 4. Proph. Vel, Manna est pluvia. S. Aug. Dicit, *Voluntariam*, ob liberum arbitrium, quia nemo ex necessitate irrigatur. Theod. *Zoa, Animalia tua habitabunt in ea.*] τὰ ζῶα. Gr. id est, quatuor illa, in Apoc. 4. 6. quæ indicant totam Ecclesiam. Vel, Angeli qui inhabitant & custodiunt Ecclesiam, ut Ezech. 1. & Heb. 12. Vel, tua non sua. S. Aug. Vel, Apostoli. Theod. *Exercitus animarum prædicantium.*] Ut Rom. 10. 15. *Quàm speciosi pedes, &c.* 5. Caus. 5. Proph. *Rex virtutum dilecti.*] Pater qui dedit

 verbum,

verbum, est Rex virtutum filii. S.Aug. Vel, *Reges dilexerunt exercitus.*] Gr. credebant Apostolis, à דוד dilectus. Vel, *Fugiebant reges.*] Subjecti erant Evangelio, Psal. 72.11. *Omnes reges servient illi.* est, Evang. *Dilecti etiam speciei domus dividere spolia.*] Dilecti etiam, ad dividenda spolia Ecclesiæ; Christus enim alligavit & spoliavit Diabolum. S.Aug. *Dividebat spolia.*] Ecclesiæ erant additi, sic Jerem. 45.5. *Anima tua in spolium*; spolia sunt membra peccato servientia. Theod. *Inter ollas*, vel *onera.*] Ut Act. 15.10. *Quod nec nos, nec patres nostri potuimus sustinere*, sic Genes. 49. *Inter duo onera.* idem. *Columba.*] (*i.e.*) Ecclesiæ, cum virore charitatis, Cant. 4 S.Aug. Vel dicit, *pennas columba*, id est, Spiritus S. Sancti gratiam. Theod. Vel, *Inter duo labia*, vel *oleres.*] Vulg. id est, inter duos principatus in loco inquieto, respectu contentionum proximorum principum. *Sicut ala columba.*] Volantes cum Evangelio, auro pretiosiore, Psal. 19.10. *Sicut nix.*] Candida in afflictione, ut Isa. 1. *Nive puriora.* 6. Caus.

Horat. Od. 9. lib. 1.

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte: (Mons propè *Monte Fiascone* inter Romam & Florentiam.)
——nec jam sustineant onus
Sylva laborantes——

Mons Dei.] Altus mons, ut *flamma Domini*, id est, vehemens. Cant. 8.6. Vel, mons iste in Isa. 2.1.2. S.Aug. *Montes coagulati.*] Conventicula Hæreticorum. Theod. *Mons incaseatus.*] Propter parvulos lacte nutriendos. S.Aug. *Quare contenditis pro victoria?*] Gr. In Sione habitabit Deus, non vobiscum, ut Heb. 12.22. *Ad montem Sion.* 7. Caus. à minori. *Millia Angelorum.*] Ut in Heb. 12.23. *Ad myriades Angelorum.* 8. Caus. Vel, Apostoli & Angeli Ecclesiæ, Apoc. 2.1. Vel, *Millia lætantium.*] Spe sunt gaudentes. S.Aug. *In sancto.*] Templo corporis. Theod. *Accepisti dona pro hominibus.*] Id est, Apostolos, Prophetas, Evangel. pastores, Doctores, Ephes. 4.8. de Domino Christo. S.Aug. 9. Caus. Vel, *Dona in Adam.*] Qualia erant in Adamo, talia dat Christus, ait Eugubin. sed Beth servilis non præponitur proprio nomini. *Exitus à morte.*] Servat nos à morte, sicut ipse primus exibat è manu mortis. 10. Caus. *Verticem capilli.*] Verticem militum roboris, qui gestant capillos impexos; honor enim erat viro bellicoso comam habere incomptam.

Horat. Od. 2.

—— & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit——

è contra effœminati, Horat. Od. 15.

Ne quicquam Veneris præsidio ferox
Pectes cæsariem: grataq; fœminis
Imbelli cithara carmina divides.
——heu, serus adulteros
Crines pulvere collines.
(Qui prius unguentis erant delibuti, ut Eccles. 9. *Ne careat unguento, &c.*)

Et Od. 29.

Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur unctis.

Et Od. 5. lib. 2.

——solutis
Crinibus—— (ut puella.)

Et lib. 3. Od. 19.

Spissa te nitidum coma.

Et lib. 4. Od. 10.

Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ;
(Juvenes concubinos reprehendit, ut S.Paul. 1 Corinth. 11.)

Et Epod. 11.

——teretis pueri
Longam renodantis comam.

A Bashane.] Ut Ephes. 4. *Duxit captivitatem captivam*, & liberabat suos de manu hostium, Luc. 1. 11. Caus. *Lingua canum tuorum.*] Lambens sanguinem bestianorum, Apoc. 19. sicut Jezebelis. *Ambulachra tua.*] In medio candelabrorum, Apoc. 2.1. *In sancto.*] Templo, *quod estis vos.* 1 Cor. 3. S.Aug. *Psallentes.*] In corde hymnos, ut Colos. 3. Ephes. 5. 12. Caus. *Juvenculas.*] Virgines. Theod. *Dominum oriundum ex fonte Israelis.*] *Ortus est ex Juda.* Heb. 7. Vel, fideles ex decem Tribubus, Jacob. 1.1. *Dispersis. Ibi est Benjamin.*] S.Paulus ex Benjamin, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Greg. Nyss. S.Aug. Phil. 3. Duodecim Tribus sunt Ecclesia. Apoc. 7. & Apoc. 14.1. 13. Caus. רדם id est, *dormiens.*] In extasi prophetica, ut S.Paulus ex Benjamin raptus erat *in cœlum tertium*, 2 Cor. 12. Vel, in vocatione sua magnum erat miraculum. S.Aug. *Concilium*, vel *sonitus eorum.*] Indicat duos filios sonitus Boanerges, Jacob. & Johan. à רדם. *Zabulon, Naphthali.*] Ex his Tribubus Apostoli erant. S.Aug. In Galilæa, in Capernaum habitabant Petr⁹, Andreas, Jacob. Johan. Philip. Theod. ut Isa. 9. cum Mat. 4. *Lapidabunt eos.*] Lat. MS. ut R Sol. *Bestiam estis.*] Id est, fortem illam quartam Bestiam, Dan. 7. Apoc. 13. sic Job. 31.21. *Brachium meum ab arundine*, vel *osse.* Vel, *feram calami.*] Lat. MS. hæreticos pervertentes calamo suo Scripturas. S.Aug. *Taurorum*, vel *fortium.*] Lat. MS. *Vitulos populorum.*] Minores, ut Isa. 34. 14. Caus. *Æthiopia.*] Ut Æthiopiæ Eunuchus. S.Aug. *Cantate.*] 2 eff. ut Apoc 19.1.2. Prophetia de regno Christi.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 68.*

De Christi resurrectione & ascensione. Vulg. MS. 4°. Trin. Col. Cant. *Super occasum.*] 2. Ang. MS. Vul. Heb. ערבות, id est, occasum solis vespero. Gal. *Sur le occident.* Ital. Bruc. *Le nugole*, in nubes. *In fortitudine.*] Ang MS. Vulg. Gal. à כושרות in Prov. 31. sed reliquos facit steriles. Hisp. *Esteriles.* *Bestias tuas.*] Ang MS. Vul. Gal. *Tes bestes.* חיה Hisp. *Tu compañia.* *Pluviam.*] Manna, Hisp. *El Man.* *Qui prædicant Evangelium.*] 2. Ang. MS. *Quæ mansit domi.*] Uxor, cujus mos est manere domi. Ital. *Dilecti facti sunt.*] Ang. MS. Vulg. à דוד. *Ollas.*] Ital. *Pecclari*, *seu medium hæreditatum.*] Gal. Ang. MS. Vulg. Heb. à שפת. 'גבנוני.] à גבן *Caseus compactus*, in Job. 10. Ang. MS. Gal. Vulg. *Lætantium.*] Ang. MS. Vul. Gal. שאנן à שאן in Amos 6. Vel, Ital. Hisp. *Angeles*, id est, שנאנים, quia Angeli sunt ut potentes sagittis acutis armati. *Quare saltatis?*] Quia Sion semper erit supereminens. Ital. *A Bashane.*] Ab Og rege Bashanis. Ital. מבשן.] Id est, ab Israele. Ang. MS. Vul. Vel, *Ab illo.*] Id est, sanguine. Ital. Hisp. *De la misma sangre.* Vel à Deo, qui mittit canes sicut ad lambendum Ahabi sanguinem. Ang. MS. *De fontibus Israel.*] Ang. MS. Gal. *Principes.*] Noncii Gal.

Præcedunt.]

Præcedunt.) Laudare Deum ad Ecclesiam. Ital.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.68.*

Ascendenti per desertum.] Lat. MS. cum Israel. *Iter facite ei.*] Vulg. Gr. ut in Deut. 16. *Ter in anno apparebunt, &c.* מסלה סלו à סלל, vel ut in Psal. 84. *Semita* (ad Deum) *sunt in corde eorum. Vinctos in fortitudine educit.*] Vinctos in carcere forti. Lat. MS. חיתך.] Animalia tua. Lat. MS. *Rex virtutum dilecti, dilecti.*] Vulg. Gr. Deus erat Rex exercituum dilecti Christi sui, & erat ut rex dividere spolia domus speciosæ. ידודן, ut Jedidiah, & Nun paragogico. נות à נאוה, אברתיה.] Ut אחרוניו in Vulg. posteriora ejus, nempè, plumæ. *Ut quid suspicamini montes coagulates?*] Gr. Vulg. id est, montes ex multis colliculis factos. Vulg. *Ab ipso.*] Vulg. id est, sanguine inimicorum. *Ut excludant eos qui probati sunt argento.*] Vulg. Gr. id est, congregant populi, ut expellant Ecclesias Dei, מתרפס est *fortificare*, in Prov. 6. Vel, *Conculcare* in Dan. 7. *Super cœlum cœli ad orientem.*] Vulg. id est, super occasum ad orientem, ut ante in ver. 4.

Laus & initium gradus.] Syr. elevabant vocem, ut Psal. 120. *Psalmus graduum.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 68.*

Quando Reges præparabant contra David. Par. edit. ut in Psal. 2. in R. David. Vel est prophetia de Christo & vocatione Gentium. Par. edit. de persecutione & victoria Ecclesiæ. *Qui super cœlos equitat,* vel *ad occidentem.*] Syr. MS. ܠܡܥܪܒܐ לְמַעְרְבָא, Heb. בערבות in motu solis ab oriente ad occidentem, in quo gloria Dei apparet, & in majestate equitat. *Robusti estote coram eo qui est pater pupillorum.*] Syr. & ne timete oppressores. *In catenis,* vel *educit cum rectitudine.*] Id est, justos eos esse monstrat. Syr. ܒܟܫܝܪܘܬܐ, à כשר *rectum opus* in Eccles. 4. *In terra arida,* vel *inter sepulchra.*] Syr. ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ בית קבורא, Heb. צחיחה. *Jesimon.*] Asinum. Syr. ab Heb. *Pluviam voluntariam.*] Nubem, in qua baptizati erant, 1 Cor. 10. 2. qua erant etiam refrigerati in tempore æstus. *Animalia tua habitant in ea.*] Syr. MS. חיותך ܚܝܘܬܟ ܡܫܟܢܝܢ ܒܗ in Syr. MS. Romæ, Florentiæ, Parif. Cantabrig. Heb. חיתך. Referunt hæc verba nonnulli ad signa in vexillis, Leonia, &c. reverà autem animalia etiam nube erant refrigerata, velut cum aquis, in Num. 20. 11. *Dominus dabat sermonem,* ܡܠܬܐ ܕܣܒܪܬܐ *Evangelii, in magno exercitu.*] Quando Sihon & Og, &c. in fugam retrò versi erant. Syr. דסברתא בחילא ܕܣܒܪܬܐ ܒܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ, Heb. המבשרות. Vel, applicari potest ad sermonem Evangelii. *Fugiebant,* vel *ambulabant.*] Id est, congregabant. Syr. ܢܬܟܢܫܘܢ נתכנשון, id est, ad Christum. Heb. ידודון, velut in Psal. 42. 5. *Ibam cum multitudine, &c. Commorabatur domi,* vel *pulchritudo domus tua partiebatur spolia.*] Gentes enim gloriam suam Christo dabant, velut in Isa. 60. & in Apoc. 21. Syr. Heb. נות. ܠܐ ܐܢ ܬܫܟܒܘܢ ܒܝܬ ܐܦܝܐ *Si jaceatis inter ollas,* vel *spi-*

nas, vel *scobes.*] In persecutione & servitute, sicut primitivi Christiani, posteà tamen pacem habuerunt, & opea instar aurearum alarum columbæ. Syr. שפיא ܫܦܝܐ, Heb. שפתים. In dorso montis Viminalis sunt adhuc visendæ Thermæ Diocletianæ semidirutæ, (sed non sunt aliæ Romæ integriores) in hia ædificandia dicunt 40. millia Christianorum per an. 14. Ægyptiaco more fuisse vexatos, & post occisos; In Janiculo, in Templo Pancrat. monstrant nobis cryptam subterraneam, ubi Christiani erant absconditi in tempore 10. persecution. Vidimus aliam cryptam vulgò Catacumbæ & stantie di Christiani, & aliam S. Sebastiani, vulgò Cœmiterio di Calisto, aliámque in Ecclesia S. Laurentii extra portam; hæc hodiè sunt descripta in Tabulis Lauri Romani, & in Roma Soteranea, & æra CophtaChristianorum Egyptiorum habuit initium à passione Martyrum sub Diocletiano, dicitur æra تاريخ الشهدا, Martyrum, Ignatius Antioch. Patriarcha ad Scaligerum, واستشهد بهذا الامر من مومنين مائة واربعة واربعين الف وسبع مائة نفر. Hoc Edicto (Diocletiani scil.) Martyres erant, ex fidelibus centum quadraginta quatuor millia, septingenta autem exulea erant, & Ethiopes Abyssini vocant hunc annum Diocletiani, annum gratiæ, *amath macharath*, sic vidimus in Thesauro Copto Arabico Romæ, apud R.P. Athanas. Kircherium, ubi in calce operis scribit, الالف وثلثين الشهدا الاطهار, Anno millesimo tricesimo secundo Martyrum sanctorum, quibus verbis respondet Copticum in dicto Thesauro. *Alis columbæ.*] Ut celeritèr à vento tempestuoso crudelium persecutionum evolatis. *Dissipaverit reges.*] Qui contra Ecclesiam pugnabant. Vel, *Cùm separasset Deus regem.*] Syr. ܟܕ ܦܪܫ ܐܠܗܐ ܠܡܠܟܐ, ut in Arab. *Nivei coloris eras.*] Syr. gloriosa post priorem nigredinem tuam. *Mons altus*] Syr. ܛܘܪܐ ܕܓܒܢܘܢܐ, דגבנונים, ab Heb. גבנונים. *Cur saltatis,* vel *quid velitis montes alti?*] Syr. ܨܒܝܢ צבין, Heb. תרקדון, sicut חתרין, velut in הורטנהין in Dan. 2. *Angelorum,* vel *exercituum.*] Arab. Syr. ܕܚܝܠܐ דחילא ܣܓܝܐܐ, Heb. שנאן, sicut שאן in Isa. 9. 5. *Omnis conflictatio bellatoris.* Et Nun redundat, velut in שבענה in Job. 42. Ramban. *Sinai in sancto loco.*] Sicut Sinai erat Sanctuarium Dei, quando super eum apparebat.

Sectio. Syr.

Dona dedisti filiis hominum.] Velut in Eph. 4. 8. in Syr. ܝܗܒ ܡܘܗܒܬܐ יהבת, Apostolus sequitur Syr. MS. & non Textum Græcum, ex quo probant Syri, codicem Syriac. esse Novo Testamento antiquiorem. *Etiam rebelles non habitabant coram Deo.*] Arab. Syr. ܠܐ לא, ut in Psal. 5. *Malus non habitabit tecum.*

Qui quotidiè nos onerat, vel *eligit nos in hæreditatem ejus.*] Arab. Syr. אגבן ܓܒܢ. *Dominus mortis*

 &

& liberationis.] Syr. ܡܦܩܢܐ ܕܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ id est, exitus à morte ad vitam, alii habent, in plurali, *liberationum. Vertices comæ ambulantium in peccatis suis.*] Syr. ܘܩܘܕܩܕܐ וסערא קדקד, id est, formosas vertices hominum, ut Absolomi opposit. *calvo capiti*, quod ignominia est; Clodion Francorum rex secundus, anno 433. post Christum, Romanos superavit sub imperio suo Tholosam, &c. Et totam Aquitaniam reduxit, & in signum libertatis comatos Francos esse jussit, & ipse etiam dictus erat Comatus. Gagvin. li. 1. Paul. Emil. lib. 1. *Ex Basbane*, vel *è medio bestiarum*, vel *dentium.*] Ut 1 Cor. 15. 32. *Adversus bestias Ephesi.* Syr. מן בית שנא ܡܢ ܒܝܬ ܫܢܐ secundùm id, חיות שנא in Apoc. 13. in Syriac. *Ex profunditatibus maris.*] Profundis persecutionibus, velut in Psal. 130. 1. *Ex profunditatibus. Pedem tuum in sanguine.*] Persequentium, velut in Apoc 6. *Linguam canum tuorum.*] Velut in Apoc. 6. *Bestiis terræ*, id est, canibus. *In eodem*, vel *quisquis ipse fuerit.*] Heb. מן הו non evadet. In Syr. Par. edit. *Ex inimicis tuis*, ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܟ, ut in Arab.

Cantores, vel *Principes.*] Syr. Arab. Heb. à שר. *Super instrumenta*, vel *celebrantes.*] Syr. nomen Dei. *Puella.*] Virgines Propheticæ, ut filiæ Philippi. *E fonte Israelis.*] Id est, Christo, qui venit ex Israele. *Illic est Benjamin.*] Benjamin & Jehuda habitabant in Jerusalē, quò Christus apud Festa venit, & prædicare in finibus Zabulunis & Naphthali incepit, in Mat. 4. *Consilium eorum*, vel *gubernatores.*] Syr. Heb. ab ארגמן. *Gubernator eorum.*] Vel in pace. ܪܕܡܗܘܢ Syr. quasi dormiens, à נרדם. *Catervam*, vel *Bestiam arundinis.*] Syr. ܠܚܝܘܬ ܩܢܝܐ חיות.

Amictam argento.] Syr. & ornatam auro in Apocal. 17. 4. ܘܡܨܒܬܐ ܕܗܒܐ דהבא ומצבתא Syr. Heb. בחרפת. *Dissipa.*] בזר בדר Syr. בזר Heb. *Principes*, vel *nuncii venient.*] Syr. ܐܝܙܓܕܐ איזגדא, Heb. חשמנים, vel sicut השמנים. Heb. pro Cheth, velut in מבחלה in Prov. *Tradet manus suas Deo.*] Syr. Heb. חריץ. *Ab oriente vocem suam edit.*] Syr. Heb. קדם.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 68.
Heb. Arab. 67.

Surget Deus.] Arab. الله, prophetat de resurrectione, Vel, potentiæ divinæ demonstratione, ut Deut. 33. *Eluxit de monte Paran, &c. Nomini ejus.*] Arab. باسمه Jah in Arab. non exprimitur. *Dirigite viam Domini.*] يسروا طريق à ישר, rectam facere. *Super occasum.*] Arab. على المغارب, ipse oriri, & cadere facit planetas, stellásque omnes, ut Job. 9. sed dicit, *Occasum*, quia omne bonum ὁμολογουμένως, à Deo descendit, Jacob. 1. Etiam privatio boni est ab illo. *Solitarios.*] Arab. *Colentes*, id est, Israel, qui populus erat solus Deum colens, sic Num. 23. *Populus habitabit solus, &c. Vinculis*, vel *dimittit potentia sua.*] Arab. بقدرته, sic Pharao non dimisit Israel, nisi manus fortis coactione, Exod. 3. *Rebelles in sepulchris.*] Ut dæmoniaci, Marc. 5. 1. &c. *Cœli pluebant in monte Sina.*] Arab. in nube & caligine, Exod. 19. *Cecidit pluvia. Habitare fecisti in ea* חיתך.] Arab. Animalia tua, حيواناتك, id est, Angeli (dicti, *Animalia*, Ezech 1. & ζῶα, Apoc. 4.) circuitu Israel, in deserto castra metabant. *Bona domus tuæ potentis, dividebant spolia.*] Arab. يقسمون, quilibet Regum dividebat spolia. *Reges fugiebant*, vel *congregabuntur.*] Ad prælium, & prævalebunt; sed in fine erunt victi. Arab. يجتمعون à נסיע in Psal. 1. idem. *In medio planitiei.*] Arab. في وسط السهل. Inter medios cleros Gr, Vel, ut planities inter montes, ab utrâque manu est superata, sic vos ab adversariis, attamen *Mons magnus erit in planitiem*, ut Zach. 4. *Quando separavit Deus reges.*] Id est, elegit. Arab. Saul & David, &c. ad Monarchiam, tunc Israel prævalebat in Gentes, & ut nix illuminabatur, sic de Saul, 1 Sam. 14 *Vexabat eos.* Et David, 2 Sam. c. 7. c. 8. *Quid vultis*, vel *existimatis?*] Arab. Syr. prævalere, vel antecellere. *Millibus exercituum.*] Arab. الجنود. Heb. à שאנן in Isa. 9. *Rebelles permanebunt?*] Non; Arab. nec habitabit Deus inter eos. Heb. interrogativè legitur. Vel, לא שכן à לשכן. *Exitus mortis.*] Vel, Mors & lætitia. Arab. الموت والفرح. *Reges exercituum fœderabuntur.*] Lat. MS. in bonum, vel in malum. Heb. ידדון à דוד *dilectus. Millia habundantium.*] Lat. MS. Heb. שאנן à שנאן. *Oneratur* (benedictionibus) vel *elegit nos in hæreditatem.*] Arab. الذي اكثرنا لميراثه quæ hæreditas est omnium benedictionum Epitome. Vel, *oneratur nobis*, id est, *portabit nos.*] Lat. MS. ut in Isa. *Ab utero à me gestamini, &c. Ego exire faciam è Basan*, vel *medio cuspidum lancearum.*] Arab. انا اخلص من بين الاسنة, id est, è medio Leonum Basan, scil. adversariorum Ecclesiæ, ut in Cant. 4. *E montibus Leopardorum exeas. Ab ipso.*] מנהו Heb. Arab. *Ab inimicis tuis.*] Id est, quolibet eorum. Vel, *à semetipso.*] Lat. MS. id est, ab ipso sanguine. *Cantores.* Lat. MS. vel *Principes.*] Arab. العظما. *Præcipe Deus*, vel *veni in magnificentia tua.*] Arab. ad Judicium ultimum, ان بعزتك. *Increpa feras arundinis*, vel *quas possedisti.*] Nam terra tota, & Gentes sunt Domini. Arab. الذي اقتنيت. Heb. קנה. Dicit, *Arundinis*, quia Behemoth ibi jacebat, ut in Job. 40. *Ut subjuget, tentatos argento.*] Arab. لتحبس المجربين بالفضة, qui pro mercede militabant, adversus Dei populum sese submittent. *Legati*, vel *Apostoli ex Ægypto.*] الرسل Arab. Rom. Neb. Marcus prædicabat Alexandriæ, & Mattheus Æthiopiâ. Faber, Nebiens.

1 *In*

1 *In finem, pro iis qui commutabuntur, David.*
LXVIII. Heb. LXIX.

2 *Salvum me fac Deus: quoniam intraverunt aqua usque ad animam meam.*

3 *Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.*

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

4 *Laboravi clamans, rauca factae sunt fauces meae: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.*

5 *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.*

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injustè: quae non rapui, tunc exsolvebam.

6 *Deus, tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.*

7 *Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.*

Non confundantur super me qui quaerunt te, Deus Israel.

8 *Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.*

9 *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meae.*

10 *Quoniam zelus domus tuae comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.*

11 *Et operui in jejunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi.*

12 *Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.*

13 *Adversùm me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.*

14 *Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.*

In multitudine misericordiae tuae exaudi me, in veritate salutis tuae.

15 *Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis qui oderunt me: & de profundis aquarum.*

16 *Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.*

17 *Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.*

18 *Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.*

19 *Intende animae meae, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.*

20 *Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.*

21 *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectavit cor meum, & miseriam.*

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inveni.

22 *Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potaverunt me aceto.*

23 *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.*

24 *Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurva.*

25 *Effunde super eos iram tuam: & furor irae tuae comprehendat eos.*

26 *Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.*

27 *Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

28 *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in justitiam tuam.*

29 *Deleantur de Libro viventium: & cum justis non scribantur.*

30 *Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.*

31 *Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:*

32 *Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.*

33 *Videant pauperes & laetentur: quaerite Deum, & vivet anima vestra:*

34 *Quoniam exaudivit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.*

35 *Laudent illum caeli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.*

36 *Quoniam Deus salvam faciet Sion: & aedificabuntur civitates Juda.*

Et inhabitabunt ibi, & haereditate acquirent eam.

37 *Et semen servorum ejus possidebit eam; & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 69.*

DE filiis captivitatis singulis in afflictionibus, quos assimilat aquis profundis, ingemiscentibus. Arama בשטם הגלוח. *Ad animam.*] Ad exitum animae. *Flumina obruunt me.*] Ferè, sic *cor Nabalis moritur*, id est, propè mortem erat, quia non moritur nisi post dies 10. ut 1. Sam. 25. 36. *Defatigatus sum clamando.*] Dicit, *Clamando*, etenim qui penè obrutus est aquis pro auxilio exclamat, praecipuè si sit propè littus *maris*, ubi lutum reperitur. Arama לשפח, Captivitatem Babel brevem subindicat; per *Flumina* captivitatem Javan longiorem. Arama. *Deficiunt oculi mei.*] In longa hac captivitate; sicut quis penè obrutus, oculos si forsan invenerit opem, sustulit. *Restitui quod non rapui.*] Id est, per falsas accusationes me restituere coegerunt, ac si aliquid

aliquid violentiâ rapuissem. *Multiplicantur.*] Numero עָצְמוּ, id est, robore. *Stultitiam meam.*] Quòd injustè me reputant stultum. Vel, restitui Babelitis terram, הארץ Canaan (quam à Deo justè hæreditabam) ac si rapuissem illam. Arama. *Exercituum.*] De suprà in cœlis, è quibus decreta veniunt, & infrà, Israelis. *Propter te.*] Quia legem tuam non deseram. *Fratres mei.*] Filii Ismael ex eodem patre, non matre oriundi. *Filii matris meæ.*] Filii Esavi, ex eadem matre Rebecca, prognati. Vel, בני יון. Arama. *Zelus domus tuæ.*] Quia Gentes dominantur in domū tuam magnam, terram sanctam, Arama, & ego sum extortis. *Qui ignominiâ te affecerunt.*] Quasi nunquam redimeres nos ex captivitate. Vel, quia contradicunt legibus tuis. *Et tu es in dedecus mihi.*] Nempè, tua lex; Vel, veritas tua quam propugnavi. *In jejunio.*] In captivitate, quæ est tempus jejunii. *Qui sedent in porta.*] Gubernatores. *Pro tempore accepto.*] Tempus acceptum pro mea redemptione expectans. *In misericordia tua.*] Festina redemptionem; & addit, *In veritate*, secundùm promissum tuum. *Fluvius.*] Inimicus, ut Isa.8. *Fluminis, regem Assur. Puteus.*] Longa captivitas. *Misericordia tua est bona.*] Licet peccaverim. *Ne abscondе faciem tuam.*] Sicut homo iratus. *Appropinqua.*] Deus est quasi remotus, quando non adjuvat. *Dedecus meum.*] Sunt tria verba in eundem sensum, id est, omnes species dedecoris. *Amaritudinem pro cibo meo.*] In mea afflictione cibum & potum meum, contendendo mecum, amarificabant. Vel, venenum mihi infundebant (ut Jerem.11. in R.David) & tunc acetum, ad refrigerandum, & sitim alleviandam, dabant. Arama. *Mensa eorum.*] Quoniam hoc modo cibarunt me. *Lumbi eorum assiduè moveant.*] Ut de locis suis, de superbia decidant; & dicit, *Lumbi*, quia radix virtutis in surgendo est in lumbis, Deut.33.11. *Lumbos, &c.* הִמְעַד in Hiphil, in futuro cum Pathac. ואקוה Vau cum Cametz est conversivum. אנושה pro אאנושה, Aleph occultatur in verbo Pe, & Aleph Ethan est sicut באב, & Shurec pro Holem. *Quem percussisti.*] Quia in me potestatem nisi sub te, non exercent. *In dolorem.*] Dicunt, percutiamus eum quem Deus propter gravia peccata vulneravit. *Addas pœnam iniquitatis ad iniquitatem.*] Punias eos pro iniquitate eorum contra me, sic Gen.15.16. *Pœna Amorræorum, &c.* Et Gen 4.13. *Pœna mea. In justitiam tuam.*] Vel felicitatem, quam pro Israele in tempore futuro, vel post mortem operaris; Est similitudo à regibus, qui habent libros memoriales, ut Malac.3.16. & Dan.12.1. *Qui in libro sunt scripti. Sint oblitterati.*] Id est, in hoc sæculo; mors eorum ne sit expiatio peccatorum, Arama. Vel non scripti sint in libro vitæ. *Qui habet cornua.*] In lege pro sacrificiis pacificorum erat bos trium annorum, & tunc habet cornua, &c. Vel, bos qui cornupetat socium suum. Vel, quia ob magnitudinem facit homines pro illo contendere, בני ארם מקרין ומפרים, Arama. *Videbunt humiles.*] Salutem, & lætabuntur, & dicit, *Humiles*, ut Zach.13 9. *Inducam tertiam partem per ignem*, ut humilientur. *Cor vestrum vivet.*] Quod in captivitate est quasi mortuum, ut Gen.45.27. *Spiritus Jacobi revixit. Cœli & terra.*] Est gaudium magnum, quasi terra & cœli lætarentur. *Urbes Judæ.*] Meminit *Sionis* & *Judæ*, quia sunt radix, sed reliqua loca sub his comprehenduntur. *Ut habitent ibi.*] Captivi prædicti. *Semen servorum.*] Ipsi & filii sui. ירשוה cum Tseri, sicut יעץ.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal. 69.*

Super Shoshannim.] Concentus poëticus, initium Psalmi. Vel instrumentum sex chordarum. מעמד, Ain cum Cametz Hateph, debet esse cum Pathac, quia est nomen, R.Moseh ait est nomen sicut מוקטר, & mutatur propter guttural. *Aquas.*] Hostes, ut Isa.8. *Aquas fluminis, regem Assur. Flumina obruunt me.*] Ferè, non penitus, quia posteà dicit, *Ne obruat me flumen*; sic dicitur, *Anima non erat in me relicta*, id est, ferè. נחר à חרה, sicut יחל Nun cum Hiric in Niphal, ex verbis geminatis. *Qui destruerent me.*] Sic illi sperant, Levit.25.24. *Terra non erit in excisionem*. idem. sic Jos.2. *Homines persequebantur illos*, ut illi existimabant. *Stultitiam meam.*] Lamed redundat, ut in לאבנר. *Tu novisti.*] Si ego peccaverim contra illos, peccata mea non sunt à te abscondita. *Dominus exercituum.*] De suprà. *Israelis.*] Qui sunt exercitus Dei infrà. *Zelus domus tuæ.*] Quia hostes deridebant Domum Dei & Arcam; etenim hic Psalmus est de tempore in quo Israel erat captivus, & testis hujus est illud, *Ædificabuntur civitates Juda. Lugebam in anima mea.*] Clàm. *Saccum vestimentum meum feci.*] In captivitate. *Qui sedebant in porta.*] Filii hominum deridebant illum in afflictione. *In salute tua veritatis.*] Id est, verâ salute. *Ne claudat os.*] Sic, ut non inveniam in siti mea aquas, ut Jud.3.15. *Ehud erat clausus dextera sua.* idem. קרבה In imperat. verbum יוצא, id est, appropinquare fac redemptionem animæ, & גאלה ut גאולת, R.Moseh, sed גאלה est in imperat. ut למרה. *In laqueum.*] Quis dederunt me fel pro cibo. *Effunde in illos indignationem tuam.*] Quando lapsi sunt; sit habitatio eorum desolata, fugiendóque non evadant ex ira tua ad habitandum in ea. *Colloquuntur de doloribus.*] Qui contigerunt illis, sic Ezech.33. *Filii populi colloquuntur de* vel *contrà te*, vel de malis eorum gaudendo. *Addas iniquitatem.*] Hanc ad reliquas, & ne sint oblitæ. *Ne veniant in justitiam tuam.*] Ut posteà dicitur, *Ne scribentur cum justis*, id est, exscindentur, quia quando generantur homines, decreta sunt in cœlis scripta, & quando pereunt, obliterantur de libro, ut Exod.32. *Dele me de libro tuo. Libro viventium.*] De cœlis. *Cum cantico.*] Post reditum in diebus Christi. Non est in Bomberg. sed Basil. *Qui habet cornua.*] Id est, bove majore non parvulo. Vau deficit in פר, vel Mem bis sumitur. *Vinctos.*] Filios captivitatis. *Cœli & terra lætentur.*] Id est, incolæ, vel per similitudinem tantum erit gaudium, ut gauderent cœli & montes, &c. si sentirent illud Isa.55.14. *Montes & colles cantabant, &c. Ædificabit urbes Juda.*] Hic versus ostendit hunc Psalmum de captivitate dictum fuisse. *Semen servorum.*] In diebus Christi vel Davidis erunt hæredes.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.69.*

De luto.] Civitate Gehennæ.

Sect.4. *Ex R.Obad.Gaon. in Psal.69.*

De congregatione captivitatis recolligenda. *Usq; ad animam.*] Ut cessare faciant legem. *Non est stabilimentum.*] ואין מעמד, quia occisus est Gedaliah in captivitate, ut in Jerem. *In profunditatibus.*]

Sub

Sub Græcis. *Inimici.*] In facie Alexandri Macedon. *Prevaluerunt.*] עצמו, id est, Cuthæi. *Restitui.*] Egyptii postulabant id quod mutuò dabant in Exo.12. *Fratribus.*] Id est, Saducæis & similibus. *Et pacis.*] לשלומים, id est, mensa pacis in laqueum, à שלומים. *Et lumbi.*] Ne fugiant. *In justitiam tuam.*] Ne sis longanimis erga illos.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.69.*

Shoshannim.] Israel, *Sicut lilium inter spinas*, Cant.2. *Oculi mei deficiunt.*] Expectando auxilium quod non venit. *Restitui quod non accepi.*] Dona ad pacem meam redimendam (quæ ab illis non rapui) dedi, ut Hezech. cum Rege Assur. Vel, vehementèr eram oppressus à Gentibus, exigerunt quicquid voluerunt, & non ausus sum resistere. *Invidia domus.*] Dei, consumpsit me, inviderunt modo cultus tui, ideóque pugnant mecum, אנשה pro אאנש, 2 Sam. 12.15. *Erat eger valdè*, idem. Aleph est servilis, & radicalis, & sic quælibet vox ab Aleph incipiens, ut אהב pro אאהב & אסף, Zephan. 1.2. *In porta*, vel *in Seir.*] Edom deridet nos in captivitate. *In cibo.*] Ut 2 Sam.13.5. *Ut edam de manu sua*, idem. *Persequuntur.*] Addunt ad affligendum Israel, ut Zach.1. *Magis quàm bos cornua habens & ungulas.*] Bos quem obtulit Adam, qui perfectus erat de terra creatus, & sicut mos est omnium quæ nascuntur, caput primò ascendit, שור פר in die quo nascitur, vocatur bos, quia similis est triennali bovi, שלש שנים MS. שנים, Non est in Venet.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 69.*

Super Shoshannim, vel de captivitate Synedrii, *Profundis aquis.*] Populis, ut Isa.8. *Aquas fluminis. Flumen obruit me.*] Rex impius qui duxit me captivum. *Restitui.*] Per falsum eorum testimonium, quod non abstuli, coactus. *Qui quærunt te.*] Tuam instructionem. *Qui exhonorabant te.*] Colentes præter te idola. *Povea.*] Gehennæ. *Luto.*] Captivitate. *Pacifica eorum sint in offendiculum.*] Ne lætentur in illis, à שלמים. *E libro viventium.*] Libro memoriali. *Præ bove.*] Quem obtulit Adam. R.Sol. *Cœli & terra.*] Angeli cœli, & incolæ terræ.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.69.*

Domine Deus.] Octo sic scribuntur in Lege & Cethubim, *Adonai Johov*. Gen. 15.2. *Domine Deus, quid dabis mihi?* Et *Quomodo sciam?* Gen.15.8. & omnes Prophetæ sunt אדוני, sed quinque sunt יהוה אלהים. *Flevi.*] Tria sunt, 2 Sam.12.21. *Flevi pro puero.* Nehem.1.4. *Sedebam & flevi.* Pius homo pro amicis & inimicis fletu naturali; & spirituali pro Ecclesia ingemiscit. *Ad dedecus meum.*] Duo sunt, Dan.12.2. *Ad æternum dedecus.* Derisio erit tandem derisorum portio. *A profundis aquis.*] Vox incipit cum duplici Mem, ut Ezech.9.6. *A Sanctuario meo.* Et multa alia hic citantur. *Redime eam*] Non habet simile cum Mappic. *Ne scribantur cum justis.*] Id est, pereant. Quatuor sunt, Jer.17.13. *Scribantur in terra*, Ezech.13.9. *In Scriptura domus Israelis*, Psal.139.16. *In libro tuo scribuntur.* Deus justorum in bonum, non sic impiorum meminit. *Cor vestrum vivet.*] In resurrectione ultima; Tria sunt, Psal.49.9. *Ut viveret in æternum*, Psal. 72. *Vivet & dabitur ei de auro, &c.*

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.69.*

Christus hoc loquitur. S.Aug. *Shoshannim*, vel *Lilia.*] Sanctos inter spinas, ut Cant.2.1.2. Vel, *Pro iis quæ commutabuntur.*] Gr.Vul. Causa nostræ commutationis in melius, est Dominica passio. S.Aug. Vel de reditu à Babel. Theod. מעמד.] Id est, nullus est quietis, vel stationis locus in afflictione. 1.Arg. *Stultitiam meam.*] In multorum opinione non in veritate. 2.Arg. *Inter fratres meos.*] Ut Joh.7.2,3,4. *Nec fratres sui credebant in eum.* 3.Arg. *Quæ non rapui.*] Non peccavi, & pœnas dabam; non solùm nihil rapuit, sed quod de rapina non habebat, hoc se evacuavit, Phil.2. S.Aug. Vel, *Exsolvebam.*] Injustè pœnas luo. Theod. *Delicta mea.*] Fuit Christus susceptor delictorum, non commissor. S.Aug. *Zelus domus tuæ.*] Quando Christus expulit emptores, &c. S.Aug. 2 Joh.17. Rom.15.3. 4.Arg. *Canticũ ebriosorum.*] Dicebant de Christo, est οἰνοπότης, Mat.11.18. 5.Arg. Dicunt, quod eâdem nocte quâ captus erat Christus, non edebat, nec bibebat, sed ebrii & musici deridebant illum. Vel, qui bibebant vinum erroris. S.Aug. *Ne obstruat os suum.*] Quò minùs resurgam tertiâ die. Vel, *Ne coronet super me os suum.*] Lat.MS. Heb. אטר ut עטר, id est, ne circundet me, ut in 1 Sam.23. *Circundabant David*, idem. *Inveni multos.*] Quia omnes fugiebant, Mat.26.20. *Amaritudinem dederunt.*] Vinum myrrho mixtum, ut Marc.15.23. & acetum deridendo. 6.Arg. *Cor meum expectabat ignominiam.*] Gr. futura ista prædixit Christus. S.Aug. sic Psal.145.15. *Oculi omnium in te expectant*, idem. *Mensa eorum.*] Quam præparant pro me, vel lætitiâ. Theod. *Sit laqueus illis.*] Ut Rom.11.9. id est, sit causa rejectionis Judæorum, ipsi sibi sunt scandalum. S.Aug. *Sint obscurati.*] Per infidelitatem, cæcitas Judæorum occulta vindicta est. S.Aug. *De libro viventium.*] Ut prisci Romani in Fastis res foris gestas, singulorumque annorum publicæ memoriæ causa præscribebant,

Horat.lib.4.Od.14.

——tempora quæ semel
Notis condita Fastis——

Et Od.14

Per titulos memoresq; Fastos,

Dorsum eorum incurvent.] Ad portanda onera servitutis eorum. Vel, quum cessaverunt superna cognoscere, necesse est ut de inferioribus cogitent. S.Aug. *Palatium desolatum.*] Templum, ut Mat.23. *Domus vestra desolata*, factum est hoc in ipsa civitate Jerusalem. S.Aug. *Loquuntur ad dolorem.*] Mat.27.41. *Eripiat illum, &c. Deleantur.*] Fratres non sic accipere debemus, quòd quenquam Deus scribat in libro vitæ, & deleat illum; homo dixit, *Quod scripsi, scripsi*, sed ibi se scriptos putabant. S.Aug. *Bove qui habet cornua & ungulas.*] Qui habet parva & curva cornua pulcher est, instar Lunæ tertio die, à novilunio in fronte, ubi necabatur niveus, in cæteris fulvus.

Horat.lib.4.Od.2.

Fronte curvatos imitatus ignes,
Tertium Lunæ referentis ortum,
Qua notam duxit niveus videri
Cætera fulvus.

Vel, *Super bovem taurum, cornua efferentem, & ungulas.*] Lat. MS. id est, perfectè, & sine macula offertur. Oratio Christi pro liberatione.

Sect.9.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 69.*

Shoshannim.] Seu de rebus immutandis. Ang. MS. *Haerent in luto.*] Ang. MS. *Stultitia mea.*] Si sim stultus, ut de me praedicant. *Incurvent.*] Id est, priva eos divitiis & robore. Ital. *Cornua.*] Id est, grandiusculo & pulchro bove sine macula. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr & Vulg. in Psal. 69.*

Cantabant bibentes siceram.] Lat. MS ipsi cantabant, ego verò lugebam. Vel, *In me psallebant.*] Vulg. faciebant cantica de macie mea, & miseria; forsan non loquitur David de seipso, sed de alio qui factus erat proverbium populi, & tympanum, ut Job 17. & Ahab in Jer. 29. 20. *Expectavit cor meum.*] Opprobria, ut Job ait, *Id quod expectavi venit in me*, à ישברו *expectant*, in Psal. 145.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 69.*

Quando rebellabat Sheba (ܫܡܥܘ Semu, Syr.) 2 Sam 20. & de passionibus Christi, Judaeorúmque rejectione. Par. edit. *Usq; ad animam*, vel *spiritum.*] Ad claudendum spiritum, & penè demergor, quia abyssus abyssum invocat; persecutionem Saulis & Absalomi sequitur alia Shebae, 2 Sam. 20. *Clamando.*] Propter aliquorum auxilium. *Stultitiam meam.*] Prout illi existimant de hac restitutione. *Canticum ebriosorum.*] Quum Xerxes in quodam festo ebrius esset, & in Regia sua dormiret, ingressi eum interficiunt die à patris morte quinto & quadragesimo. Ctes. Pers. & Zenoph. de Cyri paediae lib. 1. Erat lege cautum apud Persas, ne urcei in Symposia importarentur, putantes si non potarent nimis, corpora mentésque minus labefactari, hac verò tempestate urceos non importari adhuc permanet; ac tantum bibent, ut non importent, sed ipsi exportentur, quum nequeant amplius erecti egredi, (sic Amos 6. *In phialis majoribus vinum bibentes, &c.*) & ibidem, moveri cibis vel vinis, mente oculisve videtur Persis esse porcinum & immane. *Ne claudat super me.*] Syr. ܘܠܐ ܢܐܚܘܕ ܥܠܝ, תאחורי Heb. תאטר, sed audi clamorem meum, quasi è puteo aperto. *Opprobrium*, vel *sana diruptionem cordis mei.*] Syr. אסא ܚܣܕܐ ܬܒܪ ܠܒܝ. Heb. חרפה, sicut חרפה, vel à חרפי juventute in Job. 29.

Sectio in Syr.

Retributio eorum propter offendiculum.] Id est, merces eorum sit illis in scandalum, & prosperitas eorum causa ruinae. Vel, vindicta in eos sit occasio eorum lapsus gravissimi. Syr. ܘܦܘܪܥܢܗܘܢ ܠܡܬܬܩܠܘ, id est, cadant & non resurgant, ut Prov. 24. *Lumbi eorum sint curvi.*] Subter onera hostium suorum, & nunquam fiant recti, sit illis curvitas corporis, irae divinae indicium, ut Gen. 4. *Posuit signum in Cain. Obtenebrentur oculi eorum.*] Ut redemptionem à captivitate quam expectant, non intueantur. *Enarrant* vel *addunt dolori tuorum qui trucidantur.*] Per scommata sua velut in Mat. 27. 40. *Cor vestrum vivet.*] Laetamini, ut in Gen. 45. *Spiritus Jacobi revixit*, id est, gaudebat, & Psal. 22.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 69.*
Heb Arab. 68.

Pro iis quae commutabuntur, & prophetia Arab. MS. Vul. id est, de variis mutationibus hujus saeculi,

Per varios casus, per tot discrimina rerum.

Quod non rapui, vel *quod ignoravi tunc retribuerunt mihi.*] Arab. Rom. Neb. لم اعلم جازوني, sic in Psal 35. *Quod ignorabam à me postulabant*, id est, de rebus falsis me criminabantur, videtur Arab. Interpres ad locum istum respicere. Vel, quilibet adversariorum mihi dixit *Tunc retribuam* אז אשיב אשר לא גזלת, *tibi quod non rapuisti*, id est, vindictam meam in te faciam. *Factus sum exul à fratribus meis.*] Arab. صرت نغيل, si de Davide; tunc intendit exilium ejus extra terram sanctam, inter Pelistaeos; & fratres ejus cum rege Moab commorabantur, 1 Sam. 22. *Zelus domus tua comedit me.* Quotidie ingemisco, quia à Domo tua & Arca sim exul, sic in Psal. 27. *Unum petii, & adhuc requiram, ut habitem in domo Domini.* Et in animi moestitiâ, illos qui expellebant eum de domo Dei, execratur, 1 Sam. 26. *Maledicti sint, quia expulerunt me hodiè ab haereditate Domini, &c. Consilium inierunt adversùm me*, οἰνοπόται, vel *bibebant vinum.*] Arab. شربوا الخمر. In signum confoederationis eorum, ut rata sint eorum proposita, Scythae feriendo foedere bibebant. Hero. Melpô. sese devovent, & postea vinum epotant ἀποπίνουσι. Vide in Sect. 8. in Psa. 55 p. 158. Et in Judic. 9. *Comedebant, bibebant*, Confoederati, & sic confoederati Absalomi, 2 Sam. 15. etiam Adonihu, 1 Reg. 1. *Non sit qui habitet in illo.*] Vel, *Non habitet eorum domicilia qui aedificat ea.*] Arab. لا يسكن مساكنهم من يعمرها. Aedificent illi domos, ejiciantur, & succedant alii, ut in Job. 27. *Induet justus* quod impius congregavit. *Deleantur de libro.*] Ut Psal. 1. *Non resurgent in judicio.* Theod. *Ne introeant in aequitatem tuam.*] Arab. في عدلك, id est, in moderationem severae justitiae, sentiant *justitiam absq; misericordia, quia misericordiam non ostenderunt*, ut Jacob. 2. *Cum confessione.*] Heb. בתודה oris & operis, ut sim justus apud Deum. Arab. عند الله بارا.

---

1 *In finem, Psalmus David. In rememorationem, quòd salvum fecerit eum Dominus.*

LXIX. Heb. LXX.

2 *Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.*

3 *Confundantur, & revereantur, qui quaerunt animam meam:*

4 *Avertantur retrorsùm, & erubescant, qui volunt mihi mala:*

Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.

5 *Exultent*

5 *Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.*

6 *Ego verò egenus, & pauper sum : Deus adjuva me.*

Adjutor meus, & liberator meus es tu : Domine ne moreris.

Sect.1. *Ex R. David. in Psal.70.*

COmposuit David hunc Psalmum, quando fugiebat à Saule, vel ab Absalomo : nam in Psalmo sequenti meminit suæ senectutis, & non erat senex, quando fugiebat à Saule, sed 30. annorum juvenis, Arama. *Retrò.*] à cogitationibus suis erga me nocivis. *In mercedem pudoris.*] Cui exposuerunt me. Vel, *Ob calumniam pudoris.*] Quâ me calumniabantur, dicentes, *Aha,* עקב רגל, Arama, sic רגל linguæ attribuitur, Psal.15. Vel *in via* pudoris quâ ambulabant, revertantur, Arama. *Ego sum pauper.*] Quia filius suus expulisset eum de regno suo. *Salutem tuam.*] Quâ me servas.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.70.*

Ad commemorandum.] Tonus Poëseos, cujus est tale initium. *Erubescent.*] Subitò, quando auxilium mihi præbes. יסוגו in Niphal, à סוג, ut יבונו. *Retrò in vestigiis pudoris eorum.*] Id est, in eodem pudore erunt, cui exposuerunt me. R.Sol. ut Cant.1.8. *In vestigiis gregis,* à עקב. Vel, *In mercedem & pœnam pudoris eorum.*] Mensura pro mensura, ut Psal. 19.11. *Magna merces,* idem. *Gaudeant.*] Oppos. ad *pudorem eorum. Pauper & egenus.*] Revera, vel in opinione inimicorum. *Ne moreris.*] תאחר auxilium meum, יצא verbum vel activum.

Sect.3. *Ex Mid.Tillin in Psal.70.& 71.*

Ad commemorandum.] Mirabilia Dei coram Arca. Vel pastorem; est similitudo à Rege qui gregem possidet, & in ira sua expellit oves, diruit ovile, ejicit pastorem, posthæc pacificatus, recolligit oves : Deus ædificat Sion. tanquam ovile, vt in priori Psalmo, sed non meminit pastoris, ideò dicit, *Ad commemorandum* pastorem. *Redime me.*] à paupertate mea, non propter opera mea, sed in justitia & veritate tua, ut Isa.59. *Vidit quod nullus erat intercessor, &c.*

Sect.4. *Ex R.Obad. in Psal.70.*

De redemptione sub domo secunda. *Quærentes animam.*] Ananiæ, &c. Dan.3. *Dicentes, Aha.*] Id est, Tyrii, ut in Ezech.26.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.70.*

Ad commemorationem.] Israelis coram Deo in oratione, ut 1 Paral.16.4. & in Mica 4. *Nomen Domini Dei* נזכיר *commemorabimus.* Vel ad commemorandum pastorem cum grege, ut est in Midrash Tillin. *Revertantur in vestigiis pudoris eorum.*] Illis, ut illi mihi, redde, עקב.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.70.*

Ad commemorandum.] Delicias aromatis, incensi זכרון propter memoriale, Levit.2. *Super calcem revertentur, sit pudor eorum.*] Propter odium contra me, sic Gen.49.17. *Mordet calcem.*

Sect.7. *Ex Masora in Psal.70.*

In mercedem pudoris eorum.] Quo pudefecerunt sanctos. Quatuor sunt, Zephan.3.19. *Laudem, ubi pudori erant expositi* ; Et, *Induantur pudore, sicut veste,* nempè, indies.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 70.*

In reminiscentiam.] Peccati. Theod. *Avertantur statim qui dicunt, Euge.*] Adulantes, nam plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. S. August. Vel, *Revertantur ad vestigium confusionis suæ.*] Lat.MS. in iisdem vestigiis. *Dicentes, Aha.*] Gaudentes in malo alieno, ab Oppos. *Jocundentur in te.*] Non in me, non in illo. S. August. *Magnificetur Dominus.*] In illo quicquid ego, ille, non ego. S.Aug. Precat.ejusd.subj.cum priore.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.70.Heb.71.*

Filiorum Jonadab.] Gr. in hoc Psalmo sunt de Domino nostro oracula, ideóque Judæi hostes Christi repudiant hunc, & similes titulos. Greg.Nyssen. *Revertantur statim.*] Vulg. quasi per supplantationem vel insidias, à עקב.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal. 70.*

Quando Sheba erat captus, etiam oratio Christi. Par.edit. *Vertant in calcem.*] Id est, retrorsùm. Syr. Heb. עקב, post mortem Shebæ, 2 Sam.21. Omnes Israelitæ redibant ad sua tabernacula, confusi. Vel, *Duplici pudore.*] Sit secundus in calce prioris. Syr. ܒܥܩܒܐ ܕܒܗܬܬܗܘܢ.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal. 70. Heb.Arab.69.*

Retrò, vel super calcaneos suos.] Arab. علي اعقابهم, id est, spe suâ, ut cadam in eorum manus, frustrentur, & supplantentur. *Avertentur in mercedem pudoris, vel velocitèr confundentur.*] Arab. مسرعا, sicut per insidias, vel supplantationem more Athletarum, à עקב. Theod.

1 *Psalmus David.*
Filiorum Jonadab, & priorum captivorum.
LXX. Heb. LXXI.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum :

2 *In justitia tuâ libera me, & eripe me.*
Inclina ad me aurem tuam, & salva me.

3 *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum : ut salvum me facias :*
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

4 *Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui :*

5 *Quoniam tu es patientia. mea Domine :*

Domine, spes mea à juventute mea.

6 *In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ, tu es protector meus.*

In te cantatio mea semper:

7 *Tanquam prodigium factus sum multis: & tu adjutor fortis.*

8 *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam.*

9 *Ne projicias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

10 *Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.*

11 *Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.*

12 *Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.*

13 *Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.*

14 *Ego autem semper sperabo: & adjiciam super omnem laudem tuam.*

15 *Os meum annunciabit justitiam tuam: tota die salutare tuum.*

Quoniam non cognovi literaturam.

16 *Introibo in potentias Domini: Domine, memorabor justitiæ tuæ solius.*

17 *Deus, docuisti me à juventute mea: & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.*

18 *Et usque in senectam & senium: Deus ne derelinquas me.*

Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est:

Potentiam tuam.

19 *Et justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?*

20 *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conversus vivificâsti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me:*

21 *Multiplicâsti magnificentiam tuam: & conversus consolatus es me.*

22 *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel.*

23 *Exultabunt labia mea cùm cantavero tibi; & anima mea, quam redemisti.*

24 *Sed & lingua mea totâ die meditabitur justitiam tuam, cùm confusi & reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 71.*

EST ejusdem subjecti cum priore, ideò non dicit, *Præfecto musica*, ut in reliquis. *In tua justitia.*] Non in mea, quia novit David, pœnam peccati sui in re Uriæ, illud fuisse, ut dixit Nathan, *Exscitabo malum ex domo tua*, Et dicit, *tua*, quia Israel injuriâ affecit eum rebellando. *In rupem habitationis.*] Quia fugiebat à Jerusalem, & domo suâ. *Dedisti præcepta.*] Antehac Angelis tuis, ut me servarent, sic Psal. 91. 11. *Præcepit Angelis suis, &c.* *E manu impii.*] Absalomi, Arama. *Hominis crudelis.*] Ahitophel. חומץ, sicut חומס, sic השבים, Samech pro Tsaddi, à שבצות, Isa. 3. 18. Non est in Cod. Cremon. *Ab utero.*] Tu præparabas tunc temporis cibum meum, licet ego hoc ignorabam. גוזי.] Ut Num. 11. 31. *Et adduxit* ויגז. idem. *Signum multis.*] Qui à me instructionem recipient, quando pœnas peccati mei invenerunt. Vel, *Prodigium in partu meo.*] In utero secundina erat in inferiori parte aperta & non cecidit, Deus corroborabat eam, Rabboth. in Niddah. Arama. *Cum laude tua.*] Quando servas me, & ego gloriar in hac spe. *In mea senectute.*] Nunc robur meum deficit, & filius insurgit in me. *Observant animam meam.*] In malum, ut Job. 10. 9. *Si peccem tu observas me.* Vel, qui custodierunt animam meam antea, nunc consilium capiunt in me. Vel, *Qui custodiunt animam meam.*] Ut non fugiat è manu eorum, ut 1 Sam. 19. 11. *Ad custodiendum, & occidendum eum manè.* *Dereliquit eum Deus.*] Erat secum antè in præliis suis, sed nunc filius ejus persequitur eum. *Ne sis longè à me.*] Licet illi dicunt, *Dereliquit eum.* *Magis & magis.*] Magis quàm pro præteritis liberationibus. *In robore Domini.*] Non in mea justitia & viribus, in Israelitas rebelles, appropinquabo. *Docuisti me.*] Quòd omnia à te descendunt. *Brachium tuum.*] Si in senectute eos subjugem, omnes dicent, Ecce digitus Domini! *Donec declaravi.*] Per hunc Psalmum, & alios in Dei laudem compositos. *Nobis monstravisti magnas tribulationes.*] Dicit, *Nobis*, in persona captivitatis, quæ redibit ad Jerusalem, sicut David post obitum Absalomi, & hęc prævidet David per Spiritum sanctum, usque ad finem Psalmi. *Nos revivificabis.*] Quia sumus sicut mortui in captivitate, כמו מתים. *Ab abyssis terræ.*] In quibus quasi absorpti sumus; est locus Draconum, Psal. 44. *Multiplicabis splendorem meum.*] Post captivitatem. *Convertes & consolaberis.*] Id est, convertes faciem tuam, sed in captivitate abscondisti eam. *Cum psalterio.*] Post reditum, quia in captivitate Babel dicunt, *Quomodo cantabimus?* Psal. 137. *Veritatem.*] Promissi tui de nostra redemptione. *O Sancte Israelis.*] Dicit, *Sancte*, quia tunc sanctificabitur nomen Dei in Israele. *Labia & anima mea.*] Concurrunt in laude tua. *Quam redemisti.*] De captivitate, quia cor meum ad recipiendum spiritum in captivitate est indispositum. *Etiam lingua mea.*] Meminit *linguæ & labiorum*, quia pronunciantur voces labiis & linguâ.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 71.*

Libera me in justitia tua.] Quia justus es, & injuriam mecum faciunt. *Præcepisti.*] Per manum Samuel ad liberandum me; opinor quòd David composuit hunc Psalmum, ut similem Psal. 104. Vel, decrevisti, ut Psal. 148. 5. *Præcepit, & stetit.* *Eduxisti me.*] Ex utero in hoc præsens sæculum, sic Num. 11. 3. *Adduxit* ויגז. *Ego sum portentum.*] Non credunt,

dunt, quòd ita miraculosè fim liberatus. Vel, quia illi non credunt in te,sic *Ezechiel erat signum. Toto*, vel *omni die.*] Usque ad finem dierum meorum. *In tempore senectutis.*] Quoniam fuisti mecum ab utero. *Servabant animam.*] Antehac. *Festina.*] Aliterdicent, quòd me dereliquisti. *Qui sunt adversarii.*] Et erant amici mei, *Qui quærunt malum mihi.*] Id est,qui semper erant mei adversarii. *Licet haud novi.*] Sic Exod.34.9. *Licet sit populus duræ cervice*, idem. *Omni venturo.*] Nempè,generationi venturæ, ut Ecclef.1. *Una generatio venit. Valdè sublimis.*]Supra omnem laudem, ita ut eam attingere nequeam. *Profunditatibus terra.*] Afflictionibus,ut in Psal. *De profundis clamavi.* חרב in forma gravi,ut עזוז in Judic.16.° *Et anima mea.*] Citharam, labia, & animam in laudibus Dei conjungit, & anima est principalis respectu corporis, & Rex. חרננה Dages ob defectum Nun, quia est ex geminatis. *Lingua etiam mea.*] Dicit גם *etiam*,id est, aliis temporibus, quando non est mihi cithara.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 71.

In servitutem regnorum. *Impius.*] רשע, id est, Haman. *Sicut prodigium.*] כמופת, quando tres socii erant liberati, Dan.3. *Veniam in fortitudinibus.*] In diebus Machabæorum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 71.

חומץ, sicut חומס, Isa.1.17. *Dirigite oppressum*, idem,sic רציצי pro פרסוסי in Amos. *Ego sum signum multis.*] Timent ne idem illis sicut mihi contingat, ut Ezech.24.24. *Ezechiel est vobis in signum. Omni venturo.*] Omni ad me venienti enarrabo laudes tuas. *Senectutis.*] Quando senui peccatis, id est, peccata mea multa sunt.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 71.

Docuisti me.]Per signa & miracula, בנסיא. *Vivificabis me*, vel *nos.*] יחינא.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 71.

Rupes habitationis.] Per Arcam in Tabernaculo, quatuor sunt, & nomen urbis est simile, 1 Sam.2.29. *Ad sacrificium meum in habitatione mea.* 1 Sam.2. *Hostem in habitatione mea.* Psal.90.1. *Domine, habitatio nostra. Quando deficit robur meum.*] ככלות non habet simile, & unum est cum Beth, & tria sunt cum Darga, Pro.5.11. *Quando caro & corpus tuum consumuntur.* Et sunt de Alphabeto, unum cum Beth, aliud cum Caph, ut ככרים, & בכרים,&c. *Addam laudare te.*] Id est, pro omnibus tuis beneficiis. Quatuor sunt, duo cum accentu in ultima, & unum defectivum ex illis. *Addam tuis diebus*, de Hezechia, plenè. Et duo sunt cum accentu in penultima,Milra, Ecclef. 1.4. *Addidi magna opera*, & *addidi sapientiam. Quam redimisti.*] Tria sunt cum accentu, Psal.31.5. *Spiritum meum redemisti*, & *quem redemisti per majestatem tuam*, &c. Spiritus, ad Deum qui dedit eum,redit.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 71.

Psalmus filiorum Jonadab,& eorum qui primò erant captivi ducti in Babel.Gr.Vulg. Lat.MS.ducti sunt primi, secundi, & tertii, sed nomine captivitatis commendatur gratia libertatis. S.Aug. Dicit,*Primò*,sed filii Jonadab non erant primò captivi, Jer.36. Theod. *Refugium meum.*] In rupe. 1.Arg. *Viro crudeli.*] Nebuchad. *Ab utero.*] Sic Isa.46.4. *Gestamini à me ab utero.* 2.Arg. *De ventre.*] Exitu ab Ægypto.Theod. *Miraculum multis.*]Sic Num.23. *Populus habitabit solus.* 3.Arg. & Christus erat signum ἀντιλεγόμενον, Isa.8.18. Luc.2. Vel,*Prodigium.*] Quia credo quod non video.S.Aug. Vel in miraculis pro me tuis.Theod. *In senectute.*]Captivitate,quando robur ad resistendos hostes deficit. Basil. Vel, ibi erat vetus noster homo cum Christo crucifixus. S.Aug. Vel literalitèr,quia in senectute animus vindictæ cupidus mitigatur,

Horat.

Lenit albescens animos capillus,
Litium & rixæ cupidos protervæ,
Non ego hoc ferrem calidus juventâ
Consule Planco.

Deus dereliquit illum.] Sic dicebant Babylonii, Jer. 50.7. 4.Arg. *In potentia Domini Dei.*] Ut te in secunda domo celebrem. 5.Arg. *Quoniam non cognovi literaturas.*] Lat.MS.ut aliis componam Psalmos, sed pro facultate mea, ore te laudabo, nam quilibet pius non est Maschil,Ab.Ezra,ut Psalmos componat. *Ab abyssis terra.*] Babel in Isa, dicitur *Abyssus* sit exsiccata,nempè, Babel. Vel illo resurgente, nos reducti sumus ex abyssis terræ. S. August. è sepulchris. *Confundmntur.*]Caldei per Persas.

Sect. 9. *Ex Ital.&c. in Psal.* 71.

Filiorum Jonadab. Ang.MS. Bodl.Gall. *Impius.*] Absalom. Ital. *Introibo in virtute Domini.*] Id est, semper ero invincibilis per Domini potentiam. Ital. Vel ego in opera Dei potentiæ investigabo. Ital. *à raccontare i tuoi fatti potenti.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 71.

Tanquam prodigium.] In captivitate, ut Moses dixit in Deut.29.21. *Videbunt omnes plagas terra*, sicut in subversione Sodom,& *dicent* stupendo omnes gentes, *Quare sic fecit Dominus?* Sic Deus dixit Solomoni, *Hac domus excelsa erit in proverbium*, &c. *Ex abyssis.*] Peccatorum,sic in Rom.10. *Quis descendet in abyssum*, ut captiva ducat peccata? Greg. Nyss. nemo nisi Christus.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 71.

Quando Saul pugnabat contra domum [Syriac] Davidis. Et de passione & resurrectione Christi. Pat. edit. *Præcipe de salvando me.*] Syr. ut Psal.91. *Præcipiet Angelis de te, &c.* [Syriac] *Qui abripuisti me.*] Vel, *Tu spes mea es.*] Syr. חוכלני [Syriac] Heb. גוזי, sicut בית גוזי in Syr. *Admiratio factus sum.*] Quia in te speravi solùm, & absque mediis me eripuisti. Syr. [Syriac] *Sperabo*, vel *orabo jugiter.*] Syr. [Syriac] אצלא spe orabo pro liberatione in similibus angustiis. *Non enim novi Scripturam.*] Syr. [Syriac] in libro scribere laudes tuas omnes est impossibile. *Commemorem ego solus.*] Syr. dicit, *Solus*, absque Scriptura ob alios. *E profunditatibus terra.*] è profundis foveis & cavernis, ubi David delitescebat ob timorem Saulis, 1 Sam.22.1.&c.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 71.
Heb. Arab. 70.

Filiorum Jonadab,& priorū captivorum. Arab.MS.

 Vulgat.

Vulgat. *In tempore senectutis.*] Non loquitur Christus de ætate corporis sui, sed Ecclesiæ, Iren. apud Nebiens. Vel sicut illud in Hos. 7. *Cani capilli sunt hic & illic dispersi, &c.* id est, captivitas Israel, quæ est velut *senectus*, appropinquat; Videtur quòd filii Jonadab erant captivati per regem Assur, ut Num. 24. de Kenitis (ex quibus Jonadab) dicitur *Assur te ducet captivum.* *Quia ego nescivi librum.*] Arab. لأني لم اعرف الكتاب impossibile est ut liber laudabilia tua opera omnia comprehendat, ut te formula laudarem. Heb. ספר ספורות à ספר. *Introibo in potentia Dei.*] Arab. فادخل في جبروت الرب, In domum Dei introibo, & ut possim, ope Dei Deum celebrabo, & illius potentiam solam. *Multiplicâsti magnificentiam tuam.*] Lat. MS. Arab. عظمتك. Heb. *Meam*, id est, *Tuam* quam mihi dedisti.

Psalmus.
1 *In Salomonem. LXXI. Heb.*
LXXII.
2 *Deus judicium tuum regi da: & justitiam*
tuam filio regis:
Judicare populum tuum in justitia, & pauperes
tuos in judicio.
3 *Suscipiant montes pacem populo, & colles*
justitiam.
4 *Judicabit pauperes populi, & salvos faciet*
filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
5 *Et permanebit cum Sole, & ante Lunam,*
in generatione & generationem.
6 *Descendet sicut pluvia in vellus: & sicut*
stillicidia stillantia super terram.
7 *Orietur in diebus ejus justitia, & abun-*
dantia pacis: donec auferatur Luna.
8 *Et dominabitur à mari usque ad mare; &*
à flumine usque ad terminos orbis terrarum.
9 *Coram illo procident Æthiopes: & ini-*
mici ejus terram lingent.
10 *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent:*
reges Arabum & Saba dona adducent:
11 *Et adorabunt eum omnes reges terræ:*
omnes gentes servient ei:
12 *Quia liberabit pauperem à potente; &*
pauperem, cui non erat adjutor.
13 *Parcet pauperi & inopi: & animas pau-*
perum salvas faciet.
14 *Ex usuris & iniquitate redimet animas*
eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
15 *Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, &*
adorabunt de ipso semper: totâ die benedicent ei.
16 *Et erit firmamentum in terra in summis*
montium, superextolletur super Libanum fructus
ejus: & florebunt de civitate sicut fœnum terræ.
17 *Sit nomen ejus benedictum in secula: ante*
Solem permanet nomen ejus.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ:
omnes gentes magnificabunt eum.
18 *Benedictus Dominus Deus Israel, qui fa-*
cit mirabilia solus.
19 *Et benedictum nomen majestatis ejus in*
æternum: & replebitur majestate ejus omnis ter-
ra: fiat, fiat.
20 *Defecerunt laudes David filii Jesse.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 72.*

Pro Solomone.] Hunc Psalmum David composuit de Solomone filio suo, Arama, quando ipsum regem inunxisset, ideò dicit in fine Psalmi, *Preces Davidis filii Jesse sunt finita*, quia erat in fine dierum, quando super lectum languoris erat, 1 Reg. 1. 1. & non contingebat alia materia de qua componeret Psalmum, & Psalmus hic est finis secundi libri Psalmorum, & qui libros in ordine composuerunt, non ordinabant hunc ultimum, quia concludere cum Hallelujah convenit, & Psalmi isti Hallelujani sunt omnes de futuro; Aliqui exponunt hunc Psalmum de Christo, qui vocatur Solomo, Cant. 8. 12. *Da judicia tua regi.*] Ut non erret in judicio. *Justitiam.*] Recta & bona vita, quæ filium regis decet, R. Arama. Dicit, *Filio regis*, quia & David & filius suus erant à Deo specialiter designati ad regnum, ideò orat ut rex justus fieret. Vel, sicut tu judicas sine testibus, sic illi largiaris, ut Solomo judicabat duas mulieres, 1 Reg. 3. 16. & 1 Paral. 29. 23. *Solomo sedebat in Thronum Domini*, id est, rectum discernit sine testibus. Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Et si intelligatur de rege Christo planissimum est, Isa. 11. 3. *Non judicabit per visum oculorum, nec per auditum aurium dijudicabit*, id est, per testes. *Judicabit pauperes tuos.*] Non honorabit divites præ pauperibus in judicio. *Montes.*] Reges terræ adducent pacem Israeli, ut Zach. 4. *O mons magne, &c.* Vel, quia judicabit justè, ideò ejus gratia venit abundantiâ in mundum, Levit. 26. 3. *Si ambulaveritis in meis praceptis, dabo pluviam.* Derash. Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Judicium, veritas, & pax sunt tres mundi columnæ. R. Arama. Vel dicit *pacem*, quia quando sunt pauci fructus, unus cum alio altercatur, quum eum in vinea sua cepit; sed quando multiplicantur fructus, *quilibet advocabit proximum in vineam suam & ad ficum*, Zach. 3. ult. *Judicabit.*] Id est, judicium in oppressores pauperum pronunciat, ut Psal. 43. 1. *Judica me.* *Timebunt te.*] In diebus ejus incipient, & permanebunt in æternum; planissimum est de Christo, Isa. 11. 6. *Terra implebitur cognitione Dei.* *Descendet sicut pluvia.*] Hic rex ad populum in bonum, & salutem ejus advenit, sicut pluvia in gramen excisum, quod illud efficit recrescere, sic Christus in adventu

suo

suo multiplicare faciet Israel; si de Solomone, *Totus Israel habitabat securè, in diebus suis non erat adversarius, &c.* Vel, *Sicut pluvia in excisum.*] In cadaver; indicat resurrectionem mortuorum, sic in Psal. 90. *Subitò excisi sumus*, idem. R. Arama. *Ante Lunam.*] Propriè dicitur de Christo; & Hyperbolικῶς de Solomone, ad amplificandam abundantiam pacis. *Dominabitur de mari ad mare.*] De Solomone dicitur, 1 Reg. 4. 24. *Dominabatur à Tipsa-Azzam, usq; ad fines terræ*, extra terram Israel; & intra terram, à mari rubro ad mare Pelistæorum; & prætereà Solomo super omnia regna imperabat, omnésque reges terræ illum timebant, 1 Reg. 10. 25. Non est in Cod. Cremon. *Incola deserti*] Cedarei, qui longè sunt ab habirabili parte. *Lambent pulverem.*] Ex timore ejus; vel non habet Messias adversatium, præter Serpentem, cujus cibus est pulvis, Isa. 65. Arama. *Revertentur cum muneribus.*] De die in diem; ישיבו de Solomone certum est, 1 Reg. 10. 25. de Christo certius. *Dolo.*] Clàm. *Violentiâ.*] Palàm, vel sensus est, pauperes ob necessitatem furati non erunt coacti, sed tunc habebunt αὐτάρκειαν, R. Arama. *Sanguis eorum erit pretiosus.*] Ideò non sinit oppressores ejus eum effundere, ut Psal. 116. 15. *Pretiosa est mors sanctorum.* ייקר cum duobus Jodin, una Ethan, una radicali. *Vivet.*] Id est, pauper quilibet vivet è manu oppressorum, & dabitur ei, nempè, Christo de auro. Vel dabitur pauperi ex substantia propria Christi, ideóque pauperes orant pro illo, & ei benedicunt, Arama. *Pars frumenti.*] Erit benedictio in diebus Christi; si seminaverit homo paupertimus, Arama, manipulum frumenti, licet in vertice montium, tamen spicæ erunt pingues & plenæ, ita ut per ventum in illas flantem, sicut arbores Libani, commovebuntur. *Florebunt de civitate sicut gramen.*] Extrà urbem fructus, & intrà homines benedicentur, & multiplicabunt ut gramen, vel, non opus est serere triticum, crescit à seipso, ut gramen. R. Arama. *Sicut filius manebit nomen suum*] Sicut in filio est memoria patris, sic nomen ejus ob bona sua opera permanebit. ינון à נין in forma Niphal. *Benedicent in illo.*] Dicentes, Deus tibi benedicat, sicut illi benedixit, ut Gen. 48. 20. *In te benedicet Israel, dicendo, faciat te Deus sicut Ephraim. Benedictus sit Deus.*] Verba componentis, benedixit Deo qui dedit illi, ut hunc secundum, sicut & primum librum, perficeret. *Deus Israelis.*] Ad quem solùm ostendit mirabilia sua. *Gloriosum suum nomen.*] De quo in Zach. 14. 9. *Nomen suum unum. Repleta sit tota terra.*] Ut Isa. 11. 9. *Replebitur terra scientiâ Domini. Amen, Amen.*] Est certum, & est stabile. *Preces Davidis sunt finitæ.*] Non dicit Cantica, sed *Preces*, nempè, pro redemptione Christi, & liberatione, quia non opus est ut oremus pro illis quando advenit Christus. R. Jos. Cimchi. Vel, hoc erat canticorum ejus postremum. R. Arama. Liber tertius incipit.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal. 72.*

Pro Solomone.] Sic Deut. 33. 8. *Pro Levi*, idem, cum Lamed. *Judicia tua.*] Ut faciat judicium, ideò dicit אלהים, id est, *O Judex. Pauperes tuos.*] Qui opprimuntur à divitibus. *Colles per justitiam.*] Pacem ferunt, quia pax est merces justitiæ, ut in בבעל. *Defraudantem.*] Licet clàm agat omnia, tamen Solomo in sua sapientia illum investigat, & deteget. *Timebunt.*] Oppressores peccare, quia fraudulentum conteret. *Ante Lunam.*] Ut Job. 4. *Ante tineam. Descendet ipsa sicut pluvia.*] Nempè, justitia, ut Deut. 32. 2. *Doctrina mea sicut pluvia.* Vel, *Ipse descendet.*] à palatio suo ad exequendam justitiam, מארמוני. *Super gramen.*] Sic Amos 7. 1. גזי, idem, Rasi. est ex geminatis. זרזיף.] Guttæ innumerabiles מפם. Vel abundantia, שיבע non habet socium. *Florebit.*] Per pluviam justitiæ. *A mari ad mare.*] à mari rubro ad mare Pelistæorum, si de Solomone. *Flumine.*] Euphrate. *Fines terræ.*] Desertum. Rasi. Si de Messia, de mari Aquilonari Edom. ad Meridionale, id est, Oceanum. Et de flumine ex Edene orto, usque ad fines totius terræ in Occidente. *Qui habitant in navibus.*] Dicit, *Navibus*, quia sequitur *Tarsis*, portus pro navibus propè Judæam, sic Isa. 33. 21. *Navis magna*, idem. *Dolo.*] Clàm תוך, à מכה *percussio*, quia dolosus clàm percutit proximum, Deut. 27. *Violentiâ.*] Palàm. *Adducent* ישיבו.] Id est, in reditu omnis anni, ut 2 Sam. 11. 1. איים.] Quia habitant volucres [איה] in deserto. R. Moseh. *Pretiosus erit sanguis*] Non finet eum effundi sine vindicta gravissima, quæ persequitur, sic Psa. 116. *Et vivet.*] Quilibet eorum per justitiam Solomonis. *Illi dabit de auro.*] Solomo per sapientiam suam ditabit pauperes. *Oratio pro illo.*] Per pauperes prædictos. R. Arama. *Manipulus frumenti.*] Pauperes qui pauci erant per misericordiam suam valdè multiplicabuntur. *Florebunt in civitate*] בעיר ubi isti pauperes habitant. *Benedictus.*] Est Deus qui dat ליעף כח fatigato robur; sunt verba Scribæ ut hodiè. R. Jehudah. *Finiuntur, vel complentur.*] in adventu Christi, ימלאו. Vel, quia est finis libri hujus. *Nomen.*] Proprium Jehovæ, quia reliqua nomina sunt attributa, ut Elohim, Shadai, &c.

Sect. 3 *Ex Midrash Tillin in Psal 72.*

Judicia tua.] Sicut tu judicas absque testibus, sic judicet ille, & fecit Deus quod petiit David, quia *Solomo sedebat super thronum Domini*, 1 Paral. 29. ut apparet in re meretricum quam Solomo absque testibus determinabat, 1 Reg. 3. Vel, *Regi.*] Id est, Messiæ, in omni loco, ubi est judicium, non est judicium, id est, ubi rex facit justitiam, Deus non judicat, R. Eliezer. *Montes pacem.*] Quando montes fructum ferunt abundantem, tunc nulla est contentio; si quis alium in sua vinea reperiat, non irascitur, & expellit, *sed suum invitat socium*, ut in Zach. 3. ult. *Sub vinea, &c.* דור דורים, id est, generatio postquam non est alia generatio. *In diebus suis.*] In diebus Christi, ut hodiè Sol & Luna, sic in futurum justi illuminant mundum, ut Isa. 60. *Ambulant Gentes in lumine tuo.*

Sect. 4. *Ex R Obad Gaon. in Psal. 72.*

De adventu Christi. *Da judicia tua*] Ut rex judicet, & ne intres tu nobiscum in judicium. *Montes.*] Capita populi. זרזיף.] Id est, Christus qui יזור perversitatem in mundo זיף omnem abolet. *Et dabit ipsi.*] ויתו לו, id est, voluntariè, at ipse nihil exiget. *Et vivet.*] Non cadet sanguis eorum. *Manipulus frumenti* פסת בר.] Id est, Christus erit in principio sicut *manipulus tritici*, sed posteà multitudo Discipulorum, sicut herba crescet.

Sect. 5. *Ex R Sol. in Psal. 72.*

Pro Solomone.] Quem prævidebat orantem, *Da mihi*

mihi cor sapientia, &c. 2 Paral.1. *Regi, regis filio.*] Sunt idem sensu in duobus verbis pro more Prophetico. Vel, *Regi.*] Nempè, in Davidem judicia & omnes pœnas tuas inflige, ut sit pax in diebus filii sui. *Abundantia pacis.*] In diebus Solomonis antequam peccabat (promissum Davidi erat sub conditione) *Israel sedebat sub vinea, &c.* 1 Reg.4.25. זרזיף.] Id est, guttæ in Mishneh in Joma, זרזיפי דמיא guttas aquarum. ציים, sic Num.24. *Societates venient.* in Targum. Id est, Dæmonum catervæ adorabunt eum, à ציים & איים in Isa. *Tarsis.*] Sic Solomo habuit naves Tarsis, 1 Reg.10.22. *Sheba.*] Regina Shebæ adduxit aurum Shebæ, &c. *Dona offerent.*] Reges omnes adduxerunt Solomoni munera, 1 Reg.10.25. *Dolo.*] תוך, sic dicitur, quia est in medio cordis, sic תככים, Pro.29. *Vir dolosus. Illi dabit.*] Deus dabit Solomoni. *Oratio erit pro illo.*] Dicendo, Deus benedicat illi. *Augmentum tritici.*] פסח in Rabboth, à פש in Job.35. Vel, persuasio, à פיוס in Targum, & πείσω, quia abundantis suadet & allicit homines. *Libani.*] Et erit sicut fructus arborum, &c. ut renes bovis magni erant grana in diebus Simeonis Ben Shatac [Herod. Clio de Babylone, διηκόσια καὶ τριηκόσια ἐκφέρειν τὰ δὲ φύλλα τῶν πυρῶν καὶ τῶν κριθέων τὸ πλάτος γίνεται τεσσάρων εὐπετέων δακτύλων, ἐκ δὲ σησάμου ὅσον δένδρος μέγαθος, id est, terra reddit ducena, & optima tricena, quaternûm autem digitorum maximorum est latitudo foliorum tritici atque hordei; Sesami verò proceritas est instar arborum, etsi mihi compertam, tamen memorare supersedeo, probè sciens, iis qui nunquam adierunt regionem Babylonia, dicta de fructibus erunt incredibilia, ἐς ἀπισίαν πολλὼ ἀπῖκται; dissecta est, ut Ægyptiaca in fossas (quæ irrigant terram) quarum maxima navibus transitur; navigiáque eorum sunt inter maxima miracula, sunt orbiculata & coriacea ex cæsis salicibus, pellibus obductis in speciem clypei, dirigunt navigium duo (ut duo Gondaleri Venetiani) majora ferunt pondus 5000. talentorum, intus Asinos vivos habentia, hi reportant pelles ab Armenia Babylonem, quia Euphrates adverso flumine navigari non potest ob rapiditatem, τάχεος τοῦ ποτάμου (Rodanus in 15. diebus ab Avenion Lugdunum) *Permanebit nomen suum per filios.*] Ut Pro.29.21. *Erit filius suus*, à ינון. *Mira.*] Quando ignis descendebat in diebus Solomonis. *Preces Davidis sunt finitæ.*] Hæc erat ultima. Vel, *Hæ omnes sunt preces Davidis.*] כלו כל אלה. Rabboth. id est, omnes Psalmi in hoc libro sunt Davidis, licèt traditi sint in manus filiorum Corachi.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.72.*

Per Solomonem.] Dictus erat hic Psalmus Propheticè. *Regi.*] Christo. *Regis filio.*] Christo filio Davidis. *Montes.*] Incolæ montium. *Timebunt te cum Sole, & coram Luna.*] Orabunt ante ortum Solis, & lucem Lunæ, nempè, manè & vespere. *Super gramen*, 13.] Id est, gramen excisum per Locustas. *Donec non sit Luna.*] Id est, cultores Lunæ. *Incola deserti*, vel *eparcha.*] Principes. איפרכיא Cald. ut in Num.24.24. in Targum, *Societates venient à Romanis* in R.Sol. *Insularum.*] Oceani. *De urbe.*] Jerusalem. *Ante solem erat nomen suum.*] קדם מהוי שמשא Cald. nota æternitatem Christi.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.72.*

Et pauperes tuos.] Tria sunt, Deut.15.11. *Pauperes tui non cessabunt.* Psal.74.19. *Congregationem pauperum tuorum. Super gramen*, vel *vellus.*] Duo sunt, Deut.18.4. *Primitias velleris. Florebit.*] Sicut Aharonia virga; sunt quatuor, duo cum Camerz, duo cum Pathach. Hos.14.5. *Ut lilium*, id est, in prosperitate coram impio. Psal.92.12. *Florebit ut palma.* Num.17. *Virga sua florebit. Dominabitur.*] Duo sunt, Num.24.19. *Ex Jacobo veniet qui dominabitur*, nempè, Christus. *Oratio erit pro*, vel *ad illum.*] Gen.20.7. *Orabit pro te.* Isa.44.17. *Orat ad illud.*

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.72.*

Pro Solomone.] Christo filio suo, qui vocatur Solomo. Cant.8.11. *Solomo habuit vineam. Filio regis.*] Pater omne judicium dedit filio, S.Aug. *In justitia.*] Veritate. 1. Caus. *Montes, colles.*] Majores & minores in Ecclesia. S.Aug. *Montes pacem.*] Id est, evangelizantes super montes, ut Rom.5.1,2. *Justificati, habemus pacem.* 2. Caus. Justif. *Cum Sole.*] In æternum. *Ante Lunam.*] Ab æterno. Vel, *Timent te cum Sole.*] Quia in fine mundi Christus dat regnum Patri. Vel, patria quærit regem, ut mater filium suum è remotis terris rediturum, quia præsente rege, est pax, fides, bonæ leges, castitas, spes sine timore, lætitia, preces pro eo, omnia in hoc Psalmo;

Horat. lib.4. Od.5.

Ut mater juvenem, &c.———
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem.
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaq; faustitas (felicitas)
Pacatum volitant per mare navitæ:
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos, & lex (Julia) *maculosum edomuit nefas:*
Laudantur simili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.———
Condit (finit) *quisq; diem collibus in suis,*
Et vitem viduas ducit ad arbores,
(Ut Itali hodiè inter salicea, &c. suspendunt vites.)
Hinc ad vina redit lætus———
Te multâ prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris, & laribus tuum
Miscet numen———
Longas O utinam, dux bone, ferias
Præstes Hisperia, dicimus integro
Sicci (non poti) *mane die: dicimus uvidi*
Cum sol Oceano subest.
(Ut in hoc Psalmo, *Preces pro*, vel *ad eum, &c.*)

Sicut pluvia in vellus. Lat.MS.] Quando area sicca erat. S.Aug. erit Evangelium suum καρποφορούμενον, in ovibus suis producit pluvia Spiritus sancti fructum fidei & bonorum operum, ut Isa.1. *Dealbabuntur ut lana*, per justificationem & sanctificationem. Vel, quietè & mysticè erat incarnatio, ut lana imbrem recipit. Theod. *Vellus.*] Vulg. Heb.13 dicunt antiquitus lanas fuisse evulsas ab ovibus, antequam tonsura erat inventa, dicitur vellus à vellendo, & adhuc Romæ propè Arcum Constantini, est locus dictus Velia, quia mons Palatinus erat locus pascui ovium, à balando vocatus, & ibi pastores vellebant oves,

dicúntque

dicúntque quòd ovium tonsores in diebus Absalomi lanas ovium evellebant, à 13°. *A mari ad mare.*] Ab orientali mari ad occidentale, ut Mal.1. *Nomen meum erit magnum. Naves.*] Respublicæ,

Ut Horat. lib.1.Od.14.

O navis (respublica) *referent in mare te novi*
Fluctus ? O quid agis ? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus ? .(militibus.)
Antennaq; gemant? ac sine funibus (pecuniis)
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor ?——
——*Tu nisi ventis* (opinionum)
Debes ludibrium, cave
—— *nitentes*
Vites æquora cycladas (angustiarum pericula.)

Vel, *Naves maris.*] Mercatores, & alii maria transeuntes, primò audiunt Evangelium. Vel Æthiopes, Lat. MS. in deserto habitantes. Gr. id est, omnes Gentes. S Aug. 3.Caus.convers. Gent. *Gubernatores insularum.*] Quæ ædificiis plenæ sunt, & fundantur in corde maris, ita ut sint inaccessibiles per vim humanam; Celeberrima est urbs Venetiæ,(sicut Tyrus antiquitùs) ædificata in sexaginta insulis maris Adriatici,

(De quo Horat. Od.27.lib.3.
—— *Quid sit ater*
Adriæ novi sinus.
Et Od.9.
—— *Improbo*
Iracundior Adria, &c.)

Incolis repleta, ut Insula S.Georgii, &c. civitas ipsa sex milliar. à terra firma, ut à Lizafusins & portu Meduaco distat, & ab illo dicto vulgò Malamoco, ubi sunt naves majores, quæ propiùs accedere ad urbem ob penuriam aquæ nequeant; plateæ omnes sunt liquidæ, in quibus aquæ marinæ fluunt, alluúntque eam; Sunt pontes 450. lapidei, in quibus fit transitus per totam urbem, per terram, pariter ac per aquas, inter quos supereminet *Rivalto*, pons super *il grand Canal*, ædificatus ex nitido marmore totus; ascensus fit per 24. gradus marmoreos, fulcróque marmoreo; est unicus arcus per quem transeunt Barcæ & *Gundoli*, non habet similem Europa; Super pontem sunt officinæ & cathedræ Mercatorum splendidissimæ,& propè est *Merceria* : Veneti sunt domini maris Adriatici, & in Bucentauro navi tota deaurata intùs forisque Dux Venetiæ, cum Senatoribus, & tota Signoria in die ascensionis dominicæ solenniter sponsalitiis hujus maris contrahit, projicientes in mare annulum decem librarum in sponsalitiorum signum; Dicit Psalmista, *Dona adducent*, Quid dicam de Templis Venetorum, & domis quibus indies decorantur, in honorem Christianæ religionis, in invidiam Judæorum circiter 80. millium, & ampliùs ibi commorantium, & ad æmulationem Turcarum, & aliorum ex omni remota natione ibi peregrinantium? In anno Christi 421. erat ædificatum templum S. Jacobi, ex voto Antinopi cujusdam Cretensis, quia flammas per quas urbs erat propè ruinam, gratiosè extinxisset Deus. Fronti Templi S. Geminiani legitur hic titulus marmore incisus,

Ædem hanc augustissimam pariter ac antiquissimam, Senatus Venetus antiquâ religione obstrictus magnificentiùs quam ante pecunia publica reficiendam curavit. Templum S.Marci Evangel. est Ducis Capella, habet pavimentum ex marmoribus pretiosissimis, diversi coloris, præcipuè saxum bipedale, ruso simillimum, auro pretio exæquant (quódque propè effodetur à Judæo) pariter in pavimento sunt albi marmores, cum cæruleis in undarum maris Adriatici similitudinem; Parietes hujus templi habent tabulas marmoreas, præcipuè sunt duæ candidæ, nigras habentes lineas, repræsentantes effigiem humani corporis, ejus tanquam miraculi mentionem facit Albertus in meteoris; sustentant testudinem 36. columnæ marmoreæ : Ara major ex aurea solida lamina compacta, gemmis & Græcanicis sagittis elucet; caput Aræ sustentant quatuor columnæ Parii marmoris. Ante ultimam Aram sunt quatuor aliæ alabastrinæ columnæ instar vitri pellucidæ, quas è palatio Solomonis ablatas esse audet dicere Boisardus. Quid dicam de monumentis & sacellis virorum principum? Equidem hoc certissimum est, singulis annis ampliùs quàm 12. millia aureorum nummûm impendi, ut res divinæ in hoc templo fiant quàm magnificentissimè. Sansovin. Columnæ sunt ampliùs quingentæ ex Græcia & Athenis advectæ. In fronte sunt statuæ Sanctorum multæ; Christianóque ritu fermè per totam Italiam usitato formatum est hoc templum, ut crucis figuram referet. Hactenus de Venetia & insulis ejus. Jam Romam venio ad Transtiberinam Insulam, in forma navis factam, in medio flumine duorum stadiorum longitudine; coæva est cum Tarquinio superbo, orta est ex frumento Tarquinii, immensisque ruderibus à populo in ejus odium in Tiberim, æstate, quando deficiunt aquæ projectis; sunt hodiè in ea visa duo templa, & domus multæ cum duplici ponte. Pons Cestius conjungit insulam cum regione Transtiberina, & Pons Tarpeius insulam cum civitate conjungit. Tacitus, Livius. In ea olim erant Æsculapii, Jovis & Fauni Templa, sed posteà, & hodiè dedicata in honorem Christi & Apostolorum, S. Bartholomæi, & Joannis Baptistæ. *Omnes gentes servient illi.*] Agnoscunt illum servatorem, licet in modo serviendi differant, aliqui secundùm regulam verbi divini, secundùm πατεροπαραδόσεις alii. *Tarsis.*] Carthago Lybiæ. Theod. *Saba.*] Ethiopiæ Gens. Theod. *Quando clamat.*] Vel, *Liberabit à potente.*] שוע.Heb.Gr.Lat.MS. ut Isa.32. *A dolo*, vel *usura redimet.*] Gr.Lat.MS. 4.Caus. fœnus avaritiam nuncupat. Theod. *Sanguis*, vel *nomen eorum.*] Gr. quod in sanguine filiorum continuatur successivè. *Oratio erit in illo.*] In nomine Christi ad Patrem, quia semper facit pro nobis intercessionem, Heb.7.24. 5.Caus. intercess. Vel, *De ipso.*] Dicentes, Matth.6. *Veniat regnum tuum.* S.Aug. Vel, *Pro eo.*] Lat. MS. *Firmamentum frumenti.*] Ut Isa.3. *Baculus panis.* Vel erit memorabile triticum. Lat.MS. In illo firmum & impletum, quicquid pro salute nostra prophetatum est. S.Aug. Vel fulciet credentes & extollet. Theod. *Super verticem montium.*] Propè ariditatem, per solem afflictionum. 6.Caus. *Sicut Libani.*] Erat subitò multitudo magna fidelium, Act.5.14. Act.2 tria millia, & erant, in Act.1.120. *Ex urbe.*] Judæi credentes in Jerus. crescebant sicut gramen, & habebant

bant pacem, Act. 9. *Per filios permanebit nomen suum.*] Post mortem volitat fama sua inter omnes gentes, & dicit, *filios*, ut Heb. 2. 13. *Ecce filii quos dedit mihi.*

Horat. lib. 2. Od. 20.

Non usitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neq; in terris morabor
Longiùs: invidiaq; major
Urbes relinquam. Non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas
Dilecte Mecænas, obibo:
Nec Stygia cohibebor unda.
Jam jam residunt cruribus aspera
Pelles, & album mutor in alitem
(Eccles. 10. *Ales vocem publicabit.*)
Supernè ———
——— *me peritus*
Discet Iber, Rhodaniq; potor (Gallus.)
Absint inani funere næniæ,
Luctusq; turpes, & querimoniæ.
(1 Thessal. 4. *ut exspes.*)
——— *ac sepulchri*
Mitte supervacuos honores.

Sunt finita.] Concludit eas & vitam suam in fide Christi venturi, ut 2 Reg. 23. 1. Vel, quia omnes suæ orationes finiuntur in Christo, quem optabat videre, ut omnes prophetiæ habent finem & complementum in Christo, Dan. 9. *Ad signandam visionem & prophetiam.* Vel, *Defecerunt hymni David filii Jesse.*] Deficientibus rebus pro quibus laudabat Deum populus iste carnalis, cui regnavit ille David, defecerunt hymni David, non filii Dei, sed filii Jesse. S. Aug. Est Psalmus Eucharisticus pro Christi beneficiis, in quo finiuntur Psalmi Davidis, quorum volumen est ære perennius. Dicat David,

Ut Horat. lib. 3. Od. 30.

Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod nec imber edax, &c.———
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis (totus) *moriar: multaq; pars mei*
Vitabit Libitinam (feretrum cadaveris) *usq;*
ego postera
Crescam laude recens———
——— *ex humili potens*
Princeps———
(David erat dulcis Psalmista Israelis, 2 Sam. 23.)
Horat. Romæ lib. 4. Od. 3.
Romæ principis urbium
Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros:
Et jam dente minus mordeor invido.
——— *monstror digito prætereuntium*
Romanæ fidicen lyræ. (Urbes famosæ habebant vates suos, ut Jerus. erat vallis visionis, Isa. 22.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 72.*

Gal. pro, vel Solomonis Psalmus. Ital. *In vello.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *En la raison.* *A mari ad mare.*] Ab Arabico ad Mediterraneum. Ital. *Tarsis*, vel *maris.*] *De la mar.* Hisp. *Usura.*] 2. Ang. MS. Gal. *Des usures.* Vulg. *Firmamentum tritici.*] 2. Ang. MS. Vul. Gal. *fermetè*, פסת à πέσσω, Ital. Hisp. *Un pugno di grano.* Vel ab אפסי, fines terræ firmissimi, vel multiplicatio frumenti. Ital. Bruc. *Amen.*] *Così sia.* Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 72.*

Æthiopes.] Vul. Gr. צִיִּים à צִיָּה, *ariditas* & siccitas, quia Æthiopes adusti sunt sole, & habitant in loco sicco & arido, quasi deserto. *A potente.*] Vulg. à שׁוע in Isa. 32. 4. *Potens*, vel *dives.* *Honorabile nomen*, vel *sanguis eorum.*] Vulg. Gr. dicit. *Nomen*, quia continuatur successivè in sanguine patris. *Defecerunt laudes David.*] Vulg. Gr. id est, David profitetur se non posse plenè laudare Deum, & sufficientèr, sed deficiunt laudes ejus in declaranda misericordia Dei in Christo.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 72.*

De regno Solomonis, adventu Christi & vocatione Gentium. Par. edit. *Pauperes tuos.*] Qui injustè oppressi sunt, & tui tantùm sunt ad defendendum. *Afferant pacem montes.*] Syr. ܢܫܩܠܘܢ, נשקלין, oro ut afferant fructus in pace. *Cum Sole, & ante Lunam*, לפני.] Id est, quam diu erit Sol & Luna, timebunt te, Deus, qui talem dedisti illis regem (sic בפני ירח in Rabboth, est, quamdiu domus durat. R. Sol.) *Super vellus.*] Syr. על גזתא ܓܙܬܐ ut ros super vellus Gideonis confirmans fidem victoriæ in omnes hostes ejus in Judic. 6. *Qui descendunt in terram.*] Syr. ܪܣܣܐ, Heb. זרזיף, à רזף in Syr. ܙܪܦ in Psal. 77. 17. *Effundebant aquas.* *Seba, & Saba.*] Arabiæ felicis, & Cushi; vicinæ nationes obtulerunt auri munera Solomoni, sed classis Solomo & Hiram attulit ab Ophir aurum, gemmas, ligna, &c. Ophir est India in Onomastico Copto, quod Romæ vidi apud P. Athanas. ⲟⲫⲓⲣ in Arab. interpretatur ܗܢܕ & ⲟⲫⲓⲣ est ܗܢܕܘܝ, Indus sic הודו in Heb. est India, Ester 1. 1. & aurum Parvaim forsan ex Javis insulis, nec mirum Indiam dici nomine Egyptiaco Ophir, quia Indi Isidis & Osiridis, omniúmque animalium cultum observant ut Egyptii, sic Ab. Ezra scribit in Exod. 8. nec mactant bestias, &c. Et Diodorus scribit Osiridem ad Indos pervenisse, lib. 1. ca. 2. ποιῆσαι ἴας πόλιν πολλὰς, &c. *Insulæ.*] Syr. Heb. איים, sicut ܓܙܪܬܐ. *Munus*, vel *mercedem.*] Heb. אשכר, Aleph redundat, velut in אזרוע. Hi mercatores consecrabant mercedem suam, ut Tyrus, Isa. 23. 18. *A robustiori.*] Syr. דעשין, ܡܢ ܕܥܫܝܢ, Heb. שוע, sicut עז, sic Isa. 32. *Liberalis*, idem. *Vivet in prosperitate.*] Velut in 1 Sam. 25. 6. *Viventi in prosperitate*, idem. *Erit sicut copia grani in terra; in vertice montium germinare faciet.*] Syr. MS. id est, in montibus erit copia, sicut in vallibus terræ. ܣܘܢܩܐ סונאא. Heb. פסת à פסה in Genes. 1. *Crescite* in Targum, & פס in Job. 35. *Florebunt*, vel *crescere faciet è civitate sua.*] Scil. fructus, Syr. ܢܦܩܘܢ ונפקון, Heb. יציצו, ut à יצא. *Est nomen ejus.*] Syr. איתוהי. Heb. ינין, Syr. Paris. edit. ܢܬܩܝܡ *Erit.* *Finiuntur.*] Non est in Syr. Paris. vel MS. Finitur liber secundus. Syr. Erpen. Paris. MS.

Sect. 12.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 72.*
Heb. Arab. 71.

Descendit ut judicet infirmes.] Arab. ليدين الضعفا. *Super vellus.*] Arab. Rom. Neb. على الصوف. Gr.Vulg. *Tarsis.*] Aliqui dicunt urbs Ciliciæ, vel Carthago. Nebiens. *Ab usura & tyrannide redimet.*] Arab. من الربا, tyrannide Gentium, quæ crudelitatem erga illos, ut Usurarii, exercent; & dicit, *Ab usura*, quia debitor est servus creditoris, & sic illi Gentibus erant subjecti. *Erunt columnæ in terra.*] يكون عمد Arab. Vel, placenta tritici; In diebus Christi frumentum multiplicabitur, ita ut per manipulos grana colligas. Mid. Till. R.Mos.Hadarshan. R.David in Hos.14. *Triticum revivifcent.* Vid.ibi. Dicit, *Columna*, ut in Isa.3. *Baculum panis*, quia homines sustentat. *Preces Davidis sunt finitæ.*] Gr. Non est in Arab.Rom.seu Nebiens.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS PSALMORUM.

1 *Psalmus Asaph. LXXII.*
Heb. LXXIII.

Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde :

2 *Mei autem penè moti sunt pedes : penè effusi sunt gressus mei.*

3 *Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.*

4 *Quia non est respectus morti eorum; & firmamentum in plaga eorum.*

5 *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur :*

6 *Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.*

7 *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : transierunt in affectum cordis.*

8 *Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam : iniquitatem in excelso locuti sunt.*

9 *Posuerunt in cælum os suum : & lingua eorum transivit in terra.*

10 *Ideò convertetur populus meus hic : & dies pleni invenientur in eis.*

11 *Et dixerunt : Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?*

12 *Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias.*

13 *Et dixi : Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas.*

14 *Et fui flag. llatus totâ die, & castigatio mea in matutinis.*

15 *Si dicebam : Narrabo sic : ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.*

16 *Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me :*

17 *Donec intrem in Sanctuarium Dei : & intelligam in novissimis eorum.*

18 *Veruntamen propter dolos posuisti eis : dejecisti eos dum allevarentur.*

19 *Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt : perierunt propter iniquitatem suam.*

20 *Velut somnium surgentium Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*

21 *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt :*

22 *Et ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.*

23 *Ut jumentum factus sum apud te : & ego semper tecum.*

24 *Tenuisti manum dexteram meam : & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.*

25 *Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?*

26 *Defecit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

27 *Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt : perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.*

28 *Mihi autem adhærere Deo bonum est : ponere in Domino Deo spem meam :*

Ut annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 73.*

PSalmus hic est de perplexitatibus filiorum hominis, circa adversa piorum, & prospera impiorum, R. Arama. Loquitur Asaph in persona sua, vel in persona omnis perturbati; In Jobo & Prophetis sunt multa similia, Jer. 12. 1. *Quare prosperabitur impius?* Et in Habac. 1. Non est in Cod. Cremon. *Deus verè est bonus.*] Licet Israel sit in captivitate, in fine benefacit illi, ut Deut. 8. *Ad benefaciendum tibi in ultimo.* אך, id est, באמת, ut Gen. 29. 14. *In veritate tu es os & caro mea*, idem. *Etiam puris corde.*] Qui sunt de Gentibus, multò magis illis qui sunt puri etiam opere. *Ferè declinâssent*] De fide, ut dicerem, non est Judex, vel judicium, לית דין. שפכה.] Id est, quilibet gressuum meorum; legitur in plurali, שפכו. כאין.] Status meus erit tantillus, quasi nullus esset pro figendo pede locus. *Stultis.*] Qui solùm delicias mundanas (furantur, opprimúntque) ad implenda sua desideria, insectantur. Vel, Philosophi, qui creationem negant, Arama. *Non sunt vincula.*] Moriuntur quietè, quasi non erant vincula animæ & corporis, quæ sine difficultate ulla separantur: sed qui moritur in afflictione, vincula habet difficulter disrupta; sic *vincula parturientis*, id est, dolores. Et Psal. 18. & Psal. 116. *Vincula mortis. Robur eorum.*] In vita eorum est firmum. Vel, *Firmi ut porticus.*] R. Arama. porticus est domûs pars firma. Non est in Cod. Cremon. *Non vincula*, vel *non est procrastinatio desideriorum suorum.*] חרצבות ר״ל מאחר צביונית, sed citò fruuntur suis desideriis cunctis, Non est in Cremon. ut medicus dicit moribundo patienti, Date illi quicquid petit, quia moriturus est; sic Deus dat adversariis suis *ante faciem eorum*, nempè, in hoc mundo, Deut. 7. ut destruat eos in futuro. Derash Rabboth. *Non sunt in labore.*] Si laborant, ut alii, non defatigantur, R. Arama. *Sicut catena.*] Ornamentum colli. *Sicut vestimentum.*] Quod induit homo quotidiè, sic illi indu-

unt

unt violentiam. *Exeunt oculi eorum.*] Quia quando pinguescit facies, oculi quasi pinguedine ejus sunt operti, ac si non habuisset oculos. Vel propter pinguia, quæ edunt, exeunt oculi, ut videas propter famem & inediam oculi capite sunt immersi. Non est in Cod. Cremon. *Transeunt cogitationes cordis.*] Fruuntur plusquam expectabant, R. Arama, ut Job. 38.36. *Scientiam in corde.* Idem. לשכוי, & in Targum est סכוותא pro מצפה, vel habent plusquàm cupiunt, locum honoris minimum ambit unus, & Capitaneum excercitus eum efficis. Non est in Cod, Cremon. *Liquefiunt.*] Filii hominum per verba & facta eorum iniqua deficiunt & consumuntur; Ex quiescentibus Ain non reperitur aliud in scriptura nisi in verbis Rabboth: sed ex verbis geminatis est, Zach. 14.12. *Consumet caro. Loquuntur de oppressione.*] Gloriantur de ea, & eam non abscondunt. Arama. *Contrà Altissimum.*] Quasi non erat in manu Dei ut eos puniat. *In cœlos.*] Quasi in Deo non erat scientia; providentiam denegant השגחה. Arama, שתו Dages pro quiescente litera à שתות, idest, *currit os eorum in cœlos.* R. Jos. Cimchi. *Et linguam eorum quæ per terram volitat.*] Eam in cœlos emittunt. Vel, in Deum cœlorum & eos qui timent illum in terris, obloquuntur, Non est in Cod. Cremon. *Redeunt huc.*] Ad hoc argumentum, si forsan in illo Deum justificent. Vel, ad opinionem Græcorum in vers. a. R. Arama, ישיב, Cethib, id est, Deus huc illum redire faciet. *Aquæ calicis pleni.*] Aquæ calicis amaræ afflictionis & tremoris; deficit subjectum in מלא, ut Cant. 4. 2. Vel aquæ errorum turbidæ, dicentes, Arama, *Quomodo Deus novit.*] Si noverit vias hominum, quarè affligit pios, ut Mal. 2. *Ubi est Deus judicii?* Sic disputat Philosophus. R. Arama. est immaterialis, &c. *Sunt impia.*] Nationes hæ, & tamen prosperantur. *Cor meum.*] Clam, & opera manuum palàm, in vanum mundavi, quia sum ab impiis excruciatus. *In matutinis.*] Nempè in dies, ut Psal. 101. 8. *In matutinis, &c. Dicam sic.*] Ut illi qui sunt generatio filiorum tuorum dicunt, nempè, quomodò novit Deus? כמו דור בניך lege. *Ut generatio filiorum tuorum, peccarem.*] Contrà te de providentia tua dubitando הנה בגדתי, loquitur Asaph; vel in persona cujuslibet sancti in omni generatione; Est Hysteron proteron in voce הנה. *Cogitavi hoc intelligere.*] Cum ore loqui ut illi, timui, sed corde de hoc cogitavi. *Veni in sanctuaria Dei.*] Cogitationibus meis per modum prophetiæ, R. Arama, in seculum Angelorum & Spirituum, accessi, sic Psal. 11. 4. *Deus est in sancto templo suo,* nempè cœlo, *Intellexi finem eorum.*] Quia in seculo illo est eterna boni & mali merces. בחלקות via hæc videtur bona quia est glabra, sed cito in ea labuntur pedes; sic prosperitas impiorum est in momentum, & in seculo futuro pereunt. *Quomodò sunt in desolationem?*] Admirantur omnes. *Quando expergefacis.*] Mortuos; eos contemptibiles reddes, ut Dan. 12. 2. *Ad dedecus æternum resurgent.* בהעיר pro בעיר. R. Jos. Cimch. *Sicut somnus in expergiscendo*]. Est quandoque resurrecturi somnus, sed brevis & debilis. R. Arama. *Imaginem eorum.*] Animam & corpus in Dei imagine. Vel in civitate ubi vixerunt in honore & divitiis, ibi erunt in dedecore. Non est in Cod. Cremon. *Cor meum erat exasperatum,*] Sicut acetum, ut Num. 6. 3. Id est, antehac dulcem non habui cogitationem. *Sicut sagitta acuta.*] Sic erat colloquium meum cum illis à חץ שנון. *Sicut bestia.*] Non intellexi utrum merces erat futura vel non. *Semper tecum.*] In cultu tuo & studio sapientiæ, donec hoc intellexi. *Per dexteram.*] Me in hoc articulo adjuvasti. *Deduces me.*] in aliis omnibus per consilium tuum. *Et post accipies me ad gloriam.*] Nempè post mortem meam אל deficit. *Vel post accipies gloriam meam.*] Nempè animam meam. Psal 16. 9. *Gloria mea, &c. Quem habeo in cœlis.*] Non Solem, Lunam, aut stellas ut alii habent. *Neminem in terris.*] Non unum ex quatuor Elementis, licet aliqui colant ignem, aquam alii. *Caro mea.*] Corpus. *Cor meum.*] Anima sensitiva. *Rupes cordis mei.*] Intellectiva anima inferiorem animam confirmat. Vel, *Rupes portio mea, portio Dei est in æternum.*] Nempè anima intellectiva, quæ est mea portio, & Dei portio cum Deo in æternum post seperationem permanebit. Non est in Codice Cremon. Vel, Deus est rupes cordis, quia illi adhæreo. *Omnem fornicantem à te.*] Cum Idolis, post mortem suam destrues. *Omnia opera tua.*] Et per inferiora hæc naturalia, ascendam ad superiora.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 73.*

Psalmus Asaphi.] Qui erat propheta, similis est 49. Psalmo. *Tamen vel certò Deus est bonus Israeli.*] Non Gentibus terræ. *Quod ad me.*] Loquitur in persona omnis prudentis כל המשכיל. *Effusi erant sicut aqua gressus mei, ut nihil.*] Ita ut non inveni quò, relictis fide & viis dei, abirem? באין sicut כמעט. *Pedes.*] Assimilat fidem cordis pedis gressibus. נטוי] Perfectè scribitur ut חמוץ Deut. 32. *Non sunt vincula in morte eorum.*] Non sunt simul vincti ut unà pereant omnes, quòd esset conveniens. Vel, usque ad mortem non sunt vincti doloribus, R. Moseh. Vel quietè moriuntur quasi non erant, anima & corpus, colligata. *Robur est firmum*] Vigor naturalis, quando moriuntur, quia in vita sua haud morbis ut alii, debilitantur. Sic Mica. 2.2. *Quia est in robore manuum suarum,* idem. לאל vox est אולם ut טובם. *Vel quilibet eorum est fortis in porticu.*] Domo sua honorabili, porticum ostentantè, ut Ezech. 40. 48. *Porticum domus,* idem, & in Reg. Beth deficit. Vel dicit *porticu* quia aër est in domo spatiosa apertus, & pro corpore salubrior. *Non sunt in labore.*] Quia divites sunt, & non laborant. Cimchi *Non sunt percussi sicut alii.*] In vita sua, cum peste, &c. & intendit *vitam* quia ante locutus est de *morte* eorum. *Sicut ornamentum.*] Ut 1 Prov. 9. *Ornamenta colli, Tegit eos.*] Ex omni latere, ut Prov. 7. 10. *Vestitu scorti.* Vel obruit eos, id est, dominantur in eos. Idem in Psal. 102. 1. *Exeunt oculi sui.*] Quasi non habuissent oculos, quia habent oculos & non vident, Isai. 5 *Vel color eorum exit præ pinguedine.*] Sunt pulchriores aspectu, ut Num. 11. 7. *Color Bdellii,* idem, à עין, R. Moseh. *Suprà cogitationes cordis.*] Trangressiones perpetrant quas cogitare nefas est à משכיות, Levit. 26. 1. *Lapide pictura,* quia cogitationes sunt pictura cordis. *Putrescunt.*] In sermone putido, sic Zach. 14. 12. *Caro putrescet. In cœlis.*] Quasi erant Deo coæquales, & quasi verba eorum erant decreta Dei. *Ambulat*

per terram] Ut explorator ad audienda & enarranda in sanctos mendacia. *Loquuntur in Altissimum.*] Quasi non erat illis sublimior. *Redit huc.*] Responsum cordi suo reddit אל לבו. *Vel redit percussus.*] Ab impiis, ab הלם, Judi. 5. 26. *Percussit Siseram*, R. Moseh Quasi erat Cametz in He & Shurec in Vau, ut סובב. *Vel redeunt ad percutiendum populum suum.*] Impii sæpissimè affligunt justos. R. Menachem. מצית. Millel propter penacut. in למו, pro more linguæ. *Illis.*] Puris corde qui sunt Dei populus. v. 1. Rasi. *Quilibet eorum dicit, Quomodo novit Deus?*] Id est, populus Dei festinanter, & in tentatione sicut impii dicit ut Job in Job. 34. ult. *Cum operariis iniquitatis incedit*, & addit, *Ecce hi impii Percussus eram.*] A corde proprio ut David, vel per impios; sunt verba prudentia viri, vel afflictus in concupiscentia mea subigenda fui. *Dicam sic.*] Aliis, sicut in tentatione mea, כמו אלה deficit אלה ut אותם, in 2 Chron. 30. quia Hezechia preparavit cor suum, &c. *Contrà generationem filiorum tuorum.*] A quibus legem, hæc verba prohibentem recepimus. Sic Deut. 33. *Legem hæreditatem*, & in Psal. 78. & Psal. 44. *Patres nostri dixerunt nobis, &c. Quomodo novit Deus?*] Particularia quæ non manent. *In sanctuaria Dei.*] Ad sacerdotes כם הכהני. *In locis adulationis, projicis eos in loca dolosa.*] Divitiæ sunt sicut verba adulatoria & dolosa. Sic Gen. 3. 13. *Serpens decepit me.* Idem. *In civitate.*] Non erit eorum memoriale, nec umbra ubi habitabant. *Cor meum erat fermentatum.*] Id est, inquinatum malis cogitationibus, ut fermentum totam massam coinquinat. *Per manum dextram.*] Quando pes meus vacillabat, vers. 1. 2. *Et post gloriam recipies me.*] Postquam fecisti mecum hanc gloriam ut deduceres me; Ut Enoch ambulabat cum Deo, & quando erat ad gloriam sanctificatus, eum Deus ad beatitudinem sustulit, Idem Gen. 5. 24. Vel, *Recipe me quando fuero gloria.*] Sicut unus Angelorum, *Utinam eram in cœlis, tecum.*] Non delector in terra, R. Mosch. Vel quid quæro ego id in cœlis est, R. Jehud. Vel deficit זולתך præter te, R. Gaon. Vel in morte non est mihi delectatio in cœlo vel terrâ. *Caro.* Corpus. *Cor.* Anima appetitiva, ut dicitur *Post cor vestrum non ambulabitis.* Et Eccles. 11. *Fornicantem à te.*] De jurisdictione tua in corde vel opere. *Appropinquabo.*] Opposit. ad *fornicantes*, שתי deficit Tau radicalis ut evitetur conjunctio duorum Tavin.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 73.*

Pacem impiorum.] Nescivi quod lux hæc prosperitatis unquam extingueretur, ut in Prov. *Robur.*] אולם, id est, באולם. *Vincula.*] חרצובות, id est, Deus benedictus non moratur voluntatem eorum אין מאחר צביונם, dat illis quicquid volunt, sicut Medicus homini ægroto morienti. *In labore non sunt.*] Ut Psal. 10. *Judicia tua sunt ab eo longè.* *A pinguedine* מחלב.] Pinguibus quæ edunt, sed jejunio oculi sunt capite immersi, ut Psal. 6. *Consumptus est præ dolore oculus meus, &c. In cœlis os eorum.*] Pharao, dixit, *Quis est Dominus?* & Nebucch. Dan. 3. In seculo futuro, *Fœmina circumdabit virum*, id est, Israel circumdat Dominum ut faciat beneplacitum suum; in hoc seculo Deus Israelem ut faciat pœnitentiam, sollicitat, R. Samuel bar Nachman.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal. 73.*

Ostendit quomodo opiniones Epicurismi sunt à veritate remotissimæ. *Certè* אך.] Id est, sine dubio apud illos qui puri sunt corde & intelligunt, *Inclinabant.*] Ad Epicurismum, *Vincula.*] Quæ sunt impedimento ne desideriis carnis perfruantur. שית.] Id est, nátes scil. confusionem eorum violentia tegit. *Exit præ pinguedine* יצא מחלב.] Id est, nates eorum pinguefiunt. *Oculi,*] Id est, vident plus quam frui expectabant. *Ab erecta* ממרום.] Id est, cum erecta facie. *Populus ejus.*] Id est, discipuli Epicuri, עמו concordat cum פי. *Redit huc.*] Ut corruptas eorum opiniones addiscat, *Aquæ pleni.*] Id est, unam guttulam solummodò pleni maris, adipiscuntur & dicunt, quomodo novit Deus? &c. *In sanctuaria.*] Sacros libros. *Imaginem.*] Id est, eorum opiniones sunt infatuatæ. *Acui.*] Renes meos ut dubia hæc intelligerem, sed sensi meipsum bestiam, & ea apprehendere nequeam. *Post gloriam* ואחר כבוד.] Id est, postquam imaginem Dei quæ est in me gloria, intellexissem.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 73.*

Deus bonus est.] Et bonum est piis Israel quod Deus eos castiget in hoc, ut digni fiant futuro sæculo. *Stultis vel mixtis.*] Qui miscent vias suas, non sunt sinceri; Vel, qui miscentur cum Dei populo, à מהול, Isai. 1. 22. *Vinum tuum est mixtum. Firmum.*] Moriuntur validi. חרצבו per Notricum. Rabboth. non tremunt nec dolent ad memoriam diei mortis אין חרדין עצבין, שית nates tegit pinguedo. *Transeunt cogitationes cordis.*] Habent plusquàm potest quis ex illis exspectare seu credere. *Contrà Altissimum.*] ut Sennacherib contrà Deum. *Deridens.*] Proximos suos ימיקו. *Redit huc.*] Vivunt sicut impii. *Aqua plena.*] Verba legis, ut Isai. 55. *Venite ad aquas.* ימצו.] Id est, ut guttulas aquæ expressas despiciunt ea. R. Meir. bar. R. Isaac. Legatus congregationis. כמו.] Sicut loquuntur, populus ejus, omnia enarrarem, filios Dei transgredi facerem. *Contrà generationem filiorum tuorum.*] Eos ut impios ob afflictiones Job judicarem. *Labor vel peccatum in oculis meis.*] Injustitia in Deo, mihi videbatur עמל. *Dejicis eos.*] Hoc in sanctuario Dei in Jerusalem didici in Sennacherib, per angelum cæsum & Dei populus erat liberatus. *Sicut somnus à vigilando.*] Id est, somnum æternum dormiebant, nunquam vigilabant. שנת עולם MS. *Terroribus.*] Dæmonibus. שדים, ut Psal. 91. *Terrore nocturno. Imagines eorum.*] Quando Sennacherib erat percussus, imagines eorum erant cibus ignis. משתונן.] à שנן est mos in Hithpahel interponere Tau in medio vocis quæ incipit à Shin. *Accipias me posteà ad gloriam.*] Pones me in honore, לכבוד; quia accentus est in אחר. *Quem habeo!*] Nullum liberatorem sicut Angelum tuum. Vel, nullum Angelum adorabo ut Deum לאלוה. *Fornicantes.*] Ut Sennacherib, & excercitus suos.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 73.*

Psalmus per manus Asaphi. Robur vel cor eorum est firmum & pingue, ut Psal. 119. *Sicut pinguedo est cor eorum.* Et Isai. 6. Cor hujus populi incrassa. *Non sunt*

sunt vincula ob mortem eorum.] Non sunt timore mortis perturbati, ut Agag dixit, *Amaritudo mortis transit*, 1 Sam.15. *Non sunt in labore.*] Sicut illi qui operam legi Dei incumbunt. Vel in sudore faciei, Gen.3. *Transgrediuntur.*] Limites legis Dei, plùs quam homo cogitare queat. *Tegit nates eorum.*] Pinguescunt per violentiam. R.Sol. Vel, *Tegit ut corona.*] Quam imponunt capiti. *Putrefiunt præ pinguedine.*] Ut Zach.14. *Loquuntur impiè de oppressione.*] Loquuntur ad opprimendos alios. *Loquuntur de sublimi.*] ממרום de sublimitate cordis eorum. *Contra cœlos.*] Sanctos in cœlis. *In terra.*] Sanctos in terra. *Aquæ pleni calici*[s.] Multas effundunt lachrymas oppressi, ut Eccles.4.1. *Donec ini Sanctuaria Dei ibo.*] In redemptione עד זמן פורקנא Cald. & tunc videbo finem eorum. *Quando expergefacis eos.*] In die Judicii magni ליום דינא רבא de sepulchris suis. *Renes mei exardebant ut ignis.*] באשא Cald. *Post gloriam recipies me.*] Postquam gloriam meam, quam de me prædixisti, sim adeptus; (sed accentus impedit conjunctionem אחר cum כבוד R.David.) *Omnia opera tua.*] Præcepta quæ mihi dedisti ut enarrarem. *Fornicantes.*] Per Idololatriam à timore tuo.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.73.*

שפכה ex 14. vocibus quæ scribuntur He in fine, & leguntur Vau, 2 Reg.24. *Non sunt vincula.*] Id est, nullæ oppressiones per vincula morborum, &c. Duo sunt cum Pathac, Isa.58.6. *Vincula iniquitatis. In laboro sicut alii.*] Ut Israel Ecclesia Dei; duo sunt cum Pathac, Judic.10.16. *Propter miseriam Israelis.* Et unum est cum Segol, *Exeunt præ pinguedine.*] Habent cor ob prosperitatem, elatum. Octo sunt, 1 Sam.15.22. *Quàm adeps arietum.* Isa.34.5.6. *Gladius meus in cœlis, &c.* Duo sunt ibi, & in ver.7. Psal.81.16. *Cum adipe tritici. Manus in innocentia.*] à muneribus mundas. Tria sunt hujus significationis, & unum est defectivum, Hos.8.5. defectiv. Psal.26.6. *Lavabo manus in innocentia.* הוא.] Legitur היא, & quinque sunt scripta היא, & leguntur הוא, & tria scribuntur הוא, & leguntur היא.

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.73.*

Ferè vacillabant.] Gr. 1.divers. *Zelum habui ad stultos.*] Ut ambularem in viis eorum, videndo pacem eorum. Gr. *Non sunt in labore.*] Vitam agunt inertem, cupidine, vel alio flagrantes vitio, ut de Neobule.

Horat.Od.12.lib.3.

Tibi qualum (Calathum pro lanificio) *Cytherea puer ales* (Cupido.)
Tibi telas, operesaq; Minervæ
(Ut Pro.31. De lanificio mulieris.)
Studiũ aufert Neobule, Liparæi nitor Hebri.
Et Epod.14.
Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus.
(Ezech.16. *Inertia Sodom.*)
Pocula Lethæos, ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim:
Candide Mecænas occidis sæpè rogando, &c.

Nulla vincula ante mortem.] Gr. à dissim. Non cogitant de morte, ne mors ligaret & cohiberet eos à peccato. Vel, *Mors eorum non est ligata, non est declinatio mortis eorum.*] Æterna mora eis manet, & flagellum firmum, ideò floreat in terra. S.Aug. Vel, nulla vincula, id est, dolores, quia fugat ea curriculo, &c.

Horat.lib.1.Od.1.

Vel —— *si proprio condidit horreo.*
Quicquid de Lybicis verritur areis;
—— *Attalicis conditionibus*
Nunquam dimoveas ——
Vel, *Mercator metuens, ocium & oppidi*
Laudat rura sui ——
Vel, *Est qui nec veteris pocula Massici,*
(Vinum in Massico Campaniæ monte.)
—— *nunc viridi membra sub arbuto*
Stratus nunc ad aquæ lene caput sacræ.
Vel, *Multos castra juvant*
—— *manet sub Jove frigido*
Venator ——
Vel —— *doctarum edera præmia frontium.*

Dicunt, ut in Psal.4. *Quis ostendet nobis bonum? Domus eorum sunt fortes.*] πρόθυλα. Gr. אולם ædificant tanquam semper victuri. In Genoa (urbe Italiæ à Jano dictâ) est platea dicta vulgò *Strado nova*, ædificia ex marmore candido, omnia in forma diversa unum ab alio, ordinibus sex, ad stuporem usq; sublimia; ideò dicitur in Proverbio, *Genoa Superba*, propter palatia Senatorum superbissima; sic Roma hodierna, sed antiqui Romani & Itali, nemo privatus habuit porticum pedum 10. amplum, in qua æstate perambularet.

Horat. Od.15.lib.2.

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum: nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.
(Astrum boreale.)

Sicut vestimentum.] Gloriantur in violentia. *Præ pinguedine.*] Propter divitias quas habent, elati sunt eorum oculi. Gr. Vel, *Ex adipe prodiit iniquitas eorum.*] Pauperis iniquitas ex macie, & necessitate; divitis ex abundantia processit; sed ferenda magis est omnis necessitas, quam perpetranda aliqua iniquitas. S.Aug. *Transgrediuntur in cogitationibus cordis.*] Negant Deum Athei. Vel, *In proposito cordis.*] Peccant. Gr. Vel nemo potest cogitare quam impii sunt. Gr. *Loquuntur altâ voce.*] Ut in Prov. *Dives respondet dura.* Vel omnibus audientibus. S.August. *In cœlos.*] Gubernatores, ut 2 Pet.2. *Maledicunt dignitatibus.* Vel palàm & clàm, ut Luc.15.21. *Peccavi in cœlos*, id est, palàm. *Multi dies invenientur in illis.*] Gr. sunt longævi in prosperitate, à מצא. Vel, cùm venit plenitudo temporis docuit Christus non habere magnum quicquid mali homines cupiunt. S.August. *Morior quotidiè.*] Ut 1 Cor.15.31. nempè, sum in periculis mortis. à divers. *Contra generationem filiorum tuorum.*] Quia omnes qui vivunt εὐσεβῶς patiuntur persecutionem, 2 Tim.3.12. 1.Caus. Vel, dissonui ab omnibus si sic doceo. S.Aug. *Propter dolositatem posuisti eos.*] Quia dolosi sunt, dolos patiuntur. S.Aug. *Dejicis eos postquam elevantur.*] Quæ gravior pœna est, *Elevasti & dejecisti*, ut in Psal.30. à dissim. à נשא. *Sicut bestia.*] Non respiciens remunerationem futuram, ut in Heb.11. divers. *Cum consilio tuo.*] Evangelio, ut Luc.7.30.

Luc. 7. 30. *Rejecerunt Dei consilium.* 2. Caus. à dissim. *Cum gloria.*] In resurrectione. S. Aug. *Quem habeo in cœlis?*] Tibi similem, pro objecto fidei, spei, & charitatis. 3. Caus. *Fornicantes.*] à fide, & cultu tuo, post opera eorum, ut Mat. 16. *Adultera generatio.* *Compunctus eram renibus.*] Pœnitet illum, quòd Epicureos sequutus, neglexisset cultum Dei.

Horat. lib. 1. Od. 34.

Parcus Deorum cultor & infrequens
Insanientis dum sapientia
(*Sapientia mundi*, 1 Cor. 2.)
Consultus erro, nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos. namque Diespiter. (Diei pater.)
Igni corusco nubila dividens,
(Psal. 29. *Vox Domini.*)
Plerumq; per purum tonantes,
(Ut Habac. 3. *Currus & equos.*)
Egit equos, volucremq; currum,
(Metu futurorum resipiscit.)
Quo bruta tellus, &c. ———
——— *Atlantensq; finis*
Concutitur, valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus,
(Ut Nebuchad. Dan 4.)
Obscura promens, (Ut somnia, Dan. 2.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 73.*

Libro tercero de los Psalmos. Hisp. Ital. Asaph fecit illum de divina providentia. Ang. MS. *Vel dato ad Asaph cantore. Vincula.*] *Senza infirmità.* Ital. Vel non timent mortem. Gall. *de regard.* *Loquuntur altâ voce.*] Id est, arroganter. Ital. *arogant a mente.* Hisp. *Blasphemias.* *Poculum plenum.*] mœstitiæ. Ital. *angoscie*, seu dierum. Gal. Vul. 2. Ang. MS. id est, impii sunt longævi. שית.] *Le natiche loro, nates.* Ital. Bruc. *Revertuntur huc.*] Ad considerandum multoties quare sunt impii prosperi. Ital. *In Sanctuaria Dei.*] Id est, Dei doctrinam. Ital. *Dicunt, quomodo novit Deus?*] Sic dicunt in tentatione. Hisp. אשתונן.] Id est, cogitationes meæ erant spinosæ. Ital. *Come spine.* *Quando resuscitabis* (mortuos) *imaginem eorum despicies.*] Id est, animam eorum.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 73.*

Quomodo Deus bonus est?] Vulg. quasi diceret, *O quàm bonus est!* איך ut אך. *Non est respectus morti.*] Vulg. Gr. Arab. non curant, nec cogitant de morte, à חרץ עיניו applicatur ad *oculos*, Prov. 6. 13. *Vincula*, vel *non recogitaverunt de morte sua.*] Lat. MS. *Et firmata sunt vestibula eorum.*] Lat. MS. ab אולם porticus, id est, ædificant ut semper victuri. *Iniquitate.*] Vulg. שית est ערוה *nuditas*, & peccatum est nuditas, ut in Exod. 32. *Aharon fecisset eos nudos.* *Quasi ex adipe oculi.* Lat. MS. vel *iniquitas eorum.*] Vulg Gr. id est, sunt ἀπηλγηκότες, *sine sensu peccati*, Ephes. 4. *Et aqua*, vel *quis plenius invenietur in eis?*] Lat. MS. nemo plenius pro impiis disputat quàm populus ejus, ut Job in Job. 34. *Incedit societate impiorum.* Heb. מי *Quis.* *Propter dolos.*] Vulg. Gr. חלקות, vel adulationes, nam in omni adulatione est dolus. *Dum allevarentur.*] Vulg. Gr. à נשא *Levare*, in Psal. 4. *Propter iniquitatem suam.*] Gr. Vulg. בלהות, à לאה defatigare, & dolere, ut in Mica 6. *In civitate.*] In terra tenebrarum, Job. 10. urbe & sæculo mortuorum, Eccles. 12. id est, *in sepulchre formam eorum consumes*, ut Psal. 49. *Sicut oves, &c.* *Renes mei commutati sunt.*] Vulg. Gr. id est, huc & illuc in diversis cogitationibus agitatus fui sine requie. à שנה variare in Pro. 24. Vel, *Lumbi mei velut ignis fumigans.*] Lat. MS. *Ad nihilum redactus sum.*] Gr. Vulg. ut res combustibilis igne, בער est urere, ut in Ezech. 21. ult. *In gloria suscipies me.*] Lat. MS.

Liber tertius. [illegible]

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 73.*

Asaphi commemoratoris de morte Absalom, & de prosperitate impiorum. Par. edit. Dicit, *Commemoratoris*, (quia Asaph erat Propheta) ut in Isa. 62. *In muros tuos commemorantes, &c.* Et in 1 Paral. 16. *In canticis commemorabo Dei opera.* אך non est in Syr. Par. Erpen. *Penè declinaverant*, vel *effunderentur quasi nihil.*] Syr. velut aquæ effusæ quæ in nihilum transeunt. [illegible] ואיך לא מרם Heb. באין. *Robur eorum*, vel *stultitia firma est.*] Attamen longævi sunt. Syr. שתיותהין [illegible]. Heb. אולם, sicut אויל, sic צורם pro צורתם in Psal. 49. *Vincula*, vel *non est finis mortis eorum.*] Id est, mors eorum est æterna. Syr. Par. edit. Vel, *Non est finis* (vitæ) *in morte eorum.*] Vivunt ac si in æternum viverent. Vel penè immortales videntur. Vel, ut πρατεύοντες Σογδιανῶν, Primates Sogdianorum, cùm ad supplicium capitis ab Alexandro abducti fuerant, carmen more lætantium cecinerunt, tripudiisque gaudium animi ostentare cœperunt, dicentes regi, honestam mortem à tanto rege carminibus se celebrare. Curt. lib. 7. ex Diodor. *Violentia eorum operta est.*] Syr. Erpen. quoniam potentes sunt, non est qui de illa loqui audet, ut Isa. 32. *Avarus liberalis vocatus.* Vel, *Amicti sunt impietatibus.*] Syr. Par. [illegible], ut Psal. 109. *Induit maledictionem, &c.* *Oculi eorum*, vel *improbitas.*] Syr. עולהון [illegible]. Heb. עינמו, sic in Zach. 5. 6. *Representatio eorum*, vel *improbitas*, in Syr. MS. à עון. *Faciunt secundùm cogitationes cordis.*] Syr. MS. quicquid cupiunt, משכיות à כסה, velut in Ezech. 8. in Syr. MS. & עברו, sicut עברו, sic in Jer. 2. אעבור אעבור. *Corrupti sunt.*] In cogitationibus suis. Syr. [illegible] אתחשבו. *De oppressione loquuntur contra Altissimum.*] Syr. ut Nimrod erat *Venator potens coram Domino*, id est, vehemens oppressor, ut quidam. *Inveniunt illos aquas habere pleni poculi.*] Syr. נשכחון [illegible], id est, inveniunt quod improbi omnium rerum abundantia fruuntur, & tamen Deum negant. *Aut plenè inveniunt eos.*] Esse in lubrico statu. Par. edit. Syr. à מצא, Jer. 10. Vel, *Poculum aquarum plenum.*] Id est, cogitationes inveniunt multas, quæ assimilantur aquis ut in Prov. 9. *Furtiva aqua*, id est, hominum inventiones, ut quidam scribunt. *Si dixissem sicut illi, facerem.*] Syr. tunc numerum filiorum tuorum deseruissem, à דור, usque ad עמל Non est in Syr. Erp. Par. vel MS. *Labor*, vel *scelus.*] Sic facere ut impii.

Syr.

Syr. עולא ܥܘܠܐ, ut in Job. 5. עמל. *In lubricis locis*, vel *adulationibus*, vel *secundùm fraudes eorum.*] Syr. ut illi sunt dolosi, ita videris eis adulari. R.Sol. Heb. חלקות. *Dejicis eos quando elevati sunt.*] Syr. Heb. à נשא. *Imaginem eorum*, vel *umbram.*] Tam vani sunt, velut in Psal. 39.7. *Ambulat in umbra inani.* Syr. ܨܠܡܗܘܢ צלמהון. *Permentatum erat*, vel *oppressum*, vel *turbatum.*] Syr. ܐܬܚܡܨ. Heb. à חמוץ, sic in Isa. 1.17. *Liberate oppressum. Brutus.*] בדיר. Syr. בורא à ܒܘܪܐ. *Post tuam gloriam deduces me.*] Syr. ܡܢ ܒܬܪ ܫܘܒܚܟ ܕܒܪܢܝ, post gloriam tuam ut sequar te, vel gloriâ tuâ post me, velut extremâ acie, me sequente, sic in Isa. 58.8. idem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 73. Heb. Arab. 72.*

Asapho Arab. MS. *Deus optimus est Israeli*, vel *Deus Israelis, optimus est rectis corde.*] Arab. إلاه اسرائيل. *Vincula*, vel *non est requies in morte eorum.*] Arab. لا راحة, non uniuntur cum Sanctis post mortem, sed Gehennæ, ubi non est requies, traduntur. *Robur*, vel *dura sunt eorum fortia flagella.*] In inferno. Arab. ضربتهم. *Exivit ut pinguedo*, vel *cera, iniquitas eorum.*] Arab. خرج اثمهم, sic in Psal. 58: *Sint ut cera*, id est, iniquitate ducuntur, ut in Sect. 8. exponitur. *Fecerunt secundùm cogitationes cordis.*] Arab. وعملوا. Heb. עברו cum Resh, ut עבדו, sic in Jer. 2. אעבר, & אעבד cum Daleth. *Reperiens dies perfectos.*] Arab. Rom. Neb. ايامها كاملة, vivunt longævi & prosperi, ut impii. *Enarrabo sicut hi.*] Id est, si ego faciam, vel tu feceris secundùm opus suum, كفعلهم Arab. *In generationem filiorum prævaricatus es*, vel *retribuetur tibi in generatione tua.*] Arab. في بنيك. Heb. בגדתי pro בגדת, scil. in filiis tuis pœnas lues. *Labor*, vel *iniquitas adversùs me.*] Arab. اثم علي. Heb. עמל. *Imaginem*, vel *despice personas suas.*] Arab. ارذل اشخاصهم. *Propter fraudes eorum.*] Arab. à נשה in Gen. 3. *Decepit me Serpens*, idem. *Inflammatum est cor meum.*] لهب قلبي Arab. *Suscepisti glorificationem meam.*] Laudes, quibus te celebravi, accepisti. قبلت تمجيدي, ut Psal. 22. *Inhabitas laudes Israelis*, id est, in illis delectaris.

1 *Intellectus Asaph. LXXIII. Heb. LXXIIII.*

Ut quid Deus repulisti in finem : iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ.

2 *Memor esto congregationis tuæ : quam possedisti ab initio.*

Redemisti virgam hæreditatis tuæ : mons Sion, in quo habitasti in eo.

3 *Leva manus tuas in superbias eorum in finem : quanta malignatus est inimicus in sancto!*

4 *Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ.*

5 *Posuerunt signa sua, signa: & non cognoverunt sicut in exitu super summum.*

Quasi in silva lignorum securibus

6 *Exciderunt januas ejus in idipsum : in securi & ascia dejecerunt eam.*

7 *Incenderunt igni Sanctuarium tuum : in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*

8 *Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.*

9 *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta: & nos non cognoscet ampliùs.*

10 *Usquequò Deus improperabit inimicus : irritat adversarius nomen tuum in finem?*

11 *Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?*

12 *Deus autem rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ.*

13 *Tu confirmâsti in virtute tua mare : contribulâsti capita draconum in aquis.*

14 *Tu confregisti capita draconis : dedisti eum escam populis Æthiopum.*

15 *Tu dirupisti fontes, & torrentes : tu siccâsti fluvios Ethan.*

16 *Tuus est dies, & tua est nox : tu fabricatus es auroram & solem.*

17 *Tu fecisti omnes terminos terræ : æstatem & ver tu plasmâsti ea.*

18 *Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino : & populus insipiens incitavit nomen tuum.*

19 *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.*

20 *Respice in testamentum tuum : quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.*

21 *Ne avertatur humilis factus confusus : pauper & inops laudabunt nomen tuum.*

22 *Exurge Deus, judica causam tuam : memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt totâ die.*

23 *Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum : superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.*

Sect. 13

Sect. 1. *Ex R. David, in Psal.* 74.

DE hac captivitate, Vener. Sed in Cod. Cremon. de captivitate Babel sine voce *hac*. *Fumabit.*] Est similitudo ab homine ex cujus naribus fumus in ira sua evaporat. *Redemisti.*] Quia erant ut servi in Ægypto. *Tribus vel Tribuum.*] Sumitur collectivè, & addit *hæreditatis tuæ*, quia redemisset eos, sic Deut. 9. 29. *Sunt populus & hæreditas tua. Hic mons Sionis.*] Dicit, *Hic* quia benè notus erat ut *hic Sinai*, Psal. 68. 17. Vel quia Psalmus erat in Sione compositus. *Eleva pedes tuos.*] Est similitudo, ut Psal. 68. 1. *Surgat Deus, &c. Vel leva malleos tuos.*] à פעם, in Isai. 41. 7. Non est in Cod. Cremon. למשואת nomen pro Meqor, ut Ezech. 17. 9. idem. *Ad perpetuas desolationes omnis hostis* כל אויב *qui fecit malum.*] Id est, ad destruendum omnem hostem in æternum. *Rugiunt.*] Id est, edunt vocem, ut Lament. 2. 7. *In domo sanctuarii, ut in festo solenni. Signa eorum attollunt per signa.*] Nebucad. posuit tempus in destructionem sanctuarii per signa, in Ezech. 21. 21. Teraphim, jecur, &c. & signa hæc erant contra Jerusalem. *Celebris erat, sicut adducens ad excelsum.*] Qui exscindebat ligna pro templo edificando erat celebris ac si manum ad thronum Dei excelsi elevasset; omnes ita gavisi sunt in eo. כשיל pro קרדום, in Targum, in Jer. 46. 22. בלף instrumentum quo frangunt lapides. פתוחיה figuras in auro factas. *Ignem in sanctuaria.*] Et comburebant ea. נינם à יונו, in Ezech. 45. 8. *Non amplius opprimont*, id est, corpore vel opibus. idem. *Signa nostra.*] Redemptionis. *Non est adhuc Propheta.*] Propheta Elia de quo dicitur, *Mittam Eliam*, Mal. 4. Vel nullus est Propheta à temporibus Zachariæ, Haggi, Malachi. *Blasphemabit nomen tuum.*] Dicendo quòd non potes nos servare. *Consumas, de medio sinus tui.*] Ne redeat in sinum donec consumpsisti hostes tuos. Et dicit, *de sinu tuo* quia manus in sinu nihil agit, ut in Prov. *Piger abscondit manum in sinu.* Vel, consumas hostem de medio sanctuarii tui, quod est instar sinus, latibulum. *Rex meus antiquitus.*] Sed nunc alii dominantur nobis. *In medio terra.*] Ita ut nemo de manu sua, non in medio terræ eorum se eripiat, ut Exod. 9. 16. *Ego sum Dominus in medio terra. Leviathan.*] Pharao, ut 27. Isai. 1. 2. *Leviathan, Draconem in mari. Dedisti eum in cibum.*] Hic cibus spolia maris indicat. *In deserto.*] Israelis itinera erant in deserto Etham, &c. per 40. An. peracta. *Fontem.*] Dicit *fontem* tamen rupem scindebat, sed in fine erat fons, sic Isai. 44. 19. *Panem* dicit, quia in fine erat panis. *Rivos grandes.*] Dicit *rivos* quia multi rivuli influebant Jordanem, & dicit, *Exsiccâsti* opposit, ad illud *rupem in flumina.* איתן Nomen non Toar conjunctum cum נהרות. *Dies — nox.*] Ante meminit contrariorum in bonum Israelis cooperantium; nunc etiam contrariæ naturæ in creatione in bonum cooperantur; etiam nox est ad homines pro somno, & in bestias pro præda. *Æstas & Hyems.*] Non meminit caloris & frigoris, quia sub his comprehenduntur. *Omnes terra limites.*] Sunt septem, & Aer in singulis differt. *Lux & Sol.*] Id est, Lux Lunæ & stellarum in usum eorum qui eremo peregrinantur, vel, descendunt ad mare, & influentiæ sunt in usum plantarum, ut Deut. 33. 14. *Educta per Lunam*, & in Job. 38. 31. *Influentias Pleiadum, &c.* Luna etiam in aquas, omnisque stella in plantas, lapides & metalla habet influxum. *Negat te.*] Providentiam tuam in his omnibus. *Turturis tui.*] Israel, ut Cant. 2. 14 *ô columba mea*, quia columba est debilis, patitur & non rapit, sic Israel. *Multitudini, vel destructioni.*] Ut Hab. 2. 17. יחיתן, idem. Non est in Cod. Cremon. *Ad fœdus.*] Notum fœdus cum patribus nostris; est cum He indicativ. *Loca obscura.*] Loca captivitatis Israel. *Violentia.*] Quia Babelitæ faciunt nobiscum violentiam, in Cod. Cremon, in Venet. *Gentes.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 74.

Fumat ira tua.] Ira est ignis, & in furiosis creaturis è naribus exit fumus. R. Sol. *Redemisti.*] Quia in Egypto erant ut Captivi venditi. *Tribus hæreditatis tuæ.*] Ut Deut. 9. 29. *Populus tuus & hæreditas. Leva pedes tuos ad desolationes.*] Ad destruendum omnem adversarium templi tui. R. Mosch. pro לחשאות. Vel propter desolationes quas fecit hostis, dicit, *Leva pedes tuos*, Id est, veni subitò ad puniendum hostem sicut qui currit levat pedes suos, ut Gen. 29. 1. *Jacob levabat pedes suos. Ponunt in ignem.*] Quia ignis erat circumcirca. *In medio congregationum tuarum.*] In templo ubi erant omnes congregationes Israelis. *Posuerunt signa eorum.*] Idololatrica signa pro signis veris, ut Ezech. 21. 21. *De sagittis volantibus*, Et colore Jecoris, &c. quibus divinabant Caldæi de successu, in obsidione Jerusalem secundum desideria eorum. R. Sol. *Jubilatio erat nota quando elevabat securim.*] שאון לו erant magnæ acclamationes populi, *Gratia, Gratia*, ut Zach. 4. quando scindebant ligna pro edificatione templi & fama ejus diffusa erat per orbem terrarum, נינם à ינה, in Ezech. 45. *Non opprimont & gladius opprimens* היונה, *&c.* Idem, R. Marinus. Licet נינם sit in Cal. ut נירם, & חונו in Ezech. Sit in forma gravi. *Signa nostra.*] Quæ dabant Prophetæ. *Manum tuam.*] Scil. sinistram; & sic ambæ manus hic memorantur. *Consumas de medio sinus tui.*] De medio terræ tuæ consume hostem. *In medio terra.*] Terræ Israel, ut Ezech. 6. *In medio Gentium posui illam. Fregisti mare.*] Ut Job. 16. 14. *Frangis me.* Idem. *Capita leviathan.*] Capita piscium grandium. R. Mosch. vel כל deficit, *Dedisti in cibum.*] Eos piscibus marinis nutriebat, & notum est, quod sint loca maritima in quibus Leviathan de die in diem in tempore noto comedunt. *Vel dedisti illi cibum nempè populo in deserto.*] R. Mosch dedisti Man. ubi non erat cibus. *Vel populo in navibus.*] לציים. *Lumen & Sol.*] Id est, Luna & Sol, & primò *Luna* meminit, quia ultimò de nocte locutus est, pro more Hebræorum, ut dicitur *Jacob, & Esau, & dedi Esavo, &c. Nomen tuum vel suum.*] Pro more linguæ, ut 2 Chron. 16. 9. *Vobiscum* pro *cum illis*. Et 1 Reg. 22. 28. כלם, id est, *Vos omnes. Memento ô inimico.*] Quod Deus te sicut alios, judicabit. לחית conjunctum, quia est cum Pathac. *Respice fœdus.*] Dicit *respice* opposit, ad *obscura loca* prædicta. לברית Lamed cum Pathac propter He indicativum. *Vox inimicorum.*] Qui rugiunt in Congregationibus, ut vers. 4. *Ascendit continuò.*] Donec ad aures tuas in cœlis perveniat.

Sect. 3. *Ex Mid. Tillin in Psal.* 74.

Pedes vel vices tuas.] פעמיך, Id est, tres tuas

obser-

observa festivitates רגלים quæ desolantur. *In signa.*] Id est, omnia eorum signa sunt felicia; per sagittas, &c. Ezech. 21. *Sicut adducens.*] כמביא erant noti ac si ascendissent in altum, & prælium cum Deo altissimo fecissent, sed quia ascendere in cœlos nequeant, ideoque terra gerunt bellum, & in ignem mittunt Dei sanctuarium. *Non est Propheta.*] Sed omnia sunt quasi sub sigillo occlusi, ut in Dan. 12. *Consigna hæc verba, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 74.*

De afflictione sub desolatione domus secundæ. *Tribum hæreditatis.*] Tribum Judæ. *Eleva pedes.*] Ad calcandum torcular, sicut in Isai. 63. *Ipse calcat solus, &c. Ad desolationes.*] Id est, ut hostes destruas. *Hostis.*] Titus. *Ut adducens* כמביא.] Id est, Titus, ut vir ille, qui elevabat manum suam contra templum, erat celebris, & ut victor excelsi, sese ostentabat. *Catum* מועדי.] Id est, congregationes & מדרשי domus expositorum legis. *Signa.*] Ut inter Philistæos. 1 Sam. 5. כלה.] Id est, לכלה, ut altera vice reliquias populi tui destrueres.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 74.*

פעמיך, id est, terrores tuos eleva à הפעם in Dan. 2. *Turbatus erat.* Menachem. *Novit sicut qui adduxit securim in excelsum.*] Id est, quando percutiebat portam templi, novit quòd dedisset ictus in Deum excelsum; quomodo novit? quia secures erant, sicut in perplexitatibus spinarum captæ, prout dicunt Rabboth. quod ligna portæ devorabant instrumenta ferri. *Et nunc.*] Licet displicebat Altissimo. *Signa.*] Id est, imagines, signa Deorum, vel, divinationes, ut Ezech. 21. 21. *Omnes congregationes Dei.*] Pelistæi ceperunt tabernaculum Shilo, Caldæi primam domum, Romani secundam. Non est in Edit. Bomberg. sed Basil. *Destruemus eos.*] Id est, gubernatores, ut ינון, & in Prov. 29. *Capita Leviathan.*] Egyptiorum, ut Ezech. 32. 2. *Draco magnus in aquis. Eum in cibum.*] Id est, divitias Pharaonis Deus populo suo in deserto dedit. לציים.] Id est, societates populi à te educti. Sic in Num. 24. in Targum מיען pro ציים. *Fontem.*] Rupes & flumen Jordanis. *Nox est tua.*] Mutare noctem nostræ captivitatis in diem potes, sicut Hyemem in æstatem. *Turturem.*] Tibi soli castissimam, & non adhæret Diis alienis. *Congregationis vel vita pauperum.*] חית נפש. Psalmus est de captivitate. על הגלות.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 74.*

In medio congregationum, vel καιρῶν *festorum.*] Id est, festis solennibus. *Filii eorum dixerunt in corde suo, & illi comburebant omnes synagogas.*] Id est, patres cum filiis à נין, Psal. 72. 17. *Sicut pater in filiis florebit, &c. Populo in deserta.*] Nempè, draconibus & bestiis, ut Isai. 13. 21. *Feræ deserti.* idem. Vel populo domus Israelis. *Flumina fortia.*] Arnon, Jaboc, & Jordan, ut Num. 21. 14. *Quid fecit in fluminibus Arnon. Capita Leviathan.*] Principes Pharao, & robustos, ut Num. 25. *Sume capita populi. Ad Bestiam.*] Impios. חית. *Turturis vel discentis legem tuam.*] à תורה, in Psal. 45. *Decebit te terribilia.* idem. *Stultus.*] Rex.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 74.*

Fumabit ira.] Sicut contrà rebelles, duo sunt, Deut 29 20. *Fumabit contrà virum illum.* Obs. Ubi ignis est & fumus, ibi peccatum est focus. *Contrà oves.*] Hei quid illæ fecerunt, 2 Sam. 24. Duo sunt, Gen. 30. 40. *Dixerunt in corde suo.*] Duo sunt initium versus, Psal 83. 8. *Dixerunt, exscindamus illos. Frangamus eos.*] à ניניא, Psal. 141. 5. *Non franget caput meum.* Non est amplius & sic scriptum. *Elevassent securim.*] Contrà illud. Tria sunt hujus significationis, Jud. 9. 48. *Abimelec ibat ad montem Tsalmon.* Jerem. 46. 22. *Contrà illam venient, &c. Evellas ex sinu tuo.*] Ut consumat impios & finiat peccata populi tui; decem sunt hujus significationis. 1 Sam. 3. 12. *Incipiens & finiens.* 2 Reg. 13. 17. *Donec consumpsisti eos.* Psal. 59. 13. *Consume eos.* Duo sunt ibi, & in Dan. 9. 24. לכלא cum Aleph. *Dedisti eum pro cibo populo habitanti in deserto.*] Id est, feris quæ comedebant cadavera Egyptiorum, & dicit populo, ut Prov. 30. 25. *Sunt populus non fortis. Vel populo, habitantibus in deserto.*] Nempè, populo Israelis, & bestiis quæ habitant in deserto. *Limites terra.*] Non reperitur amplius plenè plenum. ל׳ מל׳ גבול, & duo scribuntur sine Vau priore. *Dimovebo limites populi*, Isai. 10. 13. Id est, quia ipsi removent limites: sine Vau posteriore. Job. 24. 1. *Removent limites.* Sine Vau posteriore. Et duo sunt defectiva defectivorum. Deut. 32. 8. *Posuit limites populorum.* Num. 33. 32. *Moses dedit illis, &c.* absque utroque Vau: & reliqua scribuntur sine Vau posteriore. Deus ab initio limites populorum determinavit, ideò transgressores exterminabit. *Ne redeat*, vel *permaneat pudefactus.*] Quinque sunt, quatuor defectiva, & unum est plenum. Et symbolum est, pauper, edit, mane, in Jerusalem & consolatus est. 2 Sam 20. 18. *Novilunium manè.* Et, *nunc lege in auribus populi.* Judic. 7. 3. *Redeat & discedat.* 2 Sam. 15. 8. *Vovit votum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 74.*

Tribum.] Gr. 1. arg. *Vel Sceptrum.*] Gr. quia regnum erat Judæ, Gen. 49. *Rugiunt.*] Triumphant in spoliis templi. Gr. vulg. *Gloriati sunt.* Herod, Clio, Scythæ, in Ascalone Palestinæ Veneris fanum depecularunt, antiquissimum, quantum scio: (illa enim Cypris, & apud Cyther. ex hoc prodierunt.) Ac verò Deus (Dea alii) templi spoliatoribus eorumque posteris morbum immisit fœmineum ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλεαν νοῦσον, Herod. *Sicut in medio congregationum.*] Quando congregant ad festa solennia. In solennitate Dominum crucifixerunt. S. Aug. *Signa eorum.*] Nempè, desolationes, ut Numb. 16. 38. *Erant in signum*, 2. arg. a divers. Vel, Signa Romana Aquilas, Dracones, vel statuas quas primo in templo posuerunt, vel signa, quæ audierant à vatibus dæmonum suorum. S. Aug.

Pindar. Olymp. Od. 7.

Casis periti nescere victimis
Araque visis ignibus, an vires
Flavente pugnantes arena
Firma Jovis faveat voluntas.
Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι —— &c.

Vel signa Aquilæ, Draconis, &c.

Ut Horat. lib. 1. Od. 7.

——*Seu te fulgentia signis* (Romanis)
Castra tenent, &c.

Hæc signa militaria Jovi Capitolino asservabantur,

Horat. lib. 4. Od. 15.

Et signa nostro restituit Jovi, &c.

Celebratur sicut elevans securim supernè.] Desolatio nota est in communi proverbio, sicut erat ædificatio, sic 1 Reg.8. *Domus hæc altissima erit proverbium.* Vel, *Sicut adducens* כמביא *ad altissimum.*] Existimabat se servire Deo, ac si obtulisset hostiam, sic Joh.16.1.2. προσφέρειν θυσίαν. Vel, יודע *notus erat?* haudquaquam, *non cognoverunt.*] Quod facti sunt instrumentum irati Dei, non regnum placati. S.Aug. Vel, *Sicut in egressu desuper.*] Quomodo desuper, non ab illis hoc impleretur. S.Aug. Vel, *Non cognoverunt sicut in exitu super summum.*] Se divinâ curâ esse destitutos, exeuntes & triumphantes super Altissimum. Theodor. *Destruamus*, vel *loquuntur in corde suo de cognatione eorum.*] Ad extirpandam eam. 3.Arg. Vel, *Dixerunt posteri pueri eorum.*] Lat.MS. *Synagogas*, vel *cessare fecerunt omnes dies festos.*] Gr. Vulg. solennitates. Lat. MS. 4.Arg. *Deridebant Sabbata*, Lam.1. Dies festos veteres Romani observabant vino, unguento, coronis, sacrificiisque, ut pro Augusto Hispaniâ revertentis.

Horat.lib.3.Od.14.

Unico gaudens mulier marito
(1 Tim.5. ἑνὸς ἀνδρὸς)
Prodeat justis operata divis: &c.
Virginum matres, juvenumq; nuper
Sospitum ———
Hic dies verè mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras.
I, pete unguentum, puer, & coronas,
Et cadum(vini)*Marsi memorem duelli, &c.*
(Sub bello Marsico.)

Tunc cessabant servi ab opere servili.

Horat.Od.17.lib.3.

——— *& porco bimestri*, (Judæis vetito.)
Cum famulis operum solutis.
(*Non facies opus servile* in Lege.)

Et Od.18.

Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus.
(Exod,20. *Nec bos tuus.*)
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.
(Id est, saltare in festis Fauni.)

Pindar.Nem.Od.10.

ποτὶ θυσί——ων
Ἥρας.
Sacra Junonis thurifero die.

Dedisti illi cibum, scil. populo in deserto.] Dicit, *In deserto*, ubi non erat cibus, dedit illi Manna. 5.Arg. Vel, *Populo.*] Nempè, vulpibus & feris quæ devorabant eorum cadavera, ut Psal.63. *Portio vulpium.* Vel, *Populo Æthiopum.*] Tunc Æthiopes finitimi facilè superabant Ægyptios reliquos. Theod. Vel, Dracones sunt omnia dæmonia, sub diabolo militantia, gentibus credentibus subdita. S.Aug. *Flumina rapida.*] Intendit Jordan, & dicit rapida, ut Rodanus propè Lugdunum Galliæ, habet originem ab Alpibus, ut Padus, Danubius, &c. in uno die super Rodanum, per Barcam transivimus Avenionem circiter 130. milliar. iter terrestre est quatuor dierum, prædictámque Barcam retrahunt à bobus Lugdunum in 15. diebus, lege S.Hieron. Plini. de Rodano. *Turturis.*] Vel animam à te edoctam, Gr. Vel, *Animam moris tui.*] Quæ obedit legi tuæ morali, à תורת in 2 Sam. aliàs Reg.7. *Mos hominis*, idem. Vel, *Animas peccata confitentes tibi.*] S. Aug. Gr. Vulg. à תודת, Daleth pro Resh, ut Dodanim & Rodanim, 1 Paral.1. cum Gen.11. 6.Arg. Vel, *Animam eruditam lege tuâ.*] Lat. MS. *Animas pauperum.*] Gr. Vulg. Serva vitam eorum. Oratio pro redemptione de captivitate.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.74.*

De Antiocho. Ital. *Superbias eorum.*] à נשא elevare. Ang.MS. Vulg. Gal. *In signa.*] Id est, Trophæa, ut vera signa victoriæ elevabant. Ital. *Lo loro stendardi in segno di vittoria. Notus erat.*] Ac si oblationem lignorum Deo obtulisset. Ital. *Sicut in silva arborum.*] Vulg. Gal. Ang.MS. sic succidebant Sanctuarium. נינם.] Id est, Nepotes eorum dixerunt. Ang.MS. Vulg. à נין in Psal.72. *Dedisti cibum ipsi.*] Cum lætitia, quando mortuus erat Pharao. Ital *In deserto.*] Vel, Æthiopibus. Gal. *Turturis.*] Quæ gemet. Hisp. *Gime.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.74.*

Eleva, vel *sublimitas pedum tuorum desolata est.*] Lat.MS. id est, templum, locus pedum tuorum, ut in Ezech.43. *Signa eorum in tropæa.*] Lat.MS. *In superbias eorum.*] Vul.Gr. à נשא, ut in Psal.73. *Rugiunt*, vel *tremuerunt hostes tui in medio palatii tui.*] Lat.MS. *Manifesta in introitu desuper.*] Lat.MS. quando in saltum introibant ad arbores excelsas, Beth pro Caph in כמביא. Vel, *Nonne cognoverunt sicut in exitu super summum?*] Gr. Vulg. quando exibant de templo ad summum usque templi, ut dejicerent illud, (quasi cum securi arbores in silva) non cognoverunt quòd Deus est vindex templi sui, מביא à בוא exire, ut Eccles.1. *Generatio exit*, ut Sol occidit & exit sub terram. Vel posuerunt vexilla in summum templi, & in exitu portarum vel viarum, & non cognoverunt quod Dei totum erat permissione factum. Theod. agnoscit Hyperbaton. *Populis Æthiopum.*] Lat.MS. à ציים, ut in Psal.72. *Fluvios Ethan.*] Vulg.Gr. id est, in deserto Ethan dedit Deus aquas ut flumina, Exod.17. & exsiccabat flumina, & iterum dedit, Num.20. & Num 21. איתן hic est אתם in Num.34. Mem & Nun convertuntur, ut in Dan.12. nlt. חימין in Ab. Ezra. *Auroram*, vel *lucem & solem.*] Vulg. Gr. מאור. Vel, *Luminaria & solem.*] Lat.MS. *Æstatem & ver.*] Vulg.Gr. חרף, est juventus quæ est quasi ver in Job.29. *In diebus juventutis meæ. Qui obscurati sunt terræ.*] Vulg. id est, qui in obscuro faciunt mala opera, ut נעלמים in Psal.26.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal. 74.*

Asaphi. Syr. MS. de Angelo populum destruente in diebus Davidis, & de destructione Jerusalem, per Vespsian. senem. & Titum filium, 40. ann. post Christum. Par. edit. [illegible], *Attolle pedes tuos*, vel *servos tuos supra illos qui in robore attollantur contra nos.*] Syr. עבדיך [illegible], id est, servos pedum tuorum, sicut de Baraco scriptum est in Judic.4. *Apud pedes ejus*, & משאות à נשא. *Rugiunt*, vel *jactant in medio congregationis tuæ.*] Vel festivitatis. Syr. [illegible],

[illegible], ubi populus tuus festa celebrabant, illi nunc rugiunt. יורע *cognovisti velut existens Altissimus.*] Syr. ut attollens כמביא omnes qui in excelso loco sunt, eos novisti. Syr. [illegible] *Sicut secures in densas arbores nunc tundunt sculpturas.*] Syr. sicut secures exscindunt arbores in silva. *Dejecerunt & combusserunt in igne Sanctuarium tuum.*] Syr. [illegible] ואוקדו, dicitur de Vespasiano & Tito; hoc apud Ethnicos erat horrendum, Herod. Uran. quum Barbari (Persæ) ad sacellum Minervæ, quod est ante templum Delphis accederent ad expilandum & comburendum, è cœlo fulmina deciderunt κέραυνοι ἐνέπιπτον; & à Parnasso duo κορυφαὶ abscissi lapides magno cum fragore sunt devoluti——atque ex ipso sacello Minervæ vociferatio, jubilatióque extiterunt, βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο, Timor Barbaros fugientes invasit, (Deúsque minatur vindictam templi in Caldæos, Jerem. 50. & Ezech. 7. & alibi) Herod. Uran. æstus ac restagnationis ac cladis Persarum ferunt hanc causam extitisse, quòd illi è Persis qui sunt à mari oppressi in templū Neptuni, & ejus simulachrū impiè gesserant. *Consumamus eos.*] Syr. Heb. נינם à ינה in Zeph. 3. 1. *Opprimens civitas. Omnes Synagogas*, vel *consumpserunt omnia festa Dei.*] Syr. MS. [illegible] ערעאדוהי. Par. ed. *Signa nostra non videmus.*] Hostis enim erexit *signa eorum. Signa*] Facta per Prophetas super inimicos, sicut super exercitum Syriæ, 2 Reg. 6. Vel, *Non viderunt.*] Hostes hæc signa, ideóque non timent. Syr. חזו [illegible]. *Non est qui scit.*] Syr. vir sapiens nullus, aut Propheta qui per insomnia, alióve modo futura prædicet. Herod. Polym. de insomniis Xerxis & Artabani; visus est Xerxes videre in somniis quendam corpore ingenti & specioso, qui astans diceret, Perge ire, &c. Insequenti nocte idem rursùs insomnium assistens inquit, Nisi extemplò inis expeditionem adversùs Græcos brevi rursus humilis eris; Artabano ille vir in somnio visus est minitari, candentibusque ferramentis conari oculos ipsi exurere, ἐδόκεε ἀπειλέειν καὶ θερμοῖσι σιδηρέοισι ἐκκαίειν μέλλειν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς. Herod. *Quousq., quousq.*] Syr. hostis te opprobrio afficiet? *E medio sinus tui*, vel *festi.*] Syr. [illegible] Heb. חיקך, sicut חג. *Consume.*] כלה hostem (non est in Syr. Erpen. Par. vel MS. *Dedisti ipsum* (Leviathan, Balænam) *cibum populo robusto.*] Syr. [illegible], qui illum venantur in navibus. Heb. לציים, sic etiam hostes potentes nostros, ut Balænam marinam fortem, subjuga. *Turturis tuæ*, vel *confitentis te.*] Syr. [illegible] Heb. תורך, à ידה cum Daleth, ut בידור & כידור in R. Sol. in Job. 15.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 74. Heb. Arab. 73.*

Eleva pedes, vel *manus tuas supra magnificantes se.*] Arab. ارفع يديك على المتعظمين. Heb. à נשיא. *Rugiunt*, vel *jactant se.*] Arab. Syr. *Notus erat* יורע.] Vel, *Assimilaverunt ea signa signo illi quod venit ab alto.*] Arab. دبها عن العلو, id est, obtrudunt eorum pseudodivinationes, & signa mendacia, ac si Dei altissimi & Prophetarum ejus, signa fuissent. *Omnes dies festos.*] Syr Arab. נינם, id est, eorum affinibus & confœderatis dixerunt. Arab. ولاغار بهم. כלה, id est, usque ad consummationem, donec nos omnes simus consumpti. Arab. *Populo Regis Æthiopiæ.*] النجاشي Arab. ut Vul. *Fluvios fortes.*] Fortiter decurrentes. Arab. *Animam turturis*, vel *scientem te.*] عارفة بك. Arab. ut in Syr.

1 *In finem, Ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph. LXXIIII. Heb. LXXV.*

2 *Confitebimur tibi Deus: Confitebimur, & invocabimus nomen tuum:*

Narrabimus mirabilia tua:

3 *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo.*

4 *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmavi columnas ejus.*

5 *Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.*

6 *Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adversus Deum iniquitatem.*

7 *Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus:*

8 *Quoniam Deus judex est.*

Hunc humiliat, & hunc exaltat:

9 *Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.*

Et inclinavit ex hoc in hoc: veruntamen fæx ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.

10 *Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.*

11 *Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua justi.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 75.*

De congregatione captivorum. *Nomen tuum propè est.*] Iis qui invocant te. *Enarrant mirabilia tua.*] Israel, & Gentes quæ vident redemptionem. *Quando accipiam determinatum tempus.*] Tunc redimam Israel; sunt verba Dei. *Justè judicabo.*] Omnes hostes Israel. *Incola liquefiunt.*] Præ timore, quando vident vindictam pro Israele. *Sustento columnas.*] Tunc confitebuntur, quòd terra est in mea manu, ut stet, vel illabatur. *Dixi.*] Verba Psalmistæ,

mistæ, ad stultos qui gloriantur quòd manna eorum adepta sit divitias. *Ne levate cornu.*] Contra Deum excelsum, dicendo, per potentiam vestram, &c. ut illi in Amos 6. *Cornua accepimus. Ne loquimini ore, dura cum collo.*] Id est, conjuncta cum pingui collo, ut Job. 15.26. *Curret super collum, &c.* quia in prosperitate sua negant Deum. *Non ab Oriente, &c.*] Non per studium & diligentiam humanam, huc & illuc vagantem, sed à Deo. הרים ab הרמה, non est conjunctum cum מדבר, quia est cum Cametz, omne הרים in Scriptura, est secundùm literam, hoc excepto. Rabboth. R. Aba. Vel, *Non venit à* מוצא.] Id est, tributo regum, ut 1 Reg. 10.28. *Exitus*, vel tributum equorum, idem. Vel, *à mercantia.*] Ut Ezec. 27.14. מערבך, idem. *Nec à loquela.*] Ut Cant. 4.3. *Loquela tua est pulchra.* Meminit trium, quia his modis obtinent homines divitias, vel ut præfectus tributi regii, vel ut mercator, vel ut orator, R. Jos. Cimchi. Memor. felicia. Non est in Cod. Cremon. *Est calix.*] Calix tremoris, ut Isa. 51.17. *Faces calicis tremoris bibisti*, sed in redemptione Israelis Gentes bibunt eum. *Vinum rubrum.*] Est color optimi vini, ut Prov. 23.31. *Quando reddit colorem suum.* חמר in Arab. אחמר ruber. מסך, sic Pro. 9.2. *Miscuit vinum. Effundit.*] Plenus est, & vinum in hac & ista parte exuberans effundit. כוס, hîc est mascul. plerumque est fœmin. *Cornua.*] Regna impiorum frangit regnum Israel, ut Dan. 2. *Regnum ejus non destruetur.* Et dicit, *Ego frangam*, id est, Israel post bellum Gogi.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal. 75.*

Nomen suum propè est] Ad liberandum invocantem. *Enarrant mirabilia tua.*] Patres nostri, vel Prophetæ. *Qui dicis, quando accipie opportunitatem judicabo rectos.*] Dixit Deus, quòd suo tempore opportuno omnes judicabit, Eccles. 8. & Eccles. 3.1.2. & quando finis venit. *Incola liquefiunt.*] Cùm Deus incipit judicare. *Sustentavi columnas ejus in veritate.*] confitebuntur in die judicii, quòd Deus solus antea columnas terræ, id est, montes, stabilivit. *Dixi.*] Verba Psalmistæ. *Ne extollite cornu.*] Unus super socium suum. *Ne extollite cornu in Altissimum.*] In Deum, qui est vobis altior. *Cornu.*] Divitiarum, sapientiæ, vel roboris, ut Amos 6.13. *Accepimus cornua, Ne loquimini veteri collo.*] Nempè, durâ cervice, ut Isa. 23.18. *Vestitu veteri*, sic Lat. MS. *Nec de deserto montium.*] Sed Deus est Judex, & nemo vos per sapientiam stellarum liberabit. *Deserto montium.*] In meridie, & hic meminit trium laterum, sed non quarti, quia est sub terra, & non habet vires. *Calix.*] Desolationis & tremoris. *Rubrum, vel turbidum.*] Ut Hab. 3 15. *Acervus aquarum*, idem. חמר verbum præteriti. *Plena mixtura.*] Nempè, luti, summum bibunt peccatores, qui non sunt plenè iniqui, imum impii, secundùm opera sua, prout magis vel minus impiè egerunt. *Enarrabo in sæculum.*] Hunc calicem mundo si forsan resipuerint. *Frangam.*] In prædictione prophetica, ut Ezech. 43. *Quando veni ad destruendam civitatem*, & Jos. 24.9. *Balac pugnabat*, scil. per verba.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 75.*

Ne destruas.] Sed castiga me in judicio, ut pater filium. *Columnas stabilivi.*] Ut de Isaia dicit Dominus, Posui te plantare cœlos, & fundare terram. *Ne gaudete.*] Impii lætantur solùm in hoc sæculo, quia propter peccata Deus suam præsentiam sustulit, sed in sæculo futuro (pœnas infligendo) Deus lætabitur. R. Berechiah beshem R. Levi. Elisheba filia Amminadab habuit quatuor lætissima; Moses erat Rex, maritus ejus summus Pontifex, Nathshon frater ejus Princeps Tribus Judæ, attamen duo filii ejus mortui sunt coram Domino, Levit. 10.1. ideóque ne lætamini. *Non ab Oriente.*] Sed à Domino erat destructio Baltasaria, Dan. 5. *Calix.*] Sunt 4. calices in bonum, 4. in malum; calix in Psal. 23. *Dominus est calix meus*, Psal. 16. *Calix salutis*, Psal. 116. bis. *Cornua.*] Sunt decem; Abrahami, Isa. 5.1. Isaaci, Genes. 22. *Per cornua*, Mosis, Exod. 34. קרן פניו *cornua* (lucis) *emisit*, Prophetiæ, 1 Sam. 2. de Hanna. Legis, Hab. 3. *Cornua de manu.* Sacerdotii, Levitarum. 1 Paral. 25.5. Jerusalem, Psal. 22. ראמים Christi, Psal. 132. quando peccabant Israelitæ, tunc Gentes hæc decem cornua gestant, Dan. 7. sed in sæculo futuro confringentur.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 75.*

Justificat Deum in negotio captivitatis nostræ. *Tempus accipiam*, כי אקח מועד.] Id est, ego locutus sum de tempore, temporibus, & medio temporis in Dan. 7. ut justitiam meam post tam multam patientiam patefacerem. *Columnas.*] Justos, quorum gratia omnia non penitùs destruam. *Stultis.*] Qui negotia mundana insectantur. *Cornu.*] Vestrum in scientia stellarum profectum, quasi promotio exinde esset oriunda. *Ortu* מוצא Ortus stellarum. מערב.] Occasus. *Deserto* מדבר.] Primum mobile sicut desertum, in quo non est stella (dicitur ערבות ob obscuritatem, Psal. 68. R. Obad.)

Sect. 5. *Ex R. Sal. in Psal. 75.*

Ne destruas.] Israelem populum tuum. *Gratias agimus.*] Pro adversis etiam, sicut pro prosperis. *Ego sustento*] Verba Israel, quia nisi illi recepissent legem in Sinai, terra tunc destrueretur. *Cùm habeam festum* מועד.] In die festo non erimus in vaniloquio occupati, ut Gentes. *Judicabo rectè.*] Laudando te quotidiè ob contingentia nobiscum. MS. *Stultis.*] Vel impiis cum Israel mixtis, à מהול in Isa. 1. חמר.] Id est, forte in ling. extran. ויניש Hispan. *Bermejo.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 75.*

Ne destruas.] In tempore quo dixit, *Ne destruas populum tuum. Cornu.*] Gloriam vestram, ut Job. 16. *Cornu meum inquinavi pulvere. Loquimini cum collo & arrogantia.*] Id est, durè, & cum contumeliis. *Deserto*, vel *Aquilone deserti, nec à montibus.*] Id est, meridie, loco montium. הרים. *Non est præter me de Oriente ad Occidentem.*] Qui rego omnia. *Vinum est forte.*] Et inebrians.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 75.*

Nomen tuum propè est.] Quatuor sunt, Isa. 13.22. *Tempus ejus propè est, & dies propè est*; Et in Eccles. 5.1. *Sis ad audiendum propinquus*, quia nomen Dei est propè. *Columnas ejus.*] Per septem sapientiæ columnas; quatuor sunt, tria plena, & unum defectivum. *Cortinas atrii Tabernaculi*, primus locus; & socius ejus, ועמודי sine Vau, & Prov. 7.1. *septem columnas*, & Job. 9.6. *Tremunt columnæ ejus. Duro collo.*] Id est, verbis superbis; quatuor sunt, 1 Sam. 2.3. *Arrogantia*

Arrogantia ex ore ne prodeat. Psal. 31. 19. Loquuntur dura. Psal. 94. 4. Loquuntur dura. Et unum, in Prov. 8. 18. *Divitias stabiles*, cum Tseri. *Ab Oriente.*] Non est amplius, & unum est ממוצא. 2 Paral. 1. 16. *Exitus equorum.* vid. Cimchium.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 75.*

Triumphalis de immortalitate. Sym. de ult. Judicio. *Ne corrumpas.*] Noli timere ne promissiones Dei corrumpat aliquis potentum. *Cum accepero tempus.*] Nondum est judicii tempus. S. Aug. Vel, *Cum accepero synagogam.*] Aq. Sym. cum è Babel reversus fuero in templum, tunc confitebor tibi, Theod. *Justè judicabo.*] Captivos redemptos, ut Nehem. 5. 1. &c. 1. Caus. Minos (in tempore judicum.) primus apud Ethnicos legibus scriptis uti persuasit. Dion. Halicarnass. lib. 2. Et Volaterran. lib. 33. scribit, quod Minos ob summam justitiam post mortem cum suo fratre Radamantho Judex fingebatur. Observavimus Lucæ urbis Italiæ Turritæ, ante judicem quando venit in publicum gestat puer quidam gladium in rubra vagina reconditum, præcedunt duo apparitores rubris amicti, quæ sunt Emblemata justi judicii; Scribit author Thesauri politici, quod Senatus Lucensis in rebus magni momenti trea habeat judices, 50. mill. ab urbe oriundos, extra jurisdictionem Senatus (similiter Florentini) qui judicarent justè, non ex amore, timore, vel odio, ideoque Græci usi sunt tacitis, cum calculis nigris albisvè, suffragiis. Pind. Nem. Od. 8. *Cum superbo collo.*] Quia divitiæ non faciunt nobilem.

Horat. Epod. 4.

Et crura dura compede
Licet superbus ambules pecunia.
(Ne superbiant, 1 Tim. 6.)
Fortuna non mutat genus, &c.——
Cum bis ter ulnarum toga
Ut ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio?
Arat Falerni (Campaniæ) *mille fundi jugera*
Et (viam) *Appiam mannis terit,*

(Mulis generosis, quibus adhuc utuntur in Italia, in via Appia quia silicibus est strata nigricantibus.) *Columnas.*] Apostoli columnæ, quæ in passione Domini nutaverunt, in resurrectione firmatæ sunt. S. Aug. *Ne levate cornu.*] Quia Persæ destruxerunt Babilonios. 2. Caus. Et Deus elevat deprimitque quos vult.

Horat. Od. 35.

——*vel imo tollere de gradu*
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
(Ut Job. 40. *in pulvere, &c.*)
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus:——
Te Dacus asper, te profugi Scytha,—— &
(Ut Psal. 120. *cum Mesec. &c.*)
Purpurei metuunt tyranni:
Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam: &c.——
Te semper anteit seva necessitas,
Clavos trabales, & cuneos manu
Gestans ahena, nec severus
Uncus abest, liquidumq; plumbum,
(adversa veniunt necessario.)

Te spes & albo (in adversis speramus) *rara*
fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat:
(In Prov. *Amicus* fidelis *nascitur in adversis.*)
Utcunque mutata potentes
Veste domos linquis.
At vulgus infidum & meretrix retrò
(Matth. 16. *Adultera generatio.*)
Perjura cedit: (in adversis) *diffugiunt*
cadis
Cum fece siccatis amici,
Ferre jugum pariter dolosi.

Montes deserti.] Boreales & Australes partes, ob nimium frigus & calorem desertæ. Theod. *Calix.*] Hunc calicem dedit Nebuchad. Omni genti bibendum, ipseque fæces bibit. Jer. 25. 12. 15. 27. 3. Caus. Vel, Calix est lex data Judæis, in qua ut in fæce, novum absconditum latet testamentum. S. Aug. Eucharistia pro redemptione de captivitate.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 75.*

Est liquefacta.] Præ timore, sed Deus sustentat eam. Ital. *Nec à deserto montium.*] Ang. MS. Gal. Vulg. Ital. Bruc. id est, non per accidens. *Nec ab Oriente.*] Id est, à sole, ut illi expectabant qui adorabant solem, ut 2 Reg. 23. *Currus solis.* חמר.] *Refsegiato.* Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 75.*

Quando accepero tempus.] Vul. Gr. quando est mihi opportunitas ἐν παντὶ καιρῷ εὐχαριστεῖτε, 1 Thessal. 5. *Ego justè judicabo.*] Gratias agam tibi quod justum est facere. *Cum cervice veteri.*] Lat. MS. vetera transeant & collo novo humilique loquimini. *Nec à solitudine montium.*] Lat. MS. *Ex hoc in hoc.*] Vulg. Ex uno calice effundit in alium quia exuberat calix. *Pax non est exinanita*, vel *est inventa.*] Vulg. נשא, ut נמצא, & sic נשוא, & נשוא, in Psal. 139. in R. David. & R. Sol. *Cornua justi.*] Vulg. Gr. in singulari. id est, cujuslibet justi.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 75.*

De deitate Christi. ܡܛܠ ܐܠܗܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ

Et memoratio judicii. Par. Edit. Syr. דרינא ܘܕܝܢܐ

Propinquum est nomen tuum.] Invocamus nomen tuum. Syr. Quia propinquus es omni invocanti. *Nam tempus accipiam.*] Ad judicandum rectè & enarrandum opera tua. Syr. דאמר זבנא ܘܐܡܪ

ܘܐܡܪ ܙܒܢܐ, Et dicit, *Tempus*, scil. statutum pro die judicii ultimi. *Sustentas columnas.*] Habitatores. Syr. Usque ad tempus præfixum tunc dissolvitur terra, ut 2 Pet. 3. *Et elementa liquefient.* *Ab Oriente*, vel *non est exitus à deserto montium.*] Syr. ut à Deo aliquis evadat in die judicii. Syr. מפקנא ܡܦܩܢܐ ܡܢ ܡܕܒܪܐ He מפונא Mem redundat velut in ממגרות, in Joel. 1. Vel, *Non est lucrum.*] Nisi à Deo tantum, sic in 1 Reg 10. *Exitus vel lucrum equorum.* *Rubrum*, vel *turbidum.*] Syr. Quod mixtum est fæcibus. חמירא, Syr. ܚܡܝܪܐ, ut in Psal. 60. *Vino turbido.* idem in Syr. *Effundit ab hoc*, vel *inclinat ab hoc ad illum.*] Syr. Id est, Deus uni non alteri benefacit. *Omnia cornua impiorum.*] Ut Mal. 4. *In die illo judicii omnes impii erunt ut fœnum, &c.*

Sect.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 75. Heb. Arab. 74.*

Quando datum fuerit mihi tempus.] Arab. اذا اعطيت اجلا diem illum & horam judicii ultimi nemo nisi Deus novit, Matth. 24. *Neque à desertis montibus.*] Non per accidens, sed Dei providentia. Arab. الغربة. *Labetur terra.*] In die ultimo, *Terra & opera ejus comburentur,* 2 Pet. 3.

Arab. تنزل الارض. *Ego stabiliam columnas ejus.*] Sustentabo terram usque ad diem consummationia statutum. *Dixi.*] Per legem & Prophetas. *Adversus Deum.*] Id est, adversum me, est pro more linguæ, ut 2 Sam. 12. *Dixit Samuel, Dominus qui misit Samuel,* id est, me. *Vino puro.*] Arab. خمرا صرفا, *Super faces suas, &c.* ut Zeph. 1. *Bibunt eam.*] Phialæ iræ Dei extremæ in die judicii in impios effunduntur, in Apoc. 16. 1. &c.

---

1 *In finem, in Laudibus, Psalmus Asaph,*
Canticum ad Assyrios. LXXV. Heb. LXXVI.

2 *Notus in Judæa Deus : in Israel magnum nomen ejus.*

3 *Et factus est in pace locus ejus : & habitatio ejus in Sion.*

4 *Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.*

5 *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis :*

6 *Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum : & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.*

7 *Ab increpatione tua Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos.*

8 *Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.*

9 *De cœlo auditum fecisti judicium : terra tremuit & quievit,*

10 *Cùm exurgeret in judicium Deus, ut salvos faceres omnes mansuetos terræ.*

11 *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.*

12 *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu ejus affertis munera terribili.*

13 *Et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 76.*

Dictus est de bello Gogi. *Notus erit.*] Quando facit vindictam in eum. *In Juda.*] Quia ibi erit bellum. *In Salem.*] Id est, in Jerusalem ædificabitur templum; Sem. erat Melchizedec & vocavit eam *Salem,* Abraham vocavit locum illum *Jireeh,* inde dicitur Jerusalem. *Sagittas arcus.*] Id est, omnia instrumenta Gentium bellica. נאור.] Id est, gloriosus & notus in Judah, quia in isto bello revelabit lucem suam & pugnabit pro Israele, ab אור in Niphal, ut נכון. Cod. Cremon. *Præ montibus prædæ.*] Id est, magis quam leones qui è montibus ad deprædandum exeunt, sic tu hostes tuos diripies. *Spoliati sunt.*] Aleph pro He, ut Isai. 63. 4. אגאלתי. *Robusti corde.*] Gentes præliantes contrà Jerusalem. *Dormiebant somnum.*] Mortis, vel non habebant plus roboris quam dormientes aut mortui. *Ipse & currus, &c.*] Id est, Gog princeps Meshec, &c. *Timendus.*] Ex tunc omnes Gentes timebunt te. *De cœlis.*] Ut Ezech. 38. 22. *Pluet de cœlis in eos ignem & sulphurem. Silebat.*] à pugnando ampliùs. *Ad judicium.*] In populos; & ad salutem Israel. *Reliquias irarum cohibebis.*] Ita, ut reliquæ non audeant bellum gerere cum Israel. *Ad timorem.*] Ad Deum qui est timor omnium, ut Isai. 8. 13. *Sit ille timor vester. Circùm illum.*] Gentes circùm Israel, vel circà Deum qui habitat in medio Israel. *Spiritum.*] Id est, superbiam principum, ut Eccles. 10. *Si Spiritus principis, &c.* à הבציר, in Levit. 25. 5. de vindemia. Ante exposui hunc Psalmum in libro Miclol de Assur in radice נור: Sed nunc mihi videtur de bello Gogi interpretandus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 76.*

Neginoth.] Tonis variis. Vel tonus poëseos, cujus tale est initium. *Salem.*] Jerusalem sic dicta quia ראוירה, ut videat pacem, eam decet, vel quia orabant pro pace ejus, Psal. 122. vers. 6. Vel quia perfectè שלימרה, respondet ad portam cœli, ex qua Angeli ad colloquium cum Prophetis descendebant, Gen. 28. 17. *Hæc est porta cœli,* quasi *vallis visionis. Quam montes prædæ.*] Ubi manent feræ & nemo audet illic accedere ne rapiatur multò magis timent te hostes tui. *Gloriosus.*] נאור ab אור, Lux, ut נכון sermo est ad Deum gloriosum. Vel Nun est radicalis à נאר destruens. *Non invenerunt manus.*] Nullum robur ad resistendum, ut Lament. 4. *De cœlo.*] Quia omnia decreta descendunt è cœlis. *Laudabit te.*] Quia reliquias irarum hostium ejus, Deus alligavit, & ad laudem suam in destructione eorum convertit. Vel, *Ligabis.*] Ita ut nemo audeat ampliùs cum populo tuo periclitari quando tot excisiones intuetur. R. Sol. *Vovete.*] Verba populi Jerusalem in afflictione obsidionis, sedentis. *Propter timorem.*] Ut Isai. 8. 13. *Sit ille timor vester.* R. Moseh. *Vindemiabit Spiritum.*] Sicut vineæ, ut Joel 3. *Immitte falcem, &c.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 76.*

Notus est.] Quando erant Judæi captivi pariter ac Israelitæ, tunc nota erat ἀπροσωποληψία Dei. *In Jehuda.*] Nahshon princeps Jehudæ descendebat primo

primò in mare, ideòque regnum obtinuit; cùm Moses erat orando prolixus, dixit Deus, fac finem, quoniam mei filii sunt in afflictione magna. *Dominium ejus.*] Id est, Israel erat sub dominio Judæ. *In Salem.*] Ubi regnabat Melchisedec, id est, Sem; vocatur etiam Jerusalem, à יראה, Gen. 22. *Tabernaculum suum.*] In futurum, quando reædificat Tabernaculum Davidis lapsum, ut in Amos 9.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 76.*

De bello Gogi. *Tabernaculum ejus* סכו.] Est Tabernaculum Leonis; in eo insidias Deus contra Gog præparat. *Lucidus* נאור.] In luce personæ Christi. *Cohibebis* תחגר.] Id est, restringes, ita ut non pugnabunt ampliùs.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 76.*

Illic fregit sagittas.] In destructione Sennacherib, de quo hic Psalmus, quia nullus hostis præter eum in Jerusalem cecidit. Vox רשפי, carbones ignis significans est cum Dages, hæc est lenis, significat volucres, ut Deut. 32. in Targum. Et in Job. 5. & in Psal. 78. 48. *Volucribus*, sagittæ sunt sicut carbones destruendo, & ut volucres volando. *Magis destruens.*] Adversarios tuos, à נאר, Psal. 89. 39. & נאר est sicut רחוק quasi מרחוק. *Montes pradonum.*] Anakim, quorum statura & robur erat sicut montes, Vau in ורדב est accessorium, ut in Ajah & Anah. *Spoliantur.*] Aleph pro He, ut in אתחבר *sociavit se* cum Jehosaphat. *Robusti corde.*] Sennacherib, & exercitus sui. *Mites.*] Hezech. & Israel. *Furor hominis laudabit te.*] Ut quando Nebuchad. in furore projecit tres pueros in caminum ignis ad gloriam Dei, à rege ipso erat, & quando Sennacherib erat destructus, Egyptii ædificabant Altaria, ut in Isa. 19. (in Cimchio.) *Cohibebis.*] Ne iram suam patefacere ausi sint ampliùs. חגר in Mishneh, pro מנע. R. Eliezer Haggaon. Vel, *Accinges super te.*] Ut super reliquias hostium tuorum eam infligas; Et dicit, *Accinges*, pro ornamento, quia furor hominis respectivè ad Deum nihil est; & Deus solus irâ accinctus est.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 76.*

Tabernaculum suum.] Sanctuarium. *Fregit sagittas.*] Et pacem restituit, quando Israel beneplacitum Dei perfecit. *Tu* O Deus es magis gloriosus quàm, *Montes præda.*] Reges qui inhabitant montibus, & illic congregant prædam suam, hi coram te pertimescunt. *Spoliati sunt.*] Armis bellicis. *Non invenerunt manus.*] Robur, ut arma in eorum manibus acciperent. *Requievit.*] Terra Israel, sed terra Gentium contremebat. *Ira hominis laudabit te.*] Quia in ira misericordiam ad populum tuum ostendis, ob quam laudabunt te. *Et reliquias irarum alligabis.*] In pœnam nationum terræ, ut in Hos. 13. *Iniquitas Ephraim est alligata.* Vel, *Pro reliquiis alligabis iras.*] Id est, thesaurizas iram pro reliquiis Gentium. *Circa illum.*] Circa Sanctuarium ejus. *Munera afferto in timore.*] Ad domum Sanctuarii, timentes. *Spiritum principum.*] Superbum spiritum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 76.*

Notus est in Juda. Per judicia sua; Tria sunt cum Cametz in Psal. 9. *Notus est Dominus in judiciis suis.* Prov. 31. 23. *Maritus ejus est notus*, per justitiam suam, & נודע in Eccles. 6. 10. *Notum est*, scil. quando Deus judicat eum. *Montibus præda.*] Id est, Leopardorum; tria sunt, Num. 23. 7. *à montibus Orientis.* Cant. 4. 8. *Montibus Leopardorum. Timebat terra.*] Timet pœnas; duo sunt, Jerem. 3. 8. *Juda non timebat. Laudabit te.*] Etiam in hoc mundo; duo sunt, Isa. 38. 18. *Sepulchrum non laudabit te. Cohibeas.*] In maximè furiosis; duo sunt, unum plenū, aliud defectivum, Prov. 22. 24. *Cum viro furioso ne abeas.* Posterius plenum est. *Afferte munera.*] Reges etiam hoc faciunt; duo sunt, unum plenum est in Psal. 68. 29. *Reges afferent munuscula*; posterius plenum est, (sic etiam est prius in quibusdam codic.)

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 76.*

Assyriorum.] Non est in Sexcuplici. Theodor. *In Israel.*] Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. S. August. *In Salem.*] Illic erat templum Dei secundum. s. Caus. *Tu es formidabilior.*] à ירא. Gr. *Prada*, vel *cibi.*] Licet Sion erat sterilis mons, respectu templi erat aliis gloriosior. 2. Arg. Vel, *à montibus æternis.*] Orientis luminis Evangelii exordia, ut montes exceperunt Apostoli. S. Aug. Vel, *à montium præda.*] Ubi Assyrios prædæ exposuisses. Theodor. *Somnum eorum.*] Perpetuum, quia in illa nocte, in qua capta erat Babylon, ebrii erant, & dormiebant ad mortem, Jer. 51. 39. 3. Arg. Vel, somnum de terrenis illum divitem fecit, evigilatio pauperem. S. Aug. ut Isa. 29. *Solvite vota.*] Et triumphate in victoria Domini, ut prisci Romani Cæsare victore;

Horat. lib. 4. Od. 2.

——*O Sol* (dies)
Pulcher, O laudande, canam ——
Cæsare fœlix.
Tuq; dum procedis, Io triumphe,
Non semel dicemus, Io triumphe,
(Ut pro Solomone, 1 Reg. 1.)
Civitas omnis: dabimusq; divis
Thura benignis.
(Ut Levit. 2. *Thuro.*)
Te decem tauri totidemq; vaccæ,
(Multæ, est numerus perfectus.)
Me tener solvet (à voto) *vitulus relictâ*
Matre, qui largis juvenescit herbis
In mea vota,
(Hanna vovit, 1 Sam. 1.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 76.*

Contra Assyrios] Gal. Ang. MS. sicut R. Sol. *In pace.*] Ang. MS. Vulg. Gal. *En paix*, ut שלום, in Ab. Ezra in Gen. 33. *Jacob venit Salem*, seu *in pace*. *Montes æternos.*] Ang. MS. Gal. Vulg. qui reddunt cibum quotannis. Vel טרף prædæ, quia feræ sunt in illis. Ital. *Spiritum.*] Id est, protectionem & intelligentiam. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 76.*

In pace.] Gr. Vulg. (pace. Lat. MS.) post bellum Sennacherib, in diebus Hezechiæ, cùm rex Babylon, aliique munera miserunt. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.*] Vulg. Gr. Arab, Id est, Deus misit lucem salutis è cœlis mirabilem, sic Isa. 9. *Populus in tenebris vidit lucem magnam.* Vid. Cimchi. in locum. Vel dicit, *Montibus*, id est, montibus Sion & Moria, ex quibus de Arca venit salus, sic Psal. 121. *Levo oculos meos ad montes, &c.* Sion, &c. Vel, *Lumen tu es magnificentia à montibus captivitatis.*] Lat. MS. à captivitate liberas nos in lumen gloriosum. *Omnes insipientes.*] Vulg. id est, spoliati sapientiâ,

entiâ, à שלל. *Mites corde.*] Vulg. Gr. Æthiop. *Diem festum agent tibi.*] Vulg. Gr. תחגור *accingeris*, Lat. MS. quasi gaudio, ut in die festo, forsan ut תחגנו.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 76.*

Quando capta erat Rabba, 2 Sam. 12. & denotat ultionem Judicii Christi. Par. edit. ܠܐܚܐܒ. *Brachia arcus.*] Syr. דרעא ܕܪܥܐ, Heb. רשפי, id est, robora arcus, ut Psal. 37. *Brachia impiorum*, id est, vires, scil. in die Judicii extra Jerusalem, Isa. 66. in R. David. *Præda*, vel *robuste è monte tuo.*] Syr. עשינא ܥܫܝܢܐ Vel, *De monte tuo robusto.*] De Sione eluxit Deus, ut Psal. 50. 2. in die Judicii. *Robusti corde*, vel *stulti.*] Syr. quis enim tam audax est ut insipiens? *Non invenerunt manus suas præ increpatione tua.*] Syr. dicit de Ammonitis, vel impiis omnibus. *Ligabis*, vel *amovebis*, vel *franges.*] Syr. ܠܚܓܝܪ̈ܐ Heb. à חרגא claudus, sic Psal. 18. in Syr. *Claudi in viis suis.* Vel, à חרגא terror frangens animum, ut in Psal. 18.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 76. Heb. Arab. 75.*

Canticum pro populo dilecto. Arab. MS. ab Assur in tempore Hezechiæ liberato. *In Salem*, vel *erit pax in umbra ejus.*] Sic Psal. 91. 1, 2. *In umbra Altissimi tutus eris.* Arab. يكون السلام في ظلالة. *Luminosior est* (mons Sion) *& pretiosior* (fructibus) *montibus æternis.*] Arab. وممجد, sic dicit in Deut. 33. *Deliciæ montium æternorum, &c.* fructus perennes quotannis subindicat. Dicit, *æternis*, vel prædæ, ut in Heb. vel cibi, ut Psal. 111. *Dedit prædam*, vel *escam*, idem. *Furor hominis.*] Vel, *In cogitatione sua* (ubi ira incipit) *homo tibi confitebitur.*] Arab. عند فكرة. *Vindemiabit*, vel *eripienti spiritus principum.*] Arab. فارع لارواح السلاطين eripit de carcere corporis, quando moriuntur, ut in Psal. 146. *Spiritus exit, &c.* Vel dicit, *Eripienti*, quia spiritus eorum ipse solus ligat & eripit, ut in Eccles. 8. *Non est dismissio in prælio. Restringes reliquias.*] Et serviet tibi homo iste in secreto suo (id est, cogitatione timebit) Arab. ويتعبد لك, est paraphrasis vers. Heb.

---

1 *In finem, pro Idithun, Psalmus Asaph.*
LXXVI. Heb. LXXVII.

2 *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, & intendit mihi.*

3 *In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.*

Renuit consolari anima mea,

4 *Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.*

5 *Anticipaverunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.*

6 *Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui.*

7 *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.*

8 *Numquid in æternum projiciet Deus: aut non apponet ut complacitior sit adhuc?*

9 *Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?*

10 *Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?*

11 *Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.*

12 *Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.*

13 *Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinventionibus tuis exercebor.*

14 *Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?*

15 *Tu es Deus qui facis mirabilia.*

Notam fecisti in populis virtutem tuam:

16 *Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.*

17 *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.*

18 *Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.*

Etenim sagittæ tuæ transeunt:

19 *Vox tonitrui tui in rota.*

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.

20 *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis; & vestigia tua non cognoscentur.*

21 *Deduxisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi & Aaron.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 77.*

Dictus est in persona captivorum; duo hîc explanat: 1. Quare captivi exclamant, & non exaudit Deus? 2. Si sit spes redemptionis. R. Arama. *Super Jeduthun.*] Id est, de mutatione legis in captivitate, Derash non est in Cod. Cremon. *Manus mea.*] Id est, plaga cordis, scil. dolor meus effunditur sine intermissione, ut Job. 3. 24. Et dicit, *Manus*, ut Exod. 9. 3. *Manus Domini*, scil. plaga; & addit, *Nocte*, quando vacat homo à negotiis mundanis, & cogitabundus est. *Et non erat remissa.*] Ut Gen. 45. 26. *Cor ejus deficiebat.* Habac. 1. 4. *Lex infirmatur. Obrutus est spiritus meus*, vel *amictus.*] Homo in afflictione est incurvatus, & una pars altera quasi operta, à עטף.

à עפץ. *Tenes palpebras oculorum meorum.*] Ut claudere eas ad dormiendum nequeam; R. Moseh Haccohen; dicuntur שמורות, quia custodiunt oculos. Vel, desiderium oculorum meorum abstulisti. R. Arama. מהמר. *Non possum eloqui.*] Nocte meditor de dolore meo, vigilans, & mane sum ab eloquendo debilitatus. *Turbatus sum.*] Ut Gen 41. 8. De Pharaone, *Spiritus ejus erat perturbatus. Dies antiquos.*] Quomodo eduxisti Israel ex Egypto. *Canticum meum.*] In nocte cogito de canticis patrum meorum quando erant de captivitate liberati, vel de canticis templi. R. Arama. *Diligenter investigavit.*] In opere Dei antiqua cum Israele. *Promissum suum.*] Verba sua consolatoria. *Occlusit.*] Ut Deut. 15. 8. *Non occludas manum tuam.* idem. *Quando dico hac est mors mea, recordabor, &c.*] Quando cogito de morte mea in hac afflictione, tunc recordor manum Dei quæ patres nostros ex Egypto & Babel liberabat; vox *Babel* non est, in Cod. Cremon. חלותי à חלה, sicut חנות à חנה, sic Deut. 21. 1. *Unus occisus.* idem. Vel, *Absit, ut sit mutatio dexteræ Dei.*] R. Arama. חלותי à חלילה. *Recordabor.*] Bis sumitur in hoc & proximo versu. אזכיר cum Jod, id est, commemorabo aliis. *Meditabor*, vel *eloquar.*] De illis ad consolationem aliorum. *De omnibus operibus.*] Celebrioribus in Egypto & illis etiam in Mari & Sinai. פעלך Jod signum pluralis deficit. *In sanctuario.*] In cœlis, & dicit; *Via tua*, quia per observationem cœlorum dicimus, Quia est tibi similis? & cœli à te, ut à prima causâ, habent originem. Vel, in monte Sinai, ut Psal. 68. 17. *Sinai in sanctuario*, & quia gloria Dei descendit in montem Sinai, dixit Israel, *Quis est magnus, ut Deus noster? Cum brachio tuo.*] Per coactionem, ut Exod. 3. *Nisi manu forti. Profunda aqua.*] Erant etiam divisæ. *Effundebant aquas.*] Ut Exod. 14. 24. *Prospexit Deus in exercitum Ægyptiorum*, id est, misit in eos aquas, tonitrua, &c. זרמו à זרם in Poel simile est quadrato. *Sagitta.*] Lapidea fulminantes sic vocantur, in Prov. 20. 17. *Lapides minutissimi. In cœlis.*] Unaquæque sphærarum sic vocatur גלגל quia est volubilis; licet tonitru non fit in cœlo sed in Aere, tamen Aer, metaphoricè vocatur cœlum, quia cœlo appropinquat, ut Gen. 1. 8. *Firmamentum vocavit cœlum.* Et Isai. 55. 10. *Pluvia cœli.* Vel, quia influentiæ cœli sunt primariæ fulgurum & tonitrui causæ. R. Arama. Vel, *In rota.*] Currium Pharaonia, ut Exod. 14. 25. *Sustulit rotas curruum.* Non est in Cod. Cremon. *Illuminabant mundum.*] Ut dicitur, *Noctem in lucem vertit, &c. Terra tremebat.*] Nempè, Egyptii. *Semita tua.*] In plurali, quia mare erat, in 12 segmenta divisum, ut Psal. 136. 13. Rabboth. *Non erant agnita.*] Quia aquæ maris reclibant super Egyptios, Exod. 14. 26.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 77.*

Cum voce mea.] Bis, de die in diem, denotando. *Plaga vel manus mea cucurrit.*] Scil. locus meus lachrymis; Nullubi potui acquiescere, sic Deut. 23. 13. *Habebis locum.* idem. Vel locus oculorum stillabat, ut ait sapiens magnus, vel liquefit vigor naturalis meus. *Non possum eloqui.*] Quanta est mea tribulatio. *Canticum meum in nocte.*] Sicut mos erat, ut Psal. 57. 8. *Evigilabo mane.* Et Job. 3. *Nulla vox hilaritatis sit in ea nocte. Investigabat.*] In operibus Dei, vel de longitudine captivitatis, ut Daniel, Dan. 9. 1, 2. *Infirmitas mea*, vel *oratio.*] Sed in hoc sensu חלה jungitur cum פני. *Quando recordor annos.*] In quibus me afflixit manus Altissimi. Vel, *Propter mutationem dexteræ—Dei.*] à שנות, ideò infirmatus sum valdè. Vel, dixi est infirmitas mea, ut semel cogitarem quòd mutabilis est dextera Dei. *Annos*, vel *somnum dexteræ Dei.*] à שנה. R. Moseh. *Sanctuario.*] Cœlis. *Et Josephi.*] Meminit *Josephi* quia Jacobum & filios suos in Ægypto enutrivit: erat *pastor & lapis Israelis*, Gen. 49. *Videbant te aqua Deus.*] Ut Exod. 14. 27. *Moses extendit manum & redsit mare. Effuderunt aquas.*] In Egyptios quando Israelitæ ambulabant in terra arida. *Sagitta tua.*] Fulgura. *In cœlo.*] Aëre infimo cœlo, בגלגל מתגלגל האויר, sese volvente. *Via tua est in mari.*] Ut Exod. 15. 19. *Filii Israel ambulabant in arida. Vestigia tua non erant agnita.*] Quia redsit mare ad robur suum, Exod. 14. 27. *Sicut grex.*] Paulatim in deserto.

Sect. 3. *Ex Mid. Tillin in Psal. 77.*

Consolationem respuit.] Quia finem malorum, & quot plagæ adhuc restant, ignorabat. *Dies.*] Abrahami ab Oriente excitato, Isai. 41. 1, 2.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 77.*

In afflictionem captivitatis & spem redemptionis, &c. *Manus mea percutit* נגרה.] Super femur è medio tribulationis percutit à חנרה, in Psal. 39. *Pralium, &c. Non eloquar.*] Ne terrorem in filios populi mei incutiam. שנות.] Id est, *Oratio mea* חלותי *erit pro mutatione dextra Dei.*] à justitiâ ad misericordiam שתשתנה. *Sagitta*, vel *partes* חצציך.] Id est, partes ignis & nubis erant inter exercitus Egypti, & Israel. בגלגל.] In nube sicut dixit, *Vocem dederunt athera, &c. Non agnoscuntur.*] Israelitis, quia non intellexerunt mirabilia Dei.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 77.*

Locutus sum.] In corde meo de præteritis tuis operibus. *Tenes vigilias oculorum meorum.*] Ita ut semper dormiam præ dolore, & evigilare è somno nequeam, ut cæteri homines qui vigilantes, redeunt ad seipsos. *Canticum in nocte.*] Nempè, in templo ante captivitatem. Vel in nocte hujus captivitatis, cantica mea olim recordor. *Infirmitas*, vel *dolor meus.*] Ut convertam ad Dominum, me perterrefaciens, incitat à חיל. *In cœlo*, vel *in rota.*] Id est, exercitu Egyptiorum quæ formâ erat rotundâ, ut 1 Sam. 17. עגל. Hisp. *Cerco. Vestigia.*] שרצש in ling. & Hispan. *Pisadas.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 77.*

Manus mea, defluit in nocte.] Id est, Prophetia venit in me, & lachrymæ ex oculis meis sine intermissione defluunt, ut Ezech. 3. 22. *Manus Domini*, id est, Prophetia. *Dies antiquos.*] Dies prosperitatis. *Dextera Altissimi mutatur.*] Id est, robur dexteræ. *Filios Jacobi & Josephi.*] Jacobus genuit, & Joseph eos nutriebat.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 77.*

Effluxit ulcus meum.] Ut oculus meus cum lachrymis stillat; duo sunt, Lam. 3. 49. *Oculus meus effundit lachrymas. Ut non possim*, vel *nolo loqui.*] Id

Id est, ampliùs in nomine Domini; duo sunt; Jerem. 20.9. *Dixi quod nollem ampliùs eloqui in nomine Domini. Non ampliùs.*] Tria sunt; 2 Sam.14.10. *Te ampliùs tangere.* Prov. 10.22. *Benedictio Domini ditabit nullamq́, mæstitiam addit.* In noctem est tristitia, sed manè gaudium permanet. *Num fallit ejus promissum?*] Vel decretum, vel nonne ejus verbum in cœlis, permanet? Sex sunt cum accentu in penultimâ defectiva, in Habac.3.9. *Etiam verbum. Selah.* Psal.19.2. *Per singulos dies pronunciat verbum.* Psal.19.3. *Istic neque sermo nec lingua est.* Psal.68.11. *Dominus dedit verbum,* id est, promissum vel decretum. Job.22.28. *Turem determinabis,* verbum Dei est per omne ævum stabile. *Gratiosus.*] Non habet simile; unum est, in Judic. 19.9. *Tempus castra metandi. Gratiosus,* vel *oblitus est Deus castra metandi.*] Id est, ab ira requiescere. *Ut Deus noster.*] Vel ut Angeli in nos, præpositi; Tria sunt; Gen. 3.5. *Sicut Dii eritis bonum & malum scientes.* Zach. 12.8. *Domus Davidis sicut Deus, vel Angeli,* unum in lege, 'א. in prophetis, aliud 'נ. Tertium in Hagiographis 'ך. Ecclesia erit sicut Deus quod serpens fraudulenter Evæ, promisit. *Tonitru tuum erat in cœlis.*] Vel rotâ, id est, orbe terrarum rotundo non habet simile. Psal. 83.13. *Sint sicut rota,* vel sicut cœli, indefessè volubiles. *Duxisti populum tuum.*] Id est, ex Egypto; duo sunt, Exod. 15.13. *Eduxisti populum tuum, &c. Per manum Mosis & Abaronis.*] Id est, in deserto; duo sunt, Num. 33.1. *Sunt itinera sub manu Mosis & Abaronis.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 77.*

Manus mea erant expansa.] In oratione mea. Gr. à נגרה, quia quando effusæ sunt aquæ expanduntur. *Erat obrutus.*] In captivitate, ut Psal. 102.1. *Quando obrutus est. Oculos vigilantes.*] Nocte lugeo, ut Lam.2.19. Vel, *Anticiparunt vigilias omnes inimici mei.*] S.Aug. עיני à עוין aspicere oculo invidiæ, ut Saul. 1 Sam. 18. idem. *Non loquar.*] Contra Deum qui fecit hoc, ut Job.1.ult. *Job non peccavit labiis.* 1.Arg. Vel, *Annon eloquar?*] Ad Deum ut juvaret me. *Dies antiquos.*] In subjugandis Canaanitis, divisione maris, &c. 2. Arg. *Recordor canticum meum.*] Post exitum ex Egypto, ut Exod.15.1. *Tunc cecinit Moses, &c. Infirmitas mea.*] Nonne credam verbis, Jerem. 29. Jerem. 10. De 70. annis? *Estne mutatio dextera Dei excelsi?*] Gr. Vulg. Non omninò, quia in Mal. 2. *Ego non mutor.* 3. Arg. Vel, *Nunc cæpi.*] Esse in ea regione ubi non anticipent vigilias inimici mei, & hæc est immutatio dexteræ Dei quâ mutare me cæpit Deus. S. Aug. *Sunt ignota.*] Nemo potest post te ambulare, Egyptii tentabant hoc facere, & sunt absorpti. 4. Arg. *Erat in circulo.*] Quando vapor nube inclusus contendit exire, ver. 18. 5. Arg. Vel quia tonitru erat in rotas curruum Egyptiorum, Exod. 14. *Turbavit Ægyptios.* Vel, quia apparuerunt orbi terrarum fulgura, nubesque in rota circumierunt orbem. S. Aug.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 77.*

שנות, Id est, alterationem. 2. Ang. MS. Gal. Ital. Bruc. id est, infirmitas mea est causa mutationis dextræ Dei. Hisp. *En los annos,* Vel, *Hac est mea mors.*] Ital. hâc captivitate moriar. *In rotâ.*] 2. Ang. MS. Vulg. Vel, *in circuitu terra,*] Gal. *In cerce.* Hispan. vel in Sphera. Ital. Bruc. *Nella Sphera.* in cœlo, qui est figura sphærica. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 77.*

נגרה.] *Nocte extenditur.* Lat. MS. ut aquæ effusæ. Vel, *Nocte contrà eum.*] Vulg. Gr. id est, expansæ ad eum, נגרה, ut נגדה cum Daleth, sic Dodanim & Rodanim. 1. Paral. 1. Et כידוד & כידור, in R. Sol. in Job.15.25. *Prohibebam aspectum oculorum meorum.*] Lat. MS. nolui sursum aspicere, ut Psal. 40. Heb. אחות pro אחותי. *Non sum deceptus.*] Vulg. Gr. Vel, *Non defecit.*] In promisso suo, sic Gen. 45. *Defecit spiritus Jacob.* Idem. *Delectatus sum.*] Vulg. Gr. ab המו, *Tumultuantur viscera mea,* Hos. 11. in compassione. *Anticipaverunt vigilias.*] Vulg. ut orem, Sic David in Psal. 119. אחזת ab אחז apprehendere & eas (antequam veniant) anticipare. Vel, *Omnes adversarii mei custodiebant vigilias.*] Gr. Arab. Ethiop. ad capiendum me עיני à עוין de Saule, oculo malo aspexit Davidem. Vel caligaverunt oculi. Arab. Rom. *Nunc capi, hac mutatio dextera excelsi.*] Vulg. Gr. Id est, cæpi cogitare quod erit mutatio in melius. à חחלת. Arab. Rom. Vel, *Imbecillitas mea est hac mutatio.*] Lat. MS. imbecillitas mea est sic cogitare de dextera Dei. *In Rota.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 77.*

Vulnus meum, vel *manus ejus super me in nocte castigabit me.*] Syr. ܐܝܕܝ ܒܠܠܝܐ ܡܬܦܫܛܐ, Heb. נגרה, sicut חגרת, in Psal. 39.11. *Absque ullo ad consolandum animam meam.*] Syr. ܠܝܬ ליח, Heb. מאנה à מאן He redundat. *Vigilantes,* vel *vigiliæ tenent oculos meos.*] Syr. Id est, tenebræ & caligo oculorum velut in nocte. Syr. צורנא ܨܘܪܢܐ, ut in Psal. 6. *Caligat oculus meus, &c. Annos,* vel *mutatio est.*] In manu Dei propter peccatum meum & infirmitatem. Syr. ותניא ܘܫܢܝܐ, Heb. שנות. Vel, *Repetitio.*] Id est, redintegratæ plagæ dexteræ Dei sunt hæc, ut in Job. 10. *Renovas testes,* id est, plagas tuas à שונה. *In cœlis,* vel *in rotas.*] Syr. בגיגלא ܩܠܐ ܒܓܝܓܠܐ, in Syr. id est, sonus movetur circulariter & in gyro.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 77.*
Heb. Arab. 76.

Pro Asapho: Concio ad populum. *Extendi manus meas.*] Arab. يدي بسطت in oratione, sic in Psal. 68. *Curret manibus* expandet eas orando, ut Solomo. *Capti oculi mei,* vel *Caligaverunt oculi mei.*] Arab. غشيت عيناي à עששה, in Psal. 6. Caligat oculus meus. Heb. אחזות ab אחז captus oculis, ut haud custodiant corpus. *Dixique nunc, cæpi hoc, dextera excelsi corroberabitur.*] Arab. الآن ابتديت هذا انعتر يمين العلي, Id est, cœpi cum afflictione magna, sed in fine erit Redemptio per robur Dei dexteræ gloriosa; Dicit, *Corroberabitur dextera,* ut in Isai. 59. *Brachium suum sibiipsi salutem attulit,* & in Psal. 42. *Salutem faciei sua,* id est, suam. Heb. שנות est *mutatio,* primo videbatur

videbatur dextera debilis, nunc tempora mutantur. *Sonus tonitrui tui in rotis.*] Arab. صوت رعدك في الفلك in mundo celebris, ut in Ezech. 10. *Erat in auribus meis, hoc est Galgal.*

1 Intellectus Asaph. LXXVII.
Heb. LXXVIII.

ATtendite popule meus legem meam : inclinate aurem vestram in verba oris mei.
2 *Aperiam in parabolis os meum : loquar propositiones ab initio.*
3 *Quanta audivimus & cognovimus ea: & patres nostri narraverunt nobis.*
4 *Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.*
Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fecit.
5 *Et suscitavit testimonium in Jacob : & legem posuit in Israel.*
Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis :
6 *Ut cognoscat generatio altera.*
Filii qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis.
7 *Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operum Dei: & mandata ejus exquirant.*
8 *Ne fiant sicut patres eorum, generatio prava & exasperans ;*
Generatio, quæ non direxit cor suum : & non est creditus cum Deo spiritus ejus.
9 *Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum, conversi sunt in die belli.*
10 *Non custodierunt testamentum Dei : & in lege ejus noluerunt ambulare.*
11 *Et obliti sunt benefactorum ejus, & mirabilium ejus quæ ostendit eis.*
12 *Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.*
13 *Interrupit mare, & perduxit eos : & statuit aquas quasi in utre.*
14 *Et deduxit eos in nube diei : & totâ nocte in illuminatione ignis.*
15 *Interrupit petram in eremo : & adaquavit eos velut in abysso multa.*
16 *Et eduxit aquam de petra : & deduxit tanquam flumina aquas.*
17 *Et apposuerunt adhuc peccare ei : in iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.*
18 *Et tentaverunt Deum in cordibus suis : ut peterent escas animabus suis.*
19 *Et malè locuti sunt de Deo : dixerunt : Numquid poterit Deus parare mensam in deserto ?*
20 *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.*
Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo ?
21 *Ideò audivit Dominus, & distulit : & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel.*
22 *Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus.*
23 *Et mandavit nubibus desuper, & januas cæli aperuit.*
24 *Et pluit illis Manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.*
25 *Panem Angelorum manducavit homo: cibaria misit eis in abundantia.*
26 *Transtulit Austrum de cælo : & induxit in virtute sua Africum.*
27 *Et pluit super eos sicut pulverem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.*
28 *Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.*
29 *Et manducaverunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis :*
30 *Non sunt fraudati à desiderio suo.*
Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum :
31 *Et ira Dei ascendit super eos.*
Et occidit pingues eorum, & electos Israel impedivit.
32 *In omnibus his peccaverunt adhuc : & non crediderunt in mirabilibus ejus.*
33 *Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.*
34 *Cùm occideret eos, quærebant eum: & revertebantur, & diluculò veniebant ad eum.*
35 *Et rememorati sunt, quia Deus adjutor est eorum : & Deus excelsus redemptor eorum est.*
36 *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei :*
37 *Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento ejus.*
38 *Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum : & non disperdet eos.*
Et abundavit ut averteret iram suam: & non accendit omnem iram suam.
39 *Et recordatus est, quia caro sunt : spiritus vadens, & non rediens.*
40 *Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in inaquoso ?*
41 *Et conversi sunt, & tentaverunt Deum : & sanctum Israel exacerbaverunt.*
42 *Non sunt recordati manus ejus, die quâ redemit eos de manu tribulantis.*

43 Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.

44 Et convertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.

45 Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos, & ranam, & disperdidit eos.

46 Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.

47 Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

48 Et tradidit grandini jumenta eorum, & possessionem eorum igni.

49 Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos.

50 Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & jumenta eorum in morte conclusit.

51 Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

52 Et abstulit sicut oves populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

53 Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

54 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem, quem acquisivit dextera ejus.

Et ejecit à facie eorum Gentes: & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

55 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

56 Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum: & testimonia ejus non custodierunt.

57 Et averterunt se, & non servaverunt pactum: quemadmodum patres eorum conversi sunt in arcum pravum.

58 In iram concitaverunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum provocaverunt.

59 Audivit Deus, & sprevit: & ad nihilum redegit valdè Israel.

60 Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.

61° Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.

62 Et conclusit in gladio populum suum: & hereditatem suam sprevit.

63 Juvenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.

64 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.

65 Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.

66 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

67 Et repulit tabernaculum Joseph: & tribum Ephraim non elegit:

68 Sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit:

69 Et ædificavit sicut unicornium sanctuarium suum in terra, quam fundavit in sæcula.

70 Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium: de post fœtantes accepit eum.

71 Pascere Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam.

72 Et pavit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 78.*

LEgi meæ.] Id est, quam ego vos edoceo, מורה de Dei mirabilibus. *Audivimus.*] Ex ore sapientum veterum. *Parabola.*] De Manna, &c. *Novimus.*] In lege, ex ore Mosis Rabbinu. *Non celabimus.*] Ab illis qui sunt in traditione indocti; nos qui novimus, debemus illos instruere. *Testimonium in Jacob.*] Legem suam, Deut. 4.10. *Ad filios vestros enarrate. Generatio rebellis.*] Generatio deserti. *Non erat stabilis.*] Ut Isa. 22.23. *Sicut clavis in loco stabili. Vertebant dorsa.*] Hoc erat in deserto, licet non scriptum sit in lege, sed in Chronicis, *Viri Gath occidebant eos*, 1 Paral. 7.21. ubi exposui illud, quod occisi de Ephraim erant 8. millia, qui ad Gath contra verbum Dei exibant: Nam dixit, eos 40. ann. in deserto permansuros: & dicit, *Habentes arcus*, quia confidebant instrumentis bellicis, non in Deum, ideò conversi sunt retrò. Sed Rabboth. exponunt hoc de filiis Ephraim qui exibant de Egypto ante tempus definitum. R. Arama. Sed versus sequentes coarguunt quod post exitum contigit, quia videbant mirabilia Dei, & obliti sunt eorum, & fœdus suum quod erat datum in Sinai non observabant, & sapiens R. Abrah. ben Ezra exponit de desolatione Shilo. in tribu Ephraim, & tunc multi ex illis erant occisi, sed à vero remotus est hic sensus, quia posteà loquitur de desolatione Shilo. Non est in Cod. Cremon. Præterea, quare meminit filiorum Ephraim solius, cùm totus Israel in illo prælio occidit? ut 1 Sam. 4.1. *Verbum Samuel ad totum Israel erat prolatum. In agro Zoan.*] Erat Egyptus, urbs regia, ut Num. 13.22. *Ante Zoan in Ægypto*: & dicit, *Agro*, id est, terra, ut *Padan*, vel *Ager Aram, &c. Sicut Acervus.*] Ut Exod. 15.8. *Flumina stabant*: Et Exod. 14.29. *Aquæ erant ut murus, Deduxit eos nube.*] Postquam transissent mare; & antea de Succoth duxit. *Cum luce ignis.*] Habebant in nocte columnam ignis, donec videbant lucem diei, & tunc non egebant candelis, quia columna ignis erat in Tabernaculum. *Discidit rupes.*] Meminit mirabilium Dei, licet non in ordine: nam sunt in lege ordinata, quia Manna & volucres erant ante aquas Rephidim in Sin, Exod. 16.13.

Distuere.]

Diffluere.] Sic dicit, quia rupes est alta, & aqua descendit. *Adhuc magis peccabant.*] Dicit, *Adhuc*, quia aquæ erant, ob peccatum & murmurationem eorum immissæ. למרות pro להמרוי, ut Num. 5. 21. idem. *Altissimum.*] Qui excelsus est, & potuit dare carnes, licet illi erant increduli, & eum in Cibroth Hattaavah, tentabant. *Tentabant Deum.*] Quia non egebant carne, Manna erat dulcis, & delicatus cibus, & probabant Deum utrùm potuit dare carnem? Et dicit, *In corde suo*, non in ore, quia dicebant, *Anima nostra exaruit, nihil est nisi hic panis*, Num. 11. 31. ac si carne indigebant. *Pro appetitu suo.*] Ut Num. 11. 4. *Concupiscebant concupiscentiam.* Vel pro anima, quæ est subjectum concupiscentiæ, ut Deut. 12. 20. *Si concupiscat anima tua.* Non est in Cod. Cremon. *Locuti sunt contra Deum.*] In corde, non ore. *Mensam.*] Cum variis cibis ordinatam. *Potest ne providere carnem?*] Si potest, est res magis admirabilis: Manna descendit sicut nives, & rupes aquam emittebant, sed unde est caro? *Percussit rupem.*] In Rephidim, quia rupes Cadea non erat tunc percussa, sed in Num. 20. *Panem etiam.*] Id est, carnem, ut Num. 28. 2. *Oblationes & panem meum*, id est, carnem pro sacrificiis. *Dominus audivit hoc.*] Licet locuti sint in cordibus eorum. *Ignis erat accensus.*] In Taberah & Cibroth, Num. 11. 1. & duo hi ignes erant in uno loco; prior ob murmurationes eorum, posterior ob concupiscentiam. *Ira ascendebat.*] In Cibroth, Num. 11. 33. *Ira Domini incalescebat, &c.* & in his duobus operibus erat ὀλιγοπιστία מיעוט האמנה, quia murmurabant, dicentes, *Mittamus homines, & explorabunt terram*, non credebant Deum illam daturum, sic petebant carnem, sed eam habere diffidentes. *Portas cœli.*] Similitudo denotans abundantiam, ut *fenestra cœli erant aperta*. Gen. 7. *Frumentum cœli.*] Quia Manna erat instar frumenti, sed suavius. *Panem fortium.*] Panem quem fortes comedebant, scil. Mosea & Eliah per 40. dies. R. Arama. *Panem cœlorum fortissimorum.*] Sicut *speculum* in Job. 37. *Satis.*] In omni loco deserti, non indigebant cibo sufficientiæ. *Ventum orientalem.*] Ut Num. 11. 31. *Ventus adduxit coturnices.* *Pluit volucres alæ.*] Dicit, *Pluit* in abundantia; & dicit, *alæ*, quia habebant alas, & ab illis evolare nequeant. *Circa habitationes suas.*] Ut Num. 11. 11. *Circa castra sua.* *Saturati.*] Donec exibat è naribus eorum, Num. 11. 20. *Pingues.*] Selectos juvenes, ut Judic. 3. 29. *Omnem pinguem & robustum.* *Adhuc peccabant.*] In re exploratorum, Coræ, & aquarum Meriba. *In vanitate.*] In 40. annis mortui sunt omnes, à 20. annis. *In molestia.*] Plaga illa quà mortui sunt subitò exploratores, ideò Beth est cum Pathac indicativ. *Quando occidit eos.*] אם ut Num. 36. 4. *Quando erit Jubilans.* *Quærebant illum.*] Scil. qui erant superstites. Vel, *Quando dixit ad occidendos illos.*] Ut in Num. 14. 40. *Dicebant peccavimus, & ascendemus ad locum, &c.* Vel, *Quando occidis eos, num inquirebant illum?*] Non; sed hoc debebant facere. R. Arama. *Remittebat iniquitatem eorum.* Non destruendo eos secundùm merita sua, ut conversio erat externa; sic etiam merces eorum, ut in Ahabo appatet, *Quia humiliat sese, &c.* (sed quia non pœnituerunt cum toto corde, ideò non plenè remisit illis) ut omnes dicerent, prodest externa pœnitentia licet simulata. *Multùm avertebat iram suam.*] Dicit, *Multùm*, quia vis magna requiritur ad subjugandam iram, ut in Num. 14. *Potentia Domini mei innotescat, &c.* *Caro erant.*] Et naturaliter caro quærit desideria sua, & peccat. *Ventus qui transit.*] Id est, Dies eorum breves, ideò remittit illis in vita sua, ut Job. 7. 21. *Quare non remittis peccatum, quia nunc dormiam in pulvere, &c.* *Et non redit.*] Nempè, naturaliter, sed in resurrectione Deus mirabilia operatur. *Tentabant Deum fortem.*] Negando potentiam suam אל. *Limitabant sanctum illum.*] Deo, qui sanctificatus erat toties in Israele in miraculis, posuerunt limitem, dicentes, hoc potest facere, non illud, ut Num. 34. 10. *Limitem terræ.* *Non biberent.*] Ut Exod. 7. 21. *Ægyptii non potuerunt de aquis bibere*; non meminit signorum in ordine, quia in lege ordinata sunt. *Laborem suum.*] Fructus laboris hominum. *Occidit vineas.*] Quia planta habet animam vegetativam, ut Job. 14. 8. *Truncus ejus moritur.* Vel sicut illud, 2 Reg. 3. 25. *Lapidibus omnem portionem bonam dolere facite.* Non est in Cod. Cremon. *Sycomoros.*] Sunt ficus silvestres. *Cum lapidibus fulminaribus.*] Vel cum frigore magno flores arborum destruente, & humiditatem exsiccante. R. Saad. Gaon. ex Arab. & meminit *Vinea & Ficuum*, quia sunt arbores principales in Egypto; Vel, quia vineæ sunt teneræ, descendit in eas sicut falx acuta, & in Sycomoros descendit, requievit & discidit. Midrash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. *Fulguribus.*] Ut Exod. 9. 24. *Ignis in medio grandinis.* *Ferocitatem iræ suæ.*] Comprehendit plagas tres, non memoratas. Arama. *Immissione.*] Denotat משלחת frequentem immissionem unius post alterum, ut Isa. 27. 10. *Civitas derelicta, &c.* & Exod. 8. 21. *Ecce mitto, &c* in Rabboth. Non est in Cremon, מלאכי non est conjunctum, sed Mem deficit. Plagæ tres ultimæ, hic *Angeli mali* appellantur. Arama. *Ponderabat viam.*] Ut ira sua via directà sine mora progrederetur, sic Prov. 4. 26. *Pondera semitam, &c.* *A morte.*] Nempè, violentà ante diem suum. *Caro.*] Mortalis, & sic peccatis obnoxius. Arama. *Sicut oves.*] Paulatim. *Non timebant.*] Nisi pro momento, ut Exod. 14. 10. *Timebant, & clamabant ad Dominum*, sed subitò Moses eos confirmabat. *Deduxit eos tutò.*] In mari. *Ad hunc montem.*] Templi, ut Exod. 15. 17. *In monte hæreditatis tuæ*, & dicit, *hunc montem*, quia locus per Gad Prophetam, quando hic Psalmus erat dictus, innotuit. *Tentabant Deum.*] Postquam mortui erant Josue & Judices, ut Judic. 2. 11. *Vertebant retrò.*] Inter Judicem & Judicem. *Arcus doli.*] Velut sagittarius astutus, ac si sagittaret in hoc latere, præ se fert, sed in alteram cadit ut incauti percutiantur, qui ex illa parte consistunt & in momento in alteram partem se convertit; sic Israel in tempore Judicis serviebat Domino, & post mortem ejus, Idolis. Vel dicit, *Arcus doli*, quem coactione nimià tendunt sagittarii, sed subitò rumpitur, & interfecit sagittarium, vel redit ad propriam naturam rursus, R. Arama. *Cum excelsis suis.*] In diebus Eli & Samuel serviebant Idolis, donec Samuel eos ad viam rectam, postquam rediit Arca de terra Pelistæorum, convertebat. *Audivit Deus.*] Verba blasphemiæ contra Deum in serviendis Idolis. *Tabernaculum.*] Quia Arca in Shilo

erat

erat sub cortinis. *Locavit inter eos.*] Ut Exod.29.45. *Habitabo in medio filiorum Israel. Laudata.*] Domus sponsalitiorum dicitur domus laudis, בית הלולא in Rabboth. *De somno.*] Deus videbatur dormire, propter peccata Israel, silendo. *Sicut Gigas.*] Ebrius, in quo sunt, licet sepultæ vires ejus; sic quando iniquitas eorum adimpleta fuerit, evigilabat, & in eos vindictam exequebatur. *Percussit hostes suos.*] Impios ex Israel. *Retrò.*] Convertebant retrò, & fugiebant coram facie hostium suorum, & Pelistæi percusserunt eos in terga, sicut Samson fecisset illis, Judic.15.9. *Æternum dedecus.*] Quando ceperunt Arcam. *Josephi Tabernaculum respuit.*] Arca rediit, non ad Shilo, sed huc & illuc movebat, donec requievit in Jerusalem. *Sicut terra.*] Ut Eccles.1.4. *Terra manet in æternum*, sic ædificabat templum suum in æternum, non sicut in Nob, Gilgal, Gibeon, &c. עלורת sunt fœminæ lactentes, sic dictæ, à עלים lactentes. *A sequendis.*] Pastor sequitur gregem, & ducit paulatim, ut Isa.40.11. & Gen.33.13. Vel, postquam lactentium misertus est, cepit eum Deus ut Israelem regeret, Arama. אחר שהיה מרחם. *Intelligentia manuum suarum.*] Attribuit manibus intelligentiam, quia virgâ in manibus gregem intelligenter regit, & manus perficiunt opus omne, ut Genes.48.14. *intelligenter se gerens* manibus suis; licet propriè intelligentia in corde habitet.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal.* 78.

Aperiam.] Tau cum Cametz propter guttural. *Legem meam.*] Verbum oris sui. *In parabola.*] Ut *Filii Ephraim verterunt dorsa, &c.* est parabola. *Ænigmata.*] Ut *cibum Angelorum, &c.* & *robur suum in captivitatem*; ænigma tale, quod intelligi sine libro Samuel nequit. *Testimonium in Jacobo.*] Sic dicta est lex, quia conscientia testatur de æquitate sua, ideò dicit יקם, sed תורה est occultum, quod non multi norunt, ideò dicit שם *posuit*, & ab aliis acceperunt. *Patres nostros, ut notam facerent.*] Ut sic lex maneret sicut Sol, & dies cœli, sic in Deut.6. *Filiis, & filiis filiorum notificabitis. Vertebant dorsa.*] Ephraim dereliquit legem Dei, sicut mos sagittariorum in bello est, huc & illuc vertere, & non stare in uno loco; erant sicut arcus doli in ver.57. & ideò Deus dereliquit tabernaculum Josephi in ver.67. Caph deficit. Vel, *Verterunt dorsa.*] Erant destructi per Pelistæos, 1 Sam.4.10. quando capta erat Arca quæ in Tribu Ephraim collocabatur. *Sicut acervum.*] Erant quasi murus ad manum dexteram & sinistram, Exod.14.22. *Cum nube.*] Quæ omnes exercitus à calore protegebat, ut Num.14.14. *Nubes tua super illos, &c. Lumine ignis.*] Nocte, quia non erant illis candelæ. *Scindebat rupes.*] Bis, in Rephidim, Exod.17. & Cades, Num.20. למרות cum Pathac, quia est in Hiphil. *In deserto.*] In terra arida, ubi Deo indies indigebant, ibi peccabant. *Pro appetitu.*] Non pro necessitate petebant panem & cibos. *Mensam.*] Nempè, carne, quia mensa pane solo non dicitur esse *instructa. Potestne dare panem?*] Adhuc, sicut antea. R.Mosch. Vel, *Dare carnem.*] Ut לחם sumitur, Zephan.1. *Caro ut stercora*, & Num.28.1. לחמי, non opus est ut dicamus, quòd aquas ante Mannam dedit. *Homo comedebat panem.*] Homo de terra comedebat panem de cœlis, quia in aëre erat factus. לא זרו adhuc non erat illis לזרא, sed postea erat, ut Num.11. *Panem fortium.*] Cœlorum, ut Job.37.18. *Æthera quæ sunt fortia*, אבירי שחקים. *Cibum venationis.*] צידה, quia semper ambulabant, & in via, quasi eam venabantur, sic Jos.1.11. *Parate cibos. In medio.*] Et etiam in circuitu castrorum. *Occidit pinguiores.*] Divites, ut Isa.17.4. *Pinguedo carnis suæ*, & Judic.3. *Omnes pingues. Peccabant adhuc.*] In re exploratorum. *In vanitate.*] Non videbant terram Canaan, propter quam exibant de Egypto. *In terrore.*] Ante 40. annos. *Quærebant illum.*] Illi qui erant superstites. Vel, *Si occidebat illos.*] Id est, adduxit propè occisionem. *Manè post Deum.*] Dicit, *Manè*, nam orat homo antequam sit terrenis negotiis implicatus. *Recordati sunt.*] Linguâ, non corde, sic in Gen.39. *Non recordabatur Josephum*, & in Jer.23. *Non facietis mentionem oneris Domini. Persuadebant illum.*] Ut illi opinabantur, 1 Sam.28.15. *Dixit Samuel*, quia Saul putabat eum fuisse Samuel. *Omnem iram.*] Ut consumeret eos funditùs, licet decem vicibus tentabant eum, Num.14.20. *Caro.*] Res vilis. Vel, quia non potuerunt iram Dei sustinere, sed subitò pereunt sub illa. R.Mosch. Vel. *Caro*, id est, carnales, quia petebant carnes; Caro, scil. est corpus, ut Dan.2.11. *Quorum habitatio non est cum carne. Et non revertit.*] Ideóque delectationibus perfruebantur, antequam spiritus è corpore discedebat. *Illa.*] Corpus & anima. *Revertebant.*] Ut rursùs cum tentarent præter illam tentationem, in ver.18. *Limitabant sanctum.*] Limitabant potentiam Dei sancti, quem majori reverentiâ tractare debebant, ideò dicit, *Sanctum*. Vel in eo quod illi non poterant lacere. *In sanguinem.*] Hujus primò meminit, quia plaga erat respectu necessitatis aquarum gravissima; non meminit *virgæ*, quia non erat plaga, nec pediculorum, nec pestis, nec ulceris, nec tenebrarum, quia liberatio ab his est facilior. Sed meminit *mixturæ*, ante illam *ranarum*, quia gravior erat, nisi dicamus, *Et ranas quæ destruxissent eos*, scil. ante *mixturam. Sycaminos.*] Ferentes fructum ficui similem. *Lapides fulminares.*] Vel est species locustæ, quæ devorat omnes fructus, חנית סול. *Fulguribus ignitis.*] Ut Exod.9.23. *Ignis in terram percurrit*. Hinc confitebatur Pharao, se servósque fuisse impios, erat enim plaga gravis. *Angelos malorum.*] Mosen & Aharon, qui erant ministri plagarum. Vel, *Nuncios suos, mala.*] Ut Psal.104.4. *Ignem ardentem nuncios suos*, מלאכי non est conjunctum. *Ponderabat semitam.*] Honoranda similitudo, quia decreta descendunt de cœlis, quasi in semita trita. *Hami.*] Meminit patris eorum per contemptum. *Sanctuarii sui.*] Terræ sanctæ. *Mons hic.*] Mons Moriah, forsan composuit hunc Psalmum post prophetiam Gad. Vel mons Libanus, ut Deut.3.25. ימוגו in Niphal, à נס, ut יכינו. *Arcus doli.*] Fallit, & sagittarius in illo ejaculari nequit. רמיה est nomen sicut השחיתה, Ester 1. Vel, *Ut arcus in quo sagittas ejaculantur*, à רמה dejecit, Exod.15.1. *Audivit hoc.*] Dicit, *Audivit*, quia locuti sunt contra Dominum. *Dereliquit Tabernaculum Shilo.*] Quando capta erat Arca, & Sacerdotes occisi, 1 Sam.4.10. Rasi. *In excelsis.*] Non ad Deum verum & excelsum. *Robur suum.*] Sic Num.10.35. & Psal.132.8. *Arca roboris tui. Ignis.*] Gladius ignitus, ut Num.21.28.

Ignis

Ignis exibat de Hesbon. Vel, sicut ignis de cœlo qui devorabat Nadab, &c. *Non lamentabantur viduæ eorum.*] Quia uxor Phinehæ moritur in pherperio. *Evigilabat.*] Quia Pelistæi putabant illum dormivisse. *Vociferat præ vino.*] Confidens in robore suo; est similitudo quia potentia Dei ante non erat visa. Vel, simile est ab ebrio quando cadit in eum somnus profundus. *Sicut excelsa.*] Palatia magnatum terræ רמים ארמונים. Rasi. *Intelligentia manuum suarum.*] Id est, operum, quia fecit judicium pro omnibus. Vel, *Per intelligentiam & per manus.*] Scil. Pastoris virgam in manu. Bethbis simitur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 78.*

Legi meæ.] Psalmi sunt תורה, & Prophetæ sunt Torah, (sic dicit Christus, Joh. 10. 34. *Scriptum est in lege vestra, dixi dii estis,* id est, in Psalmis.) *Non revertit.*] Subito ad vitam. *Plagas.*] Septem dierum inter unam plagam Egyptiorum & aliam, erat intervallum. R. Josua ben Corchah in nom. R. Simeon ben Joai. *In sanguinem.*] Ex eodem vase Egyptius sanguinem & Israelita aquam bibit. R. Abni. *Mixturam, vel tenebras.*] ערוב, id est, העריב obscuravit luminaria. R. Josiah. Vel mixturam leonum, leopardorum & luporum. R. Nathan. Vel est nomen bestiæ פנתרין Pantheræ dicta. בחמתו.] Id est, לרשפי׳ .בא חז מל׳ Id est, volucres cœli bestias devorabant. *Primogenitum.*] Et ubi non erat filius tunc ἐπίτροπος mortuus est, quia non fuit domus in quâ unus non erat interemptus, Exod. 12. *Sicut dormiens.*] Ante finem determinatum quasi dormit Dominus, sed quando ad venit finis tanquam Gigas, evigilat.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 78.*

Ostendit miserationes Dei & prævaricationes populi. *In Parabolâ.*] In Gen. 1. *In imagine Dei.* *Ænigma.*] Serpentis & ejus consilii, Gen. 3. *Testimonium.*] Hoc Israeli supra Gentes, innotuit. *In die prælii.*] Cum Amalec, quando fugiebant Ephraim itæ sub Josua, ut in Exod. 17. מה חנוסון, *Quare aufugitis:* à נוס .לא זרין. Id est, non adhuc erat cato illis לזרא abominatio, ut in Num. 11. *Quærebant eum.*] Ut in Num. 14. *Redibant & flebant, &c. In fœdere suo.*] Cum Aharon, quia erant in insurrectione Koraci. *Reversi.*] Ad peccatum post mortem Josuæ. *Angelorum mali.*] Id est, Entia seperata. *Et tentabant.*] In diebus Eli. [*Virgines non erant maritata.*] Erat dedecus ingens in Israele, & apud Lacedomonios legimus de Lycurgo eorum legislatore, (ab oraculo Apollinis Delphico leges accepisse ferente) præcepit ne cœco auri amore capti, sed sine dote matrimonium inirent, sic ancillæ, pauperculæ pariter ac divites, matrimonio junctæ laudarentur. Plutar. in vita Lycurgi, Zenophon. de Polit. Atheniens. עוז. Id est, totius Israel fortitudinem, ut in Ezech. 24. *Excellentiam fortitudinis,* scil. templum. *Præ vino* מיין. Id est, plus lætus & hilaris quàm per vinum. *Sicut viri illi excelsi* רמים. Abraham & Isaac qui fecerunt ibi sacrificium. Gen. 22.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 78.*

In parabola.] Ex lege. *A filiis.*] Patrum nostrorum, ego Prophetia Dei mirabilia non celabo. *Jaculantes in arcu.*] à רמה in Exod. 15. 1. *Dejecit in mare. Verterunt dorsa.*] Ante Pelistæos in Gath, quia ex Egypto ante diem statutum exibant & pater eorum Ephraim lugebat pro illis. 1 Paral. 7. 21. *Nubes.*] Erant septem nubes. *Potum dedit ex Abysso.*] Id est, aquas dulces ex corde maris, (dicunt Venetiæ, puteum aquæ dulcis in medio maris reperiri.) *Sicut flumina.*] In platea שרשים quam fodiebant principes. Num. 21. Fluit aqua in omni loco ubi castra figebant. Num. 21. 18. *De deserto fluit ad Mattanah.* Sic reperitur באורנע׳ וחשע סדות. *Cibum Angelorum.*] *Per eorum ministerium,* vel *cibum membrorum.*] Totum in substantiam conversum nulla reliquit excrementa, ab אברים. *Non erant abalienati.*] Sed habebant desideria sua, vel non erant alienati donec vindicta supervenit, in Num. 11. *Adhuc cibus erat in ore eorum.*] Dicit, *Adhuc,* nam eum uno mense comedebant, non est in Venet. Vel quando erat in ore eorum, tunc irascebatur Deus. *Spiritus, qui transit & non redit.*] Mala imaginatio, non redit in resurrectione, sed redit spiritus vitæ. Agaddah Tillin. *Limitabant, vel petebant signum.*] Utrum Deus erat inter eos à ויו, in Ezech. 9. *Pone signum, &c. Ranas misit & corrupit eos.*] Relinquebant ova eorum שוטסין את ביציהם. MS. *Frigore,* vel *locusta.*] Quæ venit, manet, & discindit בא חן מל׳. Midrash. *Volucribus.*] Ad devoranda cadavera, ut Job. 5. 7. *Ut volucres,* idem. Derash. Vel, volucres edebant cadavera bestiarum quæ enecavit grando, quando Egyptiua in humeros suos eas mortuas gestabat Midrash. *Ponderabat viam.*] Ita ut venit ira in domos Egyptiorum non Israelis, vel extra semitam istam designatam exire nequit. Non est in MS. *Provocabant.*] In tempore judicum. *Ignis.*] De cœlo, qui devorabat Nadab. Der. Rabbothenu. *In posterioribus.*] Per Hemerrhoidas. *Sicut excelsa.*] Cœli. עלות hædos summitate graminis, Capreas cum media parte, & veteres radicibus nutriebat.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 78.*

Filii Ephraim dorsa dederunt.] Exibant ex Egypto 30. annis ante statutum tempus, sed fugiebant. *Cibum Angelorum.*] Qui ex habitatione Angelorum, scil. cœlorum descendit. *Zoan.*] Tanis. *Mixturam.*] Ferarum, &c. *Per manum Angelorum malorum,*] Punit eos. *Robur suum.*] Legem vel Arcam legis. *Sacerdotes.*] Hophni & Phinehas. *Sicut excelsa.*] Cornua monocerotis.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 78.*

Rivuli.] Tria sunt in scriptura, Exod. 15. 8. *Quasi acervus steterunt,* נזלים. defectiv. Jer. 18. vers. 14. *Num aquæ frigidæ fluentes relinquentur?* Id est, aquæ frigidæ in deserto. Unum in lege, unum in Prophetis, & unum in Hagiographis. Deus mirabilium, fons vitæ est ab impiis derelictus. *Et erumpebant aquæ.*] Duo plena sunt, Psal. 105. 47. *Rupem aperuit, & erumpebant aquæ. Et excandescebat.*] Duo sunt, vers. 59. *Deus audiebat, & indignabatur. Proprium desiderium dedit illis.*] Sunt tredecim in scripturâ, quinque defectiv. & octo plena, & loci hic citantur. Unus, in Eccles. 12. 14. *Ipse ad judicium afferet. Adulabantur eum.*]

DIMIDIUM LIBRI.

Ejus miracula.] Tria sunt, duo deficiunt, & hoc plenum est. Psal. 105, 5. *Mementote ejus miraculorum.*

rum. Et ejus socius, in 1 Chron. 16. 12. *Eorum opera locustis.* Quæ omnia consumebant, & regem non habebant; duo sunt, Prov. 30. 27. *Locusta non habent regem. Varia muscarum genera mittebat.*] Duodecim sunt, & eorum loca hic producuntur. Vers. 49. Ipse rigorem suæ iræ in istos injiciebat, &c. *In castris Ham.*] Et dicit, *castris Ham*, ignominiæ ergò, quia Ham deridebat Noah, tentorio suo denudatum. *Adducebat eos.*] Id est, nube; septem sunt, vers 14. *Eos ducebat nube. Et collocavit tribus.*] Ut in Eden; duo sunt, Gen. 3. 24. *Ipse locavit*, ad orientalem partem Edenis. *Et fraudulenter egebant.*] Sicut viri Sechem; duo sunt, Judic. 9. 23. *Viri Sechem perfidè agebant cum Abimelech. Et ad zelotypiam movebant ipsum.*] Duo sunt, unum est defectivum, in Deut. 32. *Alienis Diis ad Zelotypiam provocabant eum. Populum suum occlusit.*] Duo sunt & in Psalmo, in vers. 48. *Pecudes occludebat.* Ob peccatum hominis hominem & bestiam Deus consumit. *Vidua eorum.*] Duo sunt, unum defectiv. & unum plenum, in Job. 27. 15. *Evigilabat Dominus.*] Tria sunt defectiv. 1 Reg. 3. 15. *Solomo evigilabat*, Judic. 16. 28. *Samson evigilabat, &c. Fundavit.*] Super maria; quatuor sunt sicut quatuor elementa rerum omnium principia, Isai. 23. 13. *Assur fundavit eam pro navibus.* Psal. 24. 2. *Fundavit eam super maria.* Amos 9. 6. *Fundavit agmen suum in terra.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 78.

Ænigmata.] Sunt obscuræ Christi figuræ. S. Aug. Ut Matth. 13. 35. *Sine parabola non locutus est illis. Filii Ephraim.*] Qui erant ducti captivi per Assur. 2 Reg. 17. Vel, filii Israel persequentes legem justitiæ, non in eam pervenerunt. S. Aug. *Quasi inutre.*] Gr. Vulg. Sic erat Christi resurrectio quasi de corde maris & terræ. Heb. 11. 29. Hæc est parabola. 1. Arg *Nube duxit eos.*] Ut Heb. 12. 1. *Nube testium*; ignis est Evangelium, Luc. 12. 49. 2. Arg. Vel, Christus in carne est ut in nube. S. Aug. *De rupe.*] Et, *rupes erat Christus*, 1 Cor. 10. 3, 4. S. Aug 3. Arg. *Tentabant.*] Christum, Heb. 4. 1. Et 1 Corin. 10. 9. à diverſ. *Manna.*] Ut Joh. 6. 41. *Ego sum panis cœlestis*, 4. Arg. *Carnem.*] Ut Joh. 6. 51. *Caro mea est, &c.* 5. Arg. Vel tradidit illos justificari per opera carnis, ut Gal. 3. *Annos eorum in molestia.*] Ceciderunt cadavera eorum propter infidelitatem, ut Heb. 4. 1. Vel, *Festinatione.*] Vita quæ videtur prolixior vapor est aliquando diuturnior. S. Aug. *Mentiti sunt.*] Promittentes, sed non implentes. à diverſ. *Non redit amplius.*] Usque ad resurrectionem. sic 2 Reg. 6. Non venerunt amplius, id est, in istoc tempore. 6. Arg. *Provocabant, vel mutabant.*] Gloriam suam in imaginem creaturæ, vers. 40. à ממרוה. *Limitabant.*] Deum omnipræsentem in imagine. à diverſ. *In sanguinem.*] Sic in spirituali Egypto, Apoc. 16. 4. *Mixturam.*] Sic Apoc. 9. 17. homines erant sicut leones, serpentes & equi ad puniendos eos. *Ranas.*] Sic Apoc. 16. 13. 14. *Tres immundi spiritus ut Ranæ. Locustis.*] Ut Apoc. 9 6. *Grandini.*] Ut Apoc. 16. 21. *Cecidit grando, &c. Angelos malorum*] Ut Apoc. 16. 1. *Septem Angeli*, cum phialis, vel utitur Angelis malis ad puniendos malos, &c. S. Aug. *Sicut oves.*] Ut Apoc. 18. 4. Exite populi mei, &c. 7. Arg. *Sicut potens jubilans ex vino.*] Vel, fortis post crapulam vini. Lat. MS. Vinum pellit tristitiam:

Ut Horat. Lib. 1. Od. 7.

Albus ut obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe notus, neque parturit imbreis
(Prov. 25. *Parturit vel dispellit pluvias, &c.*)
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam vitæque labores
Molli Plance mero, ———
(Eccleſ. 10. *Vinum Lætificat.*)
——— *uda Lyæo*
Tempora ——— *&c.*
——— *nunc vino pellite curas:*
(Prov. 31. *Ut miseriæ obliviscatur.*)
Cras ingens iterabimus æquor.
(Prov. 23. *Ebrius est quasi in æquore.*)

Et Lib. 1. Od. 17.

Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra: nec Semeleius (Bacchus)
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: &c. (ex hoc tenui vino vulg. *Asperino* non sequuntur rixæ Martis)

Et Lib. 3. Od 21.

Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.
Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresq́; & addis cornua pauperi.
(Ut Prov. 31.)

Non sunt laudatæ.] Romæ adhuc sunt visendæ consuetudines Romanorum marmore incisæ, quæ de terra effodiebantur, & hodie in ære incisæ à Lauro Romano; mos erat tegendi caput sponsæ in subjectionis signum, ut 1 Corin. 11. duo tenebant jugum super sponsum, & sponsam, inde S. Paulus, 2 Corin. 6. ἑτεροζυγοῦντες Celebratio sponsalitiorum erat cum facibus nocte, & fecit unus canticum in laudem Sponsæ, vide in Matth. 25. 1. ubi dicit, *Media nocte* ——— *Sponsus venit, &c.*

Hor. Lib. 3. Od. 11.

Una de multis face nuptiali
Digna, ———

Montem Syon.] Sic vocatur nova Jerusal. Heb. 12. 8. Arg. *Sicut unicornium.*] Gr. Vulg. 9. Arg. Cornu monocerotis. Euthym. à ראם. 10. Arg. Continet hic Psalmus argumenta pro redemptione desumpta ab operibus Dei, & concludit assimilando Israel *gregi*, ut in priore Psalmo. Ab. Ezra.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 78.

Vertebant dorsa.] Ut 2 Chron. 13. in diebus Abiam, quia adorabant vitulos. Ital. Hisp. *Los primeros Apostatas. Angelorum.*] Ital. Vel nobilium, Hisp. *Pan de nobles. Mixturam.*] Animalium. Ang. MS. Hound flee. Hisp. *Moxcas.* κυνόμυιαν. Ital. Bruc. *Mistioni di animali. Non lamentata sunt.*] Quia moriebantur. Ital. *Sicut alta loca.*] Ital. Bruc. *Casa eccelsa.* Hisp. *Castillo magnifico.* Vel sicut unicornu. Vulg. 2. Ang. MS. à ראם.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 78.

Zoan, vel *Taneos.*] Vulg. Gr. Taphneos. Lat. MS. Zoan. Arab. Rom. Neb. *Angelorum*, vel *panem fortium.*] Lat. MS. *Cum festinatione.*] Vulg. Gr. Lat. MS. à מבוהל, in Prov. *Hæreditas festinanter adepta. Non accendit omnem iram suam.*] Nunquàm.

quàm. זרו.] Non indignerunt de cupiditate sua. Lat. MS. *Lactaverunt eum ore suo.*] Lat. MS. *Et jumenta eorum volucribus.*] Lat. MS. רשפי, Vid. R. Sol. in Psal. 76. רמים.] Monoceroton. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 78.*

Armati, vel traxerunt chordam.] Syr. ܘܩܠܥܘ, Heb. נושקי à נשק & משך. *Quasi acervum, vel in utribus.*] Syr. ܐܝܟ ܕܒܙܩܐ דבזקא ut non possint effluere. *Succensus erat, vel ascendebat.*] Syr. Heb. נשקה à נסק, in Syr. ascendit. *Angelorum.*] Syr. דמלאכא, ܕܡܠܐܟܐ, ex cælo venit, ac si cibus Angelorum fuisset. Vel cibum excellentem, velut in 1. ad Corin. 13. vers. 1. *Linguis hominum & Angelorum.* *In perturbatione, vel subitò.*] Syr. ante diem suum, in medio dierum ejus. *Recordati sunt.*] Id est, mentionem fecerunt Deo, quod ille antiquitùs erat rupes eorum. *Adulati sunt, vel dilataverunt.*] Et magnificaverunt illum ore suo à יפת, Gen. 9. *Deus dilatabit, &c.* *Carnem eos esse.*] Velut in Gen. 6. *Quoniam caro est*, & in Gen. 8. vers. 21. *Malâ à juventute ipsius.* *Quoties.*] Vel, Illi. Syr. הנון, ܘܗܢܘܢ ܡܪܡܪܘܗܝ. Heb. כמה. *Circumscripserunt, vel exacerbaverunt.*] Syr. ܢܪܓܘ נרגו. Heb. à תאוה, desiderium vindictæ. *Mixturam.*] Syr. חלוטא, ܥܒܪ ܠܚܠܘܛܗܘܢ ܡܚܘܬܐ ܕܟܠܒܐ ܘܐܝܟ, aliter est in Syr. MS. in Exod. 8. *Gelu.*] Syr. בגלידא ܒܓܠܝܕܐ. *Misit per manum Angeli, mali.*] Syr. MS. ביד ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ ܒܝܫܐ, qui percussit primogenitum. *Fregit viam.*] Syr. Heb. פלס, sicut פסל excidit vel sicut פלש expandit viam. *Primum filiorum.*] Syr. ܕܚܝܠܗܘܢ. Heb. אונים, ut in Gen. 49. *Initium roboris mei.*

ܦܣܘܩܐ Sectio. in Syr.

Robur suum, vel populum.] Syr. עמה ܥܡܗ ܠܫܒܝܬܐ ܫܒܩ, quando enim capti erant populi ejus, robur suum quasi ibat cum illis. *Opprobrium perpetuum, vel opprobrium mundi fecit illos.*] Syr. ܚܣܕܐ, ܠܥܠܡ. Heb. עולם. *Vociferans præ vino.*] Vel, quem vinum liberavit. Syr. ܕܢܦܨܗ, דנפצה, quia vinum fortes efficit & sine timore, & sic quandoque liberat. Vel, *Quem vinum excussit.*] Syr. Par. extra seipsum. *Ædificavit sanctuarium suum super excelsa.*] על רומא. MS. ܐܝܟ ܥܠ ܪܘܡܐ. Heb. כמו, sicut במו. *Sicut, vel in terra.*] Inter homines. Beth pro Caph, sicut מלכן & מלכן, in 2 Sam. 12. *Gravidas, vel lactantes.*] Syr. ܕܡܝܢܩܢ. Heb. עלות, velut in Isai. 40.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 78,*
Heb. Arab. 77.

Verterunt terga, vel devicti sunt in die prælii, vel occisionis.] Arab. وانهزموا في يوم القتال, coram inimicis fugiebant. *Sicut acervum, vel utres.*] كالزقاق ac si in utribus occlusæ fuissent aquæ. *Fluxerunt aquæ sicut fluxus fluminum.*] Arab. aquæ petræ sequebantur eos in deserto, ut 1 Corin. 10. *Panem Angelorum.*] Arab. خبز الملايكة. Rom. Neb. Gr. Vulg. excellentissimum, ut 1 Corin. 13. *Linguis hominum & Angelorum*, & Judic. 5. *Butyrum in vase Dominorum*, id est, grandiusculo & magnificentissimo. *Muscas caninas.*] Rom. Neb. Arab. ذباب الكلب, sunt minutæ animalia pungentia, Musceto & Cymici in Italia, dicta; multum viatores, [præcipuè ea sensimus Nizzæ Sabaudiæ] & inter Romam Neapolimque, æstate divexant. Gr. κυνομυῖαν. Vulg. *Cœnomyiam.* *Cum Angelis malitia.*] مع ملايكة الشر, Arab. Rom. Neb. *Sicut Gigas resipiscens à potu suo.*] Arab. الجبار المفيق من شرابه, sic Deus videtur nobis ac si pœnitebat, sic Gen. 6. *Super excelsa.*] على العلا, Arab. Rom. Neb. super montes, Sion & Moriah.

---

1 *Psalmus Asaph. LXXVIII.*
Heb. LXXIX.

DEus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

2 *Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum, bestiis terræ.*

3 *Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem: & non erat qui sepeliret.*

4 *Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.*

5 *Usquequò Domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?*

6 *Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.*

7 *Quia comederunt Jacob: & locum ejus desolaverunt.*

8 *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.*

9 *Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:*

10 *Ne fortè dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.*

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est:

11 *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.*

Secundùm magnitudinem brachii tui, posside filios mortificatorum.

12 *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.*

13 *Nos autem populus tuus, & oves pascua tua, confitebimur tibi in sæculum:*

In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 79.*

DE desolatione Jerusalem. *Intraverunt in hæreditatem tuam.*] Et quomodo teipsum cohibere à vindicta queas? *Carnem sanctorum.*] Et tamen dicit, Jerem. 5. 1. *Videte in plateis si sit homo faciens judicium:* Respondetur, erant multi, Daniel & tres socii erant captivi, & alii clàm, non palàm *in plateis*, & horum alii occisi erant, alii captivi. Adoni Avi R. Jos. Cimchi. *Quousq;?*] Captivitas Babel erat 70. ann. tamen longa in oculis eorum videbatur, ut Zach. 1. 12. *Quousq; non misereberis? &c. Iram tuam.*] Quæ ardet ut ignis contra nos, eam in illos effunde. *Non invocant nomen tuum.*] Licet peccavimus, tamen nomen tuum invocamus. *Ille*, vel *ipse devoravit.*] Id est, unusquisque hostium. *Desolatam fecerunt.*] Ipsi addunt afflictioni, ut Zach. 1. 15. *Priorum iniquitatum.*] In juventute mea, Psal. 25. 7. *Præveniat nos.*] Ut Deut. 23. 4. *Non prævenerunt*, idem. *Propter gloriam nominis tui.*] Ob blasphemias undique in nomen tuum. *Serva eos.*] In vita qui sunt propè mortem, à הותיר *residuum*. Vel, *Solve.*] Funem eorum qui sunt vincti. *Populus tuus.*] In captivitate; & in redemptione te laudabimus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 79.*

Psalmus.] מזמור, sic dictus, quia de multis amputatus, in modum lamentationum, à זמר. *Acervos.*] Ruinas, opposit. ad illud, Isa. 2. *Mons Domini exaltabitur, &c.* Vel, quia effodiebant eam propter thesauros occultos. *Sicut aquas.*] Et putant se non luituros pœnas pro sanguine, plus quàm pro aqua effusa. *Zelotypia tua.*] Quia Israel serviebat diis alienis. *Non cognoverunt te.*] Sed comedunt populum tuum, qui noverunt te, ut Psal. 14. *Sicut panem. Iniquitates antiquorum.*] Patrum nostrorum. *Præveniant.*] Quia peccârunt patres antiquitùs. *Propter gloriam nominis tui.*] Ut glorificemus te. *Solve filios mortis.*] Dicit, *Solve*, quia dixit ante *Vinctos*, sic Psal. 105. 20. *Misit rex, & dimisit illum.* R. Mosch. R. Sol. תמותה, ut תקומה, &c.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 79.*

Veniunt Gentes.] Quia huic credere queat? ut in Lament. 2. Timuit Nebuchadnezzar, sed divinatio per sagittas erat in Jerusalem, Ezech. 21. Uzziah percussus erat, & Uzza, attamen *intrant Gentes, &c. Psalmus.*] Cantant justi etiam in adversis. *Hæreditatem.*] Deus iram in ligna & lapides, non totam in filios suos effundit. *Carnem.*] Deus vindictam sumit de ossibus, Jer. 8. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 79.*

De afflictione domus 2æ. *Hæreditatem.*] Antiochiam vocatam Chamath Rabbah, ubi Antiochus solium regni sui posuit. *Polluerunt.*] Ita ut novum altare in diebus Machabæorum erigebant.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 79.*

Sanctorum tuorum.] Quia pœnas peccatorum luebant, vocantur sancti non aliter in Agaddah. *Vinctorum.*] Israel in captivitate. Ab. Ezra. *Destinatos morti.*] Qui sunt in periculo mortis, בשר תמותה est caro in periculo mortis, in Rabboth. in Tractat. Kiddushin. in ling. extr. אנסורינדא Hispan. *Los sentenciados.*

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 79.*

Non invocant.] Non orant in nomine tuo. *Habitationem suam.*] Sanctuarium, ut Psal. 132. *Hìc habitabo, &c.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 79.*

Inquinaverunt.] Tria sunt, Gen. 34. 27. *Quia inquinassent sororem eorum*, corpora humana sunt spiritus sancti templa, Ezech. 23. 38. *Fecerunt hoc*, unum in lege, unum in Cethubim, unum in Prophetis. *Jerusalem.*] Octo cum Camerz, Psal. 137. 7. *In die Jerusalem.* Psal. 137. 5. *Si oblivisear tui O Jerusal.* Psal. 79. 3. *Sicut aqua, &c.* & omne cum Athnac vel Sophpasuc est simile, uno excepto. *Et non erat sepeliens.*] Duo sunt, unum est defectivum de Jezebel, 2 Reg. 9. 10. *Non erit qui sepeliat eam.* Est una sors impii & pii in hoc sæculo. *Super Gentes.*] אל in Jer. 10. 15. est על. *Purga peccata nostra.*] Per sacrificia in die expiationum, quæ erant pro toto Israele oblata; Quatuor sunt, Levit. 9. 7. appropinquabit ad altare. Duo ibi, Num. 16. 46. *Celeritèr ito ad congregationem, & fac propitiationem, &c. Potentia tua.*] Nempè, ad superandam iram tuam. Duo sunt in Num. 14. 19. *Secundùm magnitudinem misericordia tua.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 79.*

Gentes.] Caldæi, destructores urbis & templi. 1. Arg. quia iste populus à Tito destructus, quomodo hæreditas Dei dici potuerit? sed Stephanus, Paulus, &c. erant ex isto populo Dei hæreditas. S. Aug. *Opprobrium facti sumus.*] In conspectu hominum, non Dei. S. Aug. θέατρον, 1 Cor. 4. *Non est qui sepeliat.*] Cum ritibus forsan, ut Jacob in Ægypto per 70. dies, Genes. 50. Herod. in Euterp. saliunt nitro (quod carnes consumit) per 70. dies, & posteà gummi cadaver illinent. (2. Arg.) *Non invocant nomen tuum.*] Non colunt te, sed Idola, & devorant populum tuum, legésque sunt Dei legibus contrariæ. Herod. Clyo. ὁ δὲ αἴσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ, Turpissima lex Babylonii est, omnibus mulieribus δεῖ semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cum viro extraneo misceri, μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ, qui mulieri pecuniam offert, dicendo, ἐπικαλέω τοί τὴν θεὸν Μύλιττα.

Invoco

Invoco tibi Deam Mylittam (Venerem Assyriacè) ista pecunia Deæ consecratur (opposit. ad illud in Deut. 23. 18. *Merces scorti non adveniat domum Dei) γίνεται ἱερόν*, deformes mulieres quandóque triennio expectant. Herod. Clio. *Priores iniquitates.*] Abazi, Manassis, &c. Vel, antiquarum à parentibus venientium. S.August. *Captivorum gemitus.*] Jeconiæ, &c. qui tandem erat de carcere liberatus. 3.Arg. Vel, pro nomine Christi. S.Aug.

Sect.9. *Ex Ital.&c. in Psal.79.*

Acervum lapidum.] Vel pomerium. Ang.MS.Vul. Gal. sic in Mica 1. Ital. Bruc. *In monti. Peccata antiquorum.*] Id est, patrum; Branchidas, ut Græcorum proditores, ὡς προδότας ὄντας Alexander interfecit inermes omnes, fundamenta murorum urbis dejecit, lucos extirpavit penitùs, nunc culpam majorum posteri luêre, qui ne viderant Miletum, ideóque nec Xerxem prodere potuerant, Curt. lib.7. ex Diodor.

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.79.*

In pomorum custodiam.] Vulg.Gr. לְעִיִּים. *Filios mortificatorum.*] Vulg.Gr. reserva filios quorum patres mortui sunt. תמותה ut מות. Vel, *Relinque filios interitus.*] Lat.MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 79.*

De destructione Jerusalem. Par. edit. *Filios mortis, vel à morte.*] Syr. ܡܢ ܡܘܬܐ Heb. תמותה Mem deficit. *Peccata nostra priora.*] Syr. ܩܕܡܝܐ קדמיא peccata Manassis, &c. ante captivitatem; sic in nostra Letania, & Ritual. Syr. ling. Arab. p. 262. Domine, ne memento peccatorum nostrorum, vel patrum, & ne vindictam peccatorum sumas, لا تاخذ مسكنتنا ولا تذكر لنا ولا تاخذ الانتقام ante septem Psalm. pœniten. *Cadavera sanctorum.*] Herod. Calliop. Leonidæ apud Thermopylas interempti, reciso capite Mardonius ac Xerxes, truncum in crucem sustulerunt, Pausanias verò (qui victoriâ omnium quos unquam novimus speciosissima contra Mardonium & Persas adeptus est) dixit, Sævire in mortuos Barbaros decet facere quàm Græcos, νεκρῷ λυμαίνεσθαι πρέπει μᾶλλον βαρβαροῖσι ποιέειν. Et ex Ctes. Pers. Artaxerxes contumeliosis modis in fratris cadaver sæviit, quippe, qui non solùm caput, sed & manum, qua ab eo fuerit percussus, abscidit, & velut de ea triumphans, circumtulit.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 79.*
Heb. Arab. 78.

Jerusalem desolationem ut carcerem.] خربا كالحبس, ubi jacent vincti & mœsti, sic Judæi in Jerusalem terra sua sunt quasi captivi. Heb. à עִי, sepulchrum vel tumulum, Job. 24. Vel, nunc est desolata, & in obsidione antecedente, erat sicut carcer incolis. *Peccata nostra priora.*] الاولى peccatum Vituli aurei, Exod. 32. &c. Vel, peccata pueritiæ, ut Psal. 25: *Redime filios occisorum.*] Arab. بني المقتولين quorum patres occisi sunt, eorum filiis parce, ne nomen patrum penitùs oblitteretur. Josephus qui scripsit Historiam Macchabæorum, & Hebræi tunc temporis, hunc Psalmum intelligunt de miseriis Judæorum sub Antiocho, quando Jerusalem erat combusta. Nebiens.

1 *In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus LXXIX.*
Heb. LXXX.

2 *Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph.*
Qui sedes super Cherubim, manifestare
3 *Coram Ephraim, Benjamin, & Manasse, Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.*
4 *Deus converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.*
5 *Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem servi tui?*
6 *Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?*
7 *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannaverunt nos.*
8 *Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam: & salvi erimus.*
9 *Vineam de Ægypto transtulisti: ejecisti Gentes, & plantâsti eam.*
10 *Dux itineris fuisti in conspectu ejus: plantâsti radices ejus, & implevit terram.*
11 *Operuit montes umbra ejus: & arbusta ejus cedros Dei.*
12 *Extendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines ejus.*
13 *Ut quid destruxisti maceriam ejus: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?*
14 *Exterminavit eam aper de silva: & singularis ferus depastus est eam.*
15 *Deus virtutum convertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.*
16 *Et perfice eam, quam plantavit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmâsti tibi.*
17 *Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.*
18 *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmâsti tibi:*
19 *Et non discedimus à te, vivificabis nos: & nomen tuum invocabimus.*
20 *Domine Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 80.

DE hac captivitate. *Eduth.*] Species toni nobis hodiè ignota, ut ante diximus. *Pastor Israelis.*] a tempore quo erat regnum Israel divisum, Israel dictus erat Joseph & Ephraim, quia erat primogenitus in loco Rubenis constitutus, & dixit Jacob, Gen. 48.16. *Invocetur nomen meum in illos*, id est, per nomen Joseph appelletur Israel, & postquam meminit Joseph, Ephraim, & Manassis, filiorum Joseph, meminit etiam Benjamin, filii Rahel; cujus filii sunt radix Israelis, & dicitur de toto Israele, *Est Ephraim dilectus meus filius*, Jer. 31. 20. & in Jer. 31. 15. *Rahel pro filiis suis lugens*, & revera ipsa sola dicitur uxor Jacobi, Gen. 46. 19. *Filii Rahel uxoris Jacobi.* Ab. Ezra Non est in Cod. Cremon. *Pastor Israelis.*] In deserto. *Deducens Joseph*] Per Arcam, in Shilo in Tribu Ephraim. *Sedens in Cerubim.*] In templo Solomonis. R. Arama. *Prabeas aurem.*] Orationi Israelis in captivitate. *Inter Cerubim.*] Ut Israeli illic notum facias nomen tuum gloriosum. *Elnceas.*] Nunc ut olim. *Ante Ephraim.*] Proficiscere, & serva nos. *Splendere fac faciem tuam.*] Dicit, *splendere*, quia in tempore indignationis abscondit faciem suam. *Domino Deus, Deus exercituum.*] Sic debet esse pro more linguæ, sed est phrasis Scripturæ brevis. *Pascis eos.*] Sicut mos est hominis edere & bibere indies, sic illi lachrymas effundunt. *In mensura magna.*] Vel ter, id est, in hac tertia captivitate. R. Arama. Vel, *Tertia temporis parte.*] ר׳ד׳י literæ numerales faciunt ר׳ד׳י ann. in quibus erant in Egypto, quorum 70. ann. in Babel sunt tertia pars. שליש מגלות. *Contentionem.*] Ut Jer. 15. 10. *Virum contentionis totâ terrâ. Derident.*] Dicentes, quòd tu, O Deus, nos servare nequeas. *Converte nos.*] Ter hoc dicit pro more orantium, ad corroborandam supplicationem, sed in quolibet versu est differentia aliqua. *Vineam.*] Dicunt, quòd Solomo fecit vineam auri in templo, R. Arama. *Praparavisti locum.*] Quia nemo illis resistebat. תשרש in Hiphil *radices agere*, in Paul Dageshat. *Eradicare*, Job. 31. 12. *Cedros Dei.*] Pulchros, ut Jonæ 3. 3. *Civitas Dei.* קציריה rami fortes, & ינקה rami teneri; Sunt viri justi, R. Arama. *Mare.*] Pelistæorum, est longitudo terræ, & ad flumen Euphraten est latitudo, Num. 34. 1. יכרסמנה in Targum Jerusalem, in Joel 1. 4. pro יהמלני, & sic in Mishneh Rab. מיער Ain est suspensa cum Israel sint justi erit ut porcus ex aquis מיאר, non habet in arida dominium, sic illis hostes eorum haud nocebunt; si sint impii, tunc aper de silva in eos irruet. מיער Derash Rabboth, Non est in Cod. Cremon. [In MS. Cimehii Florentiæ in Bibliotheca S. Laurentii & Livorni inter Judæos vidimus Ain semper suspensam מ ער hoc modo, sed non in antiquis Vaticanis MS. Collatione factâ MS. Cimchianis cum impressis repetimus differentiam solummodò in quibusdam minutulis, quod hic semel notandum est.] *Aper.*] Roma (Ethnica.) Derash. Non est in Cod. Cremon. In quadam Provincia judicabat quidam in die constituto, homicidas, incantatrices, adulteros, & dixit cuidam Capitaneo, Hæc tria in una nocte perpetravi; est aper ex silva. R. Hilkiah in nomine R. Simeon. Non est in Cod. Cremon. *Bestia agri.*] Ishmael, quia Esavi, & Ishmaelis duo regna dominabantur in Israel. Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. sed Venet. זיז Volucris in Derash, quæ Solem alis operuit. Est in Cod. Cremon. *Dominus exercituum.*] Ex ejus præcepto cœli mundum tegunt; non sunt dii, ut aliqui opinantur. *Prospice.*] Licet sis altus & elatus, Isa. 57. 15. *Aspice nos humiles.* Vel de cœlis semen Abrahami intuere, de quo dixisti, Gen. 15. 5. *Sicut stella, sic erit semen tuum.* Non est in Cod. Cremon. *Visita hanc vineam.*] Ne ampliùs conculcet eum aper. *Vineam*] Est planta secundùm loci scopum: Vel locus dictus Gannah. Vel, *Habitationem.*] à מכון, nempè Jerusalem. *Combustus est.*] Ramus, quia בן est fœminin. Vel vinea. כסוחה, ut Isa. 5. 6. *Non amputabitur*, idem in Targum. R. Shilo. Derash Rab. Non est in Cod. Cremon. *Virum dextera tua.*] Israel, per dexteram tuam ex Egypto liberatus. *Pro teipso corroborâsti.*] Tu es Dominus, & ipse tuus populus. *Vivifica nos.*] à morte captivitatis. *Illumina faciem tuam.*] Opposit. ad illud, *Increpatione faciei tua.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 80.

Eduth.] à עדי ornamentum. 2 Reg. 11. 12. *Dedit illi ornamentum.* R. Matinus. *Sicut gregem.*] Quia dicitur; Gen 49. 24. *Inde est pastor Israel. Coram Ephraim.*] Appellat eos omnes per nomina *Ephraim & Benjamin*, qui erant filii Rahel uxoris Jacobi germanæ, ideoque *Rahel luget pro filiis suis*, Jerem. 31. Et tabernaculum erat primò in portione Josephi, & postea templum in portione Benjamin. Vel, *Coram Ephraim.*] Sumitur pro decem tribubus, quia portionem suam obtinuit in Aquilone, & Juda in Meridie, & omnes trib' inter eas comprehensæ; præmittiturque Manassi, ut in benedictione Jacobi. לכה, Masorethæ dicunt plenum est, quasi diceret לך ad te pertinet servare nos; sed non placet mihi. *Converte nos.*] In convertendo nos adjuva. *Converte nos iterum.*] Quia Juda multis vicibus erat in captivitatem ducta. *Deus exercituum.*] Signa cœlestia vocantur אלהים. Vel, *Domine Deus, Deus exercituum.*] Pro more linguæ sic lege, sed scriptura brevis est, sic 2 Paral. 15. 8. *Prophetiam, Prophetia Prophetæ Odedi. Fumabis cum precibus populi.*] Ita ut preces non ascendant, vel cum fumo ascendunt, ut Exod. 19. 18. *Mons Sinai totus fumans.* Idem, est verbum præsentis. *In mensura.*] Sic Isai. 40. 12. *Pulverem in mensura.* Idem, & Beth deficit, sensus est, non possunt lachrymari quantum vellent, sic Ezech. 4. *Bibe aquas tuas in mensura*, id est, parvâ. *Contentio.*] Unus dicit, Israel erit mihi, alius dicit, mihi; sic contendunt. *Derident.*] Dicentes, non potest servare eos. ילעגו למו, id est, לו derident Deum. *Movere fecisti.*] Paulatim in deserto. *Gentes.*] Septem nationes. *Locum praparabas.*] Ejiciendo lapides, ut Isa. 5. 2. id est, impios. *Teneras plantas.*] à יונק sugentes pueri. *Ad mare.*] à mari rubro ad mare Pelistæorum; est longitudo terræ Canaan. *A flumine.*] Euphrate; est latitudo terræ. *Evellunt eam.*] Sic Cant. 5. 1. *Myrrham meam evulsi*, & Isa. 27. 11. *Mulieres recolligunt*, idem. *Vastat eam.*] יכרסמנה id est, כרם מנה in Jerem. 51. 34. *Implevit ventrem cum deliciis meis*, sed longè est in oculis meis à veritate. Vel à כרה, fodere & רמס conculcare; sed est revera quadratum. *Volucris agri.*] זיז עוף, id est, Gentes. נא contrarium ad אין in Arabico. *Vineam.*] Ut Isa. 5. 7. *Viri Juda planta sua*

pul-

pulcherrima. Vineam praeparatam, vel *hortum.*] בין à גנה בונגה, & Nun caret Dages, quando duo Nunin concurrunt, R. Jehud. Vel כנה pro גנה, sed Caph & Gimel non convertuntur. *Et ramum.*] בן, sic Gen. 49. *Joseph est ramus fertilis. Pereunt.*] Et hortus & ramus; est in plurali. *Increpatione vultus tui.* Opposit. ad illud in ver. 7. *Fac splendere faciem tuam. Sit manus tua super virum.*] Ad juvandum eum. Ubicunque Beth sequitur יד, est in malum, ut *manus Domini est in pecus tuum*, aliàs in bonum, respond. ad *hortum. Et super filium hominis.*] Respond. ad *ramum. Et intendit* Christum filium Ephrami, משיח בן אפרים, [in alio loco est Christus filius Joseph in Ab. Ezra, in Zach. 12. Judaei credunt in duos Christos, primò venit Messias ben Ephraim, & moritur in bello, postea adveniet Christus ben David, & totum mundum superabit, R. Levi in Gen. 49. *Inde est pastor, lapis Israelis*, scil. Messiaa ben Ephraim, נסוג, Holem & Shurec mutantur invicem, ut יקום in Eccles. 12. Vel est verbum praeteriti, in singulari refertur ad filium hominis.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 80.

Shoshannim.] Vel lilia; dicunt Rabboth, reflorescant vestra opera sicut lilia; addúntque, quòd haec sectio erat in diebus Joelis filii Samuelis. *Pastor.*] Id est, redemptor. *Josephum sicut ovis.*] Joseph fratres suos in fame enutrivit; tu in hoc saeculo & futuro: Joseph reddit bonum pro malo, sic tu nobiscum. R. Tanchum. beshem R. Abni. *Excita.*] Quinque sunt quae in mundo dormire dicuntur: Robur hic, Arcus, Hab. 3. Gladius, Zach. 13. Brachium, in Isa. & Zelus. *Veni* לכה.] Scribitur plenè, quia omnia salus à te est, לך R. Hilkiah in nom. R. Abohu. *Vineam.*] Vindemiant illam & silet, calcant eam in torcularibus, & de vino suo epotant, & tamen silet; sic Israel in manu inimicorum obmutuit. *E saltu*] מיער Ain est Talnjah יער אכ, זכור, &c. Vide Cimchium. *Aper* חזיר.] Erat rex qui incantatrices, homicidas, & adulteros morti judicabat, & dixit, Ego ipse in una nocte haec tria perpetravi. Vid. Cimchi.

Sect. 4. *Ex R. Obad in Psal.* 80.

Prophetia de captivitate decem Tribuum, & salute reliquarum in diebus Hezekiah, & de aedificio domus secundae, desolatione que, &c. *Joseph.*] In cujus manu erant 10. Tribus. *Sedens in Cerubim.*] In diebus Hezekiae, quando adhuc Arca erat in Sancto Sanctorum. *Ante Ephraim.*] Id est, reliquias decem Tribuum, dictae sunt Ephraim, ut in Psal. 60. in Ab. Ezra. *Potentiam.*] Contra Sennacherib. *Converte nos.*] Per Hezechiam. *Cum lachrymis.*] In re Hamanis. *Illumina faciem tuam.*] Per manus Ezrae, qui docuit legem, Neh. 8. *Percus* חזיר] Id est, Paras ut porcus, ad rapiendum indispositus. *Fera* זיז.] Id est, regnum Ishmael. *Super filium* על בן.] Esau. *Super filium hominis.*] Christum, ut in Dan. 7. *Sicut filius hominis* R. Saad. Gaon.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 80.

Eduth, vel *Testimonium*, *Psalmus Asaphi.*] Id est, testimonium de tribus captivitatibus, ideóque ter repetit, *Reverte.* Vel de afflictionibus in diebus Jehu ex Tribu Josephi. *Inter Cerubim.*] Quando Tabernaculum erat, & Templum in sua gloria apparebat. *Ante Ephraim.*] In diebus Jehu, quando Hazael eos superare coepit, & Benhadad obsidebat Samariam in diebus Ahabi, 1 Reg. 20. *Ante Benjamin.*] In diebus Mardocai. *Et Manassen.*] In diebus Joasi ex Tribu Manassis, 2 Reg. 13. 7. ipse Aram ter profligavit. *Panem lachrymarum.*] In Egypto, לך pro לכה *tibi* in Masora. *In mensura magna.*] Menachem, vel *tribus vicibus.*] In tribus captivitatibus Judae; Jehojachim, Jehojachin, & Zedechiae. Vel per tria Imperia eos subjugantia; Caldeos, Medos, Graecos, שלישים R. Mos. Hadarshan. Vel, *Tertià parte.*] In Babel 70 ann. bibebant lachrymas, tertià temporis parte, scil. de a 10. an. in quibus in Egypto serviebant. R. Mosheh. Vel ter flendo Esau in Gen. 27. obtinuit dominium in fratrem. *Aper.*] Esau, qui conculcat omnia in Dan. 7. est quarta Bestia. *Reptile agri.*] Sic dicitur, quia de loco in locum movetur à זז. *Depascitur.*] Loquitur de captivitate Romanorum. Non est in MS. ירכסם' & גלות של רומיים est in Mishneh pro כחיכה. *Manus tua.*] Plaga in Esavum. כנה praeparatam vineam, ut Gen. 40. 13. *Ad locum tuum*, idem. *Invocabimus.*] Ter repetit, respond. ad tres captivitates.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 80.

De liliis testimonii.] Id est, qui sedent in Sanhedrin, Testimonioque legis incumbunt. *Ducit Josephum.*] Arcam Josephi ארונא, Cald. dicunt quòd erant duae Arcae; in Cimchio, in 1 Sam. 4. *Quousq; iratus eris?*] Preces populi tui ac si iratus eras, respuis. *Locum praeparâsti.*] Expellendo Canaanitas. *Montes umbra ejus.*] Montes Jerusalem cum umbra templi. *Rami.*] Domus Midrashim, pro concionibus. *Emisit ramos.*] Discipulos suos. *Ramum quem corroborâsti.*] Rex Christus משיחא.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 80.

Pastor Israelis.] Per reges inunctos; quatuor sunt cum Cametz, Gen. 4. 2. *Abel erat pastor*, Gen. 46. 34. *Omnis pastor est abominatio.* Gen. 47. 3. *Servi tui sunt pastores. Operti erant montes.*] Duo sunt, Prov. 24. 31. *Operiebant faciem ejus.* Ob pigritiam manûs terra fertilis fit sterilis & inanis. *De saltu.*] מיער nna ex quatuor vocibus suspensis, & loci eorum sunt, in Judic. 18. in *Menasseh*, dicunt Talmudistae, (in Midrash Tillin est aliter) quia est media litera Psalmorum. *Et vinea.*] וכנה Caph majusculum dicunt ad denotandum augmentum rami in Canaan mirabile, & curvitas Caph denotat pressuras ejus Derash. *Super virum dexterae tuae.*] Quinque sunt, 2 Sam. 19. 43. *Omnis vir Juda respondit.* Psal. 62. 3. *Contra virum*, scil. superioris ordinis, & in Job, *Diruit virum & non aedificat.* Et in Job. 34. 23. *Non imponet super virum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 80.

De adventu Domini & vinea ejus. S. Aug. *Eduth.*] Vel, *Lilia testimonii.*] Martyres, ut Apoc. 11. 3. 4. Vel hoc testimonium veritatis, & Christum, & vineam confitetur. S. Aug. *Sicut ovis.*] Paulatim in deserto, ut Psal. 78. 52. 1. Arg. *Ante Ephraim.*] O tu qui exibas antehac cum illis. *In mensura.*] Pro viribus tuis, ut 1 Cor. 10. S. Aug. *Contentio.*] Contendunt, quis maximè deridebit nos. Vel contradictio. Gr. *Vineam.*] Israelit. qui erant pauci numero. 2. Arg. *Maceriam ejus.*] Eversam gentem Judaeorum. S. Aug. *Aper.*] Antiochus, vel Antichristus, 3. Arg. Vel Judaeis porcus adversus est, & à Gentibus eversa

eversa est Judæa. S. Aug. *Fera agri.*] Milites, ut 2 Paral. 15. 18. *Venit fera* & conculcabat carduum. 4. Arg. *Stabilias* כנה *quod plantavit manus tua.*] Gr. Vulg. *perfice.* à כונן quia credentes sunt semen Abrahæ. S. Aug. *Super virum.*] Vel, *Ramum dextera.*] Ut in vers. 15. Et Gen. 49. *Ramus* vel *filius fertilis Joseph*, quia ramus est quasi filius arboris. Vel, *Virum.*] Nempè, ecclesiam ut homo unus, sic Lamen. 3. 1. *Ego sum vir.* Vel, *Christum.*] S. Aug. Oratio pro redemptione de Babel.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 80.

In quinta die hebdomadæ. Ang. MS. *Eduth.*] Id est, Ornamentum Asaphi, in quo gloriatus est. Ital. Vel, Canticum ut gemmæ Asapho gratum & pretiosum. Hisp. Ital. חזיר.] Id est, Assyrius. Ital. Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 80.

Pro filiis testimonii.] Lat. MS. *Potasti nos in lachrymis tripliciter.* Lat. MS. ut in R. David, Vel multis vicibus, ternarius est numerus perfectus, ut Sanctus, sanctus, sanctus. Isai. 6. & Hos. 6. *In die tertio.* Et Jerem. 22. *Terra, terra, terra. Servi tui.*] Vulg. Gr. עמך sensus unus. *Dux itineris fuisti.*] Gr. Vulg. פנית à פנה Angulus vel dux, ut Judic. 20. *Anguli*, vel *duces populi. Et Radicem quam planavit dextera tua.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 80.

Pastor Israelis.] Qui ex Egypto duxisti eos tanquam gregem, velut in Psal. 78. *Revelatus sis.*] Syr. ܐܬܓܠܝ אתגלי, ut in Deut. 33. *Eluxit de monte Paran*, scil. victoriis suis. *In oratione servi tui.*] Cur in populum tuum irasceris, & tamen pro illis oratio mea est quotidiana? Heb. בתפלת. *In mensura magna*, vel *in magno poculo.*] Heb. שלישי à שליש *Magnates*, in Exod. 15. 4. sic in Judic. 5. 25. *In vase Dominorum*, vel Magnatum. (שליש non est in Syr. MS. nec edit. Par. Erpen.) *Parâsti locum*, vel *aspexisti in eam.*] Syr. חררת ܚܪܪܬ ܩܕܡ à פנים. *Supra cedros Dei.*] Quæ in horto Dei erant, velut in Ezech. Hyperbole est. Syr. על. *Aper — depascit eam.*] אכלה. Heb. יכרסמנה, à כרם *venter ejus*, in Jer. 51. Mem redundat. *Succisa est*, vel *ramos ejus igne ure.* Syr. ܐܘܩܕܘ ܒܢܘܪܐ. Heb. כסוחה, id est, adjutores filii hominis, qui est noster adversarius.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 80.
Heb. Arab. 79.

Pro iis quæ commutabuntur. Arab. MS. Vulg. *Potabis eos lachrymis cum mensura.*] Toties lachrymas effundunt, ut vas impleant. Arab. الدموع بالكيل. *Apta plantam.*] Arab. واصلح, fac eam prosperare. Heb. כנה à כן stabile, &c. *Pereant*, vel *perdas in furore ira tua.*] Arab. perde eos qui combusserunt eam. Arab. لتهلك الذين احرقوها. Heb. יאבדו. *Porcus silvestris.*] خنزير. Arab. Rom. Neb.

In finem,

1 *Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph. LXXX. Heb. LXXXI.*

2 *Exultate Deo adjutori nostro: jubilate Deo Jacob.*

3 *Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium jucundum cum cithara.*

4 *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ:*

5 *Quia præceptum in Israel est: & judicium Deo Jacob.*

6 *Testimonium in Joseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam, quam non noverat, audivit.*

7 *Divertit ab oneribus dorsum ejus: manus ejus in cophino servierunt.*

8 *In tribulatione invocasti me, & liberavi te: exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis.*

9 *Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me,*

10 *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.*

11 *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.*

12 *Et non audivit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.*

13 *Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.*

14 *Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset:*

15 *Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.*

16 *Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula.*

16 *Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturavit eos.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 81.

Dictus est de exitu ab Ægypto, & fit mentio cessationis servitutis patrum nostrorum in anni principio *Humerum ab onere, &c.* ideo legunt hunc Psalmum in sanctuario in principio anni, & *Tuba* etiam meminit. *Cantate.*] Pro beneficiis vobiscum die hoc demonstratis; licet redemptio ipsa erat 15. Nisan, tamen initium ejus erat in cessatione servitutis. *Potentia nostra.*] In manu duri Domini fuimus sed ipse erat fortior. *Deo Jacobi.*] Dicit *Jacobi*, quia ipse cum filiis suis descendebat primò Ægyptum, & tunc incipiebat numerus annorum servitutis secundùm

dùm literas numerales, 'ר'ג'ו. *Edite vocem.*] קול tympani, ut Joel 2.11 *Vocem suam*, vel *manum tympano apponite.* *In novilunio.*] Primo die mensis, ut 1 Sam.20.18. *Cras est novilunium*, & vocatur חדש, quia tunc renovatur Luna, & dicit, *Buccinate in neomenia*, ut Moseh præcepit, Levit.23.24. *In primo die mensis septimi memoriale tubarum, &c.* & hoc erat rationabiliter, quia patres nostri tunc cessabant à servitute; & buccinare tuba est signum libertatis servorum, ut in anno Jubileo buccinabant, Levit.25,9. *Statutum.*] Nempè, datum à Deo, ut buccinarent. *In Josepho.*] Israele, quia sumitur Joseph, pro toto Israel. Psal.81.2. *Joseph ut ovem.* *Quando exibat per terram Ægypti.*] Scil. Israel in manu excelsa exibat. Vel quando Deus contra על terram ad redemptionem nostram egrediebatur, ut dicitur, *Exeo in medio Ægypti, &c.* R.Arama. *Linguam quam non intellexi.*] Nisi per compulsionem eam non didici, ut Psal,114.1. *De populo extraneo, &c.* Vel quot ex Israele nunquam intellexerunt, quia dicunt, In Egypto non mutabant linguam, vel nomina. Non est in Cod.Cremon. *Ego.*] Deus benedictus cessare fecit duram servitutem, & ab oneribus eripuit; & dicit, *Humerum*, quia portabant lateres in humeros. *Ab ollis.*] Nempè, fabricandis, quia faciebant etiam opera è luto, ut Exod.1.14. *In luto & omni servitio agri.* *Clamabas.*] Ut Exod.2.23. *Clamor eorum ascendebat ad Deum, & Dominus audivit.* R.Arama. *In secreto tonitrui.*] Abscondebam te à tonitru quo percussi erant Egyptii. Vel ut in Exod.14.24. *Prospexit Dominus in exercitum Ægyptiorum in columna nubis*, quod exponitur in Psal.77.8. *Vox tonitrui erat in cœlis.* *Tentavi te ad aquas.*] Sitire te permisi, ut viderem utrum in tentatione patiens persisteres, sed tu mecum in defectu aquæ altercabaris, Exod.17.1.2. *Aperi os tuum.*] Non esuries, nec sities si spem in me solo, non in diis alienis reponas. *Ut non sit in te deus alienus.*] Sed Israel rejecit me, in diebus Judicum & Regum, David & Solomon subsequentium, donec domus erat desolatio. *Deus alienus*] Mala imaginatio. Derash Rab. Non est in Cod. Cremon. *Ad duritiem cordis.*] à שרר confirmare, in Syriac. *Tradidi eos.*] Abstuli providentiam meam ab illis, & הפקר in manum hostis tradidi. *Manum meam*] De die in diem, donec consumpsissem eos. *Forent mendaces illi.*] Dicendo præ timore, quod haud nocebant Israeli. *Tempus eorum.*] Prosperitas. *Melle.*] Spoliis magnatum & pretiosis regum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.*81.

Indic. sacrificis.] Sic Psal.118.27. *Ligate sacrificium*, idem. *In tempore statuto.*] בכסא, ut Pro.7.20. idem. R.Sol. de marito, vel sic dicitur novilunium, quia Luna est in eo tecta, à כסה. *In novilunio.*] Initio mensis, ר'ה' Rabboth. *Statutum Israel.*] Sonare in novilunio. *Judicium Dei Jacobi.*] Dicunt Rabboth. est dies Judicii magnus יום המשפט Rasi. יהוסף cum He redundante est indicium nominis Dei. *Hoc posuit in Josepho pro testimonio.*] Nempè, sonare tubis. Vel, *Ornamentum in Josepho posuit illud.*] Nempè, Sanctum Sanctorum inauratum, licet עדות sit masculin. & עדות fœminin. sic דעת ינעם scientia erit dulcis. *Ornamentum.*] à עדי, ut 2 Reg. 11.12. *Dederunt illi ornamentum.* *In Joseph.*] Sumitur pro toto Israel, ut Psal.77.15. *Filii Jacobi & Josephi*, & Psal.80.2. quia Joseph ipse non portabat onera, sicut in Psalmo hoc dicitur. *Audivi linguam.*] Vocem Dei in Sinai, quam antea non audivi, nec intellexi. Vel vocem Mosis, qui erat incircumcisus labiis & habuit Aharon interpretem. Vel vocem linguæ Egyptiacæ. שפה, id est, עם שפה populum labii peregrini; Et dicit, *Audivi*, in persona Israel. *Ab onere.*] Id est, operibus lateritiis. *Transierunt manus sua ab ollis.*] In quibus opera ista quando facta erant, portabant, sic 1 Sam.2.14. *In ollam*, idem. *In tribulatione.*] In Egypto. *In secreto tonitrui.*] Quia per columnam nubis tonitru erat ab Israel occultatum, non sentiebant illud, ut Psal.77.18. *Tonitru erat in cœlis.* *Apud aquas Meribah.*] Licet per nubem pluviam, ne caderet, in exitu tuo occultavi, tamen postea dedi tibi aquas. *Non erit Deus peregrinus.*] Requirit veritatem cordis, ut in primo præcepto. *Non adorabis.*] Ut in secundo præcepto. *Implebo illud.*] Dabo tibi quod petis, sed hoc non erat in diebus Judicum, vel in primo templo, sicut aliqui dicunt; sed est de futuro. *Israel noluit.*] Opposit. ad illud, *Si auscultaveris, &c.* *Ad duritiem.*] שריר חזק, vel ad visua cordis, à שור, Num.24.17. *Videbo illum.* *Auscultavit ad me.*] Opposit. ad illud, *Cordium suorum*, v.12. *In viis meis.*] Oppos. ad illud, *In consiliis suis.* *Citò.*] In paucis diebus. *Convertam manum contra adversarios.*] Dicit, *Convertam*, quia ante per manum suam hostes eorum debellavit. *Hostes Domini mendacia proferrent ei.*] Præ timore jurarent obedientiam fictam, non in veritate. Vel macilenti forent, ut Psal.109.24. *Deficit à pinguedine*, idem; *Tempus eorum duraret in sæculum.*] Id est, tempus ruinæ nunquam recuperarent; & dicit, *Tempus*, ut 1 Sam. 26.10. *Dies ejus veniet.* *Cum adipe tritici.*] Manna impræsentiarum. *Melle.*] Aquis melle dulcioribus, vel dicitur de futuro. In hoc Psalmo ad Israelem, & de Israele locutus est quandóque, pro more linguæ, ut Deut.32.15. *Jesurun recalcitrabat*, & postea ad eum, *Incrassatus es, &c.*

Sect.3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.*81.

Jacobi.] Facit mentionem *Jacobi* solummodò, quia omnes ejus filii erant dilecti, non sic filii Abrahami & Isaaci; sic Balaam, Num.23. *Non vidit iniquitatem in Jacob.* *Tympanum.* כנור.] Sunt instrumenta 7. chordarum, ut Psal.119. *In septem, indies laudabo te*, in diebus Christi cum octo, *super Sheminith*, in futuro *cum decem*, Psal.92.1. *Buccina.*] Ut in Deserto, Num.10. *In luce faciei.*] Quia Deus ambulabat coram illis. Vel in die Expiationum Deus eos remissione peccatorum illuminat. בכסה.] Luna obtecta est, vel peccata vestra teguntur, si vestra opera renovaveritis, R.Berechiah in nom.R.Aba.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.*81.

Ostendit modum redemptionem accelerandi. [*In novilunio.*] De Palamede (temporibus Judicum) Nauplii filio, scribunt quod primò reperit pondera, & mensuras, ordinavitque annum secundùm Solis cursum, & ad circumgyrationes Lunæ, menses. Ovid. lib.13. Met. Cel. Rhod. lib.20. cap.27. Plin. lib.7. cap.56. Volater. lib.18. habet de hac re Ab.Ezra prolixiorem discursum in Exod.12.] *Throni* כסא.] Id est, dies throni Judicii magni in principio ann. *Statutum* חק.] Traditio hominum est hæc, de die Judicii in primo mense. *Buccinate tubâ.*] Scribunt de

Dirceo

Dirceo Poëta Atheniensi licet ineptissimo, tubæ tamen inventore, qui cum strepitu & clangore tubæ Missenos in Campania perterrefecit & superavit, ut Gideon, Judic. 6. *In Josepho.*] Qui exivit de carcere in principio anni ליר. *Liberavi te.*] De Egypto; In principio anni cessabat servitus. ליר. *Respondebo.*] In futurum in hoc ipso die contra Gog, respondebo. *In secreto tonitru.*] Contra Gog, ut in Zach. 14. *Confusio erit magna, &c. Super* על *aquas Meribah.*] Id est, probabo te tunc temporis plus quàm apud dictas aquas. *Tempus eorum* עתם.] Id est, Israelis, ut in Isai. 54. *Sicut aqua Noachi, &c. Ex rupe.*] Sine defatigatione in posterum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 81.

נבל sic dictum quia מנבל omnia alia instrumenta. *In Josepho.*] Quia in principio anni Joseph. exibat de carcere. *Non intellexi.*] Dicunt quòd Gabriel docuit illum 70. linguas, Rabbo. in Sota. *In secreto, in Tonitru.*] Orâsti ad me in secreto, & ego palàm respondebam. *Probavi te.*] Licet antea mihi erat probatum quòd peccares in Meribah, attamen tibi respondebam. Rabbo. in מכילתא. *Tempus,* vel *vindicta eorum.*] עתם פורענותם.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 81.

Gittith.] Cithara quæ ex Gath erat exportata גת מן, sic reperimus in MS. Targum. in Biblioth. S. Laurent. Florent. Romæ, &c. differentia in paucis, est inter Cod. impress. Bomberg. & MS. quod hic secunda vice notandum. *In neomenia.*] In mense Tisri, in quo ramis in tabernaculis suis erant obtecti. *In Josepho.*] Quia non cubuit cum uxore Domini sui, Gen. 39. 8. *Exibat per terram Ægypti.*] Exibat è carcere Joseph. ut esset præfectus terræ Egypti. *In secreto tonitrui.*] In mea secreta præsentiâ ubi rotæ ignitæ sonum reddunt, ut Ezech. 1. *Aperi os tuum.*] In verbis legis. *Et implebo.*] Illud omni bono, ut pane tritici, &c. *Tempus eorum.*] Id est, robur.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 81.

Vociferate.] Duo sunt, in Deut. 32. 43. *Cantate Gentes cum populo suo. Exibat super terram Ægypti.*] Ut hostis ad destruendam eam. Novem sunt in scripturis, Ezech. 38. 11. *Contra terram villarum. Amos* 9. 6. *Agmen super terram.* Job. 38. 26. *Pluviam in terram.* Psal. 110. 6. *Capita super terram.* Et omne *terra Ægypti* in lege est simile.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 81.

Quinta sabbati.] Et pro torculari Baptismi, ut Deus die quinto ex aquis creavit animalia, & quinto die Israel exivit ex Ægypto per mare Baptismi. S. Aug. *In tabernaculo.*] בסור, ut סכה facto de ramis & foliis eos à calore in festo tabernaculorum protegentibus secundùm morem Judæorum hodiernum, Venetiæ, Patavi. & in aliis Italiæ locis; aliqui tabernacula humi, alii ante fenestram foris in secunda vel tertia contignatione prout habitant, erigunt: Et Evangelium Christi est nova lux, *novum cœlum,* & *terra nova.* Apoc. 21. 2. 19. Matth. 28. ἐν παλιγγενεσίᾳ. *Novilunio.*] Nova Luna vita nova est, & creatura nova in Christo. S. Aug. *Novilunio.*] Ethnici observabant dies festos & ædificabant templa Lunæ, & sacrificabant sub nomine Dianæ, quam dicunt unico partu editam fuisse cum Sole vel Apolline, ut Gen. 1. *Deus fecit duo magna luminaria,* & quia Luna habebat regimen noctis, ideo Dianæ cultus noctu erat, & per mulieres flentes sub nomine Lucinæ, quia putabant quod Luna fœcundas eas fecit.

Horat. Lib. 3. Od. 22.

Montium custos, nemorumq; virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata (ut 2 Corin. 12. τρίς.) *audis, adimisque letho,*
Diva triformis.

Ovid. Fast. lib. 2.

——*facilis Lucina puellis, &c.*

Et adhuc sunt visendi nummi Romani, in quibus sedet Juno viduæ habitu, cum virga in manu sua; puellæ terga percutienda dabant (Ovid.) sacerdoti, ut aiunt quidam, in Ezech. 8. *Flentes pro Tammuzo,* vel in quarto mense sic dicto, Junio nostro ex parte respondente, in quo mense apud Egyptios, dicto τῷ ἐπιφὶ μηνὸς, Plut. ΕΠΙΦΙ, Coph. Festum celebrant Egyptii, quod natalem oculorum Hori, ὀφθ λευκὸν nuncupant, Plutarch. de Iside & Osiride, ὀφθαλμῶν Ὥρε γενέθλιον, Luna est unus ex Hori oculis, ὄμμα καὶ φῶς. Plutar. ib. sed de Tammuz alibi, in Psal. 106. *Die festo.*] In primo mense erat exitus ex Egypto & Ethnici mariti in Calendis Martiis observabant festum quotannis, ut uxores castas domi haberent, Horatius etiam eandem observabat, quia à periculo arboris cadentis liberatus erat.

Horat. Lib. 3. Od. 8.

Martiis cœlebs quid agam Calendis
Quid velint flores, & acerra thuris
(Levit. 2. 1. 2, &c.)
Plena, miraris, positusque carbo in
Cespite vivo. (ara)
Docte sermones utriusque linguæ?
Voveram dulces epulas & album
Libero caprum, propè funeratus
Arboris ictu.
Hic dies anno redeunte festus,
Corticem astrictum pice dimovebit
Amphora fumum bibere instituta
Consule Tullo.
Sume Mæcenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Profer in lucem: procul omnis esto
Clamor & ira. (Eph. 4 ult.)
Dona præsentis rape lætus horæ, ac
Linque severa. (Eccles. 7. *In die prospero lætare, &c.*)

Testimonium.] Arcam. *Quando exibat.*] Nempè, Angelus Domini cum gladio, ut Exod. 12. *Ego audivi.*] Loquitur Psalmista in persona viri Israel cujuslibet. *Linguam.*] Lingua Egypti erat Idololatria, ut lingua Canaan est Dei cultus. Isai. 19. 18. 1. Caus. *Dorsum ab oneribus.*] Peccatorum, ut Matth. 11. *Omnes onerati, &c.* S. Aug. *In secreto tonitrui.*] Et dedi tibi legem. 2. Caus. Vel tempestate, non maris, sed cordis, quam sequitur contradictio peccatorum. Heb. 12. S. Aug. *Melle.*] Lege Dei melle candido dulciore. Psal. 19. 10.

Pindar. Nemea. Od. 3.

Μελὶ λευκῷ, &c.

E Petra.] Petra est Christus, 1 Corin. 10. Est psalmus laudis, cum sacrificiis in die festo, novilunio, canendus

nendus, ut Romani quotannis in festo Dianæ, id est, Lunæ,

Horat. Lib. 3. Od. 22.
Diva triformis.
(Dicta Luna, Diana, Proserpina.)
Imminens villæ tua pinus esto:
Quam per exactos ego lætus annos,
Sanguine donem.
Et Od. 23.
Cælo supinas si tuleris manus
(1 Tim. 2. ὁσίους.)
Nascente luna —— (id est, novilunio)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 81.

Pro die quinto Hebdomadæ. Gal. *Gittith.*] Instrumentum à Gath. Ital. Vel, torcularibus. Gal. בכסה.] Id est, dies nobilis. 2. Ang. MS. Vulg. Gal. à כסא thronus. Ital. *Nella solennità.* Vel, dies lege determinatus. Hisp. Ital. à סכותו, *summa*, in Exod. 12. *Quam non agnovit.*] οὐκ ἔγνω. Theodor. Arch: Cantuar. MS. Græc. in Trin. Coll. Cant. obiit Ann. Chr. 690. Ital. Bruc. *Io non conobbi, Secreto.*] Columnâ nubis. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 81.

Pro torcularibus.] Ut Joh. 15. *Vos palmites*, vinum est merces bonorum operum in futura vita. Greg. Nyss. Vel, *Pro torcularibus psalmus sabbati.*] Lat. MS. in sabbato canendus, ut Psal. 92. *Quod nesciebam audivi.* Lat. MS. Vel, *Quam non noverat, audivit.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. Aleph in אשמע redundat, ut אזרוע & ירעתי, Jod redundat pro ירעת, ut in Psal. 139. *Anima mea novit. Servierunt.*] Vul. Gr. vel transferunt Daleth pro Resh, ut in Jer. 2. *Non serviam*, vel *transgrediar*, אעבר. *In secreto tonitrui exaudivi te.*] Lat. MS. de cœlo in hostes suos Deus intonabat, ut 1 Sam. 2. *Recens Deus non erit in te.*] Vul. Gr. ut Deut. 32. *Dii recentes quos haud noverunt patres eorũ, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 81.

Quando David per eum præparabat se ad Festa. Par. edit. ܒܙܒܢܐ ܕܡܛܝܒ. *Tempore statuto*, vel *in solennitatibus.*] Syr. ובכסאא, ܒܡܘܥܕܐ, Judæos imitabant Ethnici, Athenæus lib. 14. Berosus lib. 1. Babylon. Decima sexta die mensis Loi festum Babyloni quinque dierum spatio celebrari ait, per quod festum solere Dominos servis parere, unumque ex his domui præesse veste, quæ regiæ referat similitudinem, indutum, quem Zoganem appellant, meminit hujus festi Ctesias quoque libro Persicorum secundo, & Athenæus, lib. 10. Ctesias apud Indos regi inebriari non licere tradit (ut Prov. 31. *Non regibus ô Lemuel vinum bibere.*) & verò apud Persas regi conceditur die uno (festo) in quo sacrificant Mithræ, id est, Soli, Strabo lib. 15. Geogr. In mense dicto Egyptiaca lingua & caractere ⲡⲁⲱⲛⲓ, (nostro Septembri & festo Tabernaculorum respondit) Osiridem è diuturna peregrinatione reducem tradit Pausanias, cujus die octavo ὡραίζουσι quo baculos Solis nasci tenent, & sexto ejusdem Harpocratem ab Iside gigni. In novilunio mensis ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ, (Februario respondet) festum celebrant Osiridis in Lunam ingressûs. Plutar. *Testimonium in Josepho posuit.*] Syr. מסרה, ܡܣܗܕܘܬܐ, id est, Tabernaculum & arcam posuit in tribu Ephraim, *apud Shiloh*, & illuc venit Israel. *In novilunio.*] Dies Egyptii non secundum Lunam sed Solem metiuntur, 30. dierum mensem constituentes & quinque dies illis adjungant. Diodor. lib. 1. & Plutar. de If. & Osir. Quasi annus constitisset, ex 360. diebus & quinque adjectas, τὰς ἐπαγομένας Αἰγύπτιοι καλοῦσι, καὶ τῶν θεῶν γενέθλια ἄγουσι. Scil. Osiris, Arouris, Typhon, Isis, Nepthus, Plutar. Ib. In lingua Cophtitarum in Onomast. Copt. Arab. Romæ, hos dies appellant, ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧ seu intercalares, & dii dicuntur Copthice, ⲟⲥⲓⲣⲓⲥ, ⲁⲣⲟⲩⲣⲓⲥ, ⲧⲩⲫⲱⲛ, ⲓⲥⲓⲥ, ⲛⲉⲫⲑⲏ. Primus mensis incipit ab ortu Caniculæ dicitur ⲑⲱⲟⲩⲧ Thoth, ideoque in Exod. 12. quando exiit Israel, dicit Dominus Mosi, *Hic mensis vobis erit primus*, non sicut Egyptii, Vid. P. Athanas. *Quando exiit per terram Ægypti audivit sermonem quem non intellexit.*] Syr. MS. è servitute eduxi illum ut festum meum celebraret, Syr. שמע, ܫܡܥ, Heb. אשמע, Aleph redundat velut in אברך, in Genes. 41. Vel, *Quando ibat è terra Ægypti.*] Par. Edit. ܡܢ ܡܨܪܝܢ, ܢܦܩ ܡܢ *Ab ollis*, vel *à vinculis.*] Syr. אסוריא, ܡܢ ܕܘܕܐ. Heb. דוד. *Responsum dedi tibi.*] Operui te in secreto loco meo. Syr. id est, nube, Num. 14. *Ullum Deum alienum.*] Id est, non eris in terra hostium tuorum velut in Egypto, ne te cogant alios Deos colere. *Dilata.*] Pete quicquid velis & tibi dabitur, Matth. 7. *Tempus eorum*, vel *terror esset in æternum.*] Terror hostium suorum. Syr. ועדתן, ܘܕܚܠܬܗܘܢ ܠܥܠܡ, Heb. עתם, sicut בעתם, Beth eliditur, velut in לקח, vel à ענה, *afflixit.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 81.
Heb. Arab. 80.

Pro torcularibus.] Arab. MS. Vulg. quando calcabant torcularia in mense septimo, in Anni reditu, 2 Reg. 11. 1. 2. tunc hunc canebant. *In diebus festis cognitis.*] Arab. Rom. Neb. vel principalibus, في الأعياد المعلومة, tribus festis quotannis præcipuè. Heb. כסא, Thronus in quem sedet princeps. *Cum exiret ad terram Ægypti.*] Arab. Rom. Neb. cum Israel exibat è terra Canaan ad Egyptum, Genes. 46. erat probatio fidei ejus magna, quia ad populum linguæ extraneæ advenit. Et dicit *Joseph* qui comprehendit decem Tribus, vid. Psal. 60. in Ab. Ezra. & Kimchi. *In abscondito tonitrui*, vel *supplicationis eum exaudivi.*] Arab. في خفايا ابتهالة, ideoq; forsan Bonanerges filii tonitrui, ob frequentiam & zelum in precibus cum Christo, sic erant cognominati, vel quia preces in abscondito fiunt, ut tonitru in Dei auribus, & remunerabit eas in propatulo, Matth. 6. *Fuit tempus*, vel *timor eorum perpetuus.*] Arab. Rom. Neb. جرعهم موبدا. *Inimici Domini mendacem fecerunt eum.*] Arab. كذبوه, dixit enim Deus se benedicturum populo suo in omni, & hostes ejus destructurum, sed non adimplevit promissum suum ob peccata populi, ut in Jerem. 18. 8. ideoque hostes illi mendacem Deum pronunciant.

1 *Psalmus Asaph. LXXXI.*
Heb. LXXXII.

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deus dijudicat

2 *Usquequò judicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis.*

3 *Judicate egeno, & pupillo: humilem & pauperem justificate.*

4 *Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.*

5 *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.*

6 *Ego dixi: Dii estis, & filii excelsi omnes.*

7 *Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis.*

Surge Deus, judica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 82.

DIctus est hic Psalmus de Judicibus injustis, forsan in diebus Jehosaphat, quia quando reversus est de Ramoth Gilead & reduxit Israel ad pœnitentiam, Judices in omni civitate præposuit, & dixit, *Cavete, quia non judicatis pro homine, sed pro Deo, & non est cum illo injustitia, nec* προσωποληψία, 2 Paral. 19.7. Videtur quod ante judicabant injustè, quia opus erat alios constituere Judices. *Deus stat.*] Gloria sua est vobiscum, videns opera vestra, ut Amos 3.2. *Vos cognovi, &c. Judicat.*] Id est, punit injustos Judices. *Impii.*] Divitum, sed non judicant jus pauperum. *Defendite.*] Judicate opprimentes eos in opibus. *Eripite.*] Ne opprimant pauperes in corpore suo. בגופו. *Ignorant.*] Faciunt injustitiam, ac si ignorabant judicium. *Fundamenta moventur.*] Orbis propter violentiam desolatur, & diluvium venit in Gen. 6. *Dii estis.*] Ut Exod. 22.9. *Ad deos,* id est, si judicatis justè. *Filii Altissimi.*] Stellæ quæ habent in hæc inferiora dominium, ut Job. 38.7. *Canebant omnes filii Dei.* Vel Angeli in Cod. Cremon. *Sicut unus O Principes.*] Sicut unus gradus infimi quem opprimetis, anima vestra in æternum cum corpore morietur. Vel, *Sicut unus Principum.*] Super cubilia, forsan in honore moriuntur, quo à bestiis differunt, sed non in morte. Arama. *Sicut Adam.*] Id est, sicut corpus quod est homo terrestris, sic anima vestra morietur. Vel sicut corpus bestiæ, sic Eccles. 3. *Quomodo moritur homo ut bestia?* Arama. *Hæreditabis omnes Gentes.*] Id est, pauperes ex omni gente erunt hæreditas tua, quia plerunque pauperes sunt contriti spiritu, & homines veritatis.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 82.

Potentum, vel *deorum.*] Id est, regum qui in Dei loco sunt constituti. Vel in cœtu Dei, id est, Israele. *In medio deorum.*] Id est, Angelorum, per quos Dei judicia in terris exequuntur. Vel Judicum, ut Exod. 22.28. *Non maledices Diis. Personas impiorum.*] O Judices, quomodo non timetis, quoniam Deus per Angelos judicat. Vel *Vos levatis faciem.*] Ut Gen. 4.7. *Quare facies tua cadit? Si benefeceris, Annon erit elevatio faciei? Pauperes, & orphanos.*] Qui loqui pro seipsis nequeant, & *viduam,* quæ non habet maritum; nam impii illis maximam violentiam operantur. *Pauper.*] In divitiis, & דל in anima, ver. 3.4. *Non intelligent*] Silent, שתקו, ac si non erat illis intellectus. *In tenebris ambulant.*] Quia munus excæcat oculos sapientum, Exod. 23. *Fundamenta terræ removentur.*] Judices injusti per injustitiam suam omnia subvertunt. *Filii Altissimi.*] Similes Angelis. *Sicut unus Principum.*] Qui sunt violenti raptores; est via eorum. Vel, *Sicut unus O Principes.*] Sicut unus homo; Semel & subitò. *Surge Domine.*] Loquitur in persona oppressorum exclamantium. *Inter gentes omnes.*] Portionem oppressis in locis omnibus reddes.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 82.

Deus stat.] Ergo vos Judices non sedetis soli, ut in 2 Paral. 19. *Sicut Adam.*] Qui cecidit, & à Paradiso erat expulsus. *Principum.*] Angelorum qui lapsi sunt. *Judica terram.*] Ut in Psal. 9. & Zach. 14. *Dominus erit unus, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 82.

Judices de faciendo judicio admonet. *Stat.*] In eorum auxilium, quando judicant justè, sin minus, judicat illos. *In tenebris.*] In æternum. *Sicut Adam.*] Pulvis de terra. *Unus ex Principibus.*] Qui cadit in furore regis.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 82.

Ambulant in tenebris.] Afflictionum; & quod hæ veniunt propter injustitiã non animadvertunt. *Sicut Adam.*] Quoniam opera eorum sunt sicut Adami vitiosa, ut in Hos. 6. *Rebellârunt ut Adam, &c. Unus Principum.*] Prædecessorum vestrùm, vel superiorum שלסעלה (forsan Angelorum qui ceciderunt) ut Isa. 24. *Exercitum sublimium.* Mid. Agad. *Inter omnes gentes.*] Sunt in manu tua, & quam vis, deprimis.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 82.

Potentum.] Justorum, qui sunt potentes in lege. *Ut filii Altissimi.*] Angeli in excelso, scil. cœlo.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 82.

דל omne דל cum אביון est Pathac. *Ambulant in tenebris.*] Id est, opera elàm quasi in tenebris perpetrant; non est ampliùs, & unum est, Psal. 139.12. *Tenebra sunt sicut lux.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 82.

Deus stat.] Vel sedet, ut præses Synodi, sic de Samuele dicitur, *Sedet super eos,* 1 Sam. 19.2. Aug. *In medio deos discernere.*] Quia & singulus quisque Deus, & ipsa Trinitas est unus Deus, S. Aug. *Movebuntur terra fundamenta.*] Per terræ motum omnia mutantem, ut Heb. 12. *Vox sua commovebit cœlum & terram. Filii Altissimi.*] Vobis promisi cœlestem hæreditatem, S. Aug. *Cadetis.*] Per mortem, vel sub judicio ab honore vestro ad minimam hæreditatem. *Sicut unus ex Principibus.*] Diabolus. S. Aug. Theodoret. *Hæreditabis,* vel *disperdes.*] Terrenam cupiditatem. S. Aug.

Sect. 9.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 82.

Ut Adam.] Ital. Bruc. moritur, Gen. 3. sic vos. *Unus Principum.*] Vel, *de los tyrannos.* Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 82.

Deus stetit in coetu Dei.] Lat. MS. in Ecclesia est divina præsentia, ut in pavimento templi ubi Judices sedebant. *Tu hæreditabis.*] Vulg. Gr. gloria tua erit inter omnes gentes, & cultus tuus de generatione in generationem successivè, ut hæreditas.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 82.

Deorum, vel, *Angelorum.*] Syr. מלאכא [illegible] [illegible], & per Angelos hosce sibi ministrantes Deus improbos judicat. Aut dicit, *Angelorum* sanctorum, ideóque non potest sustinere iniquitatem. *Omnia fundamenta —— dimoventur.*] Id est, plagæ dimovent terram propter injustum judicium. *Sicut unus Principum.*] Syr. &c. [illegible], quasi nunquam fuissetis in loco Dei. Vel, *unà O Principes.*] Peribitis unà אכחור. Syr. MS. Cantabrig. Florent. Roman. sed Par. edit. איך חד [illegible].

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 82.
Heb. Arab. 81.

Judicat adversus eos.] يحكم عليهم adversus eorum prava judicia justam reddit sententiam. *Sicut unus Principum.*] Arab. Rom. العظما forsan cum pompa sepulti sitis, sed tamen estis homines, non dii immortales. Vel, *unus de Magnatibus.*] Arab. Neb. Gigantes, ante diluvium oppressores diu vixerunt, sed tandem moriebantur, Gen. 5. Gen. 6.

---

1 *Canticum Psalmi Asaph. LXXXII.*
Heb. LXXXIII.

2 *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus:*

3 *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.*

4 *Super populum tuum malignaverunt consilium: & cogitaverunt adversus sanctos tuos.*

5 *Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel ultrà.*

6 *Quoniam cogitaverunt unanimiter, simul adversum te testamentum disposuerunt*

7 *Tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ:*

8 *Moab, & Agareni,*
Gebal & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

9 *Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adjutorium filiis Lot.*

10 *Fac illis sicut Madian, & Siseræ; sicut Jabin in torrente Cisson.*

11 *Disperierunt in Endor: facti sunt ut stercus terræ.*

12 *Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana;*
Omnes Principes eorum,

13 *Qui dixerunt: Hæreditate possideamus Sanctuarium Dei.*

14 *Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.*

15 *Sicut ignis, qui comburit silvam: & sicut flamma comburens montes.*

16 *Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.*

17 *Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.*

18 *Erubescant, & conturbentur, in sæculum sæculi: & conturbentur, & pereant.*

19 *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 83.

Dictus est de bello in diebus Jehosaphati quando Seir, Ammon, Moab & aliæ nationes præliabantur, 2 Chron. 20. 1. & addit, *de Ammonim*, memorantur in præliis Uzziæ cum Arab. & per transpositionem sunt Maonitæ מעונים, in Judic. 10. 12. *Amalecita & Maonim*, & meminit hoc loco Ismaelit. Hagaren. & Amalecit. qui congregabant cum Moab, Ammon. &c. 2 Chron. 20. 1. & cæteræ nationes comprehenduntur sub nomine, Ammon. Arama. *Levant caput.*] Ad prævalendum contrà nos. *Absconditos tuos.*] Israel, absconditos in secreto tuo; Psal. 31. 20. *In Tabernaculo tuo. Ut non sint natio.*] Ut fugiant & pauci sint numero. *Consultabant unà.*] Omnes contrà Israel uniuntur licet unus alteri erat hostilis. *Contrà te.*] Quia dicunt quod tu nos servare nequeas. *Tabernacula Edom.*] Cum divitiis & tentoriis, (si bellum duraret) accesserunt, ideò dicit, *Tabernacula*, in 2 Chron. 20. 10. Edom dicitur *Seir* & Ismaelitæ sub Ammonim comprehenduntur. *Hagareni.*] Filii ejus per Abrahamum; si Hagar sit Ceturah. *Viri Gebal.*] In Ezech. 27. 9. *Assur etiam junctus est.*] dicit, *Etiam*, גם, quia erat remotior à terra Israelis quàm Gentes reliquæ; Vel, ut indicet quod Assur adhuc impietatem suam retinet licet Angelus Domini eum percussisset, Adoni Avi. R. Jos. Cimchi; secundùm hanc expositionem bellum hoc post dies Hezechiæ contingebat. R. Arama. Derash, ex Genes. 10. 11. non est in Cod. Cremon. sed in R. Arama. *Filios Loti.*] Ammon & Moab, ut 2 Chron. 20. 1. *In Endor.*] Loquitur de Midian. sed non scribitur in lib. Judicum; aliqui exponunt illud de bello Siseræ, Endor est in sorte Manassis cum Taanac. & Megiddo, in Judic. 5. 19. in Cantico Deboræ, sic Jos. 17. 11. habuit Manasseh, *Endor & villas suas, Taanac. & villas suas, Megiddo, &c. Sicut stercus.*] Sub pedibus. *Fac eos, principes eorum.*] Ut Exod. 2. 6. *Videbat*

debat illum, scil. puerum, est ἐμφατικῶς. *Domus Dei in possessionem.*] Id est, terram Israel, ut dixit Jehosaphat, 2 Chron. 20. 11. ut nos de hæreditate tua expellant. *Sicut res volubilis.*] Ante ventum. *Sicut ignis accendit saltum.*] Accendit arborem unam & illa alteram vicinam, & tandem omnes consumuntur; sic occidebat unus hostium alium, 2 Chron. 20. 23. *Flamma accendit montes.*] Id est, gramen & arbores, vento flante. *Persequere eos.*] Ut de hoc bello dicitur, 2 Chron. 20. 22. *Deus posuit insidias* in filios Moab, &c. *Cum pudore.*] Pro honore quem expectabant triumphando. Vel, ut superstites redeant cum pudore faciei. R. Jos. Cimchi. קלון à קלוי, nam qui erubuit, facies ejus est sicut ignis. R. Jos. Cimchi. *Quærant nomen tuum.*] Solum, ut Zach. 14. 9. *Nomen ejus unum.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 83.*

Ne sileas.] Sic Levit. 10. 3. *Aharon tacuit.* idem, licet sit ex alia radice. *Tumultuantur.*] In multitudine, ab המון. אל, id est, potens servare. *Absconditos.*] In tuo latibulo opposit, ad *secretum* consilium eorum. *Consultaverunt.*] Consilio cordis. *Hagareni.*] Ex Hagare per alium maritum oriundi מבעל אחר, & genealogisantur ab ea in honorem quia erat ancilla Abrahami; simile est, Ezræ 2. 61. *Unam ex filiis Barzillai*, præter scripturæ morem. *Gebal.*] Giblitæ, 1 Reg. 5. 16. *Brachium fuerunt.*] Id est, adjutorium indies. *In Endor.*] Redit ad Midian, & Endor locus sic dictus forsan quòd inde erat Gideon. *Sicut stercora.*] 1 Reg. 14. 10. *Sicut homo stercora aufert*, גלל. Gimel redundat à גלל תבער, verbum יוצא Transit. *Deus mi.*] Est loquentis indicium, quia antè dixit, *Domos Dei. Pudore.*] Opposit. ad superbiam eorum qui dicebant, *Accipiamus domos Dei, &c. Ut quærentes quærant nomen tuum.*] Quando vident judicia tua in eos, & dicit, *Quærentes*, deficit hæc vox, ut Num. 26. 59. *Quem peperit*, pariens. idem. *Altus.*] Opposit. ad pudorem eorum, עליון ad קלון.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal. 83.*

Ne fileas.] Ut in Isai. 62. *Posui custodes, &c. Ob secretum tuum* סוד.] Propter legem tuam, arcanum quod est nobiscum, ut in Psal. 25. *Aquilonares tuos* צפוניך.] Id est, ad abenda sacrificia tua in Aquilonari parte altaris, Levit. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad in Psal. 83.*

De Bello Gogi, &c. *Sicut Sisera* כסיסרא.] Qui non cecidit secundum morem mundi, sed modo mortis extraordinario, sic etiam hi, ut in Isai. 66. *Videbunt cadavera, &c. Dedecore.*] Sic in Isai. 66. *Erunt abominatio, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 83.*

Assur etiam associatus est cum illis.] Dicit *Assur*, quia de terra exibat Assur quando rebellabat Nimrod, se cum illo non associabat, sicut hodiè. Derash. Rab. *Ad Midian.*] Per Gedeon, Judic. 7. *Ad Siseram.*] Per Barac. Jud. 4. 16. *Sicut res volubilis.*] Capita carduorum ראשי קוצים, ut Isai. 17. 13. rotunda sicut rota plaustri. in ling. Extran. *Carduus.* Hispan. *Tervellino. Domus Dei.*] Templum. *Turbine,*] In ling. Ext. חורוילין, Hispan. *Tervellino.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 83.*

Absconditos tuos,] Qui sunt thesauris tuis; ut vasa pretiosa repositi, sic Mal. 3. *Quando perficio gemmas meas. Hagareni.*] Hungari. *Assur.*] Sennacherib, rex Assur. *Sicut rota.*] Volubilis, quæ non quiescit in descensu.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 83.*

Tumultuantur.] In congregandis divitiis, vel contrà Israel; tria sunt, Isai. 17. 12. *Tumultum facient sicut tumultus maris.* Psal. 39. *Sese in vanum discruciant.* Avaritia est omnis mali radix. *Gebal.*] Non est amplius cum Camets, & unum est cum Pathac, Ezech. 27. 9. *Senes Gebal*, & sunt de Alphabeto vocum, quarum una est cum Cametz, altera cum Pathac. *Sicut rotam*, vel *instar orbis*, vel *cœli.*] Id est, in motu inquieti; duo sunt, Psal. 77. 18. *Tonitrui in cœlis. Impleas pudore.*] Quinque sunt cum Dages, Genes. 29. 27. *Adimple hujus septimanam.* Genes. 42. 1. *Impleas saccos.* Ezech. 24. 4. *Cum ossibus repleas.* 1 Sam. 16. 1. *Imple cornu tuum oleo.* Et unum est ומלא, *Imple manum tuam*, Ezech. 10. 2. Bonos bonitate, malos pudore replet Deus.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 83.*

Quis similis erit tibi?] Id est, nemo, cum veniet Christus judicaturus. S. Ang. Gr. Vulg. à דומה. *Assur.*] Samaritæ, in loco 10. Tribuum habitantes, nam illa tempestate Assyrii non regnabant. Theod. *Sicut rotam.*] Ut non sint in eo quod cogitant, stabiles. S. Aug. *Invocabunt nomen tuum.*] Ut Deum verum & non idola. Oratio contra hostes post reditum à Babylone templi ædificationem remorantes. Theod.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 83.*

Quis, vel *non est similis tibi.*] Vulg. Gr. אל, *non. Adversus arcanum tuum.*] Lat. MS. id est, Oraculum templi ubi Deus habitabat in absconditu, ut in Ezech. 7.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 83.*

Ne sit tibi silentium, vel *quis tibi similis est?*] Syr. ܕܡܐ דרמא, ut in Exod. 15. *Quis est tibi similis inter Deos? Extulerunt caput supra populum tuum.*] Syr. ܐܪܝܡܘ ארימו, In derisione movent capita sua, ut in Psal. 22. *Absditos tuos*, vel *sanctos.*] Syr. qui reconditi sunt sub alis tuis, velut in Psal. 91. vers. 4. *Ismaelitarum.*] Arabum. Syr. *Hagareni.* Gadereni. Syr. ונדריא ܘܓܕܪܝܐ, ut Marc. 5. Gadareni. *Gebal*, vel *terminus Ammonis.*] Syr. החוםר. ܚܘܡܪܐ ܕܥܡܘܢ, Heb. sicut גבול. *Cunctos illorum præfectos.*] Destruas illos. Syr. ܟܠܗܘܢ ܢܣܝܟܝܗܘܢ, Heb. נסיכמו. *Velut ignis relictus in sylva.*] Syr. qui totam comburit.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 83.*

Heb. Arab. 82.

Quis est tibi similis?] Arab. Rom. Neb. *Pelistæi*, vel *Tribus Alienigenarum.*] Arab. الغرباء, ut in Psal. 60. in Arab. Gr. & Zach. 9. *Stercora*, vel *pulvis in terra.*] Arab. *Endor*, vel *in fonte Dor.*] Arab. عين, Heb. עין. *Perde omnes principes eorum.*] Arab. Heb. נוגם à נוגן, in Psal. 72. & Prov. 29. in R. Sol. *Tanquam rotam*, vel *facem.*] Arab. كالمشعل, & ut lampadem subitò coram vento extinctam, Arab.

In

In finem,
1 *Pro torcularibus filiis Core. Psalmus*
LXXXIII. Heb. LXXXIIII.
2 *QUàm dilecta tabernacula tua Domine*
virtutum :
3 *Concupiscit, & deficit anima mea in atria*
Domini. Cor meum, & caro mea, exultaverunt
in Deum vivum.
4 *Etenim passer invenit sibi domum, & tur-*
tur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum: rex meus, &
Deus meus.
5 *Beati qui habitant in domo tua Domine :*
in sæcula sæculorum laudabunt te.
6 *Beatus vir, cujus est auxilium abs te :*
ascensiones in corde suo disposuit,
7 *In valle lacrymarum, in loco quem posuit.*
8 *Etenim benedictionem dabit legislator,*
ibunt de virtute in virtutem : videbitur Deus
deorum in Sion.
9 *Domine Deus virtutum exaudi orationem*
meam : auribus percipe Deus Jacob.
10 *Protector noster aspice Deus : & respice*
in faciem Christi tui :
11 *Quia melior est dies una in atriis tuis super*
millia.
Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis
quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
12 *Quia misericordiam, & veritatem di-*
ligit Deus : gratiam, & gloriam dabit Domi-
nus.
13 *Non privabit bonis eos, qui ambulant in*
innocentia : Domine virtutum, beatus homo, qui
sperat in te.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 84.

DIctus est de Davide, quando erat inter Palistæos exul, locum Arcæ & Altaris videre exoptabat, vel in persona captivorum ; & hoc est rectum. *Etiam languet.*] Dicit, *Etiam*, quia magis est *languet* quàm *cupit*. *Propter atria Domini.*] Israel stetit in atriis, non in templo. *Cor & caro.*] Id est, cor & os meum. Vel, est simile in Psal. 35. *Omnia ossa mea dicent.* *Invenit sibi domum.*] Si de Davide ; excelsa non erant tunc temporis prohibita, & altaria erant in omni loco, & volucres ibi nidificabant ; sed in templo aves non nidificabant, ne sanctus iste pollueretur locus, מפני הטומאה, & vertex domus, ita erat fabricata, ut volucres ibi requiescere nequeant. *Passer.*] In extr. ling. פשרא: Et si dictus sit Psalmus de captivitate, altaria desolata erant avibus, non sacrificiis. In Derash, passer est Israel, ter in anno ad festa conveniens, filii sunt flores Sacerdotii, פרחי כהנה juxta altaria semper, ut pulli in nido recubantes. Derash R. Arama. *Habitantes in domo tua.*] Sacerdotes & Levitæ, vel sapientes & sancti, qui ibi manebant. Vel, *Qui habitabunt.*] In futuro, & ædificatam domum istam intuebuntur. *Adhuc laudabunt te.*] Omnibus diebus vitæ suæ, vel mundi, ut Gen. 8. 22. *Erit adhuc, &c.* idem. R. Jos. Cimchi. *Via eorum.*] In corde eorum sunt tuæ scientiæ media, suntque in illis viis euntes, redeuntésque, & crescunt robore ; cohæret cum versu isto, *Habitantes in domo tua*, scil. ut cognoscant Dominum. R. Jos. Cimchi. Sed sapiens Abben Ezra exponit omnia de tribus festis. Non est in Cod. Cremon. *In valle fontium.*] Fontes sapientiæ, בבא à נבכי flumina, Job. 38. 16. *Ponunt eum in fontem.*] Cum discipulis suis, qui eos subsequuntur, aquas sapientiæ & scientiæ Domini epotant. *Doctor amictus est benedictionibus.*] Quia docet illis viam rectam, à מורה in Prov. 5. 13. *Ad societatem.*] In Collegiis habent societates discipulorum, & ab una ad aliam transit dubitans, donec Sion accedat, ut illic inquirat, quia illic sunt maximi in domo Dei sapientes ; Et si exponamus de ascendentibus ad festa, tunc *In valle Baca.*] Est arbor quædam sterilis crescens in loco arido, quem transeuntes fontem fodiendo huc & illuc efficiunt, sic ut cisternæ etiam aquis exuberent, מורה à יורה, & ברכות sunt cisternæ factæ ex lapide & aquas pluviales retinent ; est cum Cametz, sicut cum Tseri. Derash de Gehenna, non est in Cod. Cremon. *Audi orationem meam.*] Pro redemptione. *Jacobi Deus.*] Dicit *Jacobi* quia ipse erat pater tribuum Israel, inter quas non erat extraneus. *Vultus tui.*] Christi, cujus festina adventum. *Una dies.*] Vitæ post adventum Christi, licet cràs moriatur, melior est mille annis in terra aliena. Vel, una dies in domo tua in sæculo futuro. R. Arama, sed hoc sæculum impiis datur, & est sicut tentorium instabile. R. Arama. *In limine.*] Portarum sapientiæ. *Tentoriis vexationis.*] In rebus mundanis, ut 1 Sam. 14. 47. *Vexabat eos.* idem. *Sol.*] Ad illuminandos eos in tenebris captivitatis. Vel, *Cum Sol est, clypeus erit Dominus.*] Ut Sol non noceat nobis calore nimio, sic in Psal. 121. *Dominus est umbra tua, Sol non nocebit tibi.* R. Arama. *Clypeus.*] Contrà Gentes & eorum malitiam. *Gratiam & gloriam.*] Israeli, ut Isai. 49. 23. *Reges erunt nutritii tui.* Et Isai. 61. 6. *Comedent divitias gentium.* *Confidit in te.*] Et non desperat de redemptione futura.

Sect. 2. Ex Ab. Ezra in Psal. 84.

Filiorum Corach.] Unius ex illis in diebus Davidis, & tunc est Prophetia, vel vixit in captivitate Babel, & tunc est supplicatio pro redemptione. *Consumpta est.*] In vehementi desiderio. *Cor meum.*] Scientia animæ rationalis. *Caro mea.*] Corpus meum. *Inclamat.*] Ore, quod est corporis ostium הפה שער. גם, *Etiam passer.*] Sensus est עד. *Hirundo.*] Avis quæ canit libera, sed moritur captiva, ideò vocatur דרור libertas. *Nidum invenit.*] Ut in eo acquiescat, sed ego absque requie divagari cogor. Scil. *Altaria tua Deus.*] Videtur quod licet consortium hominum fugiant hæ aves, redeunt in temporibus festis, & ædificant nidos propè altare, quia in illud offeruntur. R. Moseh. Vel quasi habuerunt notitiam, conveniunt, ut filii eorum in altaria sacrificentur; sed deridet illum R. Jehuda, & sic legit, *Anima mea languet ad Altaria tua Deus*, reliqua sunt in perenthesi. *Cujus robur est in te.*] Dicit *robur*

bur quia masculi pedibus ad tria festa quotannis, ambulabant. *Sunt trita via.*] Ne quicquam cogitent nisi de scensu ad domum Domini. *Per vallem Baca.*] Locus est sic dictus. *Fontem.*] Quia aquæ ad satietatem pro siti in itinere illis suppeditantur. *Pluvia replet fontes.*] Denotat plenitudinem aquarum, ut Psal. 42. 7. Quasi omnes fluctus maris in eos ad refrigerium pertransiissent, dixit R. Jehuda, quod Moreh est nomen loci, ut *Collis Moreh*, in Samuel. *De societate ad societatem.*] Omnes unà, id est, consociati ad Tabernaculum, incedunt. *Apparet in Sione coram Deo.*] Ut Deut. 16. 16. *Ter in anno omnes masculi, &c.* Vel, *De urbe ad urbem.*] à חיל חומה. R. Jehud. *Deus excercituum.*] De suprà. *Deus Jacobi.*] Cujus filii sunt excercitus infrà. *Exaudi.*] Et redemptionem acceleres. *Vide, vel serva clypeum nostrum.*] Rex dicitur Clypeus, Hos. 4. 18. *Clypei ejus amant, date. Sedere in limine.*] בסף, audire & videre, דור pro גור in lingua Aramitica. *In tentoriis inquietorum.*] Qui vexant sese in comparandis divitiis, vel in peccatis suis, ut 1 Sam. 14. 47. *Vexabat eos.* idem. *Et clypeus.*] Ne eos Sol in itinere percuteret. *Sol.*] Egent Solis lumine ad ambulandum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 84.

Gittith.] Id est, torcular, vidit illud Isai. & Deum celebrat, Isai. 63. sic David in Psal. 8. & Asaph. & filii Corach. in 80. & Psal. 84. Omnes Deum laudibus, qui conculcat populos in ira suâ, evehunt. *Quam amabilia?*] Quia in honorem templi hostes ejus in torculari conculcas. *Sicut passer.*] Non dicit *Columba*, quia columba redit ad nidum postquam filii ejus sunt capti, non sic passer. *Fontem.*] Lachrymarum in Gehennâ. מורה.] Id est, Deum laudant justi quando alios in Gehennâ intuentur, dicuntque, Bene docuisti nos, &c. dicuntque damnati præceptori suo, Bene docuisti, sed non audivimus. R. Johan. *De dolore in dolorem.*] חיל minimam non habent requiem. R. Jonah. in nom. R. Levi.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 84.

De redemptione futurâ. *Posuisti super altaria tua.*] Id est, licet teneri passeris filii, sint mactati super altare tamen mater ipsa habet locum habitandi ab hominibus liberum, multo magis nos qui sumus illis pretiosiores. *In corde eorum semita transeuntium.*] Id est, instruunt illos qui transeunt per vallem arborum infructiferarum, id est, occupati sunt in rebus mundanis inutilibus. *Fontem.*] Scientię quando docent populum. *Benedictiones tegunt Doctorem.*] Id est, addit scientiam & benedictionem populo. *De societate* מחיל.] Captivitatis ad חיל illam libertatis. *Sol.*] Ad illuminandam mentem. *Clypeus.*] Ab errore.

Sect. 5 *Ex R. Sol. in Psal.* 84.

De Israel, in captivitate. *Passer invenit domum.*] Post destructionem templi. בחרבנו volucres nidos illic ędificabant. In Midrash, Passer est congregatio Israel. *Robur.*] Spes sua in te est. *Qui transgrediuntur legem Dei sunt in valle fletus.*] In Gehenna ubi est stridor dentium, בבא בבי. *Fontem.*] Lachrymarum ponunt eum. *Doctor obtegebat illos benedictionibus.*] Sed illi ambulabant viis perversis contrà doctrinam ejus incedentes. Vel dicit, *Benedictionibus* quia benedicunt justo judici qui condemnavit illos. *Prabe aurem.*] Ad ædificandam domum. *Impii.*] Esau. *Sol, vel murus.*] à שני חומה, in Midrash Tillin. Vel, fenestra, ut in Isai. *Fenestra tua omnes, &c.* Est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 84.

Hirundo.] Vel, columba. *Invenit locum, altaria tua.*] Quia pulli columbæ erant in sacrificia altaris, mundi. *Sunt via.*] Spei & confidentiæ. *Transeunt in vallem fletus.*] Impii descendunt in Abyssum Gehennæ, ubi fletus eorum erit sicut fons in æternum scaturiens. *Benedictiones tegunt Doctorem.*] Benedictiones illius, qui edoctus est, & ad legem convertit, in Doctorem suum redeunt. *A societate ad societatem.*] A Sanctuario ad Collegium. *Respice clypeum nostrum.*] Respice justitiam patrum nostrorum. *Pra millibus.*] In captivitate. *Sol, vel Murus & Clypeus.*] שור. Cald. ut Isai. 54. 12. *Fenestra, vel Muri.* idem.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 84.

Amabilia.] Duo sunt, unum est plenum, & unum caret Vau. Psal. 45. 1. *Canticum dilectarum*, rerum vel Tabernaculorum. *Sunt tabernacula tua.*] Duo sunt, Num. 24. 5. *Quàm pulchra sint tentoria tua?* *Hirundo nidum.*] Coph majusculum ad magnificandam Dei providentiam, quæ extendit ad minima. Derash modern. *Ponat in pullos.*] Id est, in illos cor suum reposuit; duo sunt cum accentu in penultimâ ב' מלעיל, 1 Sam. 4. 20. *Non reposuit ad cor suum*, scil. filium ejus natum; (ut Hirundo.) *Altaria tua.*] Tria sunt, 1 Reg. 19. 10. *Diruunt tua altaria.* Et in vers. 14. In altaribus dirutis nidificant aves. *Rex mi, Deus mi.*] Duo sunt, Psal. 5. 2. *Ad te regem meum &c. orabo. Apparet in Sion.*] Sunt tredecim, Gen. 22. 14. *Apparebit in monte Domini*, id est, in tribus festis quotannis quilibet; est Propheria, Exod. 23. 17. *Ter in anno apparebunt omnes masculi*; duo sunt in versu, & reliqua loca hic citantur.

Sect. 8. *Ex al. Anth. in Psal* 84.

Pro torcularibus.] Ecclesię Dei afflictę & oppressę sunt torcularia. S. Aug. Theod. *Cor meum, & caro mea.*] Pax in corde & sanitas in corpore. *Sicut passor ——— sic altaria tua.*] Sunt gaudium meum & nidus meus ubi habitare semper concupisco. Theod. à simil. Vel, *Passer invenit nidum altaria tua.*] Erat oraculum pervetustum in agro Milesiorum, Templum circumiens Aristodicus passeres & alias aviculas in templo nidificantes νενοσσευμένα ἐν τῷ νηῷ exemit, hæc illo faciente, vox ex Adyto fieri dicitur, hominum impurissime, Quomodo ausus es supplices meos τοὺς ἱκέτάς μου diripere. Herod. Clio. *Via sunt in corde suo.*] Id est, ascensiones. Vulg. Meditatur de supernis, ut Col. 3. 1, 2. Quanto plus amaveris tanto plus ascendes. S. Aug. Theod. *Benedictionem dabit Legislator.*] Vulg. Gr. in monte Christus locutus est octo beatitudines. *In valle lachrymarum.*] Bokim. Judic. 2. 1. Theod. Vel, piæ lachrymæ contribulatorum mustum sunt amantium. S. Aug. *In locum quem disposuit.*] In cœlum est ascensio ejus, locum quem Deus præparavit. S. Aug. *Pro fonte.*] Domus Dei est fons nostræ consolationis in hoc mundo, Vel, *Implet cisternas pluvia.*] In persecutione pleni erant consolatione. Act. 5. 41.

Dg

De virtute in virtutem.] De gloria in gloriam per spiritum Christi, 2 Corin. 3. 18. Vel sermo sapientiæ, scientiæ, fidei, &c. 1 Cor. 12. S. Aug. *In Sion.*] Ecclesiâ, ut Heb. 12. 22. Apoc. 14. 1. Vel, locum refrigerii cœlestia pro piis.

Horat. & Pindar. Olymp. Od. 2.

Tertia quod si vice jam renati
(Naturaliter, spiritualiter, æternaliter.)
—— Illis aperit beatas
In quibus lenes Zephyri virentem
Jupiter oras.
Insulam perflant —— &c.
Hinc pii sumunt capiti coronas
Aëris semper nitida fruuntur
Luce, nec terram feriunt aratris,
Nec mare rostris.

Vid. Sect. 8. in Psal. 67.

Uncti tui.] Χριστοῦ. Gr. *Super millia.*] Ut Mat. 13. 17. *Propheta & Reges desiderabant videre, &c. Sol.*] Ut Luc. 2. *Lux ad illuminandas Gentes.* Caus. Descriptio Ecclesiæ sub Evangel.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 84.*

Altaria tua.] Id est, ea pro meo repositorio exopto. *De virtute,* vel *exercitu.*] Ital. Bruc. Hisp. in concordia & multitudine. *Pro fonte.*] In omni afflictione reperiunt solamen. Hisp. *Legislator.*] 2. Ang. MS. Gal. *Le legislateur.* Vul. dat benedictionem. 2. Ang. MS. Vulg. Gal. Ital. Bruc. *Il dottore.* ברכות.] Id est, replet puteos, & non fontes solummodò. Ital. Hisp. *Las cisternas henchirá.*

Sect. 10. *Ex Gr & Vulg. in Psal. 84.*

Turtur nidum.] Vulg. Gr. Arab. *Sic altaria tua Domine.*] Lat. MS. ut avis habet nidum ubi reponat pullos suos, sic ego altaria tua pro habitatione exopto. *Ascensiones in corde suo.*] Vul. Gr. id est, in cœlestia posuit cor suum, ut Colos. 3. 1. *In loco quem posuit.*] Arab. Vul. Gr. quem posuit Deus in habitationem suam, ut מעין מעון habitatio, in Psal. 90. 1. *Benedictionem dabit.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. illis qui operam in lege navant, ut Psal. 1. 1. *Beatus homo, &c.* Vel, *Benedictionem amicietur doctor.*] Lat. MS. *Sol & clypeus,* vel *misericordiam & veritatem diligit.*] Vulg. Arab. Gr. sic Psal. 92. *Veritas ejus est clypeus tuus, &c.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 84.*

Quando David exivit è Sione ad adorandum in domo Dei; ܠܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ. Etiam prophetia de Christo & Ecclesia. Par. edit. *Ut cor meum & caro mea Deum viventem laudent.*] Idcircò desiderio afficior in atria tua, accedendi. Syr. נשבחון Syr. Par. edit. ܢܫܒܚܘܢ שבחו. *Pullos suos nutriunt juxta latus altarium tuorum.*] Syr. MS. על גנב Par. edit. ܐܘܪܚܬܟ ܒܠܒܗܘܢ ܠܐ. *Viæ tuæ sunt in corde ipsorum.*] Te agnoscunt, & vias tuas, velut in Psal. 103. 7. *Notas fecit vias suas Mosi,* vias misericordiæ, &c. Syr. שביליך. *Transeunt per vallem lacrymarum, habitationem faciunt eam.*] Par. edit. Syr. MS. id est, sunt in perpetuis perturbationibus. Syr. מעסרא ܡܥܣܪܐ; Heb. מעין, sicut מעון in Psa. 90. 1.

Vel, *Cujus cor semita tuæ penetrârunt eum profundo fletu.*] Syr. ܕܠܒܗ ܒܫܒܝܠܝܟ ܡܫܬܡܠܐ ܒܬܘܕܝܬܐ ܘܒܟܝܐ, id est, cor eorum est divinis meditationibus repletum, & luctu, peccatorum causâ. Vel, ut in Eccles. 1. *Qui crescit sapientiâ, crescit dolore. Pluvia,* vel *qui docet benedictionibus opertus est.*] Syr. benedicit eis, sed consolationem non accipiunt, pergunt tamen divino robore ad cœlestem Sionem. Syr. ܒܘܪܟܬܐ בורכתא. Heb. ברכות. *Sol noster,* vel *ministrat nobis.*] Syr. MS. דמחרסינן ܡܠܟܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܬܪܣܝܢܢ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ, id est, pascet nos. Heb. שמש, velut in Dan. 7. *Ministrantes illi,* ὰ חרם in Act. 13. in Syr. impress.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 84.*
Heb. Arab. 83.

Ad latus Altaris tui.] الى جانب مذبحك. Arab. In latere Aquilonari Altaris pulli erant mactati, Levit. 1. *Robur ejus est in te.*] Vel, auxilium ejus à te venit, non confidit in principes, divitias, aut aliud quodlibet. Arab. الذي ياتي نصرته من عندك. *Semita,* vel *jura tua sunt in pectore suo.*] Arab. في قلبه سننك. Nam lex Dei est lumen & via vitæ, Prov. 6. *In valle,* vel *abysso luctus, loco quem posuit in fontem.* Vel *habitaculum. Legislator dabit benedictiones.*] Arab. Rom. Neb. Gr. عمق البكا المكان الذي مسكنا واضع النموس يعطي البركات, id est, Lex Dei & Legislator consolantur servum Dei in hoc sæculo, semper ingemiscentem, & quasi in domo luctus commorantem, ut in Eccles. 7. *Melius est in domo luctus habitare, &c.* Vel dicit, *Abysso luctus,* ut in Psal. 23. *In valle umbra mortis,* id est, propè mortem. *Janitor,* vel *abjectus.*] طريحا في بيت الرب الاهي. Infimæ conditionis homuncio. *Deus est sol, & clypeus,* vel *diligit misericordiam & æquitatem.*] Arab. Rom. Neb. & MS. الرب الاله يحب الرحمة والعدل, ex misericordia sua instar solis illuminat illos qui sunt in tenebris; ex æquitate sua protegit instar clypei innocentes.

1 *In finem, filiis Core Psalmus. LXXXIIII. Heb. LXXXV.*

2 *Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivitatem Jacob.*

3 *Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.*

4 *Mitigâsti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ.*

5 *Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram tuam à nobis.*

6 *Numquid*

6 *Numquid in æternum irascêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?*

7 *Deus tu conversus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.*

8 *Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.*

9 *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.*

Et super sanctos suos; & in eos qui convertuntur ad cor.

10 *Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.*

11 *Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt.*

12 *Veritas de terra orta est: & justitia de cælo prospexit.*

13 *Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.*

14 *Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 85.

DE captivitate Babel, Cod. Cremon. Vel de hac, quia diuturna est, ut dicitur, *Iratus eris in æternum*; præterea post hanc oritur veritas de terra, germinatque, non sic in reditu de Babel. Cod. Ven. *Fuisti gratiosus.*] In 3. primis vers. est prophetia, tunc oratio captivorum annectitur, quam Deus exaudit. Dicit, *Fuisti*, in reditu de Babel ad secundum templum, vel in ira tuâ in tot annis præteritis misericordiam demonstrâsti. *Quiescere fecisti eos.*] Ab afflictione captivitatis, ut Num. 10.36. *Redeas Domine*, vel *quiesce*. R. Jehudah. Vel שבות est verbum יוצא transitivum pro השיבות. *Misericordiam tuam.*] Remittendo peccata nostra. *Quid fortis Dominus loquetur.*] Quia Dei dicere est facere. סורין Meqor cum Nun paragog. pro סורורות, non est ut illud שוב השיבות סורין, quia conjunctum est cum אפך, sed est verbum יוצא, & Paul est אפך, quasi diceret, *Convertisti iram, ne incalesceret. Ad sanctos suos.*] Ex Gentibus. *Ad stultitiam.*] Id est, ad malum, ut Isa. 60.21. *Omnes erunt justi*; ostendit quod non loquitur de reditu à Babel, post quem redibant ad stultitiam, & templum erat destructum. Non est in Cod. Cremon. Vel ad stultitiam, ut de providentia Dei interrogatoria ampliùs interrogent dubitabundi. R. Arama. *Salus propè est.*] Si resipiscerent, ut Deut. 31.2. *Convertet tuam captivitatem, si convertas ad eum, &c. Gloria habitet.*] In templo secundo non habitabat gloria; dicunt quod quinque deficiebant, ut ה' deficit in אכבר, Hag. 1.9. Arca, Propitiatorium & Cerubim, ignis & Shecinah, Spiritus sanctus, & Urim. Rabboth. Non est in Cod. Cremon. sed in Venet. Vel gloria, quæ à justo venit. Arama. *Et veritas.*] Totus Israel tunc in via veritatis invenietur, ut Zeph. 3.13. *Nec loquentur mendacia, &c. Osculantur.*] Ut socii, quia quando veritas & justitia sunt inter homines, tunc à Deo in eos misericordia & pax, secundùm opera eorum, descendunt. *Orta est è terra.*] Quando homines in terra faciunt bona opera, tunc beneficia Dei à cœlis largiuntur. *Ambulabis coram eo.*] Oculi ejus erunt super justitiam ad faciendam eam. *Gressus in via.*] In via justitiæ.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 85.

Operuisti peccatum.] In secundo templo, convertendo captivitatem, בבית שני. *Converte nos.*] Ex hac præsenti captivitate. *In æternum.*] Sic dicit, quia longa est, & quasi in æternum hæc captivitas. *Vivifica nos.*] In captivitate sunt quasi mortui, & redemptio est resurrectio, ut Dan. 12.1. *Audiam quid dicet Dominus.*] Pro more Prophetarum, qui vigilabant pro spiritu prophetiæ, ut Hab. 2.1. *Meipsum in specula constituam. Non redibunt ad stultitiam.*] Post reditum non redibunt ad Idololatriam, sed tunc erunt *omnes justi*, Isa. 60.21. *Gloria tua.*] Divina præsentia, quæ non erat in templo secundo, לא היה בשני. *Sanctitas & veritas.*] Si sit sanctitas versùs Deum, & justitia ad proximum reperiatur, tunc sequitur Dei *pax & veritas* in suis promissis adimplendis. *De cælo.*] Quia omnia decreta de cœlis descendunt. *Dominus dabit bonum.*] Ut Deut. 28.12. *Aperiam bonum meum thesaurum*, id est, pluviam largiendo. *Vir justitia ambulabit coram eo.*] Ut Genes. 48.15. *Deus ante quem ambulabant patres mei. Ponet gressus suos in via.*] Recta Dei via incedet.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 85.

Complacuisti, רצית.] Ut in Deut. 11.12. Terra quam Dominus Deus tuus *requirat*, donec apud Deum accepta sint opera ejus.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 85.

De redemptione. *Convertisti.*] Sub domo secunda. *Remisisti.*] In re Hamanis, & convivio Ahashuerus. *Iram.*] In diebus Macchabæorum. *Justitia & pax.*] Sic Deut. 16. *Justitiam, Justitiam, ut vivas, &c. Coram ea* לפניו.] Id est, ante redemptionem justitia incedit, ut in Mal. 4. *Convertit cor filiorum ad patres, &c. In via* לדרך.] Id est, præparat justitia viam redemptionis.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal* 85.

Si obtegas omne peccatum eorũ.] Tunc in terra tua habes complacentiam, ideò converte nos, אם deficit. *Misericordia & veritas.*] Si faciant veritatem, invenient misericordiam. *Osculantur se invicem.*] Post reditum de Babel, ut dicitur, *Opus justitia est pax, &c. Diriget viam suorum gressuum.*] Merces justitiæ erit in semita sua, ut per illam filios suos deducat.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 85.

Ad stultitiam.] Targum לטאורא, id est, לשנא Elias in Meturgeman.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 85.

Iratus eris in sæculum.] Id est, ut nos rejicias; Tria sunt in Scriptura, Psal. 77.7. *Rejiciet in sæculo? Zach.* 1.5. *Vivant Prophetæ in sæculum? Ut habitet gloria in terra nostra.*] Id est, Deus gloriæ, ut in templo Solomonis; Tria sunt defectiva, 1 Reg. 8.12. *Dixit Dominus, quòd habitaret in tenebris obscuris*, & socius suus. 2 Paral. 6.1. Psal. 68.18. *Ut Deus habitet*

habitet inter eos, & alia Masora addit adhuc tria, R. Jacob. Num. 9. 22. *Nubes habitabat, in Tabernaculum*, Psal. 85. 9. & Job. 30. 6. *Habitare in rupium scissuris, &c.* Unum in Lege, aliud in Cethubim, aliud in Prophetis, & quatuor sunt in Cethubim. *Misericordia, vel viri misericordes.*] Eadem bonis & malis accidunt, ut Eccles. 9. 1. 2. Tria sunt, Prov. 22. 2. *Divites & pauperes occurrunt.* Prov. 29. 13. *Pauper & dolosus occurrunt.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 85.*

De Judæorum, è Babylon reditu. Theod. *Captivitatem.*] Captivum me ducentem in legem peccati, Rom. 7. S. August. *Operuisti omnia peccata.*] Et fac nunc similiter nobiscum. 1. Arg. à par. *Pacem.*] Ut Rom. 5. 1. *Justificati habemus pacem, &c.* 2. Arg. ab eff. *Audiam quid loquatur.*] Cohibens se à strepitu mundi foris, *dixit*, *Audiam quod loquatur* intus. S. Aug. *Ad stultitiam.*] Quia semel est semper justificatus. Vel, *Qui convertunt cor ad ipsum.*] Non ad alium. S. Aug. Cordis conversio est liberatio à peccandi licentia. Theodor. *Ut inhabitet gloria.*] Sic Luc. 2. 32. Christus est *gloria populi tui Israel* 3. Arg. *Misericordia & veritas.*] Ut 1. Joh. 17. *Gratia & veritas* (omnium umbrarum) *est per Christum.* 4. Arg. ab eff. *Veritas de terra.*] Christus de fœmina. S. August. Vel cùm homines veritatem amplexi sint. Theod. Vel confessio de homine terrestri. S. August. *Justitia & pax.*] Ut Rom. 5. 1. *Habemus pacem.* 5. Arg. Fac justitiam, & habebis pacem. S. Aug.

Horat. Car. Secul.

Jam fides, & pax, & honor, pudorq;
Priscus, neglecta redire virtus
Audet: apparetq; beata pleno
Copia cornu.

(Ut Psal. 18 *Cornu salutis.*)

Pindar. Olymp. Od. 13.

Ἀσφαλὴς δίκα καὶ ὁμό-
τροπ☉ εἰρήνα.

Dicam Corinthum fortis Achaia
Insigne lumen, lex ubi & æquitas
Cum pace consedere.———
Hæ civitatum mœnia fulciunt
(Prov. *Justitia exaltat gentem*)
Dant temperata divitias manu, &c.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 85.*

Ad stultitiam.] Ital. vias mundi, vel rationis carnalis. Hisp. *à los caminos del mundo y de su razon carnal.* *Seu illis qui convertuntur ad cor.*] Vulg. a. Ang. MS. Gal. *Se convertissent au cœur*; בכל in Psal. 78. *Fiduciam ponere in Deo, &c.* אל *ad* & אשר deficit. Ang. MS. Bodl. Vulg. Trin. Coll. Cant. MS. in 4°. 8°. 16°. ἀντιστρέφον τὴν καρδίαν ἐπ' αὐτόν, Theod. Gr. MS. in Tr. Col. Cant. Lectionem hanc invenio in quatuor MS. Vul. in Convent. S. Mar. Novel. Florent. & in alio antiquissimo in S. Laurent. & in alio in Bibl. S. Victor. Paris. à Blanch. reginâ Franciæ donato, & in locis reliquis reperi concordantiam in dictis MS. Vaticanis; & cum impress. Vulg. hic citatis est convenientis mirabilis, sed in uno MS. in folio reperi *ad cor* defectiv. in Trin. Col. Cant. & in alio Lat MS. antiquo sæpissimè hic citato est major convenientia cum Bibliis Hebræis punctatis. *Misericordia & veritas.*] In regno Christi, ut Joh. 1. *Gratia & veritas per Christum.* Vel ubi veritas & justitia inter homines reperiuntur, ibi ostendit Deus misericordiam & pacem, abundantiámque omnium largietur. Hisp. *La verdadera felicidad.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 85.*

Convertentes cor ad eum.] Gr. August. Ambros. in Psal. 118. Arab. Rom. Vel, *Non ad stultitiam.*] Lat. MS. *Ponet in via gressus suos.*] Vulg. Gr. id est, præparabit viam coram facie sua in destruendis impiis.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 85.*

De salute Dei; ܡܫܘܙܒܢܘܬܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ, & prophetia de Christo. Par. edit. *Protende*, vel *exprime indignationem tuam contra nos.*] Sic in Jos. 6. 5 *Cornu arietinum protractum*, sic in Nehem. 9. in Syr. MS, Vel, *Audiam quid ——Deus dicet.*] Per spiritum prophetiæ in Prophetis. *Loquetur pacem, ne vertant se ad stultitiam*, vel *retrorsùm.*] Syr. ܘܠܡܠܐ ܕܠܐ ܢܗܦܟܘܢ ܠܒܣܬܪܝܗܘܢ לבסתריהון in Syr. MS. (Heb. לכסלה, à כסלי *ilia*) nam cùm videant impiorum pacem, & adversa eorum sentiant, ut fiant Apostatæ, sunt proclives, ut Isa. 63. *Quare fecisti nos errare? &c.* Et Psal. 73. *Videns prosperitatem impiorum, dixi in vanum manus meas mundavi, &c.* *Simul occurrunt.*] Veritas enim quæ lapsa erat, quasi mortua, è terra germinat, & justitia Dei venit è cœlo ad occurrendum ei. *Veritas, vel, fides & justitia.*] Syr. ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ Rom. 5. 1. *Justificati fide.* *Terra proferet fructus suos.*] Ut in Psal. 67. ult. Syr. ܥܠܠܬܗ. *Justitia*, vel *justus coram eo ambulabit.*] Syr. ܙܕܝܩܐ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 85.*
Heb. Arab. 84.

Ut audiamus quid dicet Deus Dominus noster.] Arab. Rom. Neb. لنسمع ما يقول الاله ربنا nam quando Deus irascitur plebe suâ, tunc faciem suam avertit, & Prophetis non colloquitur, sic in Psal. 95. 40 *annis hac generatione fui exasperatus*, & per 40. an. Mosen non est allocutus, ait Ab. Ezra. *Justis, & qui convertunt cordibus suis ad eum.*] Arab. Rom. Neb. على شعبه وابراره والمنصرفين بقلوبهم اليه, id est, ut Jerem. 3. *Cum toto corde.* Et Psal. 32. *Non est dolus in ejus spiritu.* *Justitia & pax osculantur*, vel *viderunt se facie ad faciem.*] Arab. In facie Christi; per quem habemus justitiam & pacem cum Deo, Rom. 5. 1. & Rom. 14. Regnum Dei est *Justitia & Pax*, inter Judæos & Gentes, Ephes. 2. *Ipse est pax noster*; inter homines & Angelos, Colos. 1. εἰρηνοποιήσας; inter *cælestia & terrestria*: Denique, nativitatem ejus concomitabatur pax universalis, Luc. 2. & omnium abundantia, sed per accidens propter infideles gladium attulit, Mat. 10. & ignem, Luc. 12. *Veritas de terra orta est.*] Id est, Christus, qui est *via, veritas, & vita*, Joh. 14. & dicit, *Orta*, non Nata, qui generatio ejus absque viro existens, בלתי חבור, ab aliis cunctis discriminatur. R. Mos. Hadarshan apud Nebiens. Vel dicit, *Orta*, ut Sol oriens, in Luc. 1. ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Vel, ut planta de terra, aut ramus iste in Zac. 3. *Servum meum, Germen* illud.

Oratio ipsi David. LXXXV.
Heb. LXXXVI.

1 *INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.*

2 *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.*

3 *Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die:*

4 *Lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.*

5 *Quoniam tu Domine suavis, & mitis, & multa misericordia omnibus invocantibus te.*

6 *Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.*

7 *In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.*

8 *Non est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.*

9 *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.*

10 *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.*

11 *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.*

12 *Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.*

13 *Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.*

14 *Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.*

15 *Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax.*

16 *Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.*

17 *Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 86.*

QUando fugiebat à Saule, & pro salute ab illo supplicabat. *Pauper & egenus.*] Nihil habens ad sustentationem suam nisi quod amici sui & viri Judæ clam subministrabant. Vel, quando erat cum Achis. & de spoliis Gentium, sustentabatur. *Serva.*] שמרה, Shin cum Cametz & געיה cum Cametz, non cum Cametz Hateph & est imperativ. *Serva animam meam, ut sim sanctus.*] Id est, custodi me usque ad sæculum futurum ubi sunt omnes sancti. Arams. כי חסיד אני. *Sum pauper.*] In hoc sæculo, R. Arama. Vel, *Sanctus sum.*] Admirantur aliqui ex hoc dicto, sed non est mirabile, quia cor Davidis semper erat rectum, & resipiscebat de peccatis, & benefacit inimicis suis, ut Psal. 7. 4. *Liberavi illum, &c.* & in Psal. 4. *Posuisti in corde meo lætitiam, &c.* *Levo animam meam.*] In oratione דרך תפלה, ut Lament. 3. 41. *Corda levemus cum manibus.* Vel, ut oblatio, Mincha דרך, in Genes. 43. 34. *Fercula.* Id. Vel, per spem דרך תקוה, ut Deut. 24. 15. *Levat animam,* id est, sperat. *Bonus es.*] Ergà omnes creaturas, ut Psal. 145. 9. *Super omnia opera sua.* Vel bonus, quia misereri proclivis, Derash R. Phinehas. *Qui invocant te.*] In afflictione, si male egerunt tamen in pœnitentes es misericors. *Supplicationum mearum.*] Quas toties coram te effundo. *Respondebis.*] Non es similis Dis alienis, qui non respondent quando invocant homines, ut Baal, 1 Reg. 18. & in prox. vers. nam, *Quæ natio habet Deum ità propinquum?* Deut. 4 7. *Inter Deos.*] Solem, Lunam & stellas, quorum cultores salutem ab illis expectant. *Sicut opera tua.*] Nam astra regunt inferiora ex mandato tuo. *Omnes gentes —— adorabunt.*] In diebus Christi, ut Zach. 14. 9. *Dominus erit Rex.* *Instrue me.*] Ut in creatione, perfectiori modo, te cognoscam. *In veritate tua.*] A naturali cognitione ascendam ad scientiam deitatis tuæ, & dicit, *Ambulabo,* scil. per media paulatim, licet non plenè. *Ad timorem nominis tui*] Unias cor meum & ne huc & illuc timendo homines carnales divagetur, tunc laudabo te solum, ut est in vers. prox. *A sepulchro inferiori.*] Dicit *inferiori,* ad amplificandam afflictionem, quia omne sepulchrum est inferius תחתיה, ut Prov. 9. 18. *In profunditatibus sepulchri,* id est, sepulchro profundo. Vel, liberabis me à Gehenna in futurum, vel à peccato cum Bathsheba. Vel, ne hæc inferiora, sed cœlestia à te peterem. R. Arama. *Superbi.*] Persequentes me volenter non per compulsionem, ut multi ex Israel, cum Saule. Vel, de Doeg & Ahitophel, Derash Rabbo. *Gratiosus.*] Ad benefaciendum mihi. μακρόθυμος.] Non puniendo me subito quando peccem, sed donec resipiscam sustinendo. Arama. *In misericordia.*] Promittere, & *veritate* adimplere promissum regni Davidici. *Respice in me.*] Sicut homo qui avertit à negotiis & oculos in aliud affigit. *Filium ancillæ tuæ.*] Meminit matris ejus, quia ipsa est radix formationis fœtus, nam Embryo crescit in visceribus matris, & post partum ab ejus uberibus enutritur, ideò natura matris est in filio, plus quàm patris, & inter reges Israel scribitur, *Nomen matris,* quia licet opera humana sint ex electione, consuetudine, & instructione, tamen partim etiam à natura formationis oriuntur; dicitque, *Servus sum* in duplici respectu, quia sum assuetus servitio tuo, & quia est etiam in natura mea, nam mater mea erat ancilla tua, ut Psal. 116. 16. Vel dicit, *Ancillæ,* quia a Ruth Moabitissa ortus est, & sic in Ecclesiam Dei introire prohibitus. R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 86.*

Oratio.] Antequàm regnabat. *Pauper sum.*] In oculis nationum. *Ego sum sanctus.*] Rectus corde in

in oculis tuis, ut Psal. 16. *Sanctum tuum*, & Psal. 18. *Secundum justitiam meam.* Vel, serva animam meam, ut sanctus sim assiduè, R. Moseh, זך, R. Jehudah. *Levo animam meam.*] Sicut mercenarius ad mercedem suam, ut Deut. 24. 15. *Ad illam levat animam suam. Bonus es.*] Erga bonos, & misereri peccatorum proclivis. *Qui invocant te.*] Ideòque ego invoco te. *In die tribulationis meæ.*] Dicit *tribulationis*, quia tunc præcipuè est invocandi necessitas. *Non est tibi similis.*] Potens ad servandum, ut Deut. 4. 7. *Quæ natio habet Deum tam propinquum. Ancillæ suæ.*] Sic vocat suam matrem, in humilitate, & in honorem Dei. *Ostende signum.*] Palàm, ut videant & admirentur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 86.*

Benignus sum חסיד.] Quia David audivit opprobrium & obmutuit quando in manu suâ erat ulcisci. *A Gehennâ inferiori.*] Loco adulteris appropriato, R. Jodan. *Misericors.*] Nuncii iræ de longinquo veniunt, Isai. 13. ut filii Dei antequam veniant, resipiscant. *Respice* פנה.] Id est, averte faciem ab omnibus negotiis, & aspice me, sic ויפן, Exod. 10. *Signum in bonum.*] In Ahitophelem. *Adjuvasti me.*] Per Husæum. *Consolaris.*] Per Nathanem. 2 Sam. 12.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 86.*

De tribulationibus captivitatis. *Pauper & egenus.*] Et adimplere voluntatem tuam nequeo. *Quando exaudies me.*] Quando hoc sentio, alterâ vice supplicabo. *Ab inferno.*] Civitas Gehennæ, משאול. *Superbi surrexerunt.*] In desolatione primi templi. *Quærebant animam meam.*] In desolatione secundi Templi. *Salva.*] à Gogo. *Signum.*] Sicut in Zach. 14. *Exibit Deus & pugnavit, &c.* in Isai. 66. *Signum ponam, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 86.*

Oratio.] Quando persequebatur à Saule. *Sum sanctus*, vel *misericors.*] Calumnias excipiendo & non exequendo vindictam quando in manu mea est, Midr. Tillin. *In die tribulationis meæ.*] Est nox mihi, dies hostibus meis. *Omnes Gentes —— adorabunt.*] Post reditum ex hac captivitate. *Superbi.*] Doeg & Ahitophel. *Non posuerunt te.*] Qui me in regem per manus Samuelis iunxisti. *Signum.*] In diebus Solomonis Templum ædificatum erat signum, adhærebant portæ & non aperiebant, donec Solomo supplicasset, dicendo, *Ne respuas faciem uncti tui David*, Est in MS. *Filius ancillæ tuæ.*] Humiliati se filius ancillæ magis coram Domino suo, quàm servus qui argento coemptus est, quia filius ancillæ est in domo natus & educatus.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 86.*

Ostende signum.] Quando Solomo introduxit Arcam in sanctum sanctorum, portæ quæ adhærebant, aperiebant à seipsis, quo signo convicti adversarii, peccatum Davidis remissum esse, credebant.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 86.*

Oratio Davidis.] Duo sunt, Psal. 17. 1. sunt hæ duæ Davidis orationes sicut matutinæ & vespertinæ preces. *Deus mi.*] Duo cum Pathac & Athnachta, Psal. 84. 10. *In domo Dei mei. Venient & adorabunt.*] Etiam Deum laudabunt; Tria sunt plena, 1 Sam. 31. 4. *Ne veniant hi incircumcisi.* 2 Paral. 32. 4. *Quare venirent reges Assur?* Psal. 22. 31. *Venient* & declarabunt justitiam suam. Gentes incircumcisæ in fine mundi adversus Ecclesiam convenient. (sed est hic defectiv. in multis codicibus emendatis.) *Tu es Deus solus.*] Ex Judiciis tuis cognitus; Quinque sunt, 1 Reg. 18. 37. *Innotescat hodiè quod tu es Deus*, Psal. 55. 23. *Tu ô Deus dejicies eos.* Psal. 60. 10. *Nonne tu ô Deus? Serva filium.*] Duo sunt, 1 Sam. 11. 3. *Veni subitò & serva nos.* de Jabes.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 86.*

Præcinit Assyriorum imperum in Hierosolymam & Hezechiæ spem. Theod. *Quoniam sanctus sum.*] Christus peccatorum omnium, non commissor sed dimissor. S. Aug. sic Psal. 16. *Sanctum tuum, &c.* vel, quia Hezech. nullam hostibus causam præbebat. Theod. *Omnes gentes.*] Dicitur de conversione Gentium; Nam pauci sancti in uno populo Hebræorum. S. Ang. vel in tempestate Hezekiæ, Assyrii, &c. (ut R. David. in Isai. 19. & Psal. 68.) Theod. 1. Arg. *Vniat cor meum.*] In unitate fidei, εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, ut Ephes. 4. *Ostende signum.*] Supplicii vel salutis. Theod. *Serva filium ancillæ tuæ.*] Quia filius imitatur virtutes ancillæ.

Horat. Lib. 4. Od. 4.

—— quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones:
Fortes creantur fortibus ——
—— nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam:
(Discipulus est ut preceptor, Luc. 6.)
Rectique cultus pectora roborant.

Vel, *Lætare illud.*] Gr. Vulg. *Ab inferno inferiori.*] Extrema afflictione, ut Psal. 18. *Dolores inferni.* 2. Arg. Vel, est infernum inferius quò eunt mortui, unde voluit Deus eruere animas nostras, etiam illuc mittendo suum filium ad infernum; Terræ missus est nascendo, ad illud moriendo, Psal. 16. Aug. alii asserunt duo inferna, uno quieverunt animæ justorum, in altero torquentur animæ impiorum, ut Luc. 16. *Levavit oculus*, id est, ad superius. S. Ang. *Fac mecum signum in bonum.*] Fac me regem ut erubescant derisores mei. 3. Arg. Vel, est signum resurrectionis. S. Ang. Oratio pro liberatione.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 86.*

Gaudere fac.] Ang. MS. Gal. *Esiouisse*, vel, fac unum יחד, ab אחד, id est, ab amore mundano me retrahas. Hispan. *Nota la distraccion del coraçon*; nota distractionem cordis in rebus terrenis. *Filium ancillæ tuæ.*] Dicit, *Ancillæ* per modum humilitatis coram Deo, ut Abigail coram Davide, 1 Sam. 25. Ital. Bruc. *De la serva tua.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 86.*

Lætatur cor meum ut timeat.] In lætitia cordis homo reveretur Deum, id est, fervit illi alacritèr. Vel, *Vnicum fac cor meum.*] Lat. MS. secundùm cor tuum, vel ut omnes sancti habeant cor unum, Act. 4. *Da robur*, vel *imperium tuum servo tuo.*] Vulg. Gr. id est, regnum mihi promissum.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 86.*

Quando David ædificavit domum Dei; [illegible]. Etiam Prophetia de vocatione Gentium; & præterea oratio justi peculiaris. Par. Edit. *Sanctus sum*, vel *bonus es.*] ודשב אנרח Syr. [illegible]. Heb. אני, id est, bonus tecum. Vel, bonus in afflictione, ab אני, in Lam. 3. 1. in Syr. MS. *Animam meam attollo.*] In te solùm spes mea est, sic in Deut. 24. 15. *Ad eam ipse attollit animam suam. Cuncta gentes venient.*] In vocatione Gentium per Apostolos. *Aduna*, vel *lætari fac cor meum in timentibus nomen* [illegible] *tuum.*] Syr. נחדוא, [illegible]. Heb. יחד, in eorum societate. *Ab infimo inferno, vel fovea.*] Syr. [illegible], à maxima quam unquam passus sum, afflictione, sic in Psal. 18. 6. *Dolores inferni. Filium ancillæ tuæ serva.*] Lex Dei, in Deut. 23. 15. præcipit, *Non trades Domino ejus servum qui aufugit, &c.* (sic Herod. Euterp. Ad ostium Nili Canobicum, erat in littore Herculis templum quod nunc quoque est, ad quod cujuscunque servus confugiens, capiat στίγματα ἱερὰ, sese Deo tradens eum nefas est tangere; eam templi legem, servi θεράποντες Alexandri (Paridis) quando audissent, ab eo profugerunt & rem omnem de Helena rapta exposuerunt, &c. ὅμως ὁ μὲν νυν καὶ τὰ κύπρια ἔπεα χαιρέτω. Herod.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 86.*
Heb. Arab. 85.

Ego sum sanctus, vel *misericors.*] חסיד, ideóque miserere mei, prout dixisti, *Invenient misericordiam misericordes.* Vel, *Quia tu es misericors, seu custodi animam meam ob salutem tuam.*] Arab. احفظ نفسي لاجل خلاصك. Heb. אני, ut אתה, sic כלם pro כלכם, in 3. Reg. 22. & alibi sæpe, ubi affixa Pronomina promiscuè usurpantur. Vel, *Tu es misericors afflicto.*] אני, ut *benoni* filius afflictionis, Gen. 35. & Lam. 3. 1. אני, ut aiunt quidam. *Fac mecum signum bonum.*]. Arab. اصنع معي اية صالحة ليراها, da mihi externam felicitatem in oculis hominum qui internam non videant, nec æternam credant. *Superbi*, vel *adversarii tui.*] Arab. dicit, *tui*, quia *Deus superbis resistit*, Jacob. 4.

1 *Filius Core, Psalmus Cantici. LXXXVI.*
Heb. LXXXVII.

Fundamenta ejus in montibus sanctis:
2 *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.*
3 *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.*
4 *Memor ero Rahab & Babylonis scientium me.*
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5 *Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus?*
6 *Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum; horum, qui fuerunt in ea.*
7 *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 87.*

DE laudibus Sion. יסודתו.] Id est, arcanum Dei סוד, & leges ejus דתו sunt cum patribus sanctis Abraham, Isaac, Jacob. R. Arama. *In montibus.*] Sion & Moriah. Vel, respectu montium circà Jerusalem, quorum mons olivarum erat unus. *Portas Sion.*] Dicit, *Portas*, quia senatores & sapientes in portis sedebant, ut Deut. 25. 8. *Ad portam ad Senatores*, sic in negotio Boazi, Ruth. 4. 1. *Magis quam omnes habitationes Jacobi.*] Diligit omnes eas, ut Num. 24. 5. *Quàm pulchra sunt tabernacula tua Jacobe?* multò magis diligit Sion. *Gloriosa.*] Virtutes de incolis tuis celeberrimæ, vel tu es superior omnibus terris in multis, quia orbis habitabilis sunt septem partes in quarum medio est Jerusalem, & ideò aer est salubrior pro corpore & anima, Psal 48. 2. *Pulchra situ, &c. Civitas Dei.*] Quam elegit Deus pro gloriæ suæ habitaculo. *Rahab.*] Si meminero urbium celeberrimarum, non est urbs similis Sioni. *Qui norunt me.*] Sion. Vel, *Qui norunt sicut ego.*] Honorem Sionis, יודעי pro יודעים, ut חלוני, in Jerem. 22. 14. Vel, qui norunt urbes Gentium maximas. Vel, Rahab & Babel, &c, ubi Israel erant captivi, & ibi non penitus consumpti: Arama, in futurum omnes Gentes cum Israel uniuntur. R. Arama. *Stabiliat eam Altissimus.*] In laudem, suprà omnes; est oratio. *Quando scribit populos.*] Id est, decrevit limites populorum, & quod pauci sapientes erunt de Gentibus, multique in Sioni nati, ut Deut. 32. 8. *Posuit limites populorum secundum numerum filiorum Israel. Cantores ac tibicines.*] Omnes canunt laudes tuas. *Fontes mei.*] Eructat cor meum cantica in laudem tuam sicut ex fonte, ut Psal. 45. 1. & Psal. 49. 4. *Eructabo ænigmata, &c.* Vel, *Oculi mei sunt in te.*] Ut in 1 Sam. 18. 9. *Saul oculum in Davidem affigebat*, & Caph denotat, *Hi sicut illi canent.* Vel, *Portas Sionis.*] Synagogas & Collegia. Derash Rab. Quia Sion est palatium Dei, פלטרין *Rahab, & Babel.*] Adducent munera ad Christum, nempè, Israelitas inter illos natos. *Scribit populos.*] Gentes in unum corpus cum Israel, adunitas, (ut Ephes. 3. σύσσωμα.) *Tibicines.*] Fœminæ. Derash non est in Cod. Cremon. vid. R. Sol. sic in Judic. 21. 23. חוללים de tripudiantibus virginibus, & Derash hoc non est remotum, ut Jerem. 44. 19. *Mulieres loquebantur* est in masculin. *Fontes.*] Novæ

emanant

emanant continuò aquulæ, sic nova cantorum cantica.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 87.

Unus ex filiis Corachi.]Nepotibus Samuel. *Ejus fundamenta sunt in montibus sanctis.*] Psalmus ibi erat compositus. *Portas Sion.*] Portas templi in Sione ædificatas. Unaquæque laudum *Loquitur de te honoranda.*] מדבר. *Magis quàm omnes habitationes Jacobi.*] Domus in civitate Jerusal. post nominata. *Rahab.*] Egypti, ut Isa. 51. 9. *Destruxisti Rahab.* Vel robur omnium terræ regnorum. *Cum illis quæ sunt celebria ficut ego.*] במוני urbes magnæ multùm celebrantur. *Vir hic ibi natus est.*] Forsan in illis civitatibus unus sapiens, vel pauci nati sunt, sed in Sione, *Hic* & *Hic*, id est, multi viri sapientes sunt prognati, Reges & Prophetæ, ut David, Solomon, &c. Targum. *Stabiliet eam.* [Quia tot sapientes ibi erant nati. *Dominus annumerabit.*] Tot sunt, ut nemo nisi Deus eos numerare queat. *Quando scribit populos.*] Nempè, in cœlis, unde descendunt omnia decreta; Similitudo est à regibus, qui habent libros memoriales. *Cantores sunt sicut tibicines.*] Æquales sunt numero in Sione; non sic in reliquis urbibus, in quibus sunt plures חללים Tibicines quàm Cantores. *Omnes fontes mei.*] Est similitudo, & denotat quod nunquàm deficient Cantores, sicut fontes perpetuò emanantes.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 87.

Fundamenta ejus.] Id est, Ecclesiæ, ut in Isa. 54. *Fundabo te cum Sapphiris*; in futuro tempore Regis Messiæ, quando aurum sicut pulvis reputabitur. Vel fundamentum orbis est in sanctitatem montium Sionis & Moriæ. *De te,* בך] Id est. de Hezechia, qui flumen Gihonis obturavit. *Rahab, &c.*] Nationes terræ dona Messiæ afferunt, R. Josi bar Simon. נכבדות] Id est, cum honore Israelitæ ad Regem Christum adducentur. *Cum populos describit.*] Istos populos qui Israelitas ut munus ad Christum afferunt, cum illis ut unum Christus enumerat. *Hic natus est ibi.*] Quasi tunc temporis natus erat. *Omnes fontes mei.*] Nova cantica sunt sicut aquæ vivæ fontes, R. Jehudah in nom. R. Meir. Vel fontes sunt mulieres, ut in Cant. 4. *Fons signatus.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 87.

De divisionibus Doctorum legis divinæ, quarum causâ, quasi in duas leges discissa est. *Fundamenta ejus.*] Id est, Psalmi hujus fundamentum est de rebus in montibus sanctis gestis. *Diligit portas.*] Ut in Deut. 17. *Et facies secundùm verbum quod declarabunt, &c.* *Stabiliet eum Altissimus.* Id est, doctissimus omnium, reliquos in unitate doctrinæ stabiliret, עליון. *In Scriptura,* בכתוב] Id est, quando Dominus populos in libro vitæ describit, (sicut in Isa. 4. *Omnis scriptus, &c.*) quod hic est ibi natus, manifestabit. *Cantores.*] Sicut Psal. 119. *Statuta tua sunt cantica mea, &c.* *Fontes,* מעיני] Id est, fontes sapientiæ in domo eorum reperiuntur. *Promulgantes,* חוללים] Qui annunciant sapientiam בקהל in congregatione. *Sunt in te.*] Id est, omnes prædicti sapientes sunt in libro descripti.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 87.

Fundamenta ejus.] Id est, Deus fundavit eam. Non est in Vener. *Gloriosa dicuntur de te, mention-nem faciam illorum qui norunt me, ad Babel, Ægypt. &c.*] Civitates hæ adducent illos qui nôrunt me, scil. omnes Israelitas sicut munus ad Jerusalem, & *ex illis erunt de futuro sacerdotes, & Levitæ,* Isa. 66. 19. & dicent, *Hic & ille* de captivis erat ibi natus, vel patres ejus. *Cantores.*] Ut laudes tuas celebrent, *Hic & ille erant ibi nati.*] Sic de illis, quando venient ad Sion, prædicabunt. Vel, *De Sione dicetur.*] Omnes laudes Ægypti & Babel dicuntur de Sion, & de multitudine illic prognata. Non est in MS. sed Venet. *In Scriptura.*] Quando Deus Gentes ad dedecus æternum describet, redimet Israel, ut Dan. 12. 1. *Fontes mei.*] Patres, ex quibus ortus est Christus, ut Psal. 68. *De fonte Israel.* Vel, *Mea viscera sunt in te.*] Desiderando salutem tuam מעיני קרבי à מעיו.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 87.

In montes sanctos.] Patres antiquos, Abraham, &c. (sic dicitur *in fundamenta Apostolorum & Prophetarum.*) *Portas Sionis.*] Portas Collegiorum. *Super omnes habitationes.*] Synagogas. *Hic rex erat ibi natus.*] Id est, exaltatus in regnum. *Hic & Hic.*] David & Solomo erant reges in Sione. *Fontes,* vel *laudes sunt in te.*] à ענה Exod. 15. 21. *Respondebat Miriam,* scil. canendo secundùm morem.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 87.

De, vel *pro Sione.*] Duo sunt, Zach. 8. 1. *Zelatus sum pro Sione.* *Dicetur.*] In communi Proverbio; Tria sunt, Gen. 10. 9. *Dicitur, venator potens,* Num. 21. 14. *Dicitur in libro præliorum Domini,* & unum, *dictum erat regi Jericho.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 87.

De civitate cujus cives sunt Christiani. S. August. *Fundamenta ejus.*] Fundavit Ecclesiam super Christum, Mat. 16. S. Aug. 1 Cor. 3. & Apostolos, Prophetásque. 1. Canf. Dicit, *Ejus,* quasi jam de illa dixerit aliquid, S. Aug. Vel, *Ejus,* id est, pietatis in montes, Apostolos fundatur, Theod. *Gloriosa.*] De Christi nativitate, resurrectione, & ascensione. 2. Canf. *Rahab & Babel.*] Omnes gentes sunt in hac urbe, non solùm Judæi, S. Aug. Vel Rahab Cananæa, & meretrix, &c. in cœlestem Sion transmigrarunt. Theodor. *Natus erat illic.*] Id est, renatus in illa. Vel, *Homo natus est.*] Homo Deus, Theod. *Mater Sion dicit homo.*] Christus factus est homo in ea. S. Aug. Theod. *In Scriptura.*] S. Sanctis Bibliis, vel cœlis. Theod. *Principum.*] Princeps piscator, & infirma elegit Deus in principes, S. Aug. *Fontes.*] Sacri Scripturarum fontes. τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, Rom. 3. Vel literaliter, quia fontes temperant calorem caniculæ, & bestias sitibundas reficiunt.

Horat. Lib. 3. Od. 13.

Te flagrantis atrox hora caniculæ
Nescit tangere. tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Præbes, & pecori vago. (Ut Psal. 104.)
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis: unde loquaces
Lympha desiliunt tua.

Vel, *Dona Spiritus sancti.*] Joh. 7. 37. *Flumina aquæ viventis.* Vel, *Habitatio mea est in te.*] Gr. Vulg. per Spiritum, ut Ephes. 2. ult. Descriptio civitatis Dei, quam

quam Propheta omnibus anteponit.

Horat. Tibur. Od. 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi
Mania: vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe.
Sunt quibus unum opus est; intactæ Palladis urbē
Carmine perpetuo celebrare, (Athenas.)

Dicit Propheta, *Fontes mei sunt in te.*

Horat. lib. 1. Od. 7.

Et præceps Anio, & Tyburti lucus, & uda,
Mobilibus pomaria rivis.
——*densa tenebit*
Tyburis umbra tui —— (Urbs à fontibus laudatur.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 87.

Fundamenta ejus *(i.e.)* cantici, est in montibus sanctis. Ital. Bruc. in titulo. Vel, *Fundamentum ejus.*] Id est, civitatis vel templi, quia Psalmus erat compositus de reditu à Babel. Ital. *Iste erat ibi natus.*] Hic est unio Judæorum & Gentium. Ital. Vel multi erant ibi nati. Hisp. *Muchos.* *Cantores*, vel *Principes.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. שרים. Ital. Bruc. *i Cantori, i Danzatori.* *Habitationes.*] Gal. *L'habitation.* 2. Ang. MS. id est, omnium lætantium sunt in te. Vulg. Gal. à מעון in Psal. 90. 1. Vel oculi providentiæ sunt in te, à עין. Ital. Hisp. *Mis oios.* Vel meæ cogitationes, animæ oculi, sunt de te. Ital. Vel instrumenta musica. Hisp. à ענה cantare, in Exod. 32. Vel modulationes meæ. Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 87.

Mater Sion dicet.] Gr. Arab. Rom. אם יא Ethiop. Apollinarius in Paraphras. μητέρα —— σιῶνα καλέσει quilibet vocabit Sionem matrem. *In Scriptura populorum, & principum.*] Vulg. Gr. ושרים transpositum est, ut in Amos נהי in R. David. *Sicut lætantium.*] Vulg. Gr. Arab. ut in diebus Solomonis, *Israel erat securus, edebat & gaudebat,* 1 Reg. 4. Vel, *Cantabant qui in choris.*] Lat. MS. מעיני.] Afflicti mei. Arab. Rom. *Superbia,* Lat. MS. vel *Rahab.*] Id est, Egyptus, Herod Clio. τὰς ἐν Μέμφι, &c. Pyramides apud Memphin sunt celebres, & Nilus cum septem nativis Ostiis (de quibus, Isa. 11. *Flumen exsiccabit in septem Ostiis ejus,* id est, Nilum, ut aliqui) Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Egyptum in mare influit, uno alveo usque ad urbem Cercasorum, inde autem tripartito τειχαδίας ὅδας; Deinde Os Sebenniticum, & Saiticum, & Mendesium; sunt duo alia non nativa, sed effossa ora: postquam sponte αὐτόματος fluvius irrigavit rura, tunc quisque in suum rus, jacto semine ὗς suem immittit, quo semine conculcato, messem sine labore arandi, &c. expectat. Inchoat fluvius ἀπὸ τροπέων θερινέων, à Tropicis æstivis ad centum usque dies, totidémque retrocedit; ex omnibus fluviis non recipit auras flantes ἀπὸ ψυχροῦ φιλέει πνέειν, à frigido flare gaudentes: Fluxus τὸν ἥλιον νενόμικα αἴτιον εἶναι (sic Jordan effluit in æstate, Jos. 3.) Fontes Nili nemo novit, utpote Lybia per quam fluit deserta, (Diodor. ἀπὸ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων, ab Ethiopicis montibus oriri ait, & alii moderni scaturiginem hodiè compertam esse scribunt.) Pluviâ non indigent (ut Zac. 14.) verùm sub Psammenito Amasis filio maximum erat portentum, apud Thebas Egyptios quod neque prius unquam, nec posteà ad meam usque ætatem contigit, ut ipsi Thebani aiunt, pluit, & tunc pluit guttas, ὕσθησαν ψεκάσι, Herod. Thalia. Hactenus de laudibus Egypti (à Pyramidibus & Fluvio) quas insinuat hic Psalmus; De Babylon hic etiam memorato in Psal. 137. lege ex Herod.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 87.

De redemptione Jerusalem. Par. edit. ܫܬܐܣܘܗܝ. *Fundamenta ejus.*] Syr. id est, Deus, cujus in proximo versu fit mentio, fundavit sacros montes, & super eos templum suum firmissimè. *Memor esto Rahab.*] Memor esto Israel captivitatis in Egypto & Babel. Syr. אתדכר ܐܬܕܟܪ ܠܡܨܪܝܢ. *Hic vir & vir, vir robustus genitus erat in ea.*] Par. edit. ܢܐܡܪܘܢ ܓܢܒܪܐ ܓܢܒܪܐ ܐܬܝܠܕ ܒܗ, id est, dicent, certò Gigas aliquis genitus erat in Sione, & ita illam ædificabat, & tam invincibilem reddidit; hic erat David, qui etiam instrumenta musica memorata in hoc Psalmo excogitavit. Vel, *Hic erat ibi natus.*] Id est, post reditum unus alteri dicet, Hic erat in Egypto, Hic in Babel natus & educatus. *Annumerabit Dominus.*] Quòd hic vir insignis genitus erat inter nationes. *In Scriptura populorum.*] Novit Deus, & numerat omnes, quasi scripti essent in libro coram illo, ut in Mal. 3. *Liber, Memoriale, &c.* *Principes, sicut instrumentis canentes.*] Syr. MS. omnes in te gaudebunt. Syr. ܘܪܘܒܢܐ ורורבנא. *Fontes mei, vel omnes afflicti in te.*] Pauperes afflicti pariter ac nobiles tunc temporis etiam gaudebunt. Syr. MS. ܘܟܠܗܘܢ ܐܬܡܟܟܘ, ואתמככו. Heb. מעיני à ענה.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 87.
Heb. Arab. 86.

Cum Cush, vel populus Æthiopiæ fuerunt ibi.] Arab. وشعب النجاشي كانوا هناك. Heb. עם populus, & ילד, sicut γένομαι fio, vel natus sum, sic ἐγεννήθη. *Dictum est de Sion, O mater, Homo & Homo natus est ex ea, ipse Altissimus fundavit eam in æternum.*] Arab. قيل على صهيون يا ام الانسان وانسان ولد منها هو العلي اسسها الى الابد, Sion est mater omnium nostrûm, Gal. 4. *Lætare O sterilis, quia plures erunt filii sterilis quàm fœcundæ,* indicat multiplicationem Christianorum præ Gentibus terræ hic memoratis. *In Scriptura populûm.*] Id est, Deus novit quot homines sunt ex omni populo, & quòd plures sunt Sionis filii. *Ut gaudeat, qui te inhabitat, & qui humiliatus est.*] Arab. ليفرح بك كل من تواضع فيك. Heb. à ענה afflixit.

Canticum

Canticum Psalmi.

1 *Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ. LXXXVII. Heb. LXXXVIII.*

2 *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi, & nocte coram te.*

3 *Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:*

4 *Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.*

5 *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adjutorio,*

6 *Inter mortuos liber.*

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

7 *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.*

8 *Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.*

9 *Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.*

Traditus sum, & non egrediebar:

10 *Oculi mei languerunt præ inopia.*

Clamavi ad te Domine totâ die: expandi ad te manus meas.

11 *Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?*

12 *Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?*

13 *Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & justitia tua in terra oblivionis?*

14 *Et ego ad te Domine clamavi: & manè oratio mea præveniet te.*

15 *Ut quid Domine repellis orationem meam: avertis faciem tuam à me?*

16 *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.*

17 *In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbaverunt me.*

18 *Circumdederunt me sicut aqua totâ die: circumdederunt me simul.*

19 *Elongâsti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 88.

H*Eman.*] In sensu literali est ille Heman, 1 Reg. 4.31. Targ. Jonathan. sic 1 Paral. 2.6. filii Zera. Ethan, Heman, &c. erant inter sapientes Israel, & composuerunt hunc Psalmum & sequentem. Vel, erat Heman, ex filiis Samuel, ignoramúsque quare dicitur Ezrahita. Vel Heman est Abraham, R. Arama. *Filiorum Cora.*] Ostendit, quòd iniquitas patrum non nocebit filiis, quia filii Cora non sunt mortui, Arama. *Super Mahalath.*] Derash non est in Cod. Cremon. Vel, *De remissione peccati, & afflictionis.*] Arama. à ענה afflixit. *Die & nocte.*] In Exo. 12.29. dicitur, *In die quando percussi primogenitos Ægypti*, & tamen erat Nox. *Ad clamorem meum.*] Ut 1 Reg. 22.56. *Exibat clamor, vel, proclamatio. Plena afflictionum.*] Ut Lam. 3.15. *Inebriavit me absynthio. Cum descendentibus.*] Sicut mortui, quia non est mihi ad liberationem robur. *Utinam essem liber inter mortuos.*] Ut dixit, Job. 3.19. *Servus est liber*, sed ego sum meorum oppressorum servus. Vel, post mortem utinam essem liber à Gehennæ cruciatibus, sicut illi qui affliguntur in hoc sæculo, & in futuro liberantur, R. Arama. *Non ampliùs recordaris.*] Ut eos de pulvere resuscites. *De manu tua.*] Decrevisti illis mortem, etiam ego sine spe sum resurrectionis; non negat resurrectionem mortuorum, sed quòd naturaliter homo resurgere nequeat, nisi per miraculum, ut Job. 14.12. *Non resurget homo, &c.* id est, non impii homines, sed justi ad vitam, Rabboth. Non est in Cod. Cremon. *Non adhuc recordaris.*] Dicit, *Adhuc*, quia post longam temporis seriem eos resuscitabit, R. Asama, ut Hos. 12.9. *Adhuc habitare faciam te in Tabernaculis.* סמך *premit*, ut Ezech. 24.2. *Sese posuit. Fluctus tui*] Afflictiones, quia ante dixisset, quòd erat in mari immersus. *Notos.* Nationes terræ mihi antehac notas. Derash Rabboth. Vel, quilibet vicinorum meorum habet satis molestiæ de proprio, & non curat meam. *Mortuis miracula?*] Moriemur, & denuò resurgemus? *In sepulchro?*] Haudquaquam; ut Psal. 115.17. *Mortui non laudant te*, quia corpus nihil novit, nec est ejus spes ulla naturaliter, על דרך הטבע. *In destructione.*] Id est, sepulchro, ubi corpus est consumptum. *In terra oblivionis.*] Ubi mortui sunt obliti, ut Psal. 31.12. *Oblitus sum sicut mortuus*, & hic ter repetit eundem sensum pro more dolentium. *Manè.*] Orabo antequam negotiis sim implicatus. *Moriens.*] Indies, à juventute usque ad senectutem, afflictus. *Distrahor.*] Timendo ne accidat mihi hoc vel illud, à פן in ling extra. דוביטי dubito. *Exscindebant me.*] Multis excisionibus, ideóque duplicatur Tau in צמתותני, ut ירקרק est color maximè viridis inter virides, & אדמדם inter rubros. Vel expecto terrores alios, אפתר à פנה R. Arama. *Circumdant me ut aqua.*] Quæ ut cingulum circumdant orbem terrarum. *In tenebras.*] Ut videre eos nequeam.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 88.

Mahalath.] Cum Pathac, est testis fidelis, quòd est conjunctum, id est, super tonum poeticum, cujus initium est tale. Vel, *De Mahalath.*] Id est, ægritudine cordis, חולי. *Leanoth.*] Ad canendum, ut Exod. 32.18. *Vocem canentium.* Sensus est, *Præfecto musicorum—ad canendum. Heman Ezrahit.*] Erat unus cantorum, 1 Paral. 16.33 dicitur *Ezra*, quia erat primus, אזרח, & reliqui filii ejus. Vel filius Zerachi, 1 Paral. 6.42. Vel Ezræ, patris Hemanis

nis, & Ethanis. *Oratio.*] Cordis & *Clamor* oris. *Tribulationibus.*] Morbis. *Liber inter mortuos.*] Liber ab omni exactione & servitio, ut Job. 3. 17. *Servus illic est liber, &c.* *Non adhuc recordaris.*] Id est, non citò sed post longum tempus visitabit mortuos, sic 2 Reg. 6. 23. *Excercitus Moab, non venerunt amplius*, id est, citò. *In infimo puteo.*] Denotat morbos & plagas multas. *Furor tuus.*] Furor morbi, ut Job. 6. 4. *Sagitta omnipotentis in me sunt infixa, &c.* *Luget oculus meus.*] Benè notum est quod oculus ægrotantis mutatur continuò. *Resurgent mortui?*] Non possunt gratias tibi agere pro sanitate recuperata, ut Isai. 38. 18. Ideoque sans me Domine priusquam moriar. *In terra oblivionis.*] Sicut ante dixit, *Quos non ampliùs recordaris, &c.* *Mane.*] Quia manè morbi plerumque diminuuntur. *A inventute*, vel *infantia.*] Erat valdè, in constitutione naturàli, debilis. *Sum perterrefactus.*] אפונה à פן, ut אעלה à על & תחינו ab חנה.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 68.

Ad affligendum לענות.] Sic Psal. 132. 1. ענותו. *Tribulationis*, idem. *Non est robur* אין איל.] Ut orphanus qui patre destituitur פטרין. *Occisi.*] Generatio diluvii, R. Chelbo. *Pravenit te.*] Dicit, *Pravenit*, quia Angelus precum præfectus, expectat donec ultima oratio sit peracta, R. Phinehaz.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 88.

De captivitate primæ & secundæ domus. *Repletur malis* ברעות.] In primà. *Sepulchro* לשאול.] In secunda. *Sicut descendentes.*] Reprobi. *Liber.*] Non occupatus in rebus civilibus. *Manu tuâ.*] Decreto tuo, sic ut non requiras sanguinem eorum. *In puteo.*] Ita ut servi in nos dominentur. *Profundis* מצלות.] Babel, מצולה, in Isai. *Profunditas* denominata. *Selah.*] In perfectione; id est, extrema tribulatione. *Incarceratus* כלוא.] Id est, non est pax exeunti aut introeunti. *Mortuis.*] Gentibus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 88.

Mahalath leannoth.] Vel, *De ægritudine humiliata.*] Nempè, Congregationia ex amore, in captivitate ægrotante. אזרחי, Aleph redundat, & in 1 Reg 4. 31. vocantur, *Filii Mahol*, id est, canticorum, R. Levi, Quia composuerunt Psalmos, & hunc Psalmum de captivitate. *Maschil*, vel *instructionem reddens.*] Quando venit super eum Spiritus Prophetiæ, locutus est hos Psalmos per interpretem. *De manu tua.*] Plaga tuâ, de mundo exterminati. *Puteo infimo.*] Captivitate, ut in Lamen. 3. *De infimo carcere exclamavi.* *Noti mei.*] Nationes vicinæ. *Num mortui resurgent?*] Impiæ nationes quæ sunt peccatis mortuæ. Vel, *Remissi.*] Nempè, nationes quæ remittunt manus suas in cultu tuo רפאים à רפה. *A juventute*, vel *ejectione mea.*] De terra mea in captivitatem, à נער, Nehem. 5. 13. *Ejiciatur.* Menachem. *Exagitatus sum sicut rota.*] Sine requie, ut Psal. 83. *Effice eos tanquam rotam*, אפונה ab אופניו, Prov. 25. Est in Venet. Vel, *Quilibet terrorum tuorum fixus est in me.*] Ab אופן basis, מושבות.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 88.

De oratione ad laudandum.] A יחלו & ענה. *A manu, vel loco tuo.*] Id est, divina præsentia, ut Deut. 23. 12. *Habebis locum*, idem. *Inter mortuos.*] Impios, qui moriuntur & non resipiscunt. *Tenebris.*] Gehenna, ubi est ζοφὸς τοῦ σκότους, obscuritas tenebrarum. *Oblivionis*, vel *desolationis.*] נשיה à שואה. *Terrores*, vel *viscera tua.*] אמיך ab אם, & in Targ. טעינא, *onus* sunt in me, pro Heb. אפונה ab אופן, *rota* plaustri quæ portat onera.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 88.

Leannoth.] Duo sunt in duabus significationibus un. defectiv. Num. 30. 13. *Omne juramentum ad affligendam animam.* לענות, hic Psalmus totus est de afflictione. *Plena laborum*, vel *macies*, Psal. 78. Vel, *Peccatorum.*] Omnia sunt plena exceptis quatuor quæ carent Vau, Genes. 41. 3. *Septem vacca macilenta.* Exod. 23. 2. *Post multos ad malefaciendum.* Jerem. 44. 9. *Iniquitatem vestram & iniquitatem uxorum.* Duo sunt in vers. Peccata sunt plerunque dolorum causæ עצבים. *In tenebris.*] In sepulchro sine spe recuperandi. Psal. 143. 3. *In tenebris ut illi qui mortui sunt*, & in Psal. *Hostis persequitur animam meam, &c.* *Non possum exire.*] Ut vinctus intra muros; Duo sunt, Lament. 3. 7. *Fecit sepem*, ut exire nequeam. Sermo est de Ecclesia in captivitate. *In sepulchro.*] Tria sunt cum Dages, *Accipe Hysopum, &c.* 1 Reg. 13. 31. *In sepulchro viri Dei.* Prius est cum Cametz & Symbolum est, *Mortui, in sepulchris, enarrant.* Singulæ tres voces reperiuntur in dictis locis. *A juventute mea.*] Quando delicatè fui enutritus; Tria sunt defectiva, Prov. 29. 21. Qui servum suum *delicatè educabit*, Job. 33. 25. *Viridior carne pueri.* *In tenebras.*] Ita ut nunquam eos intuear; Duo sunt, Isai. 42. 16. *Tenebras in lucem coram te efficiam.*

Sect. 8. *Ex al. Auth. in Psal.* 88.

Super Mahalath.] Vel, *Perforata instrumenta ad respondendum.*] Per Levitas, sicut mos erat, in Deut. 27. *Omnis populus respondebit Amen*, & *Misericordia sua manet in æternum*, respondebant singulis versibus. Vel, *Duplicis chori.*] Sym. vel, pro rebus quæ ad chorum spectant. Aquil. Theod. Vel, *Pro choro.*] Ut canenti chorus consonando respondeat. S. Aug. *Ezrachita*, vel *Israelita.*] Gr. quia erat filius Zerachi, filius Israelis, seu Jacobi; Vel, de Christo verè Israelita. S. Aug. *Heman.*] Erat chori cantorum præceptor. Theod. *Inter mortuos liber.*] Christus inter peccatores solus sine peccato. S. Aug. Vel dicit, *Inter mortuos*, cùm nondum vitæ finem subiverim. Theod. *Occisi.*] Qui scinduntur ex utero, ἐκτρώματα, 1 Corin. 15. 1. Arg. *De manu tua.*] Id est, providentiâ sunt quasi obliti. 2. Arg. Vel, adjutorio manus tuæ. S. Aug. *Fovea infima.*] Spiritu vulnerato, quem quis sustinebit? *Elongâsti amicos.*] Reputabant me sicut sensibus & oratione privatum. 3. Arg. *Num medici exsuscitabunt?*] Homines, ut confiteantur tibi, sic Septuaginta, quorum authoritas tanta est, ut non immeritò propter mirabilem consonantiam, divino Spiritu interpretati esse credantur. S. Aug. vel, non est medicus qui à morte liberare queat. Theod. *Invocavi te.*] Sicut de fovea profunda. 4. Arg. *Sum dubio animo.*] Quid fiet de me. 5. Arg. *Juventute.*] Israelis ab Ægypto exitu. Theod. Vel, *Exaltatus, humiliatus.*] Ad hoc exaltantur quædam membra Ecclesiæ, ut in eis sit major

jor humilitas. S. Aug. Oratio pro liberatione à terrore mentis, qui legit, ne judicet temerè de illo. Dicunt aliqui quod Psalmus est de passionibus Christi, qui est sicut Sol Oriens; זרוח in proximo Psalmo glorificatus. S. Aug. *Elongasti amicos.*] In adversis & prosperis adhæret fidelis amicus, est inseparabilis.

Horat. Epod. 1.

Ibis Liburnis (hodie *Legorne*) *inter alta navium*
Amice propugnacula : (Plutarch.)
Quid nos ? quibus te vita sit superstite
Jucunda, si contra gravis
Feremus ? & te, vel per Alpium juga
Inhospitalem & Caucasum,
Vel occidentis usque ad ultimum sinum,
Forti sequemur pectore ?
(Ut Ruth Naomi. Ruth. 1.)
Nec ut superni villa candens Tusculi
(hodiè Frescata 12. mill. à Roma.)
Circea tangat mœnia.
Satis superque me benignitas tua
Ditavit.——

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 88.

Leanoth.] Ad respondendum. Ang. MS. Gal. *à respondre.* Vulg. *Puteo.*] Sepulchro. Hispan. *Mortui.*] Qui non habent necessitatem. Hispan. *A manu tuâ.*] Ang. MS. quasi nunc non habuisses curam de me mortuo. *Liber.*] à mundanis negotiis quasi essem mortuus. Ital. Vel, in civitatem mortuorum intravi. Hispan. ut cives est membrum urbis. אפונה.] Id est, in multis dubitationibus non scio quid faciam. Ital. Bruc. *Dubitero.* Gall. Vulg. *Humilié & troublé.* רפאים.] Medici. 2. Ang. MS. Vulg. Id est, num possunt medici virtute propriâ à mortuis resurgere, multo minus ego? à רפא. Ital. Bruc. *I morti.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 88.

Pro Meleth ad præcinendum. Lat. MS. *Aut Gigantes surgent & confitebuntur.*] Lat. MS. רפאים. *Exaltatus, humiliatus, & conturbatus.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. Neb. ut in Psal. dicitur, *Exaltavisti me, & iterùm dejecisti*, lapsu graviore נשא השמאיו à elevare in Psal. 4. יסף à אסיף, Levit. 25. 35. *Si humiliatus sit frater tuus.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 88.

De populo in Babel. Par. Edit. ܒܒܒܠ ܠܥܡܐ ܕܒ ܒܒܒܠ, *Liber.*] Ut in sepulchro, velut in Job. 3. *Sicut occisi.*] Quia semper sum in periculo occisionis per manus Babyloniorum. *A manu tua excisi sunt.*] Ut non (sicut ego) affligantur manu tua. Syr. ܡܝܬܐ ܘܓܢܒܪܐ. *Mortui*, vel *Gygantes resurgent ?*] Surgantne potentissimi viri quando semel mortui sunt ? Syr. וגנברא. ܘܡܣܟܢ ܡܢ ܛܠܝܘܬܝ. *Moriturus*, vel *defessus.*] Syr. לאויא ܡܢ ܛܠܝܘܬܝ. Heb. גוע, sicut גוע. *Distrahor*, vel *vertor.*] Heb. אפונה, huc & illuc sicut vir ignorans quid faceret, à פנה in Exod. 10. *Vertit hac & illac, &c.* Vel ab אופן rota. Vel, *Exaltatus sum, & tum depressus ac obstupui.*] Syr. ܐܬܪܝܡܬ ܘܐܬܡܟܟܬ, sic Arab.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 88.
Heb. Arab. 87.

Hemanis Ezrahita, vel *nativi.*] Israelitæ nativi Targum יציבא. Heb. אזרח, ut in Exod. 12. *Eadem lex nativi, &c. Leannoth*, vel *quando clamabat.*] Arab. MS. è profundis miseriis, ut Psal. 130. *In die*, vel *die meo & nocte mea.*] Arab. اليك في نهري وقدامك في ليلي, Id est, in noctẽ afflictionis & die prosperitatis, vel in die adversâ, ut Psal. 116. *In diebus meis te invocabo.* Vel, quamdiu vivam ad te orabo. *Impleta est anima mea malis*, vel *peccatis.*] Arab. فقد امتلأت من السيئات نفسي, peccata sunt afflictionum causæ. *Liber*, vel *computatus inter mortuos.*] Arab. معدا بين الاموات, ut unus ex illis, sic in Psal. 31. *Sicut mortuus è memoria deletus, sicut vas perditum. Sicut vulnerati inter sepulchra projecti.*] Arab. بين القبور, sic in Isai. *Ut occisi qui descendunt ad latera putei*, nam quando aliquis est præliis occisus, in puteum illum projiciunt & lapidibus obruunt, R. David. Ibid. sic ait hoc loco Psalmista, *Præcipitarunt me in inferiora putei*, ac si fuissem gladio interemptus. *Et exterminantur à manu tua.*] Arab. واقصوا بيدك, Id est, gladio hostis ciciderunt, non manu tua, morte naturali sive extraordinaria. Aut. *Philosophi surgent, & confitebuntur tibi ?*] Arab. أو الفلاسفة يقومون ويعترفون لك. Philosophi Medici arte resurgere nequeunt, à רפא, Num. 12. *Sana nunc eam, &c.* idem. *Et quando exaltatus sum, terrores tui sunt in me*, vel *humiliatus sum & obstupui.*] Arab. ut Syr. وحين ارتفعت انضعفت وتحيرت, hoc est, ut in Psal. 31. *Exaltasti me & rursus dejecisti*, lapsu graviore. Heb. סך à אסיף, in Levit. 25. *Debilitetur manus ejus.* idem. & à נשיא, *princeps* elevatus, & Arab. تحيري est in Psal. 32. *In extasi mea.* in Arab.

---

1 *Intellectus Ethan Ezrahita.* LXXXVIII. *Heb.* LXXXIX.

2 *Misericordias Domini in æternum cantabo.*

In generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.

3 *Quoniam dixisti : in æternum misericordia ædificabitur in cælis : præparabitur veritas tua in eis.*

4 *Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo,*

5 *Usque in æternum præparabo semen tuum.*

Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.

6 Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine : etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

7 Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino : similis erit Deo in filiis Dei ?

8 Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.

9 Domine Deus virtutum quis similis tibi ? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

10 Tu dominaris potestati maris : motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

11 Tu humiliâsti sicut vulneratum, superbum : in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

12 Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundâsti :

13 Aquilonem & mare tu creâsti.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt :

14 Tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua :

15 Justitia & judicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam :

16 Beatus populus, qui scit jubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt,

17 Et in nomine tuo exultabunt totâ die : & in justitia tua exaltabuntur.

18 Quoniam gloria virtutis eorum tu es : & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

19 Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

20 Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti : Posui adjutorium in potente : & exaltavi electum de plebe mea.

21 Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum.

22 Manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum.

23 Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

24 Et concidam à facie ipsius inimicos ejus : & odientes eum in fugam convertam.

25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso : & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

26 Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.

27 Ipse invocabit me : Pater meus es tu : Deus meus, & susceptor salutis meæ.

28 Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

29 In æternum servabo illi misericordiam meam : & testamentum meum fidele ipsi.

30 Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, & thronum ejus sicut dies cœli.

31 Si autem dereliquerint filii ejus legem am : & in judiciis meis non ambulaverint :

32 Si justitias meas profanaverint : & mandata mea non custodierint :

33 Visitabo in virga iniquitates eorum : & in verberibus peccata eorum.

34 Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : neque nocebo in veritate mea :

35 Neque profanabo testamentum meum : & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

36 Semel juravi in sancto meo, si David mentiar :

37 Semen ejus in æternum manebit.

38 Et thronus ejus sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum : & testis in cœlo fidelis.

39 Tu verò repulisti & despexisti : distulisti Christum tuum.

40 Evertisti testamentum servi tui : profanâsti in terra Sanctuarium ejus.

41 Destruxisti omnes sepes ejus : posuisti firmamentum ejus formidinem.

42 Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : factus est opprobrium vicinis suis.

43 Exaltâsti dexteram deprimentium eum : lætificâsti omnes inimicos ejus.

44 Advertisti adjutorium gladii ejus : & non es auxiliatus ei in bello.

45 Destruxisti eum ab emundatione : & sedem ejus in terram collisisti.

46 Minorâsti dies temporis ejus : perfudisti eum confusione.

47 Usquequò Domine avertis in finem : exardescet sicut ignis ira tua ?

48 Memorare quæ mea substantia : numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum ?

49 Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem : eruet animam suam de manu inferi ?

50 Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut jurâsti David in veritate tua ?

51 Memor esto Domine opprobrii servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

52 Quod exprobraverunt inimici tui Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.

53 Benedictus Dominus in æternum. fiat, fiat.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 89.

Ethan.] Est ille sapiens, in 1 Reg. 4. 31. *Misericordias.*] De regno Davidis ante promissum, sed *fidelitas* est post promissum. Vel, est misericordia Dei, ut in hoc sæculo me puniat, & in altero me remuneret, vel, ut in Psal. 101. Canam de misericordia & judicio. R. Arama. *Dixi.*] Cogitavi, ut Psal. 39. *Dixi in corde meo. Stabilitatem tuam in cœlis.*] Cœli adhuc permanent, sic promissa tua Davidi erunt stabilia. *Cum electo meo.*] Davide, 2 Paral. 6. 6. *Elegi Davidem super populum meum. Thronum tuum in omnes generationes.*] Sic Nathan dixit Davidi, 1 Paral. 18. 7. *Juravi.*] Verbum suum est juramentum in æternum. Vel verba juramenti mei sunt in æternum. Cod. Cremon. *Cœli laudabunt tua mirabilia.*] Circumgyratio cœlorum est mirabilis, quæ gloriam primi motoris Dei clarissimè demonstrat, quia omne quod movetur moventem subindicat, R. Arama. *Sanctorum.*] Nempè, Angelorum, quia in stabilitate eorum est stabilitas cœlorum. *Quis in cœlis est similis Domino?*] Licet cultores cœlorum aliter existiment; hoc modo laudant Deum cœli. *Inter filios potentum.*] Exercitus cœlorum, qui sunt Angelis motoribus, ut filii. Vel justi qui sunt filii patrum celebrium, sunt filii Dei, utpote Deo similimi, R. Arama. רבה, id est, timore magno. *Super omnes qui sunt circa eum.*] Super omnes Angelos illi ministrantes. *Dominus fortis.*] Dicit, *Dominus*, יה, quia orbis ab illo existit, הויה; & dicit *fortis*, quia per illum preservatur, sic Amos 2. 9. *Fortis ut quercus*, idem. *Et de stabilitate tua illi qui sunt circum te.*] Angeli stabiles existentes tuam stabilitatem, convincunt. *Maris.*] Nunc loquitur de creaturis inferioribus, ante de superioribus, Et dicit, *Altitudinem maris*, quia mare altius est aridâ, ut Psal. 33. 7. *Congregas eas, ut acervum*; & dicit, *mare imperas*, quia posuit arenam pro limite, R. Arama. בשוא pro בנשוא, Nun deficit Pe Happaal. *Quiescere facis?*] Dicitur de mari rubro discisso, vel in omni tempore, quando pertingunt aquæ ad littus eas sedat, ut Psal. 107. 29. *Tempestatem in tranquillitatem. Rahab.*] Sicut unus occisus, sic Ægypti erant absque robore, nec de medio maris, quando exaruit, aufugere poterant; ostendit quòd in priori vers. loquitur de mari rubro, דכאת Aleph pro Jod. *Dispersisti hostes tuos.*] Quia mare homines mortuos in littora ejicit, & in arida dispergit. *Tibi sunt cœli & terra.*] Hic meminit & superiorum & inferiorum. *Tua est terra.*] Confitetur hoc terra, licet careat ratione, sapientes etenim terram, bestias & volucres intuentes hoc confitentur, ut Job. 12, 8. *Terra docebit te, &c. Fundavisti ea.*] Sicut fundamentum est robur ædificii, sic in sustentationem incolarum terræ posuit flumina, gramen & sinus maris propter transeuntes de loco in locum, & pro piscatione, & per hæc stabilitur mundus. *Orbem & plenitudinem ejus.*] Id est, ab Oriente ad Occidentem, per lineam Equinoctialem est longitudo mundi, & tota est habitata; tunc meminit Aquilonis & Meridei in latitudine mundi, quæ est inhabitabilis in Aquilone propter frigus, in Meridie propter calorem. *Tabor & Hermon.*] Meminit horum, quia sunt magni montes, & creaturæ eminentes, ut Jer. 46. 18. *Ut Tabor inter montes*, est celebris in longitud. & latitud. sic Hermon, qui est etiam Shenir, mons altissimus, ubi nives in æstate permanent (ut in Alpibus. Vide Psal. 36. Sect 8. & Psal. 136. Sect. 8.) *Lætabuntur in nomine tuo.*] In te eorum Creatore quasi gaudebunt, & qui videt ea laudat Deum. *Misericordia & veritas.*] Idem sunt cum *Justitia* & *Judicio*; & dicit, *Veritas*, quia Deus promisit mundo, Gen. 8. 22. *Frigus & calor, dies & nox non cessabunt*; & addit, *Non maledicam terræ ampliùs*, & Genes. 9. 17. *Hoc est signum fœderis, &c. Sunt habitatio throni tui.*] Sicut rex qui sedet in throno suo, videtque necessitates populi, & supplet. *Antecibunt faciem tuam.*] Erunt præparata tecum in æternum, ut Deut. 23. 4. *Non prævenicbans*, idem. *Sonum lætum.*] Cum misericordia & veritate erga Davidem orditur, quæ est sicut misericordia & veritas Dei ad orbem terrarum; stabilitas est in utraque. Et dicit, *Beatus populus* Israel, quando Deus inter eos habitabat; & addit *sonum*, quia, qui vincunt bello in terrorem hostium vociferantur, ut Num 10. 9. *Quando prælium erit, clangite. Ambulabant in luce.*] Tunc temporis, sed nunc cadunt in tenebris. *Gloria roboris eorum.*] Gloriati sunt supra hostes eorum, & vires nisi à te non habebant. *Cornua nostra exaltabis.*] Id est, reges nostros. Vel, quodlibet cornuum erat elevatum, scribitur תרום cum Vau. *Est Domino.*] Timet Dominum, ut Exod. 32. 26. *Quis est Domino? Tunc locutus es in visione.*] Dicit, *Tunc*, id est, quando erat hæc prædicta prosperitas. *Auxilium.*] Israelis in Davidem, fortem illum, ut 1 Sam. 16 1. *Vidi regem inter filios ejus. Exaltavi selectum.*] Ut 1 Sam. 16. 13. *Unxit eum in medio fratrum*, Vel dicit, *Selectum*, absque ullo merito, בחורי R. Arama. *Inveni David servum meum.*] Novi eum servum meum, & non est illi similis. *Non affliget eum.*] In corpore suo. *In mari manum suam.*] Id est, dominium suum in portus maris; & scribitur, quòd *Hiram rex Tyri misit munera Davidi*, & Sidonii & Syri adduxerunt cedros multos per viam maris, 1 Paral. 22. 4. *Dextram in fluminibus.*] Reges Aram inter flumina, munera per viam fluminum, vasa argenti, auri, & æris adduxerunt, & multa, quando pugnabat cum regibus Aram, cepit spolia. *Primogenitum meum.*] Qui est cæteris filiis eminentior, sic David cæteris regibus, ut 1 Paral. 14. 17. *Deus posuit timorem suum in omnes Gentes. Virgâ.*] Ut pater castigat filium, Pro. 23. 13. *Percuties eum virgâ*, & 2 Sam. 7. 14. dixit Deus Nathani, *Castigabo eum virgâ hominum*, id est, tradam eum in manus hostium, sed regnum non auferam ab illo. אני Cametz in Aleph, quia est cum Tarchah. *Non prophanabo meum fœdus.*] Licet illi prophanent statuta mea. *Sicut Sol.*] Splendebit; si filii ejus sint boni. *Sicut Luna.*] Sic erit, si filii sint mali, tamen non cessabit in æternum, quia Luna est *testis fidelis in cœlo* de continuatione regni David, licet obtenebratum sit diu, sicut Luna. *Repulisti.*] Multi admirantur in hunc Psalmistam, sed ego ad admirationem eorum admiror, quia Psalmi sunt per Spiritum sanctum prolati, & nihil est in illis perversum; non dicit quod juramentum Dei erat irritum, tedibat regnum post 70. ann. & dicit Psalmista, nonne jurabas, quare ergo videtur nobis regnum David על דרך הדמיון extirpari? quia Israel in hac longa captivitate desperat de redemptione, ut Isa. 63. 17. *Quare fecisti*

nos errare de timore tuo? Et Elia dixit, 1 Reg. 18.37. *Retrorsùm convertisti cor eorum*, omnia hæc erant κατὰ δόξαν, non κατ' ἀλήθειαν. *Dedecus.*[Opposit. ad illud, *Vicini ejus serviebant illi. Hostes lætari.*] Opposit. ad illud, 1 Paral. 14.17. *Dedit timorem suum in omnes Gentes. Convertisti aciem gladii sui.*] Opposit. ad illud in ver. 23. *Debellabo hostes ejus.* à צור in Jos. 5.2. *Fac tibi acutos cultellos.* מטהרו, ut Exod. 24.10. *Sicut corpus cœlorum in puritate*, idem. Teth est cum Dages, & Cametz in honorem lectionis, מגרה, sic Gen. 49.17. *Cadit retrorsùm*, idem. *Dies juventutis suæ.*] Dies regni sui sunt dies gaudii, ut juventutis, sic Eccles. 12. *Dies mali*, nempè, senectutis. *Quàm breve est tempus meum?*] Verba seminis Davidis timentis, ne periret ante redemptionem. *In vanum.*] Id est, in mortem, quæ vitas eorum vanas ostendit. *Vestigia*, vel, *moras Christi.*] Ut Job. 37.4. *Non tardabit ea*, idem, à עקב, quia calcaneus est posterior pars, & finis corporis. *Benedictus sit Dominus.*] Verba Psalmistæ prævidentis redemptionem, vel, verba ejus qui composuit librum, qui laudat Deum in fine libri tertii, ut Scribæ soliti sunt.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 89.

Si Ethan est filius Zerach, tunc prophetat de Davide, &c. Psalmum hunc sapiens magnus in Sepharad legere vel audire noluit, quia videtur dura de Deo proferre, ut *Prophanâsti fœdus servi tui, &c.* est de fœdere Dei cum Davide, & de adventu Christi, cui credit Psalmista, R. Mosch prolixus est in hunc Psalmum, & quoties librum suum evolvi, & intelligere non potui. עולם semper in Scriptura significat זמן tempus, non mundum in misericordia ædificatum. *Semen tuum.*] Davidis semen est in hunc usque diem, & licet regnum suum cessaverit, redibit tamen. *In circuitu tuo.*] Id est, veritas est à te inseparabilis. *Cœli.*] Cœlites, Angeli, ut Job. 15. *Cœlites non sunt puri, &c. Filios potentum.*] Stellas, ut Job. 38.7. *Filii Dei stella matutina canebant, &c. Sedas tumultum maris.*] Post cœlos quos speculantur sapientes, mare, quod intuentur omnes, annectitur. תבל est orbis habitabilis. *Stabilimentum throni tui.*] Conjungitur præcedentibus, quia Deus est justus pariter ac potens. *Latissimam vocem regis.*] Ut Num. 23.21. *Vox regis est in eo. Ambulabunt in lumine vultus tui.*] Ut Job. 29.2. *In lumine suo ambulavi. Gaudebunt.*] Nomen tuum erit gaudium illorum, sed *justitia* tua in puniendis eorum inimicis, eos exaltabit. *Hermon.*] In Oriente. *Tabor.*] In Occidente, & meminit horum post cœlum & terram, id est, superiorum & inferiorum. *Fortis est manus tua.*] Sinistra, & anteà meminit *dextra. Clypeus noster est Domini.*] Id est, David rex noster est à Domino electus, ut Hos. 4.18. *Principes*, vel, *clypei eorum, &c. Sanctis tuis.*] Heman, Ethan, & aliis. *Non decipiet eum.*] Ut Gen. 3.13. *Serpens decepit me*, idem. *Dextram in mari.*] Ut mecum sit in gubernaculis maris, quasi consociatus, in ver. 19. *Regit tumultum maris. Primogenitus meus.*] David erat rex primus, Saule repudiato. *Sicut dies cœli.*] Solis, Lunæ, &c. *Non frangam fœdus.*] Licet illi frangant illud. *Fœdus meum.*] Fœdus Sinai. *In sanctitate meo.*] In cœlo sancto, בשמים, vel קדושתי pro קדשי, sanctitas. *Irritum fecisti fœdus.*] Loquitur in persona adversariorum, qui deridebant adventum Christi. *Puritatem ejus cessare.*] Templum, quo non erat in Israele sanctior locus; cum Cametz propter guttural. *Dies juventutis suæ.*] Regnum Davidis erat abbreviatum. *Quousq;?*] Sic dicit, quia longa est hæc captivitas. *Omnes fecisti in vanum.*] Id est, vanescentes, quia ætas una præterit, & succedit alia, & non sumus adhuc redempti, sic Psal. 62.9. *Filii viri sunt vanitas*, vel res quæ evanescit, idem. *Benedictus sit Dominus.*] Pro lumine adventus Christi. Vel, pro adversis pariter ac prosperis. Vel, laudat Deum Scriba, quia illi vires ut hunc Psalmum finiret, attribuit, & hodiè dicunt, Benedictus qui dat ליעף כח fatigato robur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 89.

Amen, Amen.] Est Amen juramentum, ut Num. 5. *Respondit mulier Amen*; est Amen veritas & asseveratio אמונה; est Amen assensus & acceptio קבלה, *respondebat totus populus Amen*, Deut. 27.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 89.

De regno domus Davidis. *Similis est tibi* יערך לך.] Vel, id est, quis esse tibi impedimento queat? *Circa illum*, סביביו.] Id est, cœli, quos in circuitu ejus constituit. *Sanctorum.*] Id est, Angelorum motorum. *Circuitu tui* סביבותיך.] Id est, veritas & æternitas est æternitatis omnium Angelorum causa, eorum scil. qui sunt *circùm te. Tibi est dies* לך.] Id est, alterare naturam Solis est in tua manu, &c. *Tabor & Hermon.*] Sunt termini terræ Israelit. *Misericordia.*] Versùs Israel. *Veritas.*] Id est, judicium in hostes secundùm verbum veritatis exequendum. *Sonum* תרועה.] Id est, musica cœlorum, sicut in Job. 38. *Omnes filii Dei*, יריעו, id est, stellæ. *Clypeus noster.*] Id est, princeps exercitus, Domino præliatur sicut dixit Joab, 2 Sam. 10. *Populo nostro & civitatibus Dei nostri, &c. Est Sanctuario* לקדוש.] Id est, David ædificare Sanctuarium Dei exoptabat, ut 2 Sam. 7. *Super*, vel, *contra potentem.*] על Goliah. *Abbreviâsti dies* ימי הקצרת.] Zedekiah erat 21. an. quando incepit, & regnabat 11. an. *In vanum* שוא.] Quando regnum ab Israele abripiebatur, quia non est aliqua in hac vita negotiatio.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 89.

Ethan Ezrahita.] Filius Abrahami, qui venit ex Oriente, ut Isa. 41.2. זרח Rabboth. Prophetat de Davide antequam natus erat. *Misericordia.*] Stabilitur regnum David, & per *veritatem* promissi divini. *In congregatione sanctorum.*] Angelorum. *Sonum.*] Tubæ in novilunio, in principio anni תרועה. *Non prævalebit.*] à נושה, ut Usurarius, Exod. 22.25. Vel, *Non elevabit eum.*] Non superbiet quando hostem superat, à נשא. Non est in Venet. *Virgâ.*] Ut Rezin, &c. quos Deus ut adversarios Solomonis excitavit, 1 Reg. 11.14.23. Vel, בשדים Asmodæis filiis Adami. Deletur in Venet. est in MS. *Irritum fecisti fœdus.*] In diebus Zedechiæ, quando cessabat regnum Judæ. *Sepes.*] Quas ædificabat in Jerusalem. *Propugnacula.*] Montem domus Dei, & turrim Sionis. *Splendorem suum.*] Sicut Meridies, à טוהרא in Targum, pro צהרים; &, *sicut corpus cœlorum, splendidum*, idem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 89.

Ezrachita.] Abrami, qui vocatur *Electus meus* posteà,

postea. *Potentum.*] Multitudo Angelorum, אוכלוסי ab ὄχλος; & quod potens sit Angelus indicat ruina Sennacherib. *In congregatione*, vel secreto sanctorum. *Hermon.*] In Oriente. *Manus tua est fortis.*] Ad redimendum populum tuum. *Dextera tua est fortis.*] Ad ædificandum sanctuarium. *Potentem.*] In lege. *In mari*] Portibus marinis. *Primogenitum.*] Regum ex domo Judæ. *Virga impiorum.*] Quâ percussi sunt impii. *Purificationem suam cessare.*] Nempè, eam per sacerdotes in altare, à טהר, vel illam, Num. 19. ex Vaccæ rufæ cineribus.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 89.

In omnes generationes.] Sicut regnum, & persona ejus sunt; non amplius sic scribitur & quatuor diversimode, prius plenum, secundum defectivum דר, *Bestia deserti habitabunt in omnes generationes.* Psal. 49. 11. *Quòd domicilia eorum erunt in æternum*, id est, sicut Deus, Psal 79. 13. in aliquibus est plenum, Psal. 145. 13. *Regnum omnium seculorum. Filios potentum.*] Sex sic scribuntur in Prophetis & Cethubim & loca hic citantur, & in Psal. 29. 1. *Rahab*, vel *robur maris*, vel *hominum.*] Tria sunt & duodecim hujus vocis, Psal. 87. 4 *Rahab & Babel.* Psal. 90. 10. *Robur eorum est labor.* Prov. 6. 3. *Amicum tuum corrobores, &c. Ambulabunt Domine.*] Sic naves pulcherrimæ vel flumina dulcia; Tria sunt, Psal. 104 26. *Illic ambulant naves.* Psal. 104. 10. *Fluunt inter montes. Exaltavi.*] Manum meam in juramento, & elegi; Tres sunt voces differentes, Genes. 14. 22. *Levavi manum meam.* absque Van, Jod. Genes. 29. 15. *Vocem meam exaltavi*; absque Vau cum Jod inter Resh & Mem. *Hostis non decipiet eum.*] Quinque sunt, 2 Reg. 18. 29. *Ne decipiat vos Hezechia.* Et socius suus, in Chron. & in Isai. 38. 14. & Psal. 55. 15. *Exigat*, vel *decipiat eos mors*, ישי absque Aleph. *Sicut Sol.*] כשמש non reperitur ampliùs & unum est כשמש, & sunt de Alphabeto parium. quorum unum est cum Beth, aliud cum Caph, & loci eorum sunt in Magna Masora in litera Beth. *Exaltasti.*] Id est, permisisti exaltari dexteram adversariorum suorum; Tria sunt, 2 Reg. 19. 22. *Elevasti oculos tuos in altum*; & socius suus, in Isai. hoc & prius scribuntur cum He, posterius absque He. *Omnium principum populorum.*] רבים עמים, tota scriptura præter hoc est רבי עמים.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 89.

Ethan.] Ipsi canentium chorus erat commissus, B. Theod *In circuitu ejus.*] In uno loco voluit nasci, & in circuitu ejus sunt Gentes, sed ut Deus ubique est ergo sunt in circuitu ejus qui ubique est. S. Aug. *Ædificabo thronum tuum.*] In Christo, vers. 4. cujus *regni non erit finis*, Luc. 1. 1. Caus. *Veritas in circuitu tuo.*] Diffusa inter Gentes. S. Aug. *Inter filios potentum.*] Heroes post mortem, divos, ut Dan. 3. *Forma quarti erat sicut filii Deorum*: secundùm morem inter Ethnicos Romanos & adhuc est Romæ visendus modus marmoribus incisus, consecrandi Imperatores suos in Deorum numerum, nunc ære per Laurum Romanum incisus; Die octavo amicis Imperatoris præsentibus cum magna phantasiâ erectum erat pro corpore Mausoleum, musici canebant, (ut in Matth. 9. in morte filiæ Jairi) erat Area plena lignis aridis, & odoribus Arabicis, quam accendebat successor Imperatoris, tunc de superiori parte molis Aquila versus cœlum evolabat, indicando quod in his sacrificiis solennibus ascendebat anima sua in numerum Divorum, posteà ædificabant templa in honorem deorum, sicut fecit, Antoninus (ideo dictus *Pius*) in Puteolis, cujus vestigia adhuc videntur & ordinavit sacerdotes, & sacrificia, similiter fecit Piso pro Augusto ibidem, nunc dicitur Templum Procli. *Mitigas eos.*] Sic Christus mitigavit tumultum maris, Matth. 8. 26. 2. Caus. Ut, *Vulneratum.*] Diabolum, percusso corde ejus. S. Aug. Tu vulnerasti & vulneratus est. S. Aug. Vel, *Superbum.*] Id est, Phataonem, Theod. *Aquilonem.*] Assyrios ex Aquilone. *Mare*, vel *notum.*] Ægyptios ex parte Australi, Theod. *Misericordia & veritas.*] Ut Joh. 1. 17. *Per Jesum Christum.* 3. Caus. *Praecedunt faciem tuam.*] Quippe multis ante sæculis promissio facta erat, Theod. *Sonum latum.*] Evangelii, ut Rom. 10. 18. *Sonum eorum exibat in totam terram.* 4. Caus. Vel, *Jubilationem.*] Est vox vincentium prælio, Theod. Scias unde gaudeas, quod verbis explicare non possis, S. Aug. Vel, servire Deo cum lætitia. Vel, sonum Dei Regis, ut per sonum *Risus* magni, exercitus Hannibalis ad portas Romæ, subito discessit ab obsidione, [& Syri per vehementem sonum quasi exercitum, quem Deus excitabat, 2. Reg. 7.] & adhuc vidimus ruinas templi propè sepulchrum Metelli in via Appia, Deo Ridiculo consecrati. *Filius iniquitatis.*] τῆς ἁμαρτίας, ὁ ἄνομος, 2. Th. 2. 5. Caus. *Manum suam in mari.*] Ut Vicedeus, Dan. 12. 7. Apoc. 10. 1. 6. Caus. Herod. in Erat. Æginetæ (in signum subjectionis) terram & aquam Persis pro Dario dabant. *Primogenitum.*] Ut de Christo dicitur. Heb. 1. 6. *Primogenitus omnis creaturæ.* 7. Caus. *Sicut dies cœli.*] Sic de Christo, in Isai. 9. *Super solium David in sempiternum*, Theod. *Filii sui.*] Omnes Christiani, S. Aug. ut Heb. 2. 13. *Ecce filii, &c.* Nec ideo debemus securi peccare quoniam quicquid fecerimus non perimus. S. Aug. *Irritum fecisti.*] In passione sua; κατὰ δόξαν vulgi, ut Luc. 24. 21. *Existimavimus illum redempturum*. à divers. Vel, destruxit omnia in David, implevit in Christo, S. Aug. *Ab emundatione?*] Cum longè à Templo vivat, Theod. *Quare faceres omnes homines in vanum?*] Non est causa quare sic faceres, nec sic fecisti hominem ad dejiciendum eum, sed servasti aliquid unde mundarentur. S. Aug. *Sanctum suum.*] Ut in Psal. 4. S. Aug. *Vestigia Christi tui.*] Dicentes, Matth. 27. 63. ὁ πλάνης dixit. Vel, *Commutationem.* Sym.] Quia Christus est mortuus, crucifixus, &c. S. Aug. Vel, dicit, *Vestigia*, id est, illius temporis reges, Christi majores, Theod. Eucharistia pro Evangelio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 89.

Deos.] Angelos similes Deo quia non habent corpora, Ital. *Circumcircà.*] Vel, veritas est in congregatione sanctorum, Gall. *Rahab.*] Vel, *Il superbo*, Ital Bruc. *Non exiget*, vel *exaltabit se.*] Ital. Bruc. eum superando, Hisp. Gal. *Ne prospera ritu.* מטהרו.] Id est, ita, ut non potest mundari à cœno tribulationum. Vulg. Ang. MS. Ital. Bruc. *La mondezza* Gal. *Sen noble estat. Austrum*, vel *mare.*] Gal. *La mer.* ים ut ימין sic Psal. 107. *à mari*, vel *Austro.*

Austro. Cornu ejus.] Regnum. Hisp. *Semen ejus.*] Semen Christi solius. Ital. *Rejecisti.*] Secundùm opinionem carnalem, non realiter. Ital. *In vanum.*] Ital. Bruc. ad vanitates & miserias subjectos, *Sujetos*, Hispan. si non gustabimus de prosperitate in hac vitâ. Ital. *Vestigia Christi tui.*] Quia non credunt operibus tuis mirabilibus in lege scriptis. Vel, *La commutation*, Gal. *Fin del libre Tercero*, Hisp. Ital,

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 89.*

Et mare tu creasti.] Gr. Vulg. ימין, pro ימים, ut הימין, Nun pro Mem, Dan. 12. ult. vel dexteram. Lat. MS. *Exaltetur.*] Dextera tua est alta, & ut adhuc exaltetur, oro. *Regis nostri.*] Vulg. Gr. auxilium regia nostri est à Domino sancto. *Non proficiet inimicus in eo.*] Gr. Vulg. ישיא à נשא elevare; vel non decipiet eum. Lat. MS. *testis in cœlo fidelis.*] Jurat Deus per seipsum, ut ait, Job. 16. *Testis meus est in cœlis, &c.* id est, Deus. *Adjutorium*, vel *rupem*, vel *robur*. Lat. MS. *gladii sui.*] Vulg. Gr. βοήθειαν, id est, robur, צור. Arab. Rom. Neb. *Ab emundatione.*] מטהרו. Gr. Vulg. id est, polluisti eum ita, ut purificari à sordibus nequeat, sic Zach. 3. *Vestimentis sordidis. Vanè constituisti.*] Vulg. Gr. Id est, exaltas eos, ut iterum deprimas? & dicit, *Constituisti*, vel fecisti, à ברא, ut 1 Sam. 12. *Creavit*, vel *exaltavit Mosen & Aharon, &c.* Vel, *Alioquin quare creasti filios hominum?*] Lat. MS. *Commutationem*, vel *mercedem Christi tui.*] Vulg. à עקב, in Psal. 19. *Merces magna. Dies throni ejus.*] Gr. Ethiop. vel temporia ejus. Heb.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 89.*

De populo in Babel. Par. Edit. ܠܐ ܒܥܡܐ ܕܒܒܒܠ. *In æternum*, vel *dixisti quòd mundus ædificatur misericordia* (hominis.)] Syr. דעלמא, ܥܠܡܐ, ܚܪܒܐ, ܘܡܛܠ ܚܛܘܦܝܘܬܐ ܛܘܦܢܐ, & violentia mundum efficit desolatum, diluvium ob rapinam venit, Gen. 6. Vel, Dei misericordia & promisso mundus hic continuatur. *Inter filios fortium.*] Vel, Angelorum. Syr. ܒܒܢܝ ܡܠܐܟܐ. *Veritas tua circa te est.*] Syr. ܡܚܝܠܟ, ad corroborandum te accingit, vel veritas tua ubique est sicut tu es. *Rahab*, vel *superbos tanquam confossos.*] Non habent coram te plus virium quam occisi. Syr. שבהרנא, ܠܫܒܗܪܢܐ ܐܝܟ ܕܩܛܝܠܐ, sic in Psal. 90. 10. *Robur eorum* idem. *In misericordia & veritate veniunt coram te.*] Syr. ܩܕܡ ܐܦܝܟ, tales enim soli coram tribunali tuo consistent. *Latum qui novit sonitum.*] Laudes tuas חשבחתך. Syr. ܠܥܡܐ ܕܝܕܥ ܠܫܘܒܚܟ. *In tua voluntate.*] Syr. te volente, sic dicimus, *Deo volente*, Jacob. 4. *Posui auxilium super hominem.*] Et per hominem nunc vos servabo, uti aiunt, in 2 Sam. 4. Syr. ܣܡܬ ܥܘܕܪܢܐ ܠܓܒܪܐ. *Non aget exactorem*, vel *aliquid commodi per illum non accipiet.*] Syr. ולא אהני, ܘܠܐ ܐܘܬܪ, quia semper erit à Davide superatus.

Sectio Syr. ܦܘܫܩܐ.

Et testis fidelis in cœlo.] Lucifer, qui notitiam dat diei, ut in Psal. 110. *Ante Luciferum, &c.* Aciem vel auxilium gladii ejus. Syr. ܥܘܕܪܢܗ, עודרנא, à עזר. *Nitorem ejus*, vel *milites victores*, vel *pueros suos deficere.*] Naziræos ejus præ nive candidos, in Lam. 4. Syr. מזבינוהי, ܡܢ ܬܠܓܐ ܡܙܒܝܢܘܗܝ. Heb. מטהרו. *Perdidisti.*] מגרת, sicut גמר. *Creasti?* vel *non creasti omnes in vanum.*] Syr. MS. Pat. Edit. ܠܡܓܢ ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܟ, sed ut tibi servirent, idcirco pe nos isto fine. Syr. Par. Edit. ܘܠܐ ܒܪܝܬ, דלא ברית. *Omnes contentiones populorum.*] Syr. דיניהון, ܕܝܢܝܗܘܢ. Heb. ריב à רבים. *In sinu meo.*] Vel, vita mea ܒܥܘܒܝ ܢܦܫܝ, Syr. *Vestigia*, vel *mercedem uncti tui exprobrârunt.*] à עקב, in Psal. 19. *Magna merces.* idem. Syr. ܦܘܪܥܢܐ ܣܓܝܐܐ.

Finis libri tertii. ܫܠܡ ܣܦܪܐ ܬܠܝܬܝܐ. ܕܬܠܬܐ, Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 89. Heb. Arab. 88.*

Nathanis Israelita.] Arab. MS. *Misericordia sit in æternum.*] الي الدهر. Heb. עולם, id est, cujus misereria semper misereberis, Rom 9. *In cœtu*, vel *secretis sanctorum.*] الا معجب في اسرار القديسين, in secretis eorum consiliis, vel cordibus. *Justitia tua est servata in te.*] Arab. محفوظ بك, est à te inseperabilis, quia fortior es omnibus, ideóque justum in omnes judicium exequeris, & nemo tibi esse queat impedimento. *Terram & mare tu creasti.*] Arab. انت خلقت البر والبحر. Heb. צפון, id est, terram incognitam, & ימין, *maria* pro ימים, Nun pro Mem, ut in Dan. 12. ult. *Beatitudo populo qui sciat laudationem tuam.*] Arab. الذي يعرف تسبيحك, id est, semper habet te laudandi non lugendi occasiones, ideóque subdir, *In lumine vultus tui ambulabunt*, id est, prosperitate, ut Ester. 8. *Judæi habebant lucem. Testis in cœlo verax tu es.*] Arab. الشهيد في السما صادق انت, sic Job ait de Deo, Job. 16. *Testis meus est in cœlis.* משהרו *Magnanimitatem ejus.*] Arab. ابطال شجاعته, *quæ* splendebat & erat celeberrima à טהר. *Non creasti homines frustra.*] Arab. لم تخلق الناس باطلا, creasti me ut te laudem & gaudio serviam, Psal. 12. ideóque redime me de malo me contristante. *Tu vero repulisti.*] Defectivus est codex Chaldeus apud Nebiens. in hoc versu, non in Edit. Bomberg. 1, 2, 3. Venet. nec in MS. quos vidi Vaticanis. *A sinu multarum Gentium.*] Arab. من حضن الامم الكثيرة, quæ in nos manus è sinu extrahunt, sic in Psal. 74. *E medio sinus tui tolle dexteram tuam*, & in adversarios extende eam. *Vestigia Christi tui.*] Arab. اثار, ut in Heb.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QUARTUS PSALMORUM.

1 *Oratio Mosi hominis Dei. LXXXIX. Heb. XC.*

Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem.

2 *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo & usque in sæculum tu es Deus.*

3 *Ne avertas hominem in humilitatem: & dixisti: Convertimini filii hominum.*

4 *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præteriit,*

Et custodia in nocte,

5 *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.*

6 *Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.*

7 *Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.*

8 *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus Dei.*

9 *Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.*

Anni nostri sicut aranea meditabuntur:

10 *Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.*

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.

11 *Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam*

12 *Dinumerare?*

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.

13 *Convertere Domine usquequò? & deprecabilis esto super servos tuos.*

14 *Repleti sumus manè misericordia tua: & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.*

15 *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti; annis, quibus vidimus mala.*

16 *Respice in servos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.*

17 *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 90.*

Oratio Mosis.] Hanc orationem David scriptam reperit, fuitq; apud eos traditio quod erat Mosis Rabbinu, & sic in libro hoc est composita. Vel, dicit *Mosis*, ad conciliandam majorem Psalmo authoritatem, quia Moseh erat Propheta celebris, & sapientia pauperia est contemptibilis. R. Arama. Vel, pro filiis Mosis, nempè, Levitis cantoribus, ut dicitur, *Filiis Cora.* Sic 1 Paral. 12. 27. *Præfectus Aharon*, id est, filiorum Aharon. R. Saad. Gaon, non est in Cod. Cremon. Dictus est hic Psal. de captivitate hac, & de brevitate humanæ vitæ, & de immortalitate animæ. R. Arama. oratque ut haud eum puniret Creator secundùm opera sua, ut Job dicit, *Nonne sunt dies mei breves? cessa à me &c. Habitatio.*] Ut Deut. 33. 27. *Deus æternus est habitatio mundi*, sic refugii locus Israeli; vel habitatio animarum, nam è cœlis veniunt, R. Arama. *Montes.*] Meminit *terræ*, non cœlorum, R. Arama, quia loquitur hic de brevitate vitæ humanæ, & individua terræ sicut cœlorum non permanent; & dicit, *Montes* cum terra quia simul erant creata: ארץ; est generalis vox תבל pro habitabili parte. *Ad æternitatem.*] à principio ad finem usque mundi. *Tu es Deus.*] Id est, potens ille. *Convertimini.*] Resipiscite; sic per afflictiones nuncios tuos eloqueris, R. Jos. Cimchi. Vel, revertimini ô animæ ad cœlos, ut Eccles. 12. *Spiritus ad Deum*, R. Arama. *Mille anni.*] Nihil sunt, quoniam mors sequitur, ut in Adamo. *In oculis tuis.*] Tu ô homo si existimares vivere mille an. Vel, dicit, *Tuis*, sermo est ad Deum & dicunt quod dies judicii erit mille anni, qui reputantur apud Deum, ut dies unus, Rabboth. *Sicut fluvii.*] Sic fluere eos annos facis subitò, ut flumen à mari oriens. Vel, *Flumen consumitur.*] Id est, impiæ Gentes moriuntur in æternum, זרם זרמתם, duo verba. R. Arama. *Sicut gramen.*] Sic moriuntur virides in juventute. *Vesperi.*] In senectute. יחליף mutat & renovat vigorem suum, ut Isai. 41. 1. *Consumpti sumus.*] Omnes homines sunt vanitas multo magis nos captivi; שחות pro שחותה, Tau in Deges, Keri cum He quia quiescens post Cametz quandoque scribitur, quandoque non, & vox est Milra præter morem. *Iniquitates nostras coram te.*] Et eas in nobis castigas, עלומנו, Jod signum pluralis deficit, quia עלומים, non est in singulari. *Anni 70.*] Duæ sunt vitæ diuturnioris causæ, cœli, & naturale calidum, quo ad 80. An pertingat homo, sed quando humidum radicale à calido consumitur, moritur, ut hic dicit גז, & dicit, חיש, quando mora à cœlis descendit, & dicit, נעופה, volamus, quando violenter excisi sumus, R. Arama. Sunt tres causæ mortis. *Anni 70.*] Moses vixit 120. an. tamen dicamus quod plerunque anni vitæ sunt 70. כלינו verbum כלא, id est, nos in cassa per peccata nostra sumus quare anni sint abbreviati. *Propter robur.*] Naturale, quod rarò fit. *Robur eorum est labor.*] Dies ejus qui

qui vivit in prosperitate sunt dolores. *Volamus.*] Ad sepulchrum sicut volucris, subitò excisum, vel removetur à loco suo, Num. 11.31. *Adduxit coturnices*, idem. 11 est verbum activum. *Quis novit?*] Ob quam ex tribus causis mortis prædictis, homo moritur, R. Arama. *Secundùm timorem tuum, sic est ira tua.*] Major est contra illum qui timet te quando peccat, ut Moses dixit, Deut. 3.26. *Iratus erat Dominus mecum propter vos.* & Levit. 10. 3. *Sanctificatus ero in iis qui ad me appropinquant.* Et Amos 3.2. R. Arama. Vel, si quis te timeat, ira tua ab illo discedit, R. Arama. *Numerare dies.*] Quando finem nostrum novimus, magis diligentes ad sapientiam comparandam erimus. Vel dicit, *Dies*, id est, quàm diu durabit captivitas, quia verba Danielis de fine sunt adhuc abscondita. *Tunc quando erit Propheta,* נביא *erit cor sapientia.*] Id est, quando venit Elia, replebitur terra scientiâ Domini, Isa. 11.9. Mal. 4.5. *Mitto Eliam, &c. Manè.*] Die redemptionis, vel resurrectionis, Arama, postquam lætabimur, quia non erit ampliùs afflictio. *Secundùm dies.*] In Derash Rabboth. secundùm annos captivitatis erunt anni redemptionis, & post illos finis erit mundi. Vel, secundùm dies hujus sæculi, R. Arama. *Opus tuum.*] Redemptio, vel Tabernaculum, Arama. *Pulchritudo Domini.*] Ut Isa. 65.23. *Non erit labor eorum irritus, sed opus manuum suarum erit benedictum.* Vel, Tabernaculum Bezaleel, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 90.* Psal. Lib. 4.

Oratio Mosis.] Moses composuit hunc Psalmum, quia in initio dicitur, *Habitatio nostra*, & sic in lege in Deut. 33.27. *Deus aternus est habitatio, &c.* Etiam loquitur in plurali, præter morem Psalmorum Davidis. *Habitatio & tu manes in aternum*, vel, *locus in quem intueri.*] מעין à עין, quia oculi nostri respiciunt Dominum, R. Moseh. *Antequam montes formabantur*, vel, *eruti.*] Dicit, *Eruti*, quia semel erant sub aquis. *Deus*, vel, *fortis ille.*] R. Moseh. *Ad attritionem.*] Id est, gradatim ad senectutem, quæ est ætas decrescens. *Redite filii hominum.*] Id est, ad pulverem, ut Genes. 3. *Mille anni in oculis tuis.*] O fili hominis, si oculis tuis mille annos videres, sunt quasi heri; Et dicit, *Tuis*, sed anteà dixit, *Vos*, mutato numero, ut Deut. 32 7. *Considerate vos, Interroga tu, &c. Quia transibit.*] Unusquisque dictorum annorum sicut dies hesternus præterit. *Erunt somnus.*] Dormiunt somnum æternum, ut Jer. 51.39. indicat mortem. *Sicut gramen quod crescit*, vel, *mutatur.*] Sic Zach. 3.4. *Mutatorias vestes*, idem, id est, venit & crescit alia generatio, ut Psal. 78. *Occidit eos, & quærebant illum, &c. Per iram tuam turbati sumus.*] Ut Psal. 78.33. *Consumpsit annos eorum in angustia. Secreta peccata.*] Dicit, *Secreta*, quia addit, *Ante lumen faciei tua.* Vel, *Peccata juventutis nostra.*] Ut 1 Sam. 17.56. *Juvenis hic*, עלם. *Sunt 70.*] Si Moses scripsisset hunc Psalmum, quare dicit 70. anni, cùm Moses vixit 120. an. Respondetur, quòd Moseh erat Propheta, & prævidebat tempora vitæ humanæ; Vel dicendum, quòd viri sui sæculi non vixerunt plus quàm 70. an. *Sicut verbum.*] Citò prolatum & irrevocabile, R. Moseh, ut הגא מפיו. *Robur eorum.*] Nempè, juventus. *Volamus.*] à עיף. Vel ad tenebras ibimus, Job. 10.22. à עיפתה. Vel sumus sicut lux, quæ citò obtenebratur, ut Job. 11.17. *Lucebis, &c.* à עפף. *Quis novit potentiam ira tua.*] Quòd tantùm irasceris, ut dies nostros obtruncares. *Sic est ira tua.*] Ubi timor & verbum tuum sunt revelata, ibi ira tua est erga inobedientes gravior; ut Levit. 10.1. *Sanctificabor in omnibus, &c.* Et Amos 3.1. *Vos novi.* Vel, *Illi qui novit vim ira tua &c. numerare dies nostros, veritas ei est nota, est Propheta, est ei cor sapientia.*] R. Moseh, כן in Num. 27.7. dicunt verè. *Numerare dies nostros.*] Quòd pauci sunt. *Ut inducamus cor sapientia.*] Nobis לנו, ut 1 Sam. 9.7. *Quid adducemus? &c.* idem. *Revertere.*] Ab ira tua prædicta, quia dixisset, *Consumpti sumus in ira tua. Afflixisti nos.*] Morbis. *Pulchritudo Domini.*] Dei in operibus nostris benedictio auxiliaris; ne simus nimium in hac brevi vita defessi, sic Psal. 27. נעם *ut intuear pulchritudinem Domini, &c.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 90.*

Oratio Mosis.] Undecim Psalmos dixit Moses, sicut undecim benedictiones prædixit, Deut. 33. Vide collationem in Cimchi; Quare non scribuntur in lege? Quia sunt verba prophetiæ. *Vir, Deus.*] Erat Deus Pharaonis; quando fugiebat erat homo, quando erat cum Deo in monte & non comedebat, erat Deus. Vel, *Vir, Judex.*] Et rex Israelis. *Oratio.*] Cecidit Moses coram Deo 40. diebus, sed cæteri justi horâ unâ, aut die unica supplicant. Vel, *Viri deorum.*] Id est, pater Prophetarum, qui oravit pro Israele, & toties eum liberabat. *Quis novit robur ira tua?*] Is quem in hoc mundo dies judicii prævenit, R. Hanan. bar Isaac. Dixit R. Josua ben Levi, Resipisce die uno ante mortem, id est, hodiè, quia cras morieris. *Secundùm dies.*] Dies Christi sunt mille anni, R. Eliezer. Vel, 40. anni in deserto, R. Aquiba. Vel, 354. dies anni Lunaris. *Dei decor,* נעם.] Id est, Sanctuarium.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal. 90.*

Precatur pro humano genere, & pro Israele specialiter. *Ad attritionem,* עד דכא.] Id est, abbreviâsti dies mundi post diluvium, ut pauci numero fierent. *Mille anni.*] Ferè ante diluvium; & post dimidiantur, tamen in respectu ad Deum habito, nulla est differentia. *Transit* חלף.] Id est, præterit ad juventutem. *Aruit* יבש.] In senectute. *In sæculo nostro* עלמינו.] Id est, in hoc nostro sæculo castigas nos. *Quis novit?*] Id est, quis habet otium à mundanis, ut operam cognitione iræ tuæ, O rex noster, navaret, quam tamen oportet omnes intelligere? *Secundùm timorem tuum.*] Id est, æstimari debet ira tua secundùm excellentiam majestatis tuæ in quam peccatur. *Adducamus* נביא.] In brevi tempore. *Manè.*] Ut redeat manè, sicut erat ante diluvium. *Decor tuus* הדרך.] Super filios, sicut ad patres. *Pulchritudo* נועם.] Ut nos intelligentes reddas.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 90.*

Oratio Mosis.] Undecim Psalmi sequentes erant à Mosi, ut undecim benedictiones, Deut. 33. Vid. Cimchi. *Ad attritionem.*] Propè mortem, donec robur non sit in illo relictum. *Mille anni sunt sicut dies unus.*] Quia dixisti Adamo, *Morieris in illo die*, & vixit propè millesimum. *Sicut somnus.*] Sic abbreviati sunt anni prædicti, sicut somnus brevissimus; sic in Psal. *Eramus ut somniantes. Quis novit*

vit potentiam ira tua?] In paucis diebus, quibus in hoc mundo degit. *Sic est ira tua.*] Tanta est, si non major, ita Dei, quàm timor hominum. *Numerare dies nostros.*] Longiores fac eos, ut vivamus & sapiamus eò magis. *Sic.*] כן literæ numerales efficiunt 70. & anni vitæ sunt 70. *Manè.*] Die redemptionis. *Pulchritudo.*] Divina præsentia.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 90.*

Mosis.] Quam fecit in deserto. *Est tibi habitatio.*] In cœlis. *Fuisti nobiscum.*] In auxilium. *Ad destructionem.*] Mortem. *Sicut somnus.*] Mors in illos, ut in dormientes subitò irruit. *Sicut gramen.*] Sic exarescunt opera eorum. *Sicut verbum.*] Vel flatus oris in hyeme. *Labor & dolor.*] Peccatoribus, ut Eccles. 2. *Peccatori dat laborem, &c.* *Volamus.*] Vel manè exscinditur, à חוסין in Job. 12. *Sic est ira tua.*] Qui timent te extinguunt iram tuam. *Inducamus, vel, ut Propheta qui habet cor sapientia.*] Ut fontem. *Pulchritudo Domini.*] Hortus Edenis.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 90.*

Viri Dei.] Undecim sic vocantur, loci sunt in 2 Reg. 12. *Convertis hominem.*] Quatuor sunt cum Cametz, & eum accentu in ultima; Genes. 24. 8. *Filium meum non reduces.* Psal. 132. 10. *Ne avertas faciem tui Christi,* id est, ad destructionem; & unum est cum Pathac, & accentu in penultima, 1 Reg. 2. 20. *Ne avertas faciem meam,* de Bathshebâ. *Numerare dies nostros.*] Breves. Quinque sunt & plena, Gen. 13. 16. *Si quis numerare pulverem queat?* 1 Par. 21. 1. *Incitavit Davidem numerare eum.* 1 Paral. 27. 24. *Joab cœpit numerare.* *Pœniteat te de servis tuis.*] De afflictione eorum. Duo sunt, Exod. 32. 12. *De malo.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 90.*

Oratio de Mose viro Dei.] Id est, de Mose & Israel in deserto; Moses sumitur pro Israele populo suo, & dicit, *Mosi*, ut in Exod. 14. *Quare tu clamas ad me?* quando Israel solus clamabat. Ab. Ezra. sic Psal. 127. 1. *De Solomone*, idem. Vel, aliqui David eum conscripsisse, sed divinò Mosi eum accommodâsse, inquiunt, Theodoret. *Ne avertas.*] Est oratio, ut in Matth. 6. *Ne inducas in tentationem.* S. Aug. *Convertimur.*] Da quod jussisti precem petentis exaudiendo, & juvando volentis fidem, S. Aug. *Ad destructionem.*] Per pestem in deserto. Vel, *ad attritionem.*] Quia in senectute deficiunt desiderium & pulchritudo, Eccl. 12. 1. &c.

Hor. in Lycen Vetulam. L. 4. Od. 13.

——— fis anus, & tamen
Vis formosa videri:
Ludisq; & bibis impudens.
Et cantu tremulo pota cupidinem
Lentum sollicitas.
Importunus enim transvolat aridas
Quercus (annos) *& refugit te, quia luridi*
Dentes te quia rugæ
Turpant, & capitis nives.
Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ,
Nec clari lapides, tempora quæ semel
Notis condita fastis,
Inclusit volucris dies.
Quò fugit Venus? heu? quòve color decens?
Quò motus? quid habes illius, illius,
Quæ spirabat amores,
Quæ me surpuerat mihi?
Possent ut juvenes visere fervidi,
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.

(Utinam σπαταλῶσα fœmina hoc intelligeret.)

Convertimini.] De pulvere ad vitam, tu occidis & vivificas, 1. Arg. Vel, *Revertimini.*] Ad Pœnitentiam, πρὸς τὸ καλὸν. Greg. Nyss. *Exscinditur vesperi.*] Pestis est plaga subitanea, ut 2 Reg. 24. *à manè usq; ad tempus statutum*, nempè, pro sacrificio quotidiano. 2. Arg. *Habentur pro nihilo eorum anni.*] Qui antequam veniunt non sunt, cùm venerint, jam non erunt. S. Aug. Vel, *Qua pro nihilo habentur, eorum anni erunt.*] In longum tempus Judæorum rejectionem duraturam ait, Theod. *Ætas nostra est coram te.*] à עלם sæculum. Vulg. id est, tu nôsti quamdiu vivendum est. 3. Arg. *Septuaginta anni.*] Herod. Clio. ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα, &c. Dixit Solon tempore Crœsi, proponimus homini terminum vitæ ad 70. an. Herod. *Sicut cogitatio.*] Ab הגיון Psal. 9. Vel, *Aranea.*] Vulg. quæ est creatura meditabunda, sic opera corruptibilia texebamus. S. Aug. ut aranearum tela humana vita convellitur, Theod. Heb. גיני à הגיג *Aranea* in Syr. Gimel duplicatur, ut in הגיגי Psal. 39. Vel, sicut Locusta, vel vita est sicut tela araneæ quæ contactu evanescit, ut Job. 8. *Domus aranea est spes hypocritæ.* Greg Nyss. *Mansuetudo supervenit.*] Mediocris pœna, Theodor. *Secundùm timorem tuum iram tuam.*] Quis timet te secundùm iram tuam? Vel, *Præ timore tuo iram tuam dinumerare.*] Ut nonnullis quibus plus irasceris parcere videaris, S. August. Vel, *Quis novit iram tuam?*] Sempiternum supplicium, Theodor. *Eruditos corde.*] Ut eruditos imitari queam, Theod. ut Ab. Ezra. *Secundùm annos.*] 40. ann. in deserto. 4. Arg. à pati. *Dexteram tuam.*] Christum, ut Isa. 63. 2. S. Aug. *Ad filios eorum.*] Introducendo eos in Canaan, Num. 14. 31. *Splendor Domini.*] Post reditum Judæorum è captivitate, Theod. *Supervenit mansuetudo; & corripiemur.*] Quem diligit Deus, corripit, S. August. Oratio pro liberatione à peste.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 90.*

Commincia il libro quarto. Ital. Bru. *Seculum nostrum.*] עלמינו 2. Ang. MS. Vulg. id est, microcosmum corpus & animam, Gal. *nostre vie*, vitam nostram; vel macrocosmum. Vel, *le cose celate* abscondita peccata, &c. Ital. Bruc. *Terres* Hisp. Vel, ut vides omnes licet multi simus, ut in Jacob. 3 *Mundus iniquitatis.* *Sermo*, vel, *Aranea* 2. Ang. MS. Vul. Gal. *L'araigne.* *Secundùm timorem tuum.*] Ut homines timent Deum, sic apprehendunt eò magis iram ejus. Ital. Vel, ita tua non est minor timore nostro. Hisp. Vel, quis credit iram tuam, ita ut timeat te? id est, pauci, ut Gen. 20. *Vidi quòd timor Dei non erat in hoc loco.* *Jucunditas Domini sit in nos.*] Ital. Bruc. *La Giocondità*, lætitia in hac vita est Dei donum, Eccles. 2.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 90.*

Dicunt Ebræi Psalmi 11. sequentes sunt Moysis, Annotat. in Lat. MS. (Vid. R. David.) dicit *Ebræi*, hinc nota interpretem hunc Lat. MS. quem sæpè cito fuisse

fuiſſe non Judæum ſed Chriſtianum, quia ſic Chriſtiani ubique appellant Judæos in Venetia, Roma, Florentia,&c. *Ne avertas hominem.*] Vulg. Gr. אל, *non*, à priori verſu ſumitur, id eſt, ne deſtruas ſed converte eum. *Percutiente te eos.*] Lat. MS. Vel, *Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.*] Gr. Arab. Vulg. שנה, id eſt, annus quilibet erit ut nihilum, ut aquæ quæ ambulant & non ſunt זרמת, in Pſal. 58. alii dicunt pro זרמתם, *abominaſti.* Vel, peccata mille annorum nihil erunt quando reſipiſcunt, ἐξουδενώματα, Gregor. Nyſſen. *Seculum noſtrum.*] Vulg. Gre. id eſt, ætas noſtra conſumpta eſt in ira vultus tui. *Et amplius eorum.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. id eſt, 70. 80. anni, & amplius ſunt omnes labor & dolor. *Et corripiemur.*] Vulg. Gr. à תעפה, Job 11. *Splendebis. &c. Supervenit manſuetudo.*] Gr. Vulg. Et in judicio corrigis nos, Jerem. 10. Sed quis poteſt ſuſtinere tuæ iræ furorem? נו, ut in Num. 11. *Adduxit coturnices*, & חיש eſt *feſtire.* *Notam fac dexteram tuam.*] Vulg. Gr. id eſt, opera tua, ut inſtruamur ab illis ימינו, à ימין, & correptione tua ſimus meliores ſapientioreſque, Gregor. Nyſſen. *Et eruditos*, vel *Prophetas corde in ſapientia.*] Vulg. Arab. Rom. mitte ad nos Prophetas. Vel, *Ob timorem iræ tuæ numerare.*] Gr. Arab. Ethiop. & Apollinar. Quis poteſt numerare effectus iræ tuæ? *Splendor Domini.*] Arab. Vulg. Gr. ut Num. 6. *Elevet lumen vultus ſui ſuper nos.*

Initium Lib. 4. Pſal. Syr.

Sect. 11. *Ex Syr. in Pſal. 90.*

Moſis, Syr. MS. Par. Edit. *Ad deſtructionem*, vel *humiliationem.*] Syr. [illegible], למוכבא, & quando cor ejus eſt contritum & humiliatum, illum denuò reſtauras. *Familia*, vel *generationes eorum erunt quaſi ſomnus.*] Somnum mortis ſomniabunt. Syr. [illegible], שרבתהון. Heb. זרמתם, ſicut זרע, ſic in Ezech. 23. זרמתם, *Semen eorum*, & ſic in Syr. MS. Vel, *Sicut annus.*] Pariſ. [illegible], quæ cito circumvolvitur. *Occulta peccata noſtra*, vel *ſecula.*] Syr. עלמיך, [illegible]. Heb. עלמנו. Vel, *Juventutem noſtram.*] Vel, fac nos per lumen vultus tui rejuveneſcere, ut aquilæ, in Pſal. 103. Syr. [illegible], à עלם, Juvenis, 1 Sam. 17. *Velut ſermo.*] Vel, *Aranea.*] Id eſt, celeritèr, Syr. MS. גוגי, [illegible], Sic in Job 8. in Syr. MS. idem. Heb. הגה. *Afflictio venit & languidi ſumus.*] Et morimur. Syr. מוכבא, [illegible] Heb. נו, ſicut in Num. 11. 31. *Attulit coturnices*, idem. Vel, à גו, in Amos 7. 1. *Sectiones.* & חיש à חושה, feſtinare, & נעפה à נעף. Herod. Polym. Xerxes cum ſinitueretur omnem Helleſpontem navibus obductum omnia litora atq; Abydenorum plana hominibus referta, ibi ſe beatum eſſe jactarit, poſthæc lachrymas fudit, reputans quam brevis ſit humana vita, quum tanta multitudine nemo ad centeſimum annum, ſuperavit, οὐδεὶς ἐς ἑκατοστὸν ἔτος περιέσται, Herod. *Et ſecundum timorem tuum excandeſcentia tua*, vel *& terrorem excandeſcentiæ tuæ?*] (Quis novit? Syr. MS. Par. Edit.) [illegible]. *Numerare dies noſtros.*] Recordemur quòd mortales ſumus. Plutar. Conviv. 7. Sapient. Ægyptus Sceletum, (id eſt, cadaver hominis exſiccatum cui oſſa tantum ſuperſunt) quem in convivia inferentes, convivis proponunt & hortantur, ut recordentur ſe non multo poſt tales futuros, &c. *Quouſque eſt donec te pœniteat propter ſervos tuos.*] Syr. & conſolaberis nos. Ut, *Ingrediamur in cor ſapientia.*] [illegible], Syr. Sic in Ab. Ezra. *Lætifica nos, quia mortua eſt iniquitas noſtra.*] Syr. [illegible]. Heb. מות à כימות עניתנו, mors, & עון, peccatum, ſic in Hoſ. 10. *Ob duas eorum tranſgreſſiones.* idem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Pſal. 90. Heb. Arab. 89.*

Oratio Moſis viri Dei, Arab. MS. Vulg. quando Iſrael peccabat in deſerto. Targum apud Nebienſ. *Ne reducas hominem ad fragilitatem, nam dixiſti pœnitentiam agite.*] Arab. لا ترد الانسان الي الضعة وقلت توبوا يا بني البشر, ne ſubito perimas peccatorem, quia ſpes eſt pœnitentiæ in fine, licet diu in peccatis permanet. Heb. אל à priori verſ. deſumitur. *Anni eorum erunt illis contempti tanquam germen herba.*] Arab. pertæſi ſunt vitæ eorum, in adverſis ſemper exiſtentes, ſic Job. 10. 1. *Tædet me vita mea*, & Job. 3. *Quare vivit, qui amari eſt animi?* Arab. سنوهم يكون لهم مرذولة كنبات العشب. Heb. זרמתם שנה יהיו, id eſt, quilibet annorum erit illis abominatio זרם, eſt imber, & ſeminis profluvium, in Ezech. 23. שנה, eſt annus, in Pſal. 77. *Levitates noſtras coram facie tua.*] Arab. وهفواتنا, Levia peccata, quia abſcondita. Heb. à עלם. Vel, peccata juventutis, quæ ſunt leviora, ſic in 1 Sam. 17. *Iſte juvenis.* Idem in Heb. *Sicut textura araneæ.*] العنكبوت, Arab. ſic Job. 8. *Spes hypocritæ ut domus araneæ.* *Nos nunc in manſuetudine tua corripimur, quoniam non poſſumus adverſus vim indignationis tuæ.*] Arab. In judicio, non furore, ut in Jerem. 10. nos corripis, nam quis novit numerare לסגורת, Heb. & furorem tuum ferre poſſit? Arab. ونحن الان في تحككك متادبون لانا لا نقدر علي شدة سخطك. Heb. לסגורת, à ſubſequenti verſu deſumitur, & Heb. נעפה, ſignificat afflicti ſumus, vel corripimur, in Cimchio, & חיש, eſt ἐν συμπαθείᾳ, vel manſuetudine. *Dirige nos dexterâ tuâ, ut ſimus cum eruditis, vel caſtigatis corde in ſapientia.*] Arab. فاهدنا بيمينك لنكون مع المودبين القلب بالحكمة, id eſt, ſic nos dirige ſpiritu tuo, ut ſint εἰς ἀγαθὸν in noſtrum commodum caſtigationes noſtræ, ut illis ſapientiores & cautiores in poſterum ſiamus. Sic Rom. 8. πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Heb. ימינך, à ימין, *dextera.*

Lam

Laus Cantici David. X C.
Heb. X C I.

1 *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.*

2 *Dicet Domino : susceptor meus es tu, & refugium meum : Deus meus sperabo in eum.*

3 *Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.*

4 *Scapulis suis obumbrabit tibi : & sub pennis ejus sperabis.*

5 *Scuto circumdabit te veritas ejus : non timebis à timore nocturno.*

6 *A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.*

7 *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : ad te autem non appropinquabit.*

8 *Verumtamen oculis tuis considerabis : & retributionem peccatorum videbis.*

9 *Quoniam tu es Domine spes mea : Altissimum posuisti refugium tuum.*

10 *Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

11 *Quoniam angelis suis mandavit de te : ut custodiant te in omnibus viis tuis.*

12 *In manibus portabunt te : ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

13 *Super aspidem & basiliscum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.*

14 *Quoniam in me speravit, liberabo eum : protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.*

15 *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum : cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum & glorificabo eum.*

16 *Longitudine dierum replebo eum : & ostendam illi salutare meum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 91.*

NOmen Psalmistæ non est præfixum, ideò dicunt quod Moses Rabbinu composuit undecim Psalmos subsequentes, orationi Mosis conjunctas; sicut Moses benedixit undecim Tribubus, Deu. 33. 1. *Oratio Mosis*, respond. ad benediction. Ruben, in Psal. dicitur, *Convertis hominem ad destructionẽ*, & in benedictione Ruben. *Vivat Ruben & non moriatur*, Deut. 33. 6. *Qui habitat in secreto*, respond. ad Tribum Judæ quē laudabant fratres sui. Et Psal 93. 1. *Dominus imperat.* respond. ad benediction. Levi, qui manebat in atriis. Et Psal. 92. 1. *Bonum est gratias agere*, respond. ad Tribum Benjamin. qui erat sub umbra Regis sæculorum, Deut. 33. 12. *Teget eum Dominus.* Et Psal. 94. 1. *Deus vindictæ*, respond. ad Tribum Gad; de quo venit Eliah qui exequitur vindictam in Gentes, ut Gad brachium disrupit, Deut. 33. 20. Et Psal. 95. 1. *Exultemus*, respond. ad Tribum Issachar, qui erat in lege excercitatus, Derash Rabboth. huc usque audivi, applica tu reliqua. Aribal. *In secreto.*] Post ædificium Tabernaculi, R. Arama. *O tu qui sedes, &c. dicam tibi de Domino.*] Est refugium meum, & in eum confide, יקוש, Toar in loco Paul. סוחרה, instrumentum figuræ circularis. *Sagitta.*] Accidentia temporum subitanea de die & de nocte, occurrentia. *Terrore nocturno.*] Nocte homo est solus, ideo timet. Et dicit, *Sagitta volante*, propter velocitatem, vel ob plumas in capite sagittæ volatiles, positas. *Mille cadent.*] In bello, & tu inter eos in pace eris. *Habitationem tuam.*] Uxorem tuam & filios. *Præcipiet Angelis suis.*] Ut Exod. 23. 23. *Mittam Angelum coram te. Sustentabunt te.*] Id est, lapis non nocebit tibi, ac si Angeli sustentarent te, Joh. 5. 23. *Cum lapidibus & bestiis, &c. Dilectionem suam posuit.*] Verba Dei de te. *Salutem meam.*] Quando venit Christus vivificabo eum in resurrectione mortuorum. Observa, quod totus Psalmus est sancti fiducia, & est de liberatione solùm à rebus nocivis, ideo illum appellant, Canticum de accidentibus, Rabbo. Et est arcanum magnum intelligentibus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 91.*

Tu qui sedes.] Sermo est ad Deum, Audi me, *Tu qui sedes in secreto*, Altissimus ille. *Dicam tibi de Domino.*] Mosch forsan composuit hunc Psalmum. *A peste.*] Ut Moses, quando Ægyptii peribant, יקוש, Paul vel Toar, ut עצום. *Laqueo.*] Gladio, quia meminit *clypei* posteà, contrà gladium. Vel, *A peste quæ est.*] Subitò, ab הוה. *Cum plumis.*] Sicut Aquila super pullos, Deut. 32. 11. *Clypeus, & id quod circundat te.*] Ut Genes. 34. 10. *Circundate terram.* idem, in Targum. *Terrorem.*] Accidentia noctis terribilia מקורות. *In tenebris.*] Est pestis quædam à frigore orta, & occidit in nocte. *In meridie.*] Pestis quæ à calore est causata: ישור, cum Shurec, ut ירוץ. *Mercedem impiorum.*] Secundum opera sua. יאנה, sic Exod. 21. 13. *Deus tradet eum in manus suas. Nulla plaga.*] Deus fecit separationem inter domos Israelit. & Ægyptiorum, Exod. 11. 7. & tutus eris, quasi ab Angelis sustentatus & lapidibus confœderatus, Job 5. *Super leonem.*] Ut Job 5. 23. *Eris in fœdere cum bestiis*, ita ut conculcabis in eas sine nocumento; Est similitudo, ut Isai. 11. 9. *Non destruent in monte meo. Posuit in me amorem suum.*] Sermo Dei ad Angelos suos, ut Genes. 1. *Faciamus hominem. Honorabo illum.*] Quia non indigebit alio redemptore. *Longitudine dierum.*] Id est, numerum dierum suorum adimplebo. *Salutem meam.*] Quando anima sua est separata. Vel, Christum meum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal. 91.*

In secreto Altissimi.] Psalmus hic erat benedictio Mosis quando erat finitum tabernaculum. Vel, dixit, *Secreto*, quia videt Deus & non videtur, R. Jehudah be Rabbi Simon. Vel, in secreto, ut Moses in monte. *Et in umbrâ.*] Tabernaculi Bezaleelis. *Liberabit te.*] Sic respondit Spiritus sanctus ad Psalmistam. דבר.] Dicunt quod est Dæmon שר Dominium habet à quarta ad nonam horam, & à 17. in Tamuz ad nonam in Ab. R. Huna in nom. R. Josi.

Mille.] Angeli ante faciem tuam cadent. *Tabernacula.*] Quando Tabernaculum Dei erat ædificatum, tunc tuti à periculis habitabant, R. Johan. *Sustentabunt te.*] Ut dignitate superiorem, R. Josi. dixit R. Hanina in nom. R. Abohu in nom. R. Joh. quod Angeli Jacobum in Syriam vehebant, Gen. 28. *Super leonem.*] Quando Noah erat in Arca, serpentes intrepidus conculcabat. *Respondebo.*] In futuro, quando Israelitæ nomen Jehovæ intelligunt, & orant, & respondet Deus. R. Josua ben Levi in nom. R. Phineh. ben Jair. Vel, in tempore afflictionis semper respondet Deus. R. Isaac in nom. R. Acha. *Salutem meam.*] Salus Israel est salus Dei.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 91.*

Custodiet Deus ab omnibus malis innocentem. *A laqueo.*] Id est, consiliis impiorum. *A terrore nocturno.*] Id est, contingentia mala, quæ non prævidet homo, sicut sagittæ volantes subitò accidunt קטב.] Id est, Destructio per hostes. *Mille.*] Sicut in prælio Gogi. *Videbis.*] Sicut in Isa. 66. *Cadavera transgressorum videbunt, &c.* *Longitudinem dierum.*] In diebus Christi.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 91.*

Clypeus.] Sic dictus, quia circundat hominem penè ex omni parte, à סחור, sic Psal. 5. ult. *Destructione in meridie.*] Per dæmones ex improviso suffocantes. *Sagitta.*] קטב & דבר sunt nomina dæmoniorum, quæ nocte vel meridie nocent. *Cadent, vel, habitabunt mille.*] Id est, mille dæmones castra metantur in dextera tua sinistráque, sed non nocebunt tibi, quia curam habent tui boni Angeli, Heb. à נפל in Gen. 25. *Cadebat, vel, habitabat*, idem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 91.*

In umbra Altissimi.] In nubibus gloriæ. *Dicam Domino.*] David loquitur. *Liberabit te.*] O Solomo, fili mi. *Sagittâ.*] Angeli mortis. *Destructione.*] Dæmonibus. *Qui fecisti altissima habitationem tuam.*] Id est, tu refugium meum habitas in cœlis altis; Solomo sic respondit. *Malum non continget.*] Dominus respondet, & sic dicit. *In manibus.*] In potentia sua. *In lapidem.*] Malam concupiscentiam.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal. 91.*

Qui habitat, vel, permanet sanctus.] Ut Deus est sanctus; Totus liber est defectivus, exceptis 2. plenis, Psal. 2. 4. *Qui sedet in cœlis.* Psal. 22. 3. *Tu sedes sanctum, &c.* qui habitat in umbra Altissimi, est quasi in cœlis, tutissimus. *Remunerationes.*] Tria sunt defectiva. 2 Sam. 20. 19. *Ego sum de pacificis in Israel.* Hos. 9. 7. *Dies remunerationum appropinquat.* *Et Draconem.*] Est prophetia, ut Isa. 27. 1. Octo sunt, Exod. 7. 9. & Exod. 7. 10. *Projecit virgam.* Isa. 27. 1. *Visitabit Draconem.* Nehem. 2. 13. *Fontem Draconis.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 91.*

Prævidit quomodo Ezechia profligavit exercitum Assyriorum, Theod. sic in Syr. *A sagitta volante.*] Casu improviso,

Ut Horat. lib. 2. Od. 13.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas. Navita Bosphorum
Pœnus perhorrescit, neque ultra
Cæca timet aliunde fata.
——*sed improvisa lethi*
Vis rapuit, rapietque gentes.
(*Ut pisces rete*, Eccles. 9.)

Et Od. 17.

Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset, Mercurialium
Custos virorum, &c.

Peste contagiosâ.] Josue & Caleb soli erant servati, quando cæteri peribant inimici. 1. Prom. Vel, *Verbo aspero.*] Multi Christiani inter Paganos erubescant, & à verbo aspero recedentes à via, incidunt in laqueos diaboli, S. Aug. *Veritas sua erit clypeus.*] Dicit, *Veritas*, quia Deus promisit illis salutem, Num. 14. 24. *Dæmonio meridiano.*] Æstus persecutionis, Matth. 13. S. Aug. Vel, hominum insidiatores diaboli post cibum quasi ad prædam concurrunt, Theod. *Terrorem nocturnum.*] Pestia destruxit Egyptios nocte. Vel, leves tentationes in ignorantibus; *sagitta* in scientibus, quæ non sic urgent ut cogant, S. Aug. *Decem millia.*] Quia in 40. an. peribant omnes. Vel Assyrii, Theod. *Super leonem.*] Josue super Canaanit. 2. Prom. Papa Alexander ann. 1159. pronunciabat hunc versum, quando in cervicem Imperatoris Frederici Barbarossæ, Venetiæ conculcabat: Monstrant nobis tabulam, in qua inscriptus est hic versus, & Imperator respondit, Non tibi, sed Petro; replicabat Papa, Et mihi, & Petro. Eusebius applicat ad Christum hunc Psalmum, qui erat in deserto cum feris, à diabolo tentatus, & ab Angelis preservatus, Mat. 4. 6. *Leonem & Draconem.*] Utrámque potestatem habet diabolus, quando Martyres occidebantur Leo erat sæviens; quando Hæretici insidiantur Draco est surrepens, non te fregit Leo, non te decipiat Draco, S. Aug. De Jesu typico, & vero. S. Aug.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 91.*

Aspero verbo.] Ang. MS. Vulg. Gal. *La parole aspre* דבר. *Peste in tenebris.*] Id est, dæmone, Gobelyn. Ang. MS. Gal. *Le phantasme.* Et addit, *In nocte*, quia tunc eò magis timent homines. Ital. *Dæmonio meridiano.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Le diable de midy.* à קטב. Ital. Bruc. *De la buferà.* *Decem millia.*] Per Angelos destruentes, ut apparet in exercitu Sennacherib.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 91.*

Liberabit te.] Gr. vel me. Arab. Rom. Neb. Ethiop. *A morsu dæmonis insidiantis in meridie.*] Lat. MS. קטב. *Ad te non appropinquabit.*] Ut in Psa. 32. *Flumina aquarum fortium* ad illum non appropinquabunt. *Super leonem.*] Herod. Thal. solertiâ divinitatis contingere debemus credere, quòd Leæna animal ferocissimum semel in vita unum pariat, nam unà cum fœtu emittit uterum; Catulus leoninus, cùm habeat ungues acutissimos, uterum lacerat & exulcerat, ita ut in fine nihil uteri relinquatur sanum; Et sic Viperæ alatíque Arabiæ serpentes ὑπόπτεροι, qui arbores thuriferas observant, & in via ad Egyptum sunt (Ut Isa. 30. *Onus bestiarum meridiei, &c.*) quum per paria coeunt, fœmina collum maris devorat, & filii matris matricem ambedunt, & sic pereunt mas & fœmina, & hoc modo in serpentes perniciosos homines dominantur, aliàs non esset hominibus vivendi facultas, οὐκ ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι. Herod. hæc tendunt ad literalem sensum.

Sect.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.* 91.

De Hezechia filio Davidis, & de victoria Christi. Par.edit. *Habitat*, vel, *gloriatur sub umbra.*] Syr. יתלונן ܡܬܓܢܐ ܘܡܫܬܒܗܪ משתבח Heb. ut Hezechia, qui sperans in Deum rebellabat in Sennacherib. *Dicit Domino, refugium meum est.*] Id est, ille qui est sub umbra ejus. *A peste ærumnosa*, vel, *verbo vanitatis.*] Syr.MS. ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܣܪܝܩܘܬܐ. Heb. דבר. Par.edit. id est, vanis Rabsacis gloriationibus, 2 Reg.18. *Veritas ejus cinget te quasi clypeus.*] Syr. נחדרך ܢܚܕܪܟ, Heb. סחרה. *A sagitta.*] Fame, ut dicitur, *Sagittas famis pessimas.*] *A peste*, vel, *verbo ambulante in tenebris.*] Syr. venit enim pestis per verbum Dei, & Angelus in tenebris nocturnis destruxit Sennacherib. exercitum totum, 2 Reg.18.19.c. *A destructione in meridie.*] קטב in Arab. קטוב, est species melancholiæ in Avicen. lib.3. Morbus hic accidit in mense Sheber, & ut fugiant humanam societatem efficit, & ut in monumentis pernoctent; nocte inveniuntur, die abscondunt sese, ad horam in uno loco non requiescunt, atra bilis corrumpitur in illis, motus ejus sunt diversi, fugit, & quò, nescit, ideóque dicitur קטוב, est res quæ variè movetur super aquas & inordinatè. Vel est bestia quæ non quiescit, & dicunt, quòd est mas ex vulpibus, מן אסעאלי. Vel dicimus, quòd est אלאסעאט, vel אלאשבאט, vel aliquid similius in nostris locis. Avicen.Heb.lib.tert. *A destructione*, vel, *spiritu.*] Syr.MS. ܡܢ ܪܘܚܐ Dei Angelo prædicto, vel vento flante. Par.edit. *Millia cadent.*] Omnes duces & validi in exercitu Sennacherib.180. millia. *Super leonem.*] Capitaneos Sennacherib. Vel, ut in Isa.11. *Non injuriâ afficient in sacro monte meo.* *Aspidem.*] Syr. ܚܪܡܢܐ Serpens biceps. Paris.edit. *Angelis præcipiet.*] Ne nocerent Hezechiæ & Israel, ut in Egypto, Exod.12. *Cùm Angelus videbat sanguinem, transiliit.* *Liberabo*, vel, *corroborabo illum.*] Syr. velut in 2 Sam. 2. *Arma ejus*, à חלץ. *Longitudine dierum.*] Nam 15. annos ampliùs Hezech. largitus est. *Honorificabo illum.* Nam Merodac Baladan, & alii, munera Hezechiæ miserunt, cùm umbra Solis retrogressa est. Hactenus de Hezechia; de Christo est dilucidius.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.*91.
Heb. Arab. 90.

Deus meus.] Ter dicit, & in Gen. Jacob accepit tres lapides, & unus in manu ejus erant. Mid. Till. sic est unitas in Trinitate. Nebiens. *A peste*, vel, *sermone impio*, vel, *dissentionis.*] Arab. من كلام الفتنة, sic in Psal. 31. *à contentione linguarum.* Heb. הוות, sic Psal.52. idem, *In impietate sua.* *Veritas*, vel, *Justitia ejus circumdabit te armis.*] Arab. يحوط بك عدله سلاحا, Justitia sua tuam innocentiam vindicabit; ut meridiem eam proferat, ut in Psal.37. *Neq; à reptili*, vel, *musca* —— *neq; à vento*, vel, *spiritu, qui corroboratur in meridie.*] Arab. ولا من دبيب ولا من الريح التي يشتد في الظهيرة, Locustæ Egypti Solem obscurabant, & quasi in tenebris ambulabant; erat etiam musca venenata ערוב, quam misit Deus, ut Canaanitas coram Josue expelleret, Exo.23. *Ostendam*, vel, *propè ipsum erit salus mea,*] Arab. ولديه خلاصي, ita ut eam oculis suis videbit.

Psalmus Cantici.

1 *In die sabbati. XCI. Heb. XCII.*

2 *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime;*

3 *Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem:*

4 *In decachordo, psalterio; cum cantico, in cithara.*

5 *Quia delectâsti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.*

6 *Quàm magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.*

7 *Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.*

8 *Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.*

Ut intereant in seculum seculi:

9 *Tu autem Altissimus in æternum Domine.*

10 *Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.*

11 *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia uberi.*

12 *Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.*

13 *Justus, ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

14 *Plantati in domo Domini, in atriis domûs Dei nostri florebunt.*

15 *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: & bene patientes erunt,*

16 *Ut annuncient:*

Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Sect.1. *Ex R. David. in Psal.*92.

Pro Sabbato.] Cantabant hunc Psalmum in Sanctuario in die Sabbati; dicunt Rabboth, quòd Adamus hunc Psalmum protulit, quando creatus erat vespera Sabbati, & posteà peccavit, & erat maledictus, & in hora duodecima diei sexti erat expulsus ab Edene,

dene, Deus benedictus venit ad judicium איפופסין mortis, Sabbatum supervenit, & Adam Eucharistias, quia erat liberatus à judicio mortis, profert. Derash R. Arama Non est in Cod. Cremon. In die Sabbati lex erat promulgata, R. Arama. *Bona est gratias agere.*] Dies Sabbati est in istum finem data super reliquas dies septimanæ, etenim in ea homo à negotiis mundanis vacat, & anima ab impedimentis corporeis in servitium Dei liberatur. *Misericordiam tuam.*] Nobis diem quietis largiendo. *Fidelitatem tuam.*] Continuando misericordiam tuam in omni tempore; & dicit, *Manè*, quia quolibet die septimanæ, in matutinis exit homo ad opus suum, ut Psal. 104. sed hodiè ad quietem, & ad delicias animæ & corporis resurgit. *In noctibus.*] Tunc otium habet homo, ut enarret Dei misericordias, magis quàm in diebus. Vel, dicit, *Noctibus*, id est, nocte sabbati, & nocte exitus sabbati, R. Arama. quia illa est etiam nox quietis, & plerunque usque ad manè, opus suum nemo aggreditur. Vel, *Nocte*, id est, captivitate, R. Arama. *Supra decem.*] עשור, melius est te laudare quam decem coelos & Angelos, sicut cithara, eos moventes, laudibus extollere, R. Arama. *Lætari me fecisti.*] Quando in opera creationis tuæ sabbato meditor, R. Arama. *Cogitationes tuæ sunt valdè profundæ.*] Quare ante Deus mundum haud creavit? nescimus rationem nisi sapientiam & beneplacitum suum, & dicit, *Profunda*, infrà, & *magna de suprà.* *Ignorat.*] Quod impii florent in hoc mundo, ut pereant in futuro, & cohæret vers. sequenti, ut Deut. 7. 10. *Remunerat hostes suos*, propter pauca bona opera in hac vita, ut propter multa opera flagitiosa eum funditus perimat in futura; attamen hic sunt multæ questiones difficiles, una est cui non respondebat Deus quando Moses Rabbinu dubitabat de adversitate justi, nisi quòd *Miserebor cujus miserebor*, Exod. 33. 19. Etiamsi non sit misericordia dignus, Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Vel, ignorant Gentes terræ זאת, hanc legem & repudiabant eam, R. Arama. *Altissimus es.*] Et providentiam in hæc inferiora exerces, licet hanc denegent Athei, quia impii sunt in prosperitate, sic Eccles. 5. 8. *Excelsus super excelsos observat*, & dies venit remunerationis secundùm opera, ut in Mal. 3. *Superbos beatos reputamus sed timentes Deum collocuti sunt, unus cum altero*, & addit, *tunc erit discrimen inter justos & impios*, id est, in diebus Christi quando peribunt omnes impii, ut hic dicit, *Ecce inimici tui peribunt.* Non est in Cod. Cremon. *Unctus sum.*] בלותי pro נבללתי à בלל, in Levit. 2. 4. Vel, unxi caput meum, verbum יוצא. *Cum oleo viridi.*] Denotat prosperitatem multam. Vel, oleum, hoc est, lex, sanctum illud oleum, R. Arama. *In Libano.*] Saltu in terra Israel. *Videbo aspicientes me.*] בשורי, id est, supra constellationes asperas ero; nam nemo propriè prospicit מביט, nisi de loco sublimi in inferiorem, R. Arama. *Multiplicabit.*] Valdè, à שגיא, in Job. 37. 23. *Præcellit viribus*, sic est in Targum pro רב. *Sicut palma.*] Quæ fructum usque ad 70. an. reddit, sed justi sunt arbor inversa, caput ejus instar radicis plantatur in coelo & exinde nutrimentum recipit, & sic in senectute rejuvenescit, R. Arama. *Plantati in domo Domini.*] Ibi sunt doctores & sapientes, & ibi manent justi ut discant scientiam, Isai. 11. 9. & Isai. 60. 21. In diebus Christi omnes erunt justi, & dicit, *In atriis*, quia populus est in atriis, sacerdotes in domo Dei ministrant. *Fructiferi erunt in senectute.*] Quia tunc temporis vivunt diutius, ut Isai. 65. 22. *Sicut dies arboris sunt dies populi mei*, & dies senectutis tunc, erunt ut dies juventutis hodie, ut Isai. 65. 20. *Puer morietur 100. an.* Si morietur 100. an. natus, dicent de eo mortuus est puer. *Deus est rectus.*] Quia in hoc sæculo claudicant homines, dubitantes de opere Dei quando vident prosperitatem impii, sed tunc, ut Mal. 4. 1. *Omnes impii ut palea*, & omnes confitebuntur quod Deus est *rectus*, & arcanum hoc (quando crescit scientia) revelabitur, nempè, *Quare prosperantur impii.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 92.*

Pro die sabbati.] Erat in sabbato canendus. *Gratias agere.*] In corde, vel ore בלב. *Canere laudes.*] Instrumento. *Nomini tuo ô Altissime*, vel *nomini altissimo.*] יהוה. *Ostendere.*] Aliis. *Noctibus.*] Pro more, ut Psal. 57. 8. *Evigilare faciam Auroram*, & Psal. 119. *Media nocte resurgam, &c. Super solennem sonum.*] הגיון נועם, Vel, est instrumenti species. *In operibus.*] Sex dierum, Genes. 1. & anno septimo legem totam audiendo, ut Deut. 31. &c. *Magna.*] Id est, alta, quia sequitur *profunda*, nempè, respectu hominis. *Bestia.*] Sine omni scientia. *Stultus.*] Qui secundùm suam scientiam vivere nolit, ut Psal. 49. 20. *Perit sapiens similitèr stultus & bestia.* Vel, *stultus* & *bestia* sunt idem sensus. *Es Altissimus.*] Ita ut bestia intelligere secretum tuum nequit, מרום, Beth deficit, vel pro לרום. *Ecce inimici.*] Repetit bis ad corroborandum, vel, quia multis vicibus in visione, perditionem eorum prævidebat. *Sicut cornua.*] Regum terræ altissimorum, vel cornua capitis mei sunt inuncta. *Oleo viridi.*] Ex myrrha fluida, &c. *Audiet auris mea.*] Ruinam eorum, quia non sunt à me longinqui. *Justus florebit.*] Dicit, *Justus* in singulari, quia pauci sunt justi, sed de impiis in plurali loquitur, quia multi sunt. *Sicut palma.*] In fructu, & duratione. *Cedrus.*] In radice firmâ, sed impii sunt sicut gramen quod citò evanescit. *Plantati in domo Domini.*] Sacerdotes & Levitæ, הכהנים. *In senectute.*] Senes ex illis erunt à Deo valdè benedicti. *Bonus est.*] Ergà bonos. *Non est in illo injustitia.*] In disperdendis impiis.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 92.*

In diem sabbati.] In sabbato omnia erant dupla, Duo Agni, Num. 28. Duo Homer, Exod. 16. Duplex poena, מות ויומת, Duplex merces, Isai. 58. Duæ admonitiones, זכור שמור, Duo Psalmi שיר מזמור septem coelos ego feci & ex illis, Elegi supremum, ערבות in meam habitationem, Psal. 68. septem etiam maria, & septem dies & septem annos, ex quibus septimum elegi. *Sabbati.*] In eo vestibus mundis, cibis & canticis Deus celebratur. *Canticum.*] Ad sextam horam in vespera sabbati, intrabat Adam in Paradisum & tunc Angeli hoc canticum cecinerunt. *In diem sabbati.*] In quâ non est nox vel obscuritas; quia de sabbato *erat vespera* sicut de cæteris diebus, Genes. 1. non reperitur, R. Levi. ideoque Deus inter sacrum & prophanum per ignem ex lapidum duorum repercussione secernit. Vel, *In diem cessationis.*] Cessant bella & omnia nociva, de futuro. *In matutino.*]

tino.] In fæculo futuro. *Decachordo* עשור] Cithara cum decem chordis: Fœdus cum decem præceptis: Benedictio Dei cum decem. *Gaudere me fecisti.*] Sic dixit Adam, Deus gaudia horti Edenis mihi dedit intueri. *Stultus*, כסיל] Qui est in rebus mundanis sed non cœlestibus, excercitatus. *Palma.*] In aspectu pulchra & fructu dulcis. *Cedrus.*] Cujus radices fixę in terrâ & à ventis non eradicantur, sic Israel, à Gentibus est immobilis; Cedrus est omnibus arboribus stabilimior, sic Israel. *In domo Domini.*] Id est, pueri in domo scribæ. R. Hanan. bar Pazi.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 92.*

Ostendit intentionem Dei in precepto Sabbati. *Bonus est.*] Id est, dies sabbati bonus est, ut in eo Deum celebremus. *Mane.*] In prosperitate. *Opere tuo.*] Creationis. *Florent* יציצו.] Id est, impii florem sine fructu perfecto ostentant. *Sicut palma* כתמר.] In statura procera, & fructu bonorum operum laudabili. *Sicut cedrus.*] In odore boni nominis. *In canitie* בשיבה.] Tunc eò magis in sapientia sunt provecti. *Deus est rectus.*] Etiam in prosperitate impiorum. *Non est iniquitas.*] Erga justos, cum eos punit.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 92.*

Canticum.] Levitarum. *Pro die sabbati.*] Etiam de fæculo Christi futuro, quod totum est sabbatum כלו שבת, Midras de Adam est in MS. non in Venet. *Mane.*] Die redemptionis. *Psalterium.*] נבל, Cithara 10. chordarum. *Bestia ignorat.*] Non credit hoc quòd impii florentes subitò erunt excisi. *Palma.*] Fructu. *Cedrus.*] Truncum mutando & renovando.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 92.*

Pro sabbato.] Psalmus quem dixit Adamus in sabbato. *Altissimus es.*] In hoc fæculo. *Et in æternum.*] In fæculo futuro. *Erunt dispersi.*] In fæculo futuro à societate justorum, ut Psal. 1. ult. *Cornu.*] Robur meum, ut Amos. 6. *Cornua.* Vel, honor meus. *Sicut Cedrus.*] Radice. *Plantati sunt.*] Filii ejus in domo Dei.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 92.*

In noctibus.] In lectis, ut Psal. 4. & Psal. 149. Quatuor sunt plena, Cant. 3. 1. *In nocte, in lecto meo.* Psal. 134. 1. *In noctibus benedicite.* Cant. 3. 8. *Propter terrorem noctis*, eum qui de terrore nocturno custodit, celebrate. *Cum meditatione.*] Duo sunt, Psal. 9. 17. *Higgaion Selah.* *Non est in illo injustitia.*] In judiciis suis; Tria sunt, Hos. 10. 13. *Arastis iniquitatem*, Ezech. 28. 15. *Perfectus es in viis tuis.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal. 92.*

Die sabbati.] Requie cœlesti, quia Psalmus justorum præmium & impiorum supplicium præcinit, Theod. *Pro die sabbati.*] Usi sunt hoc Psalmo antiquitùs in feriali officio sabbati, erant alii Psalmi pro prima, tertia, quarta, &c. Sabbati, ut ex Græco apparet. Erat hic dies festus in memoriam creationis mundi, observabant etiam prisci, dies natalitios suos, & aliorum. Ut Horat. Mæcenatis, cum vinis novem annorum, unguentis, coronis.

Lib. 4. Od. 11.

Est mihi nonum superantis annum
Plenus Albani (hodie dicitur, Ital. *Vino Albano*, propè Neapolim) *cadus est in horto;*
Phylli nectendis apium coronis
(Psalmus 65. *Coronas annum, &c.*)
Est edera vis.
——*ara, castis*
Vincta verbenis (herbis) *avet immolato*
Spargier agno.
(Ut Num. 28. *Duo agni.*)
Ut tamen noris quibus advoceris
Gaudiis, idus tibi sunt agenda,
Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem:
Jure solennis mihi, sanctiorque
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce Mecænas meus affluentes
Ordinat annos.

[Sic Pharao, & Herod, Persæ, ἡμέρην δὲ ἀπασέων, &c. Herod. in Clio. Vel, pro sabbato Evangelii] à legis ceremoniis, Heb. 4. 9. σαββατισμὸς. *Manè.*] Gratias agere pro Christo, ut 1 Thessal. 5. *In omni tempore gratias agentes*, & ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, id est, semper habentes cor seu spiritum preces fundentem, etiam in somno cor orat, quia anima non dormit; animæ ut Angeli sunt vigiles, עירים, Dan. 4. desiderium semper est in corde pio, licet non in actu elicito. *Nocte.*] Pindar. Nem. Od. 6. Noctivagos choros, antiqui pervigilia in Deorum honorem observabant; sic Egyptii accendebant lucernas, festumque dicitur λυχνοκαΐη, Herod. in Euterpe. Mos ab Hebræis ortus, in tabernaculo tota nocte accendebant lucernas & in festo Paschæ canticum erat nocte, Isai. 30. R. David. nocteque sabbatum sequente, præcedente, & quando ibant ad tria festa. Psal. 42. 9. *Nocte canticum ejus erat mecum.* Et Job. 3. *Ne sit in ea vox lætitia.* *Opere tuo.*] Redemptionis. 1. Caus. *Valdè profunda.*] Ut 1 Corin. 2. 10. *Profunda Dei scrutatur*, nempè, de Christi resurrectione. *Bestia.*] Ut 1 Corin. 2. 14. ψυχικὸς *Homo non discernit res divinas.* 2. 3. Caus. *Altissimus.*] De regno Christi. 4. Caus. *Sicut fœnum.*] Non te delectet viriditas, sed time ariditatem. S. Aug. *Cum oleo novo.*] Ut Heb. 1. 9. *Oleo lætitia*, vide Psal. 23. & 132. Vel, oleo pingui, ut quoddam oleum in voluntatem fiam, Theod. *Senectus mea.*] Gr. ut de Mose dicitur in senectute, *Vigor naturalis ejus non deficiebat*, Deut. 34. Vel, Senectus, id est, novissima Christi erunt in lætitia. S. Aug. Vel, opposit ad fœnum. S. Aug. *Sicut palma.*] Ut turba palmifera triumphans. Apoc. 7. 9. Vel, *Occultè*, sicut arbor, homine non advertente.

Horat. Lib. 1. Od. 12.

Crescit occulto velut arbor ævo
Fama Marcelli: (quinquies Consule.)

Et Herod. Melp. ad locum quendam sunt palmę speciosæ, & fructiferæ omnes, palmulasque præmaturas ad solem siccantes maturescunt, & deinde lacte maceratas sorbillant. Eucharistia pro Evangelio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 92.*

In die sabbati. Ital. Bruc. *Senectus mea cum abundanti misericordia.*] Ang. MS. Vul. Gal. *Ma viellesse*, à בלותי, in Genes. 18. Vel, *Con olio verde.*]

Hisp.

Hisp. Ital. id est, hæreditate in cœlis immarcescibili, 1 Pet. 1. Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 92.*

Et apparuerint.] Vulg. Gr. ἀνατείλωσι, יציצו à ציץ corona, vel splendor auri, ut Psal. 132. ult. in R. David. *Cornu meum.*] Juventus, quia *senectus* sequitur, ut Job. 16. *Pollui in pulvere cornu meum.* Vel, senectus est corona & ornamentum in via justitiæ, in Prov.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 92.*

De ministerio Sacerdotum, [illegible], & sacrificiis eorum matutinis. Paris. edit. Est quartus Articulus Inscriptionis Sinicæ (de qua vid. in Psal. 22. in Syr.) septenis diebus ministri semel ad animam à peccatis purgandam, sacra faciunt, septies in die orationes facientes, ut Psal. 119. Jejunia colunt, &c. In anno 12. *Cum quon.* 7. mense Autumni, id est, in anno Christi 636. rescripsit in hunc modum, invenimus doctrinam Evangelii excellentem, & sine strepitu exteriori in creatione mundi principaliter fundatam; præcepit ut extruerent Ecclesiam magnam, eique deputarent 21. ministros: In anno Christi 651. Evangelium per decem provincias regni Sinensis promulgata est, Ecclesiis omnes urbes replebantur; Anno 713. quidam privati homines in *Sienò* ausi sunt sanctam legem nostram vituperari: Anno 719. rex dictus Hiven chum chi taon quinque regulis præcepit, ut in persona fœlicem domum adirent; Anno 745. alius appulit Chinam ex Judæa nomine *Kie Hò*: Anno 764. rex *Tai cum ven* Festo natalis Christi singulis annis gratias egit, &c. Hæc in descriptione Sinica in lapide, 1018. Caracteribus comprehensa, apud P. Athanas. Kircher. Est de ministerio Sacerdotum, &c. ut in Titulo Syr. in hoc loco. *In noctibus.*] In occasu Solis apparet fidelitas tua; & in ortu ejus manè. *Super, vel, ego pulsabo lyram decem chordarum.*] Syr. [illegible]. Heb. עלי, id est, ad me pertinet; cum affixo Jod. *Hæc nescit insipiens.*] Quòd improbi subitò peribunt. *Florent, vel, ad perditionem evolant.*] יציצו à ציצה in Jer. 48. 9. Vel à נצא in Syr. in Psal. 27. Vel, *Coronati sunt.*] à ציץ corona, in Jer. 48. in Syr. MS. *Unctus cum oleo dulci.*] Syr. Heb. בלותי. *In senectute sua.*] Quando arbores fructum ferre desinunt; à dissimil. *Pingues & dulces.*] Syr. intrà succum habent, odorem extrà.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 92. Heb. Arab. 91.*

In die Sabbati.] Arab MS. Vulg. *Bona est gratiarum actio —— ut manifestes in matutinis misericordiam tuam.*] Arab. لتظهر. Qui gratias agit pro veteri, ad novam aptè dispositus est misericordiam; & dicit, *In matutinis*, ut in Lam. 3. *Nova sunt Dei misericordiæ in matutinis.* הגיון, id est, cum exultatione ego pulsabo. Arab. مع الهليل. *Et ad senectam meam (erit) unguentum suave.*] Id est, prosperitas hæc in senectute, ut unguentum suave me exhilarabit; & dicit, *Senectam*, quia senes sunt naturâ debiles, sed gratiâ Dei virides; Et in Psal. 71. *Ne projicias me in tempore senectutis. Florebunt, vel, narrabunt in senectute.*] Arab. beneficia, quæ per totam vitam in eos contulit. Arab. ويخبرون. Heb. ינובון à ניב *fructus labiorum*, Isa. 57.

Laus Cantici ipsi David in die ante Sabbatum, quando fundata est terra. XCII. Heb. XCIII.

1 *DOminus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.*

Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.

2 *Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.*

3 *Elevaverunt flumina Domine: elevaverunt flumina vocem suam.*

4 *Elevaverunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.*

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

5 *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis; domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 93.*

OMnes Psalmi usque ad 101. sunt de diebus Christi. *Amictus majestate.*] Et reges terræ non ampliùs elevabunt se, ut Nebuchad. Isa. 14. 14. *Ero similis Altissimo*; & Pharao, qui dixit, Ezek. 29. 3. *Flumen est meum*; & rex Tyri dixit, *Ego sum Deus*, Ezech. 28. 2. sed omnes tunc agnoscent, quòd Dominus solus est rex in tota terra, Zach. 14. 9. *Non movebitur.*] Quia cessant bella, opposit ad illud Isa. 24. 20. *Terra movetur ut ebrius*, id est, respectu bellorum. *Ex tunc.*] Id est, à tempore quo Moses cecinit, & mare erat scissum, æternitatem Dei novimus, Exod. 15. 1. R. Arama. *Flumina.*] Reges cum Gog, ut Isa. 8. 7. *Aquas fluminis multas*, id est, populos multos. דכים à frangendo, sic dicti sunt fluctus, ut Psal. 51. 8. *Ossa quæ fregisti*, idem. Vel, flumina & aquæ maris rubri vociferabant in transitu Israel, R. Arama. *Testimonia tua.*] Per Prophetas tuas de regno tuo, valdè vera apparebunt, ita ut nemo dubitabit. *Sanctitas decet domum tuam.*] Non ampliùs prophanabitur. Vel, *Sanctitas domus tuæ erit desiderabilis.*] Desiderabunt omnes adire domum tuam, ut Isa. 2. 2. & Isa. 66. 23. *Omnis caro veniet, &c.* נאוה à תאוה desiderium, Aleph movetur cum Pathac Hateph, reliqua quiescunt. Vel, omnes tunc desiderabunt esse sancti, sicut domus tua est sancta. Vel testimonia legis post exitum promulgatæ, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 93.*

לבש verbum præteriti. *Amictus majestate.*] Sicut reges qui sunt vestibus regiis induti, & sedent in throno

throno gloriæ, sic Deus est supra omnes creaturas in cœlo & in terra, marique hic nominatis supereminens. *Stabilit.*] Terra est ut centrum in medio circuli, & per potentiam Dei est immobilis; דכים à דכא frangere, ut Psal. 90. 2. *Potentior est in excelsis.*] In cœlis, ostendit quòd cœli sonum faciunt supra sonum aquarum (sed hanc vocem non audiunt surdi) ut Ezech. 1. 24. *Sicut vox aquarum multarum.* *Testimonia tua sunt certa.*] Ut Psal. 19. 1. *Cœli enarrant*, sunt testes Dei, sed lex Dei est testis certior. *Decet domum tuam quæ est in æternum.*] Id est, inferiorem in terra, sicut Thronum in cœlis prædictum. Vel, *Sit in æternum.*] Oratio, ut domus Dei in æternum permaneat.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 93.*

Thronus tuus.] De septem cogitabat Deus antequam mundum creabat, de Christo, Psal. 72. de lege, Prov. 8. de Israele, de Sanctuario, Jer. 17. de pœnitentia, Psal. 90. *Flumina.*] Gehennæ. Vel, Pelistæorum. Vel aquæ, quæ pertingebant usque ad thronum gloriæ, Gen. 1. *Spiritus movebatur super faciem aquarum*, R. Berech. ben Azai. *Fluctus suos* דכים.] Id est, regna terræ Israel per afflictiones confringunt, à דכא in Psal. 90. *Multarum.*] Habet Deus duas legiones aquarum, superiorum & inferiorum. *Testimonia tua.*] Sunt in Deo 13. proprietates, R. Simon. Exod. 34. R. Hesda dixit ad Misericordiam adorandum est, sicut Moses incurvabat se, Exod. 34. R. Eliezer ben Jacob. dixit ad Longanimitatem.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 93.*

Oratio pro redemptione. *Excellentiam.*] Super Pharao, in Exod. 15. 1. *Stabilit terram.*] Non destruit sicut in diluvio. *Flumina vocem elevant.*] In desolatione templi secundi, sicut in Psal. 74. שאגו *Vocem edunt, &c.* *Testimonia tua.*] De redemptione, ut in Deut. 30. 1. &c. *Sanctitas.*] Quia locus iste erat per oblationem Isaac consecratus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 93.*

Decet נאוה.] Omne נאוה in Scriptura absque Aleph pronunciatur, quia est ex נוה, sed hæc vox pronunciat Aleph. *Testimonia tua sunt veracia valdè erga domum tuam quæ est decora in sanctitate.*] Id est, quicquid per Prophetas tuas de domo tua & populo prædixisti verum est, & tempestivum habebit complementum.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 93.*

Quodlibet eorum est sanctum, & decet domum tuam.] Quodlibet testimoniorum tuorum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 93.*

Tonitru aquarum multarum.] Sex scribuntur absque Vau priori, Exod 9. 29. *Tonitrua cessabunt*, Exod. 9. 33. 1 Sam. 12. 17. *Tonitru mittet*, Job. 28. 26. *Pro fulguribus tonitrus*, Job. 38. 25. & quatuor scribuntur defectivè defectiva, sine utroque Vau. *In sæculum*, vel, *in longitudine dierum.*] Tria sunt, Psal. 23. 6. *In domo Dei*, id est, quia sanctus est iste locus.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 93.*

Die ante Sabbatum.] Die sexto, in quo creatus erat homo, & per Christum (de quo hic Psalmus) in sexto sæculo recreatus, S. Aug. *Regnat.*] 1000. ann. ut Apoc. 20. 4. 1. Caus. *Ex tunc.*] Gr. Vulg. de initio creationis, & usque in æternum. 2. Caus. *Flumina.*] Tumultuantes populi, ut Apoc. 17. 15. *Aquæ sunt populi, &c.* Vel, sacros Apostolos, Theodoret. 3. Caus. *Testimonia tua fidelia.*] Dixit, *vici mundum*, gaudete, cùm sævit mare, & rabidi fremunt, & pressuras patimur, S. Aug. *Sanctitas decet.*] Ut Isa. 60. *Tunc omnes erunt justi.* *Domum tuam.*] Fidelium cœtum, Theodor. ut Heb. 3. *Domus ejus vos estis.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 93.*

Die Sabbatum antecedente. Ang. MS. Bodlei. Gal. *Levant le Sabbath.* *Flumina.*] In comparatione ad Deum non habent efficaciam. Ital. *Fluctus suos.*] *Sus ondas.* Hisp. Ital. Bruc. *L' aperture loro*, id est, erumpunt violenter, ut Cataractæ. *Domui tuæ.*] Servis tuis. Ital. ut Heb. 3. *Cujus domus vos estis*, & 1 Tim. 3. *In domo Dei viventis*, id est, Ecclesia fidelium.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 93.*

In diem Sabbati.] Quando requievit Christi corpus in sepulchro, ὡς τῷ μνήματι κοίτης, & mortem evacuavit, & sic terram de novo, quasi fundavit; sed Judæus, hostis corporis Christi non recipit hos titulos, Greg. Nyss. Vel, in die ante Sabbatum, cùm fundata erat terra. Lat. MS. *Sedes tua ex tunc.*] Gr. Vulg. est fixa, sed tu es ab æterno. דכים, id est, gurgites suos. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 93.*

De ministerio Domini. Par. edit. id est, in domo ejus, ut Psal. 92. *Ab antiquo tempore*, vel, *à principio.*] Syr. ܡܢ ܩܕܝܡ מן קדים, Heb. מאז.

Fluctus suos, vel, *cum puritate propter sonitum multarum aquarum.*] Syr. ܕܟܝܘܬܐ ܡܢ ܩܠܐ ܕܡܝܐ ܣܓܝܐܐ, Heb. דכים. דכיותא, per motionem enim suam dulces conservantur. *Fluctus maris potentes sunt, & ita in alto Dominus laudatur.*] Syr. qui eos tranquillos reddere queat. *Testimonia tua fidelia sunt.*] Verba tua, sicut & opera tua, quorum supra fit mentio, & ita conjunguntur. Vel testimonia tua in Gen. 1. *Dixit, Congregentur aquæ in unum locum, & appareat arida, & sic factum erat:* Dictum hoc fidele est, & stabile, nam terra adhuc permanet arida, & fluctus marini ad littus arenosum confringuntur, prout dixit in Job 38. *Hucusq; & non ulterius, &c.* Syr. ܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 93.*
Heb. Arab. 92.

In die ante Sabbatum.] Vulg. Gr. id est, Parasceve. Vel, locutus est eum in laudem, quando terra quievit in diem Sabbati. Arab. MS. id est, propter Sabbatum; & dicit, *Requievit*, quia Dominus requievit die septimo, Gen. 2. & terra ab arando in Sabbato, Exod. 34. *Firmavit orbem.*] Ut Gen. 2. 2. *Die septimo complevisset Deus omnia opera sua, &c.* *A tunc*, vel, *à sæculis est sedes tua.*] Arab. منذ الدهور, post creationem sedet Deus ut rex, mundum gubernando. *Sanctitas*, vel, *laudatio decet Ecclesiam tuam.*] Arab. اللهم لبيعتك يحق التسبيح decet Ecclesiam tuam te ob opera creationis & providentiæ perpetuis laudibus, præcipuè in die Sabbati celebrare, ut Psal. 92. 1, 2. per totum.

Psalmus ipsi David,
Quarta Sabbati. XCIII. Heb. XCIIII.

1 *DEus ultionum Dominus: Deus ultionum liberè egit.*

2 *Exaltare qui judicas terram: redde retributionem superbis.*

3 *Usquequò peccatores Domine, usquequò peccatores gloriabuntur?*

4 *Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur injustitiam?*

5 *Populum tuum Domine humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt.*

6 *Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.*

7 *Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.*

8 *Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.*

9 *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?*

10 *Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?*

11 *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.*

12 *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:*

13 *Ut mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.*

14 *Quia non repellet Dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet.*

15 *Quoadusque justitia convertatur in judicium: & qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.*

16 *Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?*

17 *Nisi quia Dominus adjuvit me: paulominus habitâsset in inferno anima mea.*

18 *Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adjuvabat me.*

19 *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

20 *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?*

21 *Captabunt in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabunt.*

22 *Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adjutorium spei meæ.*

23 *Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 94.*

ORat pro redemptione de Babel, in Cod. Cremon. מבבל & vindictâ in impios, ut Mal. 4.1. *Omnes superbi, ut palea. Leva teipsum.*] Ut dixisti, Isa. 33.10. *Nunc levabo meipsum*, ut cognoscant superbi esse Deum illis superiorem. *Quousque?*] Durabit hæc captivitas. *Affligunt hæreditatem tuam.*] Illos ex Israel, qui sunt in favore principum, hos solùm opprimunt, sed orphanos & viduas, quæ non habent adjutores, hos occidunt. *Peregrinum.*] Israelitam, qui venit ad peregrinandum in urbe, ubi non priùs habitabant patres sui. *Nonne exaudiet?*] Verba vestra contra Deum, & populum suum prolata, quoniam præparavit facultates sensibiles; Opinio Rambam & Ab. Ezræ. Non est in Cod. Cremon. *Castigat gentes?*] Nonne audivistis traditionem, quòd Deus adduxit diluvium in mundum, & ignem in Sodom, & quomodo cogitatis, quòd opera vestra ignorat? *Vana sunt.*] Quando cogitat homo, Deum qui scientiam largitur, ignorare cogitationes. Vel, *Sunt vana*] Quia cogitat homo de proposito suo perficiendo, sed Deus illud reddit irritum. *Beatus est.*] Quia tu castigas nos in bonum; Est responsum ad calumniatores nostros, ut Deut. 8.5. *Sicut pater castigat filium*; Et Deut. 8. *Ad benefaciendum tibi in fine*, & hîc dicitur, *ut facias eum requiescere, &c. Doces de lege tua.*] Ut resipiscat & serviat tibi corde perfecto. R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. *Ut facias eum requiescere.*] Quando impii sunt in afflictione demersi. *Donec fodiatur fovea.*] Donec moriatur impius, servabit Deus justum è manu sua, & quando moritur, non opus est. Vel, *dies mali* sunt senectutis, Eccles. 12.1. & tunc fovea est pro impio effossa, R. Arama. *Redibit ad justitiam.*] Dicis, *redibit*, quia impii in dies multos ea separaverunt, R. Jos. Cimchi. Vel, judicium erit in justos propter peccata, ut Isaac in senectute cæcutiebat. *Et post eum omnes recti corde.*] Merces eorum eos in sæculo futuro subsequitur, sed merces impiorum erit in hoc sæculo, Deut. 7.10. Derash Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Vel, quando impii judicia Dei inveniunt, tunc erunt omnes *recti corde*, R. Arama, *Quis consurget mecum?*] Nemo nisi Deus adjuvat Israel, & Moses Rabbinu promisit, Levit. 26.44. *In terra inimicorum non deseram vos, In excisione.*] Sepulchro, ut Hos. 4.5. *Exscindam matrem tuam*, à דמה. *Anima mea.*] Sensitiva, non rationalis, quæ non habitat in sepulchro. *Quando dixi.*] Si cogitaverim de lapsu pedis mei in captivitate Babel, misericordia tua nobiscum indies me sustentat: בבבל est in Cod. Cremon. non Venet. *Consolationes tuæ.*] Promissa redemptionis in Prophetis. ישעשעו Shin & Ain priora cum Pathac, sed pro more Ain est cum Sheva. ut in ידברו, sed est propter guttural. Ain. *Non associabitur tecum.*] Quia thronus tuus est thronus justitiæ & veritatis, non ut throni terreni; & verba Prophetarum tuarum adimplebuntur, sic Psal. 5.4. *Malum non habitabit tecum. Vel, Num associabitur tibi thronus iniquitatis?*] Quia impii dicunt, tu sedes in thronum excelsum, & hæc inferiora despicis, R. Arama. *Pro more.*] Mos eorum talis est, non sic tuus, à חקי in Prov. 30.8. *Cibo meæ consuetudinis*,

consuetudinis, & Jud. 11. 39. *Erat mos in Israel*, idem. Vel, *Formant iniquitatem super statutum.*] חק super unitatem essentiæ tuæ; nam dicunt Deus unus est, & quomodo hæc particularia innumerabilia cognoscat, Aram. *Contrà animam justi.*] Ad occidendam eam in foro judicii. *Congregant*, vel *feriunt contra animam justi.*] Id est, decreverunt eam morti, vel fœdus feriunt contrà eam, sed evadet ipse, & illi cadent; à גודו, in Dan. 4. 14. *Exscindite arborem*, idem.

Sect. 2. Ex Ab. Ezra in Psal. 94.

O Deus fortis in vindictis.] Eluceas, oramus. *Leva teipsum.*] Opposit. ad *superbos* in fine vers. nominat. *Quousque, quousque?*] Bis, quia de die in diem gloriantur. *Elevant seipsos.*] In corde suo, ab אמיר, *Ramus superior*, in Isai. 17. 6. & in Deut. 26. 17. *Elevasti Dominum, &c.* idem. *Non videt.*] Quia non habet oculum. *Nec animadvertet.*] Quia non habet aurem. *O Bestiæ inter populos.*] Dicit, *Inter*, quia de populis nulli tantum obbrutescunt. *Plantavit aurem.*] Dicit, *Plantavit*, quia auris est intrà caput, & sunt sicut duo puncta polorum in cœlo. נטע, est Poel. *Format oculum.*] Dicit, *Format*, quia sunt multæ formæ seu species in oculo continuò, & loquitur de aure priusquàm de oculo, quia in vers. 7. locutus est ultimò de *aure*, & pro more linguæ cum illo incipit, ut dicitur, *Dedi Esavo, &c. Ethnicos.*] In tempore diluvii, & Sodom; nonne puniet vos etiam licet multi sitis? *Qui docet scientiam.*] Novit Deus cogitationes, multò magis verba & opera. *Castigas Domine.*] Donec observet legem tuam. *A diebus mali.*] Id est, decretis (quæ de cœlo descendunt) ut Judicia in terra fiant, ut in Isai. *Creat malum. Donec fodiatur puteus pro impio.*] Opposit. *ad justum*, quia Deus est patiens האריך לו, versus impium longanimis, ei quietem & prosperitatem largiendo, donec fodiatur puteus pro illo. יכרה, in Masculino, cum שחת, Fœminino, vel est ab השחתה, & Tau est radicalis. *Non rejiciet populum suum.*] Hæreditatem suam, opposit. ad illud vers. 5. *Contundunt populum tuum. Redibit ad justitiam.*] Confitebitur tunc mundus justitiam Dei, licet impii per illam pereunt; in hoc mundo tendit justitia Dei in bonum publicum, & nocet aliquando privato, ut pluvia quæ descendit. *Quis insurget mecum?*] Sunt verba Psalmistæ, quia impii sunt violenti raptores. *Quando dixi.*] Quando timui lapsum pedis tunc Deus me sustentabat. *Cogitationum mearum.*] Tribulationes ab impiis. *Thronus iniquitatis?*] Id est, tu Deus, agere nequis iniquè, quare ergò impios iniquè agere permittis? Vox ab הוה, quia habent iniquitatem semper in corde, ut eam manu perficiant. *Congregat malitiam.*] Ut Amos. 7. 1, 2. *Congregabat locustas*, idem, R. Moseh, & eò magis, quia in proximo versu dicitur, *Impii congregant, &c. Per legem.*] Id est, consuetudinem, ut Psal. 148. *Legem*, vel *morem. Disperdet eos.*] Per iniquitatem quam in alios excogitant. *Disperdet.*] Bis dicit, id est, variis perditionis modis. *Sanguinem innocentem.*] Scil. meum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal 94.*

Deus vindictæ.] Caro & sanguis proclivis est ad vindictam, Deus vero iram suam cohibet בעל חמה, Nahum. 1. *Castigas.*] Tria sunt à Deo gratiosè data; Lex, terra Israel, & sæculum futurum, media obtinendi hæc sunt afflictiones, ut scriptum est, De lege, *Beatus ille vir quem castigas & ex lege tua doces.* De terra, in Deut. 8. *Sicut Pater castigat filium, &c.* De sæculo futuro, sicut sacrificia pacificant, sic afflictiones sunt *Via vitæ*, Prov. 6. & in Prov. 3. כאב, id est, *dolere facit*, R. Eliezer ben Jacob. R. Nathan. Deinde sacrificia sunt ex divitiis, sed afflictiones sunt in corpus, ideoque anteferendæ sunt. *A diebus mali.*] Die Judicii & mortis, R. Levi. Vel, principium anni & dies expiationum. Populus ejus עמי, qui faciunt voluntatem Dei. *Post eum.*] Id est, merces omnium rectorum sequitur quemlibet eorum, sed merces impiorum eis in hac vitâ præcedit. לולי, in omni loco est, vel propter justitiam Abrahami, R. Josua ben Levi. Zabdi ben Levi. Vel, propter justitiam legis, R. Levi. Vel, justitiam fidei, vel propter nomen ejus. R. Johan.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 94.*

Vindictam in illos qui destruebant templa Dei, suppliciter exoptat. *Vindicta* נקמות.] Id est, vindictâ templi primi, sicut in Jerem. 50. *Eluceas* הופיע.] Vindictâ secundi templi. *Quousque* עד מתי.] Reperit duabus vicibus propter templa bina. *Arroganter* עתק.] Sub primo, ut in Dan. 3. *Quis est iste Deus qui eripiat, &c. Exaltati.*] Sub secundo, quia dixit Titus, Deus eorum est in mari, ascendat in terram & pugnet mecum. [De Tito Vespasiano, omissis fabulis Judaicis, scribunt, quod dictus erat amor & deliciæ generis humani, fuit bellicosus, facundus, liberalis, clemens, dixit, O amici hunc diem perdidi, in quo aliquid notabile beneficium non egisset: Aliud etiam dixit, à præsentia principis ne discedat quis tristis, non occidet fratrem ei parantem insidias, sed successorem ejus eum nominavit. Sueton.] *Aurem*,] Uniuscujusque hominis particulariter. *Donec fodiatur* עד יכרת.] Id est, quando mensura impiorum est impleta, ut in Genes. 15. *Donec judicium redeat ad justitiam.*] Judicium impiorum ultimum post justitiam super Israel apparebit. *Post eam* אחריו.] Id est, post istam justitiam non derelinquet Deus rectos corde. *In silentio.*] Omni scientia destituta. *Cum statuto* עלי חק.] Id est, cum præceptis Dei iniquitatem copulant.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 94.*

Eluceas.] Ad exequendam vindictam in Esavum, & nostram captivitatem convertendam. *Occidunt orphanum.*] Israel, tu verò pater es orphani. *A diebus mali.*] In Gehenna, de qua, per castigationes præservatur. *Puteus.*] Gehennæ. *Ad justitiam.*] Id est, judicia in eos, justos efficiunt eos; & post castigationes suas, omnes recti ad recipiendam suam mercedem congregabuntur. *Thronus iniquitatis.*] Thronus Gentium, quæ legem ad projiciendos in Caminum ignis illos qui non serviebant diis alienis, promulgarunt; Non est in Venet. *Malitiam.*] Vel, imagines צלמים. *Per legem.*] Præcipientes aliis ut obediant.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 94.*

Triumphant.] Vel, habitant securè. *Qui instruit Gentes.*] Qui dat legem populo suo nonne castiga-

bit

bit eos pro suis peccatis? *Qui docet Adamo scientiam.*] Primo homini. *Post illud omnes recti corde.*] Redempti erunt postquàm judicium in impios exequatur, ut quando Egyptus satis plagis percutiebatur, tunc Israel erat redemptus. *Subito habitasset.*] In tempore parvo. *Congregant mala.*] Contrà vitam justorum.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 94.

Elucens.] Ut per legem datam, sic (ut olim) per mirabilia judicia; Tria sunt, Deut. 33. 2. *Eluxit de monte Baran.* Psal. 50. 1, 2. *Eluxit de Sione.* Job. 37. 15. *Et lucere facit lucem. Dura,* vel *superba.*] Quatuor sunt, 1 Sam. 2. 3. *Arrogantia.* Psal. 75. 5. *Duro collo.* Prov. 8. 8. cum Tseri. *Dominus.*] יה, Quatuor sunt cum Dages, in vers. 12. *Quem castigas Domine.* Psal. 118. 18. *Dominus castigavit me.* Psal. 118. 5. *Clamavi ad Dominum.* Dominus videt, audit, & pro peccatis, suos castigat. *Bestia.*] Duo sunt in duabus significationibus, Ezech. 21. 30. *In manus bestialium,* est defectiv. *Beatus quem, &c.*] Quia abundantia omnis boni perfruetur; Quatuor sunt, Psal. 127. 1. *Beatus vir qui habet pharetram repletam,* & *Beatus vir qui confidit in illum. Nisi fuisset adjutorium meum.*] Per legem suam & fidem; Septem sunt initium versus, Genes. 31. 42. *Nisi Deus.* Deut. 32. 27. *Nisi timuissem.* Isai. 1. 9. *Nisi Dominus.* Psal. 124. 2. Psal. 27. 13. *Nisi credidissem.* Psal. 119. 92. *Nisi lex tua. Format malitiam.*] Sicut Deus creat de nihilo; Quatuor sunt defectiva, in vers. 9. *Format oculum.*

Sect. 8. *Ex al. Auth. in Psal.* 94.

Non arguet?] Nonne castigabit vos? 1. Caus. *Donec fodiatur fovea.*] Illi requiescunt in sepulchris suis donec pereant impii; vel fovea perennis supplicii, Theod. *Justus redibit ad judicium & post eum omnes recti corde.*] Id est, in die judicii congregabuntur ad Christum, ut 2 Thessal. 2. 1. ἐπισυναγωγῆς. 2. Caus. Vel, Christus Sol justitiæ à Judæis denegatus, Theod. Vel, cum illo sunt vocati, fideles, & electi exequentes judicium, Apocal. 17. 14. Vel, in hac vita sequuntur Christum recti quando destruit impios. Vel, qui habent eam, omnes sunt recti corde. S. Aug. *Fingis dolorem.*] Sic voluisti eos erudire, August. Ille requiem pollicetur. Oratio pro ruina hostium.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 94.

De quartâ die hebdomadæ. Gal. *Quatriesme jour.* Ang. MS. *Requiem in malis diebus.*] In die judicii quiescit justus, & impius cadit in puteum. Vel castigat, quem amat, in juventute, ut quiescat in senectute infirma, in diebus ejus malis, ut Eccles. 12. *Antequam veniant dies mali* senectutis. *Ad justitiam.*] Ad locum suum redibit; licet defertur judicium non aufertur Ital. *Lege sive consuetudine.*] Ital. *Secondo il costume,* vel, *l'afflittioni secondo lo statuto.* Ital. Bruc. Dura statuta stabiliunt ad affligendum Dei populum. Hispan. Gal. *Labeur au commandement.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 94.

Quarta sabbati.] Gr. Lat. MS. in quinta Christus erat proditus, & Psalmista in hoc Psalmo invocat Deum ultorem ejus sanguinis. Greg. Nyss. *Liberè egit.*] Vulg. Gr. vel eluxit ad omnes per judicia sua μετὰ πάσης παῤῥησίας. *Finxit oculum.*] Christus curabat oculos & aures mirabiliter. Greg. Nyss. signumque ejus divinitatis unum erat stateris in ventre piscis prædicto, Matth. 17. ult. Herod. Thal. Piscem grandem Polycratis ministri rescindentes, εὑρίσκουσι ἐν τῇ νηδύϊ τὴν σφρηγῖδα, inveniunt in ejus alvo sigillum Polycratis quod in mare abjecisset. Herod. *Habitasset in inferno.*] Gr. Vulg. Lat. MS. ut in Jer. 17. *Scribentur in terra,* id est, cum mortuis, דומה, ut ארמה.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 94.

De societate Core & persecutione Ecclesiæ. Par. Edit. ܕܩܘܪܚ ܕܥܠ. *Bruta,* vel *stulti.*] Syr. ܣܟܠܐ, סכלא, ut in Psal. 49. *Stultus & bestia. Vanitas,* vel *vapor.*] Syr. להגא, ܠܗܓܐ, ut vita eorum est vapor, Jacob. 4. *Castigas —— donec fodiatur improbo fovea.*] Tunc liberatur justus & improbus in ejus loco succedit, ut Core cecidit in foveam, Num. 16. *Judicium revertetur ad justitiam.*] Id est, Justum judicium erit super improbos, Vel, *Ad justum.*] Syr. ܙܕܝܩܐ, זדיקא, id est, pro justo dabit Deus judicia, ut pro Mose & Aharon, Vel, post justum Deum sequitur judicium ejus. Par. Edit. ܘܙܕܝܩܐ ܕܘܟܐ. *In silentio,* vel *excisione.*] Syr. ܒܫܝܘܠ, Heb. דומה, à נדמה, in Hos. 4. *Contra legem.*] Contra legem tuam leges injustas faciunt, & tecum non associabunt. Syr. על נמוסך, ܥܠ ܢܡܘܣܟ, ut Core dixit *Omnes sancti sunt,* Num. 16. *Exscindet eos,* vel *silere faciet.*] In sepulchro loco silentii, quia terra absorbebat eos, Syr. ܢܫܬܩܘܢ ܐܢܘܢ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 94.
Heb. Arab. 93.

Quarta sabbati. Arab. MS. Vulg. *Transfiguratus est, & apparuit.*] Arab. تجلى وطهر, sicut quando in monte Christus erat transfiguratus, Matth. 17. sic ad judicium ultimum apparebit. *Donec redeat justitia ad judicium,* vel *veritatem suam.*] Arab. حتى يعود العدل الى حقه, id est, Justitia Dei tunc in die judicii revera sicut prædixit, apparebit. Dicit, *Judicium,* vel *Veritatem,* ut in Matth. 12. *Judicium,* id est, *Veritatem Gentibus,* scil. Evangelium. Vel, Justitia Dei in Christo revelatur quam omnes Christiani tecti corde in hoc sæculo sequuntur. *Anima mea habitasset in inferno.*] Arab. نفسي في الجحيم, Arab. Rom. Neb. Vulg. Gr. sic Psal. 116. & Psal. 18. *Dolores inferni. Qui fabricant peccatum contra legem tuam.*] Arab. الذين يختلقون الذنوب على شريعتك, id est, meditantur super cubilia sua iniquitatem, ut Micæ 2. 1. & contumaciter contrà legem tuam eam perpetrant. Vel, *Fingis laborem in precepto.*] Vulg. Gr. id est, tu Deus formas afflictiones, ut in Isai. *Ego creo malum, &c.*

Laus

Laus cantici ipsi David. XCIIII.
Heb. XCV.

1 *VEnite, exultemus Domino: jubilemus Deo salutari nostro.*

2 *Praeoccupemus faciem ejus in confessione: & in psalmis jubilemus ei.*

3 *Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos.*

4 *Quia in manu ejus sunt omnes fines terrae: & altitudines montium ipsius sunt:*

5 *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus ejus formaverunt.*

6 *Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.*

7 *Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascua ejus, & oves manus ejus.*

8 *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurate corda vestra;*

9 *Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea.*

10 *Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.*

11 *Et isti non cognoverunt vias meas: ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 95.*

IN hoc Psalmo sunt opera Dei generalia omnibus, & particularia Israeli, R. Arama. *Domino.*] Qui servavit nos in diebus Christi. *Venite.*] Haec vox aliquando notat diligentiam, non gressus realis incessum, ut Jer. 18. 18. *Venite, imaginemus, &c.* & Gen. 19. 32. *Venite, vinum eum epotare faciamus, &c. Praeparemus coram facie sua.*] à קדם in Deut. 23. *Non obviaverunt,* idem. *Cum Eucharistia.*] Pro beneficiis nobiscum. *Dominus est Deus magnus.*] Tunc erit omnibus notum, licet Athei Dei potentiam, vel providentiam denegent. *Super omnes deos.*] Exercitus coelorum, qui mundum sub Deo gubernant. *Inferiores terrae partes.*] Dictae מחקרי ab investigando, ut coeli suprà, sic terra infrà in manu Dei sunt, ut Jer. 31. 37. *Si fundamenta terrae investigari possint, &c.* & subjungit *altitudinem montium* profunditati terrę, sic Num. 23. 22. *Proceritatem Monocerotis,* idem. *Mare.*] Nunc meminit particularium, maris & aridę. *Praeparavit illud.*] Ut mari congregato in unum locum, animalia & plantae in terra degant; si haec omnia sunt in manu sua, facere queat quaecunque vult, & liberate nos de captivitate. *Adoremus.*] Cum toto corpore in terram prostrato, manibus, pedibúsque expansis, Arama. *Incurvemus.*] Cum capite, & parte corporis, ut noster mos est in benedictionibus, R. Arama. *Genuflectamus.*] Ut 2 Reg. 1. 13. *Super genua. Factorem.*] Vel exaltatorem, ut 1 Sam. 12. 6. *Fecit Mosen & Aharonem. Oves pascui.*] Nos hucusque enutrivit. *Oves manuum.*] Quia nos virgâ veritatis dirigit. *Hodiè.*] Eduxit nos de servitute, ut simus oves manuum suarum. *Si exaudietis vocem ejus, ne obdurate corda vestra.*] Ut patres vestri, qui eum in Rephidim immediatè post redemptionem tentabant. *In die tentationis.*] In Massah, Exod. 17. 1. *Contendebant cum Domino. Etiam viderunt opus meum.*] Dicit, *Etiam,* גם licet dedissem eis Manna & aquas, tamen tentabant me decies, Num. 14. 22. *Cum illis contendebam.*] קוטט in Rabboth. & Psal. 119. idem. *Vias meas.*] Signa quae edidi inter eos, vel juramentum meum, quod non intrarent in requiem meam, ignorabant, R. Arama. *Si.*] Est modus jurandi, sicut homo dicit, sit hoc vel illud, si hoc fuerit. *Requiem meam.*] Terram Israel, ut Deut. 12. *Ad requiem, & haereditatem nondum venistis.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 95.*

Praeveniamus] Offeramus coram eo sacrificium laudis. *Omnes deos.*] Angelos. *Profunditates terrae.*] חחקרי meminit *coelorum* anteà, nunc *terrae. Robur montium.*] Sic Num. 23. 22. *Robur Monocerotis,* idem. *Sicut in contentione.*] Quando dixerunt, Num. 14. 14. *Ducem constituamus, & redeamus. Hodiè.*] Dicit, *Hodiè,* quia antè dixit, *Venite, adoremus. Sicut in die tentationis.*] Ut Num. 14. 22. *Tentavistis me decies. Viderunt opera mea.*] Quia ceciderunt cadavera eorum; totum hoc est de negotio exploratorum. *Detestabar generationem illam.*] Ita ut inter primum & 40 annum, non locutus est Deus cum illis, nec est scripta in Pentateucho prophetia ulla ad Mosen; à נקטה Job. 10. 1. *Taedet me vitae. Requiem meam.*] Ut Isa. 66. 10. *Laetos illos faciam in domo mea orationis.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 95.*

Cum confessione בתודה.] Id est, cum canticis, propter perditionem impiorum. *Idola* אלילים.] Quia inducunt lamentationes (à יללה) in mundum. *Fecit illud.*] Et novit mensuram ejus. *Pecus.*] Tunc sumus populus ejus, non quando sumus leones, &c. *Tentabant.*] Decem tentationibus, Num 14. Duabus vicibus apud mare, Psal. 78. Duabus vicibus in coturnicibus, unâ in Manna, unâ in Vitulo, unâ in Paran, & unâ in Exploratoribus, & in Tabera, Massa, & Cibroth: & Abraham stetit in decem tentationibus; in Ur, in itinere ex Harane, in fame, Genes. 12. Duabus in re Sarę, cum Pharaone, & Abimelecho, in circumcisione, & foedere inter partitiones, Gen. 15. & in Isaaco, Gen. 22. & Ishmaele, Gen. 21.

Sect. 4. *Ex R Obad. Gaon. in Psal. 95.*

De congregatione captivorum ante adventum Christi, ut Israelitae, prout est in Ezech. resipiscant. *Praeveniamus.*] Ante diem Judicii. *Super omnes deos.*] Sic in Isa. 24. *Visitabit super exercitum excelsorum. Detestabar* אקוט.] Vel, id est, אריב *Contendebam cum illis, dicentes, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 95.*

Altitudines montium.] à עוף, *volucris* volans in altum. *Hodiè.*] In hoc mundo. *Opera mea.*] Signa in Egypto. *Requiem meam.*] Jerusalem, ut dicitur, *Haec est requies mea in aeternum,* Psal. 132.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal. 95.*

In requiem meam.] Sanctuarium, ut dicitur, *Est haec*

hac requies mea. Errant in cordibus.] Post Idola.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 95.*

Cum Psalmis.] In nocte, & pro redemptione per Christum; non reperitur iterum cum defectu Jod, & quatuor sunt plena, Isa. 24.16. *Cantica pro justis.* 2 Sam. 23.1. *Dulcis Psalmista Israelis.* Job. 35.10. *Dat cantica in nocte.* Psal. 119. *Statuta tua sunt cantica mea. Supra omnes deos.*] Tria sunt, Psal. 96.4. *Dignus laudari.* Psal. 97.9. *Vocem suam.*] Vocem Sacerdotis, Prophetæ, vel tonitrui; Quinque sunt defectiva in Prophetis & Cethubim, 1 Sam. 24.16. Psal. 18.13. *Dedit vocem suam.* Job. 37.2. Dan. 9.14. & tota lex similis est defectiv. excepto uno pleno, Exod. 28.35. *Vox ejus audietur. 40. Anni.*] Duo sunt initium versus, Deut. 25.3. 40. *plagas dabis*, & sunt de 14. paribus, quæ non recipiunt Vau in initio, & reliqua habent Vau. 40. pro 40, mensura pro mensura retribuetur.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 95.*

Laus cantici.] Hilaritatem quia cantus, devotionem quia laus, significat, August. De Josia Idola destruente, Theodoret. *Rex magnus.*] Omnia regna mundi sunt Domini, Apoc. 11.15. *Altitudines montium.*] Dei sunt, non pro Idolis, Theod. *Praeoccupemus faciem ejus.*] Vulg. gratias agamus pro veteribus, antequam videamus faciem suam illucentem super nos in novis beneficiis. *Ploremus.*] Lachrymis extingue flammam peccati, Aug. *Adoremus prostrati.*] Mos erat Judæorum, ut Mosis, Num. 16. & Nebuchad. coram Daniele, Dan. 2. & Persæ προσπίπτειν προσκυνέειν τὸν ἕτερον. Herod. Clio, & Syrorum Orat. quotid. fol. 6. [illegible], In templo tuo sancto adoremus. *Hodiè.*] Sic 2 Cor. 6.1. Nunc est tempus acceptum, dies salutis, Heb 3.7. *Ne indurate corda vestra.*] In incredulitate, ut Marc. 16. propter τὴν σκληροκαρδίαν. *In requiem meam.*] Sub Evangelio, à ceremoniis legis, cessando à propriis operibus.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 95.*

Anguli.] Vel, *L' investigations de la terra.* Ital. Bruc. Ipse omnia recondita terræ investigat. *Lo baxo y alto.* Hisp. ὕψωμα καὶ βάθος, Rom. 8. *Si audieritis.*] Eritis pascuum ejus. Ital. Bruc. Hisp. Vel, conjunge cum *ne obdurate*, ut in Heb. 3. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 95. 96. 97.* 103. carent inscriptionibus apud Hebræos. Greg. Nyss.

Praeoccupemus faciem ejus.] Vulg. Gr. id est, gratias agemus pro veteribus beneficiis, antequam reddet nova.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 95.*

Quando populus transivit Jordan. Par. edit. & innuit rejectionem Judæorum, dicendo, *Tædet me generationis hujus. Anticipemus faciem ejus.*] Diluculò ploremus, & oremus antequam templum Dei intraverimus; erat mos Judæorum (ut Hanna coràm Oraculo) & Syrorum Christianorum. Vide Orat. quotid. Syr. noctur. & diurn. ad portam templi dicunt, fol. 7. [illegible], Non sum præceps, ut intrarem in atria tua sancta, ideóque secundùm multam tuam misericordiam [illegible], Aperi mihi portam pœnitentiæ, cùm intravero portam tui templi, &c. Et pag. 8. est alia oratio ad introitum Ecclesiæ, [illegible]. *Profunda loca*, vel, *fundamenta.*] Syr. ideóque gentes terræ totius convertet. *Benedicamus.*] Syr. à ברך. *Viderunt opera mea quadraginta annis.*] Syr. velut in Heb. 3. in Syr. *Fastidio mihi fuit*, vel, *puduit me generationis istius.*] Judæorum scilicet, Syr. מאנח [illegible]. Heb. אקוט, velut in Ezech. 7. *Fastidio habete*, vel, *abscondite vosipses*, in Syr. MS. Vel, *Defessus fui.* Pœnitentiam agendo, à קצתי in Gen. 27.45. *Tædet me vitæ.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 95. Heb. Arab. 94.*

Altitudo montium.] Arab. علو. *Odivi illam generationem.*] Arab.

Canticum ipsi David.

1 *Quando domus ædificabatur post captivitatem.* (1 *Par.* 15.) *XCV. Heb. XCVI.*

Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

2 *Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus.*

3 *Annunciate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.*

4 *Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.*

5 *Quoniam omnes dii gentium dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.*

6 *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.*

7 *Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem.*

8 *Afferte Domino gloriam nomini ejus. Tollite hostias, & introite in atria ejus.*

9 *Adorate Dominum in atrio sancto ejus. Commoveatur à facie ejus universa terra.*

10 *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.*

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur: judicabit populos in æquitate.

11 *Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus:*

12 *Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum*

13 *A facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.*

Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Sect. 1.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 96.*

C*Antate.*] Sic quilibet cum socio suo colloquitur; & dicit, *Novum*, præter Psalmos scriptos composuit hunc, & 105. quando eduxit Arcam ex domo Obededom, est differentia in minimis; addit hic *Novum*, quia de redemptione est; שירה est semper in Fœmin. sed de redemptione futura est in Masculin. denotando quod prosperitas Israelis anteà erat momentanea & infirma ut Fœmina, sed in futuro, ut Mas corroborabitur, Derash Rabbo. Non est in Cod. Cremon. *De die in diem.*] Alia nova in primo auditu solum delectant, sed nova de redemptione de die in diem dulcescunt, ac si in eodem die redemptio fuisset operata. *Dii Gentium.*] Sol & stellæ sunt nihil אלילים, respectivè ad Deum. *Sunt gloria & honos ante eum.*] Stellæ dant gloriam Deo, ut Psal. 19. 1. *In sanctuario suo.*] In cœlis, ut 2 Chron. 30. 27. *In sanctum suum, in cœlum*, & dicit, *Honor est in illo*, quia cœli enarrant honorem Dei. *Date Domino.*] Ore. *Date.*] Opere, & adducite munera. *Date Domino.*] Cum instrumento. *In decore sanctitatis.*] In sanctuario, quod omnibus aliis locis est sanctior, R. Arama. *Timete.*] Quando videtis mirabilia sua, licet antè non timuistis. *Non movebitur.*] Cum bello, ut Isai. 2. 4. *Non discent bella amplius. Judicabit populos.*] Destruendo impios. *Lætentur cœli.*] Magnum erit ob abundantiam in mundo gaudium, ac si lætarentur cœli & terra, quia omnia erunt nova, Isai 65. 17. *Novum cœlum, nova terra*, Et è contrario afflictio illustratur per luctum, & obtenebrationem Solis & Lunæ, Joel. 2. 10. *Et terra luget.* Isai. 24. 4. Et, *Abyssum luctu operiam.* Ezech. 31. 15. *Et omnes arbores agri deficient.* Non est in Cod. Cremon. *Plenitudo ejus.*] Pisces.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 96.*

Cantate, cantate.] Bis, nempè, de die in diem. *Tota terra.*] Israel, quia meminit *nationum* antè. *Monstrate.*] Aliis. *Sunt idola*, vel *nihilum.*] Id est, vanitas & dolus, ut Job 13. 3. *Medici nihili. Honor est ante eum.*] Non ante idola. *In sanctuario.*] In cœlo. *Lætabuntur cœli.*] Pluviam & rorem largiendo, terra fructum suum, & nubes tonitru. Vel, est similitudo, ad denotandam in mundo pacem. Vel, pro more regum qui habent cantores & tibicines eis occurrentes, ut filia Jepthæ, Judic. 11. & Sauli, 1 Sam. 18.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 96.*

De redemptione. *Canticum novum.*] Quia est, *Nova terra & novum cœlum*, sicut in Isai. 65. *Mirabilia.*] Naturam plantatum in melius immutando. Antè illum לפניו.] In sæculo Angelorum. *In sanctuario suo.*] In sæculo cœlorum. *In excellentiâ majestatis ejus.*] Non propter pœnæ formidinem.

Sect. 5. *Ex R. Sal. in Psal. 96.*

Canticum novum.] In diebus Christi, & sic ubique est illud exponendum. *Judicabit populos.*] Justificabit illos, illis labium purum restituendo, Zephan. 3. 9. *Arbores.*] Gubernatores terræ, dicuntur *Cedri proceri*, Isai. 2. [illegible]

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 96.*

Tota terra.] Justi terræ. *Cœli.*] Exercitus cœli.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 96.*

Novum canticum.] Sunt septem; *Qui descendunt in mare.* Et Psal. 33. 3. Psal. 96. 1. Psal. 98. 1. Psal. 149. 1, &c.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 96.*

Novum.] Mandatum novum, Joh. 13. S. Aug. De primo & secundo Christi adventu, Theod. *Novum Canticum.*] Angelicum illud pro Christi nativitate, & eorum qui habent sigillum, Apoc. 14. 3. Vel, qui stant super mare vitreum, Apoc. 15. 2. *Atrio sancto.*] Ecclesia catholica S. Aug. *Omnia ligna.*] Quia ex ipsis erat salutare lignum, Theod. *Cœli lætentur.*] Ut Apocal. 18. 20. *Lætamini cœlum, & vos sancti Apostoli, &c.* Est similitudo à more regum triumphantium: Triumphos Romanorum monstrabant in Capitolio marmoribus incisos, musici præcedunt, & sequuntur Imperatorem in curru triumphali transeuntem per urbem, odores Arabici erant ante & post eum incensi, senatores palmas gestabant, signum triumphi, ut Apocal. 7. populusque stravit ramos palmarum in viis, ut Matth. 21.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 96.*

De ædificatione templi post captivitatem Babel, Gal. Vulg. Hispan. Gr. Vel, *La venida de Messias.* Hispan.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 96.*

Domus ædificata.] Gr. Domus nostræ naturæ per Christum τῆς φύσεως ἡμῶν. Greg. Nyss. vel quando domus ædificabatur post captivitatem. Lat. MS. *Patria Gentium.*] In secundo templo Gentes offerebant sacrificia, ut Hag. 2. Desiderium omnium *Gentium* veniet, & replebo domum hanc gloria, R. David,

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 96. & etiam Psalmi 97. 98. sunt*

De adventu Christi & vocatione Gentium (post Judæorum rejectionem.) Par. Edit. *Idola*, vel *omnes dii sunt vani.*] Syr. ܟܠܗܘܢ ܘܕܚܠܬܗܘܢ ܐܠܗܐ ܣܪܝܩܝܢ, ab אל nihil, in Job. 13. *Nihili. In decore*, vel *atrio sanctitatis.*] Syr. ܒܕܘܪܬܐ ܕܩܘܕܫܗ בדרתא. Heb. הדרת à דר, in Psal. 84. *Habitare, &c.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 96. Heb. Arab. 95.*

Quando domus ædificabatur post captivitatem, Arab. MS. Vulg. *In decore sanctitatis sua.*] في قدسه Arab. Splendor majestatis in secundo templo, major erat quam in primo, Hag. 2. *Lætamini.*] Pro redemptione, è captivitate per Christum. *Ferte oblationes.*] Venite, adorate, ut Eunuchus Æthiops. Actor. 8.

1 Huic

1 Huic David,
Quando terra ejus restituta est. XCVI.
Heb. XCVII.

Dominus regnavit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.

2 Nubes, & caligo in circuitu ejus: justitia, & judicium correctio sedis ejus.

3 Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

4 Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit, & commota est terra.

5 Montes, sicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.

6 Annunciaverunt cœli justitiam ejus: & viderunt omnes populi gloriam ejus.

7 Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli ejus:

8 Audivit, & lætata est Sion.
Et exultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua Domine:

9 Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus et super omnes deos.

10 Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

11 Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.

12 Lætamini justi in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 97.*

L*Ætentur magna insulæ.*] Multa sunt his similia ad corroborandum desperantium de redemptione corda, & dicit, *Insulæ*, id est, limites populorum. *Tenebræ circa eum.*] Ut super impios fiat obscuritas. *Habitatio throni sui.*] Tunc agnoscent hoc omnes, licet nunc dicant, *Non est judicium*, impiorum prosperitatem intuentes, ut Mal. 2. ult. *In circuitu.*] Ita ut non possint adversarii evadere. *Tremebat terra.*] Videns ignem & fulgura in Gog. Vel dicit, *Fulgura*, quia judicia Dei erunt, ut fulgura, manifesta. *Montes.*] Reges terræ, ut Zach. 4. *O mons magne. Cœli enarrant justitiam suam.*] Quia pluit de cœlis lapides, ignem & sulphur. in impios, Ezech. 38. 22. *Confundentur.*] Quando vident quod servare eos nequeant, *Sculptilia.*] Exercituum cœli. *Dii adorabunt eum.*] Id est, exercitus prædicti, vel cultores horum adorabunt eum עבדו, bis sumitur, pro more linguæ, & præterit. est pro futuro. *Audivit Sion.*] Vocem tonitrui & vidit fulgura & lætatur, quia in vindictam impiorum sunt, & meminit *Sion* quia erat regni Judæ metropolis, & dicit, *Lætatur*, opposit. ad illud, *Terra vidit & tremebat. Filiæ Judæ.*] Villæ, & prope eas in valle Jehosaphati erit hoc judicium, Joel. 3. 2. *Odio habete flagitiosum virum.*] Etenim absque dubio Deus opus impii intuetur. *Lux sata est.*] In hoc sæculo, messis est in futuris Christi diebus, tunc lætabuntur justi, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 97.*

Ignis.] Odore necat; denotat decreta Dei è cœlis descendentia. *Liquefient montes.*] Contrà aridam suam naturam. *Cœli.*] Angeli, cœlites, ut Job. 15, *Cœlites non sunt puri. Adorabunt illum omnes dii.*] Ut Num. 33. 4. *In Deos eorum executus est vindictam.* Et 1 Sam. 5. 3. *Cecidit Dagon ante Arcam. Filiæ Judæ.*] Villæ. *Odio habete.*] Malum virum quia ab illo Deus vos liberabit; ne timete. *Lux sata est.*] Semen modicum sed messis fœcunda.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 97.*

De reliquiis post diem judicii. *Circà illum* סביביו.] Quia non videbit eum homo & vivat. *Lucent* האירו.] Id est, justis, sed lux ista erit pœna impiis. *Lux seritur.*] Quæ fructum in diebus Christi profert.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal. 97.*

Ignis.] Deus destruit Gog, (Esau, MS.) per ignem & pestem, Ezech. 38. 22. Non est in MS. *Et tremebat.*] Sic Ezech. 38. 19. *Magnus terræ motus erit in terra. Lux*, vel *planta sata est.*] Et prosperabitur ab אור, in Isai. 18. *Super herbas*, idem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 97.*

Omnes dii.] Populi colentes Deos alienos, ut 1 Sam. 26. *Colas deos alienos*, vel regibus, qui colunt deos alienos, servias.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 97.*

Sicut cera.] Tria sunt; Duo cum Pathac, & unum cum Cametz, Mica. 1. 4. Psal. 22. 14. *Cor meum ut cera. Coram Domino.*] Octo sunt, Jon. 1. 3, 10. Duo sunt illic; *Jona fugiebat à præsentia Domini*, tunc quando locutus est Dominus, 1 Paral. 16. 33. 2 Paral. 19. 2. *Excandescentia à facie Domini.* 2 Paral. 33, 23. *Non erat humiliatus coram Domino.* Tota lex est similis, exceptis duobus, Genes. 3. 8. *A facie Domini.* Exod. 9. 30. *Coram Domino non auscultabitis*, reliqua scripturæ sunt similia מלפני. *Sata est.*] Sicut semina agrorum & hortorum, in quæ prospicit Deus; Tria sunt sine paribus, Levit. 11. 37. *Super semen*, cum Vau, Isai. 61. 11. *Res satas*, in lege unum, in Prophetis aliud, & in Hagiographis.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 97.*

Ipsi David.] Christus ex semine David. S. Aug. in resurrectione restituta est ejus terra, id est, revocata fides discipulorum, Luc. 24. S. Aug. *Ignis ante ipsum.*] Ignem charitatis, ut in Luc. 12. S. Aug. Vel, secundi adventus sunt vaticinationes, Theod. vel, ut Apoc. 19. 20. Projecti erant in lacum ignis & sulphuris: mons Vesuvius prope Neapolim est res admiranda, cœpit flammas evomere paulò post Apocalypsim Johannis scriptam; in tempore Vespasiani, quando Plinius erat præfectus Classium Romanorum in Puteolis; Incendium hoc erat prodromus ruinæ Imperii Romani, ibi erant nova Roma, palatia, & villæ Neronis, Ciceronis, Hortensii, Luculli, Marii, &c. quorum vix vestigia hodie reperimus; Sed ad hunc usque diem dictus mons ardet, & paucis abhinc annis

cineres

cineres & lapides tantæ magnitudinis evomuit, ut absorbebant villam vicinam, & cineres per duo aut tria milliaria in ascensu montis disperguntur, tantæ altitudinis, ut hominem exæquant: In vertice montis est crater similis Amphitheatro, ubi ignis noctes atque dies exardescit; Et adjacent alia, ubi erumpit flamma in lateribus, & emittunt fumum flammásque, quæ per aquas pluviales magis augescunt, quàm extinguantur: Diebus Dominicis volucres horrendæ ibi videntur, vulgò dicitur, *Foro di Vulcano*, & credit vulgus, ibidem esse Purgatorium, est quasi lacus ignis & sulphuris, terra resonat ut tympanum, quando eam homines & bestiæ terunt: Intra viscera ardet sulphur continuò, & extra, ibi in varios usus expurgatur; alii hos montes Leucogæos appellant, sunt miracula Dei & naturæ. *Sculptilia.*] Sunt adhuc visenda Romæ infinita marmorea, ferrea, ænea, Jovis, Junonis, Martis, &c. *Omnes Angeli.*] Gr. adorate Christum natum, ut Luc. 2. in cantico angelico. *Lux sata est.*] Tunc lux Solis erit septuplùm, Isa. 30.26. Apoc. 21.4. *Non erit adhuc luctus.* Est gratiarum actio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 97.*

Quando terra ejus erat restituta. Gal. Vulg. Vel, *Segundo advenimiento*. Hisp. de secundo adventu. *Angeli.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. Vel, Sol & Stellæ, ut dii reputati. Ital.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 97.*

Indicat apparitionem ultimam Christi. Par. edit. [illegible] *Caligo circa illum.*] Id est, afflictio ubique in toto mundo, sicut ille ubique est, sic Psal. 50.3.4. de die Judicii, Cimchi. *Adorate illum omnes dii, vel, angeli ejus.*] Syr. מלאכוהי. ܣܓܘܕܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܡܠܐܟܘܗܝ, velut in Heb. 1. in Syr. *Lux sata est, vel, surgit propter justum.*] Syr. דנח ܕܢܚ. Heb. זרע loquitur de luce resurrectionis.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 97.*
Heb. Arab. 96.

Quando terra ejus restituta est. Vulg. Gr. id est, Davidi, post persecutionem Absalomi. Vel, quando confirmata erat. Arab. MS. scil. post prælia Aram & Edom. Psal. 60.1. Vel, terra Dei nos sumus, ἡ γῆ τοῦ Θεοῦ, per Christum restituti. Greg. Nyss. & in Evangelio montes deprimuntur, & valles adimplentur, Luc. 3. *Servientes Idolis.*] Ut Moab, Ammon, Edom, &c. *Adorate eum omnes dii, vel, angeli ejus.*] اسجدوا لله يا جميع ملايكته. Arab. Rom. Neb. Gr. Vulg. ut Heb. 1. *Lux sata, vel, orta est justis.*] Arab. Rom. Neb. للنور اشرق الصديقين. Lux gaudii & victoriæ post tribulationes Aram, in Psal. 60.1.2. &c. Vel, planta orta est, ἀνατολὴ, Luc. 1. Heb. אור planta, ut in Isa. 18. Germen illud Messiam, Jer. 23. subindicat.

---

1 *Psalmus ipsi David. XCVII.*
Heb. XCVIII.

Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus.

2 *Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit justitiam suam,*

3 *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.*

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

4 *Jubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.*

5 *Psallite Domino in cithara, in cithara & voce Psalmi:*

6 *In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.*

Jubilate in conspectu regis Domini:

7 *Moveatur mare, & plenitudo ejus; orbis terrarum, & qui habitant in eo.*

8 *Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt,*

9 *A conspectu Domini: quoniam venit judicare terram:*

Judicabit orbem terrarum in justitia, & populos in æquitate.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 98.*

Servavit eum.] Ut Isa. 59.16. *Vidit quod non erat homo, & brachium suum servabat seipsum. Misericordia.*] In promittendo, & *veritas* in adimplendo. *Tota terra.*] Etiam Gentes lætantur, quia tunc erit salus totius mundi, Isa. 2.4. Pax universalis sine bellis. *Voce cantici.*] Cum ore. *Mare.*] Descendentes in mare. *Montes.*] Erunt hominibus & fluctibus repleti, R. Arama. *Plaudant flumina.*] Est similitudo ab homine, ut 2 Reg. 11.12. *Plaudebant manibus, dicentes, Vivat rex. Cum justitia judicabit.*] Fœlicitatem justis, pœnam impiis remunerabit.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 98.*

Dextera sua servavit eum.] Similitudo à principe exercitus, ut Isa. 59.16. *Salutem sibimetipsi*; forsan hic Psalmus est de adventu Christi. *Fines terræ.*] Sunt septem limites in Aquilone, & unus in Meridie. *Flumina.*] Filii hominum in fluminibus, in navibus, &c. exultabunt.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 98.*

De diebus Christi post diem Judicii. *Notum fecit.*] Diem redemptionis qui erat ignotus, ut Deut. 32. *Nonne est hoc absconditum mecum?*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 98.*

Plaudite flumina manibus.] Non habent manus,

sed Prophetæ loquuntur per similitudinem, ad denotandum lætitiam magnam.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.98.*

Psalmus, prophetia.] De tempore Christi.

Sect.7. *Ex Masora in Psal. 98.*

Psalmus.] Duo sunt cum accentu, Psal.29.1. *Domui Israel.*] Quatuor sunt sic conjuncta in Scripturia, Amos 5.4. *Quærite me.* Amos 5.3. *Decem domui Israel.* & totus liber Ezech. est similiter. *Vox tuba.*] Tria sunt, Exod.19.16. in lege, aliud in Prophetis, *Vox tuba non erat*, & in Cethubim aliud. *Domino rege.*] Duo sunt, Isa.6.5. *Viderunt Dominum regem.*

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.98.*

Lætam vocem edite.] Cum plausu manuum populi excipi solebant in Theatro viri benè de republica meriti, mali contrà sibilia explosi erant,

Ut Horat. lib.1. Od.20.

———datus in Theatro.
Cum tibi plausus
Chare Mecœnas eques: ut paterni
Fluminis ripa, simul & jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

(Propè Tiberim situs est Vaticanus, ambo vocibus populi resonabant; Est Eccho in monte Vaticano, sed præcipuè propè sepulchrum Metelli, extrà portam S.Pauli; octies unum versiculum in auribus nostris repetit.)

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.98.*

De liberatione ex Egypto, & de Christi adventu, &c. Par. edit. *Dextera ipsius salutem attulit ipsi.*] Dexteræ ipsæ. יסינך לו affixum duplex ad corroborandum, velut in Isa. 59. Vel Israeli. Par. edit. *Intonat mare.*] Et lætentur omnes creaturæ in adventu Christi. *Ad judicandum.*] Velut in Mat.12.18. *Judicium gentibus proferet.*

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.98.*
Heb. Arab. 97.

Ostendit lucem dextera sua.] Arab. اظهر قمر.

Heb. *Servavit eum dextera sua*, הושיעה, ut הופיעה in Psal. 94. & Deut. 33. *Eluxit.* idem. *Voce tuba, vel, cornu.*] Arab. بصوت القرن.

1 *Psalmus ipsi David. XCVIII. Heb. XCIX.*
Dominus regnavit, irascantur populi; qui sedet super cherubim, moveatur terra.
2 *Dominus in Sion magnus: & excelsus*
super omnes populos.
3 *Confiteantur nomini tuo magno: quoniam*
terribile, & sanctum est:
4 *Et honor regis judicium diligit.*
Tu parâsti directiones: judicium & justitiam in Jacob tu fecisti.
5 *Exaltate Dominum Deum nostrum, &*
adorate scabellum pedum ejus: quoniam sanctum est.
6 *Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus:*
& Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus:
Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.
7 *In columna nubis loquebatur ad eos.*
Custodiebant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.
8 *Domine Deus noster tu exaudiebas eos:*
Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.
9 *Exaltate Dominum Deum nostrum, &*
adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Sect.1. *Ex R. David. in Psal.99.*

T*Remant populi.*] In ruina Gog, sed ante dixit, Psal.97.1. *Lætetur terra*, scil. post eam victoriam. *Moveatur terra.*] Ante dixit, *Moveri nequit*, Psal.93.1. *Sedet inter Cerubim.*] Quia tunc divina præsentia reverteretur, & prophetia; ideóque mentionem hìc facit Mosis & Aharon, quibus ab Arca respondebat Deus. R. Arama. *Magnus.*] In exequenda vindicta in impios. *Judicium.*] In captivitate, & *Justitiam* in redemptione Israel. Vel, omnes populi confitebuntur judicia legis Israeli lata, fuisse justissima. *Adorate.*] Israelitæ & Gentes simul, ut σύστασις, quia quando orabant sancti ejus Moses & Aharon, audivit illos, & sic exaudiet vos. *Samuel inter invocantes.*] Inter Prophetas, ut Elia in monte Carmel invocabat, & Deus respondit, 1 Reg.18.42. & meminit *Samuelis*, quia erat ex familia Mosis, & erat Propheta, & forsan Propheta post Mosen summus, ut Jer.15.1. *Si Moses & Samuel, &c.* 2 Par.35.18. *à diebus Samuelis.* Vel, *Inter invocantes nomen ejus.*] Id est, inter Levitas, nam cùm Sacerdos obtulit, Levita cecinit, & invocabat, R. Arama. Vel dicit, *Samuel*, quia quicquid dicitur de Mose, de Samuele dicitur, erant Levitæ, locuti sunt cantica, reges erant, per 40. ann. (nota hoc de Samuel, in Act.13.23.) bella gerebant, interficiebant reges, ædificabant altaria, offerebant, 1 Sam.7.9. sunt à Deo vocati; Moses, Levit.1.1. Samuel, 1 Sam.3.1. & per 40. ann. in deserto Moses ministrabat in sacerdotio summo, Derash R. Jonath. in nom. R. Jos. bar R. Berechiæ in nom. R. Josue bar Corkah. Et dicit, *In nube*, quia coram Prophetis erat nubes, quando Deus locutus est cum illis, ut Job. 38.1. *Ex turbine*, & Ezech. 1. R. Saad. Gaon. Non est in Cod. Cremon. Vel dicit, *In columna nubis*, quæ erat super Arcam, ut Levit.16. *In nube apparebo super Propitiatorium, & tecum colloquar:* Etiam Samuel in templo Dei cubabat, & abhinc prophetabat, 1 Sam.3.1.2. R. Arama. *Servabant testimonia sua.*] Et tradiderunt ea Israeli sine additione, vel diminutione, ut 1 Sam.7.3. *Samuel docuit populum.* *Inventiones contra eos.*] Per Cora & socios suos, Num.16.32. עלילותם

עלילותם להם, deficit præpositio, ut Psal. 5:9. in יגור עמך pro יגורך.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 99.*

חנוט, vox hæc non habet socium, ejusdem sensus est cum מוט, (sic כמוט בנוים in Pentateucho Samaritano, in Deut. 32.) *Robur est regis.*] Dei scil. tamen ipse amat justitiam. Vel, conjunge priori versu, *Laudent robur regis. Stabilies æquitatem.*] Leges æquas Mosi datas, ideoque meminit *Mosis* in proximo. *Inter sacerdotes.*] Quia Moses erat sacerdos sacerdotum, כהן כהנים, & semper in scriptura כהן est minister. *Collocutus est illis.*] In columnâ nubis Mosi & Aharoni, non Samueli; sic 1 Reg. 2. 5. *Sanguinem belli in pace*, non refertur ad Amasam sed Abnerum, licet ambo antè memorentur. *Remisisti pro illis.*] להם Israeli propter eorum preces. *Inventionum contrà illos.*] Ut Num. 16. 32. *Terra absorbebat*, murmurantes. *Exaltate, exaltate.*] Bis, nempè, in introitu & בצאת exitu sanctuarii sui. *Scabello pedum ejus.*] Versus locum Arcæ adorate. *Adorate monti sancto.*] Sic videtur בנראה aliis, sed in veritate cordis non adoramus montem sed Deum honorandum באמנת הלב הוא לשם.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal. 99.*

Moseh & Aharon inter sacerdotes.] Per quadraginta annos Moseh erat sacerdos summus, & in albo indusio ministrabat per septem dies consecrationum, Levit. 9. R. Josua. in nom. R. Josi. R. Berech. in nom. R. Joshu. R. Jodan.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal. 99.*

De die Judicii. *Sedens super Cherubim.*] In die & throno judicii, ut in Ezech. 1. *In firmamento supra caput Cherubim. Ecce similitudo throni, &c. Justitia.*] Sicut in Mal. 4. *Sol justitiæ orietur, &c. Vindictam exequebatur.*] In Mosen & Aharonem, ut in Num. 20. & Samuelem, qui ante Saul obiit, quoniam dixit Dominus. 1 Sam. 16. 1. *Usquequò luges pro Saule, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 99.*

Populi timeant.] Gog & Magog. MS. תנוט à נטה, in Psal. 73. 2. *Declinabant pedes mei. Laudent——robur regis etiam.*] Id est, laudabunt nomen tuum & potentiam tuam qui judicium diligis. *Stabilivisti.*] Pacem inter duos adversarios ineundo, ut Exod. 23. *Quando vides bovem adversarii tui, &c. Vindictam in eorum inventiones.*] Moses & Aharon non intrabant in Canaan, quia dicebant, *Audite hoc rebelles*, Num. 20. & *Filii Samuelis non ambulabant in viis suis*, 1 Sam. 8. *Ad eos in columna.*] Etiam ad Samuelem, ut 1 Sam. 9. *Num* הרואה *est hic? Respondebant, etiam*, & videbitis columnam ad portam, ut in Num. 9.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 99.*

Remisisti illis.] Populo tuo propter illos, ut Psal. 106. *Stetit in ruptura. Moses & Aharon inter sacerdotes.*] Ut sacerdotes animas suas pro populo tradiderunt.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 99.*

Suprà omnes populos.] Duo sunt, Isai. 25. 7. *Super faciem omnium populorum*; & volumen Ester. est similiter. *Observabant testimonia sua.*] Ideoque invenerunt misericordiam & beatitudinem; Quinque sunt, quatuor defectiva & unum plenè, Psal. 25. 10. *Sunt omnes misericordia.* Psal. 119. 2. *Beati illi, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 99.*

Vindicans.] Non intrabis in Canaan, dixit Deus. S. Aug. *Inventionum eorum.*] Mosis & Aharonis non Samuelis, ut ante dixit, locutus est illis in columna non cum Samuele. *Ulciscens.*] Alios Mosis tempestate igni tradidit, Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 99.*

El mismo argumento, Hispan. *Regis potentia amat judicium.*] Licet Deus sit potens, est etiam justus. Ital. Bruc. Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 99.*

Tu parâsti directiones.] Gr. Vulg. Arab. Rom. Justitia Dei apparet in hoc quod dat leges & directiones vitæ justæ, hominibus, ut sint ἀναπολόγητοι. *Adorate scabellum pedum ejus.*] Gr. Vulg. Arab. Rom. Lat. MS. Id est, Deum coram scabello, in Abben Ezra.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 99.*

De internecione Midianitarum, Num. 32. Et de regno Christi. Pat. Edit. *Commovemini.*] תזועו, Syr. תנוט, Heb. à נטה declinare. *Robur regis judicium amat.*] Etsi in robore suo quicquid sibi placitum erit, faciat, tamen justus est. *Adorate scabellum pedum ejus.*] Syr. ܣܓܘܕܘ ܠܟܘܒܫܐ, sic in Heb. Vid. Ab. Ezra. *Sanctus erat Moses & Aharon inter sacerdotes.*] Syr. sicut ille, ita oportet ut omnes illi appropinquantes sint sancti. *Fœdus dedit eis.*] Mosi & Aharoni loquutus est leges in Lev. 1. &c. *Remisisti*, vel *exegisti pro illis, & ultionem sumpsisti secundum opera eorum.*] Syr. id est, sicut opera eorum bona erant, ita ultionem sumpsisti de illis qui contra eos surrexerunt. Syr. MS. ܬܒܥܐ ܗܘܝܬ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܥܒܕܝܗܘܢ ܡܬܦܪܥܢܐ, ܠܗܘܢ. להון איך עבדיהון תבועא, Par. Edit. Syr. MS. Cantab. אנון איך. Heb. עלילותם, velut in Lament. 1. 11. *Quod factum est mihi*, idem, & נשא à נשה, in Psal. 89. 23. *Exactorem agere.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 99. Heb. Arab. 98.*

Sedens super Cherubim.] Nubes, ut Psal. 18. *Super Cerub equitabat & volabat*, & de nubibus intonat, ideoque addit, *Contremiscat terra. Magnificentia regis est, ut diligat æquitatem.*] Arab. عز الملك ان يحب العدل, est honor Regis terreni & cœlestis, ut justè agat. *Adorate vestigium pedum ejus.*] Arab. واسجدوا اموطئ قدميه, id est, osculamini quasi pavimentum templi ejus, de quo dicit, Ezech. 43. *Fili hominis, Ecce locus pedum meorum*, Sic in Psal. *Quasi osculantur pulverem & lapides ejus*; Est mos Orientalium quorundam, ut Italorum hodie præcipuè mulierum, quem sæpe vidimus, ipsa marmorea templi pavimenta deosculari. *Vindicans omnia opera eorum.*] Arab. Rom. Neb. المنتقم في جميع اعمالهم. *In columna nubis.*] Ad incredulos erat nubes εἰς τοὺς ἀπίστους, ad fideles lumen, Greg. Nyss.

1 *Psalmus in confessione. XCIX.*
Heb. C.

2 *Jubilate Deo omnis terra: servite Domino in lætitia.*
Introite in conspectu ejus, in exultatione.
3 *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos:*
Populus ejus, & oves pascuæ ejus:
4 *Introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.*
Laudate nomen ejus:
5 *Quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, & usque in generationem & generationem veritas ejus.*

Sect. 1 *Ex R. David in Psal.* 100.

L*Audis Psalmus.*] Moseh Rabbinu in Psal 90. de captivitate loquitur, in 91. de clavi orationum, in 92, 93. de creatione & providentia, & in 94. refutat adversarios horum, & in 95. de Eucharistia ob duo operum genera, in 96. consilium est de acceleranda redemptione, in 97. Prophetia eorum quæ illis contingunt, in 98. Canticum pro redemptione, in 99. discrimen inter Gentes & Israel, in 100. oblatio pro redemptione, R. Aram. *Cum lætitia.*] Læto corde, ne sit cultus ejus vobis in gravamen, sed in Ps. 2. 11. dicit, *Servite cum tremore*, id est, in hoc sæculo, non in sæculo futuro, in quo *tremor apprehendet Hypocritas*, Isai. 33. 14. & lætabuntur justi, Derash R. Acha. Non est in Cod. Cremon. *Deus fortis est.*] Et ex captivitate liberare queat cum honore. *Non nosmetipsi.*] Potentia manuum nostrarum non comparavit nobis has facultates, Deut. 8. 17. Vel, *Ejus sumus.*] לו, id est, populus suus. *In atria sua cum laude.*] Dixit R. Josue in nom. R. Menachem orationes cessant לעתיד בטלורת, in futuro, R. Arama, quia rebus hujus sæculi non indigebant, & omnia sacrificia cessant, quia aboletur peccatum, sed laudes nunquam cessant, Derash. Non est in Cod. Cremon. *Veritas.*] Promissi sui durat in æternum. תורה, est sacrificium à sacerdotibus oblatum. תהלה, est Canticum Levitarum, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 100.

Terra.] Incolæ. *Cum lætitia.*] Dicit, *Lætitia*, quia mos servi est in tristitia degere. *Fecit, vel, exaltavit nos.*] Ut 1 Sam. 12. 6. *Deus exaltavit Mosen, &c. Cum confessione.*] In introitu portarum. *In laude.*] Intra atria. *Quoniam bonus est Dominus.*] Est forma cantici in laudando Deo.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 100.

In confessionem לתודה, id est, confitebuntur mihi omnes nationes, ut in Psal. 67. *In lætitia.*] In futuro sæculo; in præsenti cum timore, ut in Psal. 2. R. Acha. *Cum* תודה.] Omnia sacrificia cessant in futuro excepto Eucharistico, R. Phineh. in nom. R. Levi.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 100.

Excitat totum genus humanum, ut Deum celebrent. *Cum lætitiâ.*] Non coactè. *Ipse* (& haud nos) *fecit nos populum suum.*] Id est, non propter merita nostra, sicut in Deut. 26. *Hodiè elegit te Deus in populum suum, &c. Confessione* בתודה.] Propter beneficia sua. *Laude* בתהלה.] Secundum magnitudinem suæ majestatis. *Veritas ejus.*] Id est, stabilitas misericordiæ.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 100.

Fecit nos quando non eramus.] לא, sic est Cethib.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 100.

Psalmus super sacrificium pacificorum.] Canticum Dei erat una cum holocaustis & sacrificiis, vide morem, in 2 Paral. 29. *Quando cœpit holocaustum, cœpit canticum Domini*; Et, *Laudabant Dominum in verbis Davidis & Asaphi.* לו, id est, דיליה, Cald.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 100.

Ipse est Deus.] Ut fatentur Ethnici; Quatuor sunt, Jos. 2. 11. *Deus vester est Deus, &c. Ejus sumus.*] לו, unum ex 15. לו, quæ scribuntur לא. Vel, *Fecit nos & pro seipso.*] Ut Prov. 4. 16. *Omnia fecit pro seipso*, & Dan. 9. 26. לו, *Pro seipso.* Vel, *Fecit nos & non.*] Deus alter, ut putant quidam Ethnici. *Nos sumus ejus populus.*] Sic lege hæc verba.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 100.

Non ipsi nos.] Non debemus superbire. S. Aug. Vel, ut in Act. 17. *Fecit ex uno sanguine, &c.* Theod. *Fecit nos quando non eramus.*] Gr. id est, de nihilo per creationem. 1. Caus. *In portas.*] Intret grex non foris remaneat ad lupos, S. Aug. *Oves pascui.*] Quas redemit, ut Joh. 10. *Vitam meam pro ovibus meis depono*, hæc est redemptio. 2. Caus. Gratiarum actionis. *Manet veritas ejus.*] Ut promisit, sic fecit.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 100.

Ad laudandum.] Quando pacifica erant offerenda. Ital. Hisp. *Para alabança.* ולא אנחנו.] Id est, de nihilo creati fuimus, Hisp. *Fecit nos.*] Id est, novam creaturam, Ital. ut in Psal. 51. *Cor novum crea in me.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 100.

Ipsi sumus populus ejus.] Lat. MS. in Heb. sunt duo affixi לו, & עמו, pro more ad corroborandum, ut in Exod. 2. *Et vidit ipsum, ipsum puerum. Veritas usque ad generationem*] Gr. Vulg. non dicit, *In æternum*, quia promissa sua sunt vera, sed sub conditione, quam forsan non observant sequentes generationes.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 100.

Quando Joshua cessare fecit bellum Ammon, ܕܥܡ̈ܡܐ, Etiam de Gentium conversione, Par. Edit. *Ipse fecit nos nihil eramus.*] Syr. MS. Par. Edit. ܘܠܐ ܥܡܐ. Gentes non erant populus, *Lo ammi*, Hos. 1. & Rom. 4. *Vocat ea quæ non sunt*, de Gentibus est sermo. Vel, *Ipse fecit nos, & nihilum facit nos.*] Quando sibi placet in nihilum nos reducit. Heb. לא אנחנו. Vel, *Fecit nos pro seipso, sumus populus ejus.*] Legitur לו cum Vau, id est, redemit Israel, propter gloriam suam. Sic in Proverb. 16. *Omnia fecit Deus pro seipso.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 100.
Heb. Arab. 99.

Pro confessione.] Vulg. Omnes Gentes nomen

Dei

Dei confitebuntur, & adorabunt, ut in Zach. 14. Est confessio peccatorum, vel gratiarum actionis, Greg. Nyss. *Ipse creavit nos, cùm non essemus.*] Arab. لو لم نكن, ex nihilo nos creavit, vel elegit nos in populum suum, τὰ μὴ ὄντα *contemptibiles, non entia*, 1 Cor. 1.

---

1 Psalmus ipsi David. C.
Heb. C I.

Misericordiam, & judicium cantabo tibi Domine:

2 *Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.*

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

3 *Non proponebam ante oculos meos rem injustam: facientes prævaricationes odivi.*

Non adhæsit mihi

4 *Cor pravum: & declinantem à me malignum non cognoscebam.*

5 *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.*

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

6 *Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.*

7 *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.*

8 *In matutina interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 101.

Canam de misericordia & judicio. Declarat David in hoc Psalmo modum gubernandi Israel, & quid fecit in otio suo פנאי, quando coram eo lites cessabant, studio sapientiæ vacabat, ut reciperet spiritum sanctum; & dicit, *Canam* ad te, qui me ad faciendum judicium & misericordiam in Israel adjuvisti, 2 Sam. 8. 15. R Arama dicit, cui bono opera regni sui enarraret? potiùs omnem peccatorem ad pœnitentiam instruit, 1. ob peccata personæ suæ, 2. domus ejus, 3. cum aliis in urbe. Vel, de Dei judicio canam, dicendo, *Dat Dominus, & accipit*, cum Job. cap. 1. Derash R. Huna in nom. R. Aca. Non est in Cod. Cremon. *Veniet?*] Spiritus תבוא רוח. *Ambulabo in medio domus meæ.*] Sicut ille qui cogitabundus est de re aliqua, & intentus, ambulat huc & illuc, ut Elisha, 2 Reg. 4. 35. *Ambulabat in domo, &c. Rem Belial.*] Enumerat David omnia peccata sua, & ab homicidio Uriæ incipit, dicendo, se illud opus Belial nunquam ampliùs perpetraturum. R. Arama. *Ante oculos meos.*] In cogitatione, quia facultas imaginativa est in cerebri parte anteriori, *oculis* respondenti. *Non adhærebit.*] Cogitationi meæ, עשה Meqor loco nominis pro מעשה. *Opus declinantis.*] Mulieris adulteræ, ut uxoris Uriæ, R. Arama. *Vir malus.*] Non erit inter notos & propinquos meos. Vel, *Malam non cognoscam.*] Id est, adulterium non iterum committam, ut Gen 4. *Adam cognovit Evam.* R. Arama. *Qui clàm calumniatur.*] Ut falsus testis, dicendo, hoc vel illud fecit, ut condemnetur per leges regni; מלשני in forma פעל quadrata. *Exscindam.*] Ab oculis meis, non erit in mea societate, licet eloqueretur veritatem, non clàm, sed in judicio eloqui oportet; & numerant illud Rabboth. inter tria quæ sanctus benedictus ille detestatur, qui videt peccatum in proximo, & contra eum clàm attestatur; è contrario est mos aliorum, qui habent ut familiares suos, detrectatores, ut in opibus eos quos calumniantur, puniant, sed David pœnas infligere sine testibus odivit. Non est in Cod. Cremon. sed Rabboth. David hîc clàm confitetur peccatum in Mephibosheth, in eo quòd credidit Zibæ calumniis, R. Arama. *Cor latum.*] Natio cujus oculi sunt elati ad aspiciendas delicias mundanas, & cor eorum ad recipiendas eas dilatatur, & quoniam oculi & cor sunt in eas, pedes ejus velociter eas persequuntur, ut Num. 15. 39. *Non post oculos vestros investigabitis. Ut habitent mecum.*] Pro servis, vel ancillis. *In fideles terræ.*] Dicit, *Terra*, in quocunque loco sint, in eos oculis meis ponam; Hic confitetur peccatum, quòd se viris fraudulentis associavit in ejus persecutione, 1 Sam. 22. 1, 2. R. Arama. *Non habitabit.*] In officio aliquo. פקידות. *Ante oculos.*] Non possum intueri illum. *De urbe Domini.*] Jerusal. *Manè*, vel, *quotidiè.*] Ut Lam. 3. 23. *Nova sunt manè*, id est, *quotidiè.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 101.

De misericordia & judicio canam.] Dicit David, componam Psalmum de mea misericordia & judicio in regimine regni Israel demonstrata, ut 2 Sam. 3. 15. *David fecit judicium in toto populo*; Et addit, *Tibi canam*, quia tu docuisti me. *Quando venies ad me.*] Per spiritum prophetiæ, quando studiis suis vacabat, ut Num. 22. 20. *Deus venit ad Balaam*, R. Moseh. Vel, *Quando veniet ad me.*] Nempè, viâ istâ, sic exercitabat seipsum in ista via, ut ad eum sine investigatione accessit; consuetudo sua erat altera natura, sic Psal. 102. 1. *Veniat clamor meus*, idem. *Perfectus.*] תמים Toar. *Ambulabo in medio domus meæ.*] Id est, palàm in domo regia, ut Gen. 5. 24. *Enoch ambulabat cum Deo.* עשו ut עשות in Eccles. 12. *Componere libros. Ante oculos meos.*] In fronte mea, נגד, id est, in cogitationibus meis. *Qui declinant.*] Sicut uxor viri, ut Num. 5. 12. *Si declinaverit uxor. Non adhærebit mecum.*] Dicta aversio, שטים. *Vir cordis perversi.*] איש deficit, ut Psal. 109. *Vir orationis. Non cognoscam.*] Id est, non honorabo virum malum; sed res mala est viro *à pueritia sua connaturalis*, Gen. 8. *Qui calumniatur.*] Judex iste, qui ob munera clàm, proximum in judicio percutit, Jod in מלשני redundat. *Non possum.*] Tolerare illum.

Destruam

Destruam illum.] Secundùm leges regni. Vel, *Illud destruam.*] Scil. calumniam. *Qui habet elatos oculos.*] Est sapiens in oculis suis. *Largum cor, illum non possum.*] Exscindere, & dicit, *Largum*, qui vias suas sapientià dirigit, רחב חכם, ut 1 Reg. 4.29. *Dedit Deus Solomoni cordis latitudinem. Ut sedeant mecum.*] In solio Judicii, vel in secretioribus meis consiliis בעצה R. Moseh, ut Est. 1.4. *Sedebant primi in regno. Non sedebit in domo mea.*] Apud mensam meam, שלחני. Vel in judicio, ne iniquam proferat sententiam. *In via perfecta.*] Cultu Dei vero; ipse solus ministrabit in curia mea.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 101.

De misericordia & judicio.] Quando Deus largitur vel sustulit, in prosperis & adversis gratias agam, ut in Job. 1. R. Jehud. bar Shiloh. R. Berech. beshem R. Levi. *Verbum Belial.*] Ut Ruben, qui dormivit cum uxore patris sui, ideóque non erat Sacerdos ex ejus tribu, nec ex tribu Simeonis, quia עשה שטים aversionem commisit in Shittim, Num. 25. nec ex Danis, quia עקש erexit Idolum Michæ, nec ex Joseph, quia מלשני attulit famam malam fratrum ejus, Gen. 37.1.2. nec ex tribu Judæ, quia erat גבה עינים excelsus oculis, ut in Gen. 38. *Videbat Jehuda, & putabat eam esse meretricem*; sed ex tribu Mosis, quia erat fidelis, נאמני R. Nehemiah, Num. 12. *Domus mea.*] Non de domo proximi loquitur. *In matutinis* לבקרים.] Quia in matutinis Israelitæ voluntarias oblationes pro tabernaculo afferebant, ob quas exscindam impios in futuro, R. Ibo beshem R. Meir. & usque ad sæculum futurum durabunt oblationes.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal.* 101.

Ostendit David suos mores, quibus se ad recipiendum spiritum prophetiæ præparavit, ut omnes in adventum Christi præ disponeret, in Zach. 12. *Infirmus erit sicut David, &c. Misericordiam.*] Quia creavit hominem in imagine sua. *Judicium.*] Quod sequitur electionem. *In integritate* בתם.] Non in superbia. *Belial* בליעל.] Id est, in mente. *Declinantium* סטים.] In opere. *Altus oculis.*] Avarus, qui, ut nidum in altum reponat, est cupidus, Habac. 2. *A civitate Dei.*] In alias regiones, ut exules eos dispergam. *Mendacia.*] Officiosa, etiamsi non lædant.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 101.

De misericordia canam.] Me regem inungendo. *Et judicio.*] In adversariis delendis. *Cantabo.*] Quando ostendis erga me misericordiam, dicam, Benedictus es tu, qui es bonus, & facis bonum, & quando in me justitiam ostendis, dicam, Benedictus sit Judex terræ. *In medio domus mea.*] Integer ambulabo, clàm & palàm. *Qui declinant.*] à recta via in cultu Dei, sicut uxor quæ declinat à mariro. In ling. extr. רישטולמנט. *Non agnoscam.*] Id est, non diligam rem, vel virum impium. *Non feram.*] Non associabo me secum, ne vias suas discam. *Destruam impios terra.*] Qui sunt convicti. *In matutinis.*] Id est, quolibet die paulatim, paulatim; & dicit, *Matutinis*, quia tunc Judices sedebant pro tribunali, ut Eccles. 10. *Principes tui comedunt manè.* Est hic Psalmus descriptio justi Judicis in vita & officio suo.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 101.

Misericordiâ & judicio.] Pro his duobus laudabo te, ut Job. 1. *Dat Deus, & accipit. Domus mea.*] Domus instructionis. *Qui operantur malum, qui avertunt.*] à præceptis. *Illud*, vel, *illi non adhærebunt.*] Non associabo me cum illis. רע.] Id est, imaginatio mala. *Calumniatur.*] Cum lingua tertia, לישן תליתאי. *Exscindam*] Lepra erit pœna ejus, & exscindetur, ut Uzzia. *Manè destruam.*] In sæculo futuro, quod est sicut lux matutina, Deus omnes impios terræ, multò magis de civitate Dei exterminat, R. David. *Intra domum meam.*] Domum Sanctuarii.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 101.

Opus eorum qui avertunt.] à justitia; Quatuor sunt, tria sunt cum He, & unum cum Vau, Genes. 31.28. & Prov. 21.3. *Facere justitiam.* Prius est cum Vau, & vide quomodo laboravimus in hoc, in Jer. 22. R. Jacob. *Manè destruam.*] Dicit, *Destruam*, ut Ezech. 43. *Quando veni ad destruendam urbem*, id est, per prophetiam; Quatuor sunt, Isa. 33.2. *Brachium eorum manè.* Lam. 3.23. *Manè quolibet renovantur.* Job. 7.18. cum Lamed, *omni matutino.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 101.

Pro quarta hebdomadæ. Gr. de Josia rege, aras abolente, Theodor. *Misericordiam.*] Modò est tempus misericordiæ, futurum tempus judicii, S. Aug. *De pietate.*] In prima legis tabula, חסד. *De judicio.*] In secunda. *Quando venies ad me.*] Per Arcam. *Cum perfecto corde.*] Ut cor Asæ erat perfectum, non inclinabat ad Idololatriam. *Rem impiam ante oculos meos.*] Non respiciam ad Idolum, nec invocabo illud. *Qui avertuntur.*] à cultu Dei in prima tabula. *Non agnoscam impium.*] Ut in 5. præcept. *Non cognoscebam.*] Non approbabam, ut Matth. 7. *Non novi vos.* S. Aug. *Qui percutit proximum suum.*] Cum lingua sua, peccat ut homicida in præcept. 6. *Cor latum.*] Avarum & insatiabile. Gr. in præcept. 8. *Non convescebar.*] Cum extraneis potiùs, S. Aug. ut 1 Cor. 5. Non συνεσθίειν. *Super fideles.*] Secundùm 2. tabulam. *Qui operatur dolo.*] In præcept. 8. *Qui loquitur mendacia.*] In præcept. 9. *In matutinis destruam.*] Gr. manè sedebat in tribunali, ut Exod. 18.13. *Sedebat Moses judicare à manè ad vesperam. Omnes peccatores.*] Impios sacerdotes, Theod. Descriptio est Judicis justi, secundùm Decalogum, sic Horat. Cæsarem laudat à victoriis, pietate, pace, rectis legibus, &c.

Od. 15. lib. 4.

——Tua Cæsar ætas
Fruges & agris retulit uberes,
Et signa nostro restituit Jovi——
——& vacuum duellis
Janum Quirini clausit, & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiæ
Injecit, emovitq; culpas,
Et veteres revocavit artes.
Custode rerum Cæsare, non furor
Civilis, aut vis exiget otium,
Non ira quæ procudit enses,
Et miseras inimicat urbes.
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Julia, (In adulteria.)

Sect. 9.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 101.

Non associabat se.] *El traydor*, Hispan. *Cor latum.*] Insatiabile cibis. 2. Ang. MS. Vel, superbum. Ital. *Piene de orgoglie.* Ital. Bruc. *Largo di cuore.* *Non comedam cum illo.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Mangeroy.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 101.

Et erudiar in via perfecta cum venies ad me, ambulabo in simplicitate cordis mei.] Lat. MS. nam cor perfectum Deus erudiet amplius. *Declinantem à me.*] Vulg. Gr. id est, à viis meis quæ sunt viæ tuæ, ipsum non cognoscebam. *Non adhæsit mihi cor pravum.*] Gr. Vulg. id est, cor meum est perfectum. *Loquentem in abscondito.*] Lat. MS. clam obloquentem, non palam coram facie proximi sui.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 101.

De requisitis in ministerio domus Dei. Par. Edit. ܒܡܕܒܪܢܘܬܐ ܘܪܘܚܐ ܕܛܝܒܘܬܟ. *Te laudabo Domine.*] Syr. propter misericordiam tuam & benignitatem in gubernatione mundi manifestatam. *Quando ad me venies?*] Ad habitandum mecum in templo, (hinc apparet magnum fuisse Davidis ad ædificandum domum desiderium.) *Declinantium, vel, eorum qui malum faciunt.*] Syr. בשׁותא, ܒܫܘܬܐ. Heb. שטים à משטמה, *odium*, in Hos. 9. 7. & dicit, *Declinantium*, quia Levitæ qui declinabant ad idola exclusi sunt de domo Dei, ut in Ezech. 44. 12, &c. *Non adhæsit mihi.*] Syr. ܘܠܐ ܢܦܫ ܠܟ, vir malus. *Amplum cor, cum illo non comedo.*] Syr. nam contentiones efficiet. Heb. אוכל. Syr. לא אכל, ܠܐ ܐܟܠ ܥܡܗ, & dicit, *Latum cor*, ut filii Eli erant viri Belial & helluones, 1 Sam. 2. ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. Philip. 3. *Qui loquitur mendacia, vel, sermo mendax*, ܣܗܕܐ ܕܓܠܐ.] Pseudo-martyr, qui judicium pervertit, vel, sacerdos qui violenter legem Dei detorquet, ut Ezech. 22. *Exscindam, vel, silere faciam.*] Syr. ܐܫܬܩ, אשתק. Heb. אצמית, sicut דמה, ut in Zach. 11. *Gladius in oculum suum.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 101.
Heb. Arab. 100.

In perfectione, vel, humilitate cordis mei.] Arab. بتواضع قلبي. Heb. à תם, sic Gen. 25. *Jacob erat vir simplex, vel integer, vel humilis. Cum habente cor cupidum non comedi.*] Arab. ut Prov. 23. *Ne comedas avari cibos, &c. Mihi ministrabit.*] Ut sacerdos meus, sic Ira erat sacerdos Davidis peculiaris, 2 Reg. 20. ult. Et Solomo expellebat Abiathar à sacerdotio peculiari, Gr. ἐλειτούργει. Arab. يخدمني.

---

1 *Oratio pauperis,*
Cùm anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam. C I.
Heb. C I I.

2 *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

3 *Non avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.*

4 *Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.*

5 *Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.*

6 *A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.*

7 *Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

8 *Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.*

9 *Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, adversum me jurabant.*

10 *Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.*

11 *A facie iræ & indignationis tuæ: quia elevans allisisti me.*

12 *Dies mei sicut umbra declinaverunt: & ego sicut fœnum arui.*

13 *Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.*

14 *Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.*

15 *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: & terræ ejus miserebuntur.*

16 *Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.*

17 *Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.*

18 *Respexit in orationem humilium: & non sprevit precem eorum.*

19 *Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.*

20 *Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit:*

21 *Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interemptorum:.*

22 *Ut annuncient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Jerusalem.*

23 *In conveniendo populos in unum, & reges ut serviant Domino.*

24 *Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.*

25 *Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.*

26 *Initio tu Domine terram fundâsti: & opera manuum tuarum sunt cœli.*

27 *Ipsi peribunt, tu autem permanes : & omnes sicut vestimentum veterascent.*
Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur :

28 *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*
29 *Filii servorum tuorum habitabunt : & semen eorum in saeculum dirigetur.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 102.

Dictus est in persona omnis in captivitate, R. Arama, Babel, Madai, Paras, &c. afflicti. Cod. Cremon. בבל. Non est in Venet. Bomberg. *Quando obtectus est.*] Id est, incurvat seipsum in dolore ac si pars una corporis aliâ esset operta à עטף. *Orationem meam.*] Sit causa mea coram te detecta & audi eam, Derash. Non est in Cod. Cremon. *Ne abscondas faciem tuam.*] Adhuc, sicut comminatur lex tua, *Abscondam faciem meam & erit in comestionem. Sicut fumus.*] Ut res adusta, quae in fumum evanescit, sic dies mei sunt afflictio, sic Joel. 2. *Vapor fumi*, est similitudo afflictionum. *Sicut focus.*] Per ignem continuò in illo ardentem adustus. *Sicut gramen.*] Viride, à Sole percussum. הוכה, cum Vau & Dages. *Quoniam oblitus sum comedere panem meum.*] Notum est quod vita corporis dependet à corde, caloris in corpore toto fonte, & cerebrum frigidum & humidum calorem cordis temperat; cibus etiam & potus humectant & refrigerant corpus, quod aliter esset à calore cordis & aere circundante absumptum, ideoque sine cibo & potu, cor exarescit & moritur, R. Arama. *Adhaerent carni*, vel *cuti.*] Sic ait Job. R. Arama, Id est, respectu maciei suae quam causat gemitus; Et cutem, *Carnem* appellat, quia cutis hominis non excoriatur, sicut bestiae. *Sicut Pelicanus.*] In habitatione, in hac captivitate, vel voce lamentabili sicut hae volucres קאת קיק, R. Arama, *Sicut passer solus.*] Sedet in vertice domus & non intrat in domum, ne illum homines enecarent, R. Arama, Sic ego sum inter populos extraneos solitarius. *Insaniunt.*] Derident me, ut insani. *Jurant per me.*] Dicentes, si hoc faciam sim ut Judaeus ille miserrimus, sic Isai. 65. 15. *Nomen vestrum in execrationem*, R. Arama. *Potum.*] Comprehendit vinum, lac & aquas; שקוי cum Vau mobili in loco Lamed הפעל, sed שקויי, Vau quiescit ad atrahendum, & Jod movetur estq; in loco Lamed הפעל. *Levasti & dejecisti.*] Si elevet homo rem aliquam ad dejiciendam eam, fit lapsu graviore. *Sicut umbra.*] Expecto redemptionem sed eam non intueor, & dicit, *Umbra*, quae ad sex horas permanet usque ad Meridiem, sic post sexaginta annos mors advenit, R. Arama. *Memoria tua.*] In omni generatione orant pro redemptione, & nomen tuum commemorant. *Resurges.*] Ut homo à loco suo seipsum ad opus aliquod faciendum exsuscitat, sic Num. 24. *Surrexit Balaam.* In quibusdam codicibus est error *Thronus* pro *Memoria*, quia in Lamentat. est versus similis, & erravit in hac lectione sapiens Abben. Ezra. Non est in Cod. Cremon. *Tempus veniet.*] Est praefixum & tandem adveniet. *Tempus statutum venit.*] Sic dicent qui vivunt in tempore redemptionis, licet nobis sit ignotum. *Miserentur pulveris.*] Quod amat homo illius miseretur & deosculatur, R. Arama. Vel, quia aedificare illud exoptant. Vel, quando servi tui habent desiderium ad eam vehemens, tunc resurges & restitues eam; sic exponit sapiens Cozri. Non est in Cod. Cremon. לחננה, Mekor ex Dages cum Pathac Catan, pro Pathac Gadol, & levigatur, sicut multa ex Dages. *Consideravit orationem.*] Sic dicunt Gentes post redemptionem. ערער, est arbor maxima in deserto, ut Jerem. 17. 6. *Non despexit.*] sicut existimabant Babelitae. Est in Cod. Cremon. non Venet. *Haec salus erit scripta pro generatione ventura.*] Pro generatione in qua erit. Vel haec miseria, R. Arama. *Populus creandus.*] Populus saeculi redemptionem subsequentis quando vident eam scriptam, ob eam laudabunt Deum, licet oculis suis illam non videbant. *Destinati morti.*] Israel in captivitate propè mortem. אמיר levigatur, & sunt cum Dages. *Debilitavit robur meum in via.*] Redit ad personam cujuslibet captivorum in Babel sub duris Dominis subjugati, ideoque removebant de loco in locum quaerentes quietem, & labore magno erant debilitati. *Ne exscindas me.*] Ut spicas in tempore, Job 5. 26. Idem. *Olim posuisti fundamenta terrae.*] Dicit, *Olim*, quia tu es primus & ultimus. *Peribunt.*] In nihilum sicut erant : Sic aliqui. Vel, individua, & non species. *Permanebunt filii servorum tuorum.*] Et non amplius erunt captivi.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 102.

Oratio afflicti.] Dicunt aliqui, de sancto quodam in manus inimicorum suorum lapso, sed in veritate, est de captivis, ut viro uno, quia dicit, *Scriptum erit hoc, &c.* etiam, *Aedificabit Dominus Sion. Exaudi.*] Id est, ostende aliis quod audis. *Sicut focus.*] Vel, incendium. *In fumo.*] Ut Psal 37. *Consumpti sunt in fumo. Ossa mea.*] Naturâ suâ frigida, ex ira contra adversarios meos incalescunt. *Percussum est ut gramen.*] Ut per Solem illud, sic cor meum per contumelias hostis, ita ut careat humido radicali, nam cibus supplet quod aer consumit. *Adhaerent carni.*] Propter maciem meam, quae ex nimio clamore meo oritur. *Sicut passer solus.*] Sic dispersi erant captivi hic & illic, & ex familia mea nemo est mecum. *Comedebam cineres.*] Est simile; quia in luctu sedebant in cineribus, ut Jonae 3. 6. *Rex Ninivae sedebat in cinere. Dejecisti me.*] Ut dicitur, *De coelo in terram dejecit gloriam Israel. Resurges.*] Dicit, *Resurges*, quia locutus est de sessione, in vers. 12. *Sedebis in saecula*, id est, immutabilis, quia omnis motus est mutatio. *Tempus venit.*] Anni captivitatis sunt finiti, ut Dan. 9. 1. *Intellexi ex libro Jeremiae, &c.* לחננה, verb. Segol pro Pathac. *Miserti sunt.*] Et aedificabunt quando tempus venit. *Attendet ad orationem.*] Tunc apparebit, quia petitionem captivorum exaudivit, ערער, quae denudata est, ut Psal. 137. 7. *Denudate eam*; sic quidam non rectè. Vel, solitariae; sicut arbor sola in saltu derelicta. *Hoc erit scriptum.*] Hic Psalmus propter alios venturos, ut eo pro orationis formula utantur. *Prospexit.*] Ut Exod. 3. 7. *Vidi afflictionem populi mei. Regna ad serviendum Domino.*] Ut Zephan. 3. 9. *Cum humero*

humero uno; Est in futurum. *In via.*] Verba captivorum, in reditu è captivitate ad terram, in via moriuntur. *Dixi.*] Loquitur Psalmista in persona aliorum. *Ne facias me ascendere in medio dierum meorum.*] Sed videam redemptionem; & dicit, *Ascendere*, quia anima redit ad Deum qui dedit eam. *Olim posuisti.*] Dicit; *Olim*, quia Deus erat ante sæcula. *Peribunt.*] Individua הפרטים, sed species permanent הכללים, R. Jehud. ben David primus המדקדק הראשון in Occidente Grammaticus, ut Eccles. 1. *Terra in æternum manet*, & Jerem. dicit, *Si removeantur statuta cœli, &c.* Et Psal. 148. *Statutum dedit quod non transit. Opus manuum tuarum.*] Cœli.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 102.

Oratio pauperis.] Sacrificium impiorum, ut Balaaci est abominatio, sed oratio rectorum est accepta in Prover. עני.] Quando videt David impios, Ahazum, &c. ex illo oriundos, seipsum pauperem appellat; sed quando videt justos, ut Hezechiam, &c. seipsum דוד dilectum nominat, R. Phinehaz in nom. R. Ruben. *Inclina aurem.*] Hoc verbum *Inclina*, indicat, quòd habuit accusatores, R. Jehud. in nom. R. Simon. Donum hoc tribui Jehudæ largitur, *Audi vocem Jehuda*, Deut. 33. R. Johan. Vel, domui Davidis, R. Hannina. *Sterilis* הערער.] In singulari de Manasse, sterilis erat in operibus bonis. *Preces eorum* תפלתם.] In plurali de Hezechia, &c. R. Samuel bar Nachman in nom. R. Aba. Vel, ערער de generatione, in qua non est Propheta, nec Sacerdos, nec sanctuarium in propitiationem, solummodò oratio in initio anni, & die expiationum, quam tamen Deus accipit. *Populus creandus.*] Novus populus in diebus Mardochæi, R. Josi in nom. R. Simeon. Vel, generationes quæ sunt mortuæ in suis operibus, & ad orandum in die expiationum conveniunt, &c.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 102.

Oratio pro redemptione. *Obrutus est* יעטוף.] In tempore Gog, & Messiæ passionum. *Deserti.*] Exclamat in loco ubi nemo est, sic ego in cœtu hominum meipsum cohibeo. מיער.] Id est, conveniens tempus. *Delectant in ejus lapidibus.*] רצו contrà, in Num. 14. *Terram quam abominâstis, &c. Populus creandus*, vel, *creatus.*] In imagine Dei, Deum celebrabit. *Annitus.*] Tu es æternus, ergo posteri perfruantur terrâ, etiamsi nos moriamur.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 102.

Oratio afflicti.] De Israelis captivitate per Spiritum sanctum prævisa. נחרו Nun servile, ut in נעשו, &c. *Sicut focus*, vel, *desertum adustum.*] Ab. Ezra. *Sicut Nycticorax.*] Sic expulsi è terra in captivitatem sumus, Ab. Ezra. *Sicut passer solus.*] Sine socio. *Qui derident me, jurant per me.*] Dicentes, si mentiar, faciat mecum Deus, sicut cum Jerusal. commune fuit proverbium, ut Isa. 65. *Nomen vestrum erit in execrationem*, & Jer. 29. 22. *Deus te faciat sicut Ahab. & Zedechia, &c. Derident.*] Ab הוללים. *Dejecisti.*] Quasi de cœlo in terram, lapsu graviore. *Sedebis in æternum.*] Ideóque in urbe tua in æternum habita, & ut promisisti, reditum nostrum accelera, quia *manus nostra abbreviatur*, ut in Deut. 32. *Surge Domine.*] Et miserere. *Delectantur in lapidibus ejus.*] Ut Jeconia; & captivi de lapidibus, ad ædificandam domum congregationis in Babel, transportârunt, Midrash. Vel, ita ut deosculentur ipsos lapides & pulverem, Ab. Ezra. Vel cupientes, ut simul isti lapides re-ædificentur. ערער, id est, צועק *clamantis.*] à יעוערו in Isa. 15. Vel, quæ denudatur usque ad fundamenta. *Populus creandus.*] De servitute in libertatem & lucem transeunt, quæ est quasi nova creatio. *Scribetur pro generatione.*] Ut hâc formulâ laudent Dominum. זאת hæc redemptio. תמותה ad mortem ægrotantes, אנמידינידא in ling. extr. Hisp. *Los sentenciados à muerte. Afflixit in via.*] Redit ad lamentationem priorem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 102.

Panem meum.] Legem instructionis meæ, panem vitæ. *Jurant per me.*] R. Sol. *Sion.*] Urbem Sion. *Hæc oratio.*] Erit scripta. *In via.*] Viâ captivitatis molestâ. *Commutabis ea.*] Pro aliis quando placet tibi.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 102.

Querelam suam. Duo sunt, 2 Reg 9. 11. *Virum & communicationem suam.* Oratio est ad Deum sermo, ut in Abraham, Gen. 18 ult. *Sicut passer solus.*] Sic ego sum inter Gentes solus, communione sanctorum in tribus festis quotannis privatus; Tria sunt in Scriptura, & plena, Isa. 14. 31. *Nemo erit solus in statutis temporibus.* Hos. 8. 9 *Onager solus.* Peccatum gemitus, & cessationem festorum inducit. *Dejecisti me.*] In profundas afflictiones; Duo sunt, unum est initium versus, & unum est finis versus, Jona 2. 3. *Dejecisti me in profunditatem maris. Gemitum vincti.*] Duo sunt, Psal. 79. 11. *Ascendat gemitus captivi. Destinates morti.*] Duo sunt, Psal. 79. 11. idem.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 102.

Pauperis.] Christi, qui pro nobis pauper factus est, S. Aug. *Meditationem suam.*] In tribulatione suæ conscientiæ. *Sicut*, vel, *in fumum.*] Sic deficiunt dies mei. 1. Caus. *Sicut cremium.*] Vel ligna in focum in cineres redacta. Gr. *Sicut passer.*] Ut in Isa. 38. 14. *Ut hirundo, gemebam ut columba.* 2. Caus. *Misereberis Sion.*] In conversione Gentium, ut Act. 16. 17, 18. *Re-ædificabo Tabernaculum Davidis lapsum.* 3. Arg. *Venit tempus.*] Plenitudo temporis, in quo misit filium, S. Aug. *Populus creandus.*] Gentes, Theod. 4. Arg. ab eff. *In Sion.*] Ut liberentur captivi Satanæ, Luc. 4. 18. & Act. 26. 18. Liberare eos à Satana. *Respondit ei.*] Laus ejus, vel Jerusal. prædict. ille vocat, nos respondemus, non linguâ, sed vitâ, S. Aug. *In via virtutis.*] Reversionem vocat. Theodoret. *Abbreviavit dies meos.*] De Christo scribitur, quòd vixit usque ad dimidium annorum vitæ humanæ. *Ne ascendere me facias.*] Ut oravit Christus, *Transeat calix hic*, & audivit illum Deus Pater, Heb. 5. 7. *Senectute quando deficit robur meum.*] Herod. Thal. Psammenitus respondit, Fili Cyri, domestica mala erant majora, οἰκήια μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν (filii scil. & filiæ) at lamentatio amici digna lachrymis fuit, qui à multis opibus ad inopiam recidit in extremo limine senectutis, ad hoc Crœsus illachrymâsse dicitur. *Sicut vestimentum mutabis ea.*] Significat rerum manufactarum abolitionem, Heb. 12. 27. & Heb. 1. 10. 5. Arg. à dissimil. *Tu idem es.*] Regnum Christi non potest concuti, Heb. 12. 27. βασίλειαν ἀσάλευτον.

Sect.9. *Ex Ital.&c. in Psal.*102.

De restitutione urbis & templi. Ital. *Sicut nycticorax.*] 2.Ang.MS. *Stulti mei jurant per me.*] Ital.Bruc. id est, ego sum juramenti eorum formula. Ital. *Tempus est impletum.*] 70. anni per Jerem. 25.12. *Solitarii.*] Hisp. *Robur meum.*] In medio annorum meorum. Hisp.

Sect.10.*Ex Gr.& Vulg.in Psal.* 102.

Cum anxius fuerit.] Vulg. Gr. Lat.MS. dubitans de providentia & promisso Dei ad pauperes adimplendo. *Ossa mea quasi frixa contabuerunt.*] Lat. MS. à יקר comburere. *Factus similis Pellicano.*] Gr. Vulg. omnes noti mei fugiunt à me, ut in Psal.88. *Qui laudabant me.*] Vulg. Gr. adulantes. Vel, qui antè laudabant me, nunc jurant mihi malefacere. *Venit tempus*, vel, *pactum*.] Lat.MS. מועד. *Placuerunt servis tuis lapides ejus.*] Gr.Vulg. quia videant lapides congregatos ad ædificandam domum. *Et pulverem miserabilem.*] Lat.MS. *Respondit ei in via virtutis*, vel, *roboris sui.*] Gr.Vulg. id est, respondit Deus vinctis, antequam penitùs deficiant vires eorum in carcere, & liberat eos. Vel, *Afflixit in via fortitudinem suam.*] Lat.MS. Vau pro Jod. *Paucitatem dierum meorum annuncia mihi.*] Gr. Vulg. אמר לי dic mihi quamdiù vivam.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.*102.

De novo populo Gentium, & de doloribus Judæorum. Par.edit. ܐܬܟܠܘ ܒܚܡܘܪܐ. *Consumuntur in fumo.*] In vanitate & perturbatione, etenim *dies fumi*, vel nubis, est dies perturbationis, in Joel.2.2. *Combusta sunt*, vel, *albescunt sicut planities.*] Syr. ܡܘܩܕܐ חורו. Heb. נחרו, vel ut focus qui abundat cineribus. *Vigilo*, vel, *attonitus sum.*] Syr. velut aliquis implicatus, qui quò vadat, ignorat, à שקד Heb. sic in Lam.1.14. *Implicatum est*, idem. *Instar passeris volitantis super tecto.*] Syr. ܠܟܠܒܐ. *Insaniunt*, vel, *laudant me.*] Syr. ܡܫܬܒܚܝܢ ܒܝ משבחוני. Heb. מהוללי, mollia loquuntur mihi, & quærunt ut me occidant. *Pulverem ejus diligunt.*] Syr. ideóque ut ædificetur spirituale templum ex Judæis & Gentibus, exoptant; & dicit, *Pulverem ejus*, ut est in proverbio, terram diligit in quam amicus ejus ambulat. *Deserti*, vel, *pauperum.*] Syr. MS. המסכנא ܕܡܣܟܢܐ ܕܡܥܛܠܝܢ. Heb. ערער, à ערו in Psal.137.7. *Denudate.* *Ut solvat filios à morte.*] Syr. ܡܢ ܡܘܬܐ מן, velut in Psal.79. in Syr. *Populi simul.*] Gentes ut Dominum unanimi consensu colant, velut in Zeph.3. Vel Judæi in templo secundo. *Robur meum in via humiliaverunt.*] Vel, *in terra.*] Syr. ܒܐܘܪܚܐ בארעא, id est, in via ad hanc redemptionem hæc afflictio supervenit. Vel dicit, *Via*, quia hic sumus viatores, in cœlo comprehensores. *Ne ascendere me facias.*] Syr. ܬܣܩܢܝ, ascensio in phrasi hebræa est de loco in locum transitus, ut in Ezra 7. *Ascendit ad Babel*, id est, iter instituit, & via mortis, cujus hîc meminit, est semita totius carnis calcanda.

Sect.12. *Ex Arab. in Psal.* 102.
Heb.Arab. 101.

Oratio pauperis, &c. Arab.MS. ut in Heb.Gr. Vulg. *Calefacta sunt sicut focus.*] Arab. كالمقلى veluti sartagines. *Laudantes me.*] Adulatores mei conspiraverunt adversùm me. *Assimilatus sum Pellicano*, vel, *nigredini ollæ.*] Arab. القيب البرمى. *Nam servi tui exultaverunt in lapidibus ejus.*] Arab. عبيدك سروا tantum lapidum cumulum ad ædificium templi præparatum intuentes, exultant, sic in Zach.4. *Educent lapidem summum, cum acclamationibus, Gratia, Gratia.* *Afflixit*, vel, *ad respondendum semitis potentia ejus.*] Arab. id est, Gentes congregabunt, ut obediant semitis legis Dei, ويذعنوا الى سبل جبروته Heb. לענות, & כחי pro כחו, Vau pro Jod ut sæpè. *Brevitatem dierum meorum dic mihi.*] Arab. افهمني قصر ايامي, ut in Psal.90. orat Moseh. Heb. קצר ימי אמר לי. *Tu es tu.*] Semper idem. وانت هو انت Arab.

1 *Ipsi David. CII. Heb. CIII.*

BEnedic anima mea Domino: & omnia, quæ intrà me sunt, nomini sancto ejus.

2 *Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus.*

3 *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.*

4 *Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.*

5 *Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquila juventus tua.*

6 *Faciens misericordias Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus.*

7 *Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.*

8 *Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multùm misericors.*

9 *Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.*

10 *Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis.*

11 *Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se.*

12 *Quantum distat Ortus ab Occidente: longè fecit à nobis iniquitates nostras.*

13 *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se:*

14 *Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus*

Recordatus est quoniam pulvis sumus :
15 *Homo, sicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri sic efflorebit.*
16 *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locũ suum.*
17 *Misericordia autem Domini ab æterno & usque in æternum super timentes eum.*
Et justitia illius in filios filiorum,
18 *His qui servant testamentum ejus :*
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.
19 *Dominus in cœlo paravit sedem suam : & regnum ipsius omnibus dominabitur.*
20 *Benedicite Domino omnes angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.*
21 *Benedicite Domino omnes virtutes ejus : ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.*
22 *Benedicite Domino omnia opera ejus in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 103.

ETiam est de filiis captivitatis. *Benedic Domino.*] Omnis sanctus sic Deo pro bonitate sua ergà illum benedicit. *Anima mea.*] Anima rationalis. *Interiora.*] Cor & renes. Vel, corpus ipsum per similitudinem, ut, *Omnia ossa mea dicent*, Psal. 35. *Nomen sanctum.*] Conjungit *Nomen sanctum* cum *corpore* non meminit *Jehova*, ut antea Ab. Ezra. Vel, est idem sensus in multis verbis. Vel, dicit, *Anima mea*, quia est similis Deo & aptissima, ut ad Deum appropinquet, Derash. est aliud Deras de decem hominis membris, In Midr. Tillin. Non sunt in Cod. Cremon. Sed in Venet. *Anima.*] Sedes animæ est ignota, ut sedes Dei quam ignorant Cherubim, Ezech. 3. 12. dicunt, *E loco suo sit benedicta*, sed ignorant locum. *Morbos tuos.*] Morbos animæ, sic Hos. 14. 4. *Sanabo pravaricationes eorum. Vitam tuam à destructione.*] Sæpè committit homo peccatum morte mulctandum, sed post pœnitentiam remittitur & animam à fovea servat. *Coronat te misericordia.*] Affligit corpus morbis, ut servet animam. *Os tuum implet.*] Dicit, *Os*, quia in ægritudine, anima detestatur cibum, Job 33. 20. tamen sanat eum Deus & appetitum illi subministrat. *Sicut aquila.*] Semel post decem annos aquila propè elementum ignis volat, & propter nimium calorem dejicit se in mare & renovat plumas suas, & hoc modo usque ad 100. an. & tunc in mari moritur, R. Saadia Gaon. תחדשי, in Fœminin. indicat naturam juventutis, quæ est humiditas. *Omnes oppressos.*] Dicit, *Omnes*, ex quocunque populo. *Vias suas Mosi.*] Ut oravit Moses, Exod. 33. 18. *Ostende mihi vias tuas. Opera sua.*] Cum Israele in deserto, & sic nobiscum faciet. *Misericors.*] Nobis misericordiam ostendit coram illis qui captivos nos ducunt, ut nos non consumant. *Gratiosus.*] Nobis cibum largiendo. *Longanimis.*] Defert pœnam cum peccamus si fortè resipiscamus. *In bonitate.*] Quotidiè renovata. Meminit solum attributorum misericordiæ, & postea effecta cujuslibet attributorum ostendit, ut *Longanimis est*, ideóq; *non in æternum contendet*, & de cæteris similiter, R. Arama. *Misericors*, ut *Pater erga filios*, prout sequitur, R. Arama. *Iram in sæculum.*] Sed educet nos ex captivitate. *Non secundum peccata nostra.*] Tunc fuissemus consumpti. *Sicut cœlum.*] Magis amplificare Dei misericordiam nequit, quia cœlum est creatura in oculo hominis altissima. *Timent illum.*] Israel, quia Gentes serviunt diis alienis. *Oriens ab Occidente.*] Duplex est ad altitudinem cœli, & dicit, *Ab Oriente*, quia usque ad Occidentem sunt incolæ, non sic in Aquilone vel Meridie; propter calorem vel frigus sunt inhabitabilia. *Fabricam nostram novit.*] Quod imaginatio cordis est mala à pueritia, Genes. 8. & concupiscentiæ bestiales in nobis radicantur, quas nisi subjuget homo, peccat. *Pulvis sumus.*] Ducti à concupiscentiis corporeis, sicut bestia quæ ex pulvere facta est; quando ambulat homo in via animæ habet faciem hominis, in via sordida habet faciem leonis, bovis & aquilæ, Ezech. 1. 10. Satis est verbum sapienti. Et meminit *pulveris*, licet corpus humanum ex quatuor consistat elementis, quia ossa quæ sunt robur corporis sunt ex pulvere, & in eum revertuntur. *Sicut gramen.*] Citò moritur, pauci sunt dies ad pœnitentiam si peccaverit in juventute. *Est æterna.*] Ad animam in sæculo futuro licet corpus consumêtur in sepulchro. Vel, in hoc sæculo ad filios ejus quando ipse mortuus est. *Ad illos filios qui custodiunt fœdus suum.*] Qui timent illum. *Et Recordantur præcepta sua.*] Illi qui diligunt eum, qui habent præcepta in corde eorum exarata, & uno momento non obliviscuntur, Ab. Ezra. & dicit, *Recordantur*, id est, in verbo. *Regnum suum est super omnia.*] R. Berechia dixit, sunt quatuor creaturæ eminentes in genere suo, Leo, Bos, Aquila, & Homo, & hæ quatuor sunt in curru gloriȩ, Ezech. 1. 10. quia Deus regnat super hæc omnia, Midras Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Super omnia.*] In cœlo & terra, licet thronus suus sit in cœlo. *Angelis.*] Incipit à superioribus & finit in infimis. *Excellunt robore.*] Quorum potentiâ moventur cœli & stellæ, & decreta Dei sunt per manum eorum, ut in re Sennacherib, exequenda. *Exercitus.*] Prophetȩ, Hag. 1. 13. *Haggi Angelus Domini*, Jud. 2. 1. *Angelus* est Phinehaz, in Deras. Till. *Omnia opera sua.*] Quatuor elementa, & mixta corpora. *In omnibus locis.*] In aqua, aere, &c. *Benedic Domino anima mea.*] Meminit *anima*, quia regit omnia inferiora, & Domino pro creaturis superioribus & inferioribus benedicit. *Hallelujah.*] Quinquies dicitur in hoc & subsequenti Psalmo, respond. ad 5. libros legis, & 5. sæcula in quibus est & erit homo; utero, uberibus, hoc sæculo, futuro, & post resurrectionem, Rab. Tractat. Berachoth. R. Joh. R. Sol. Vid. Midr. Tillin. Non est in Cod. Cremon. **Auscultantes voci.*] Dicit, *Obedientes*, ante *Auscultantes*, quia Angeli faciunt Dei voluntatem, non pro mercede ut homo, sed cum delectatione.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 103.

Benedicite Domino.] Bis dicit, primò generaliter, deinde specialiter. *Omnia interiora mea.*] Interiora corporis, & nomen honorandum *Jehova* est animæ conjunctum, quę est pars hominis præstantior, *Benedic Jehova anima mea. Omnem iniquitatem tuam.*] Quæ erat causa morborum; Jod redundat. *Sanat morbos,*] Est Eucharistia Davidis post recuperatam sanitatem corporis. *Coronat te misericordiis.*] Paulatim ducendo & sustentando eum in ægritudine sua. *Ornamentum tuum bono.*] Id est, animam quæ est corporis ornamentum עדי נפש, Vel, os tuum, Psal. 32. 9. Et dicit, *Os*, quia æger abominatur cibum. *Sicut aquila.*] Quæ crescit substantia sicut annis, & dicit, *Juventutem tuam,* Ut Job 33. 23. *Redibit ad dies juventutis suæ*; loquitur de sanitate recuperanda. Vel, *Juventutes tua, qualibet earum renovabitur.*] &c. *Justitiam.*] Justè pro peccato pœnas luunt. *Propter omnes oppressos.*] A violentis morbis, ut Job 10. *Sum oppressus*, & Isai. 38. de Hezechia. *Vias suas Mosi.*] Exod. 34. 7. *Longanimis, misericors, gratiosus, &c.* hæc attributa sunt *via* Dei. *Gesta sua.*] Per manum Mosis. *Misericors.*] Præveniendo malum. *Gratiosus.*] Sustentando nos in malo, & liberando. *Longanimis.*] Protrahendo iram. *Multus bonitate.*] Non cessabit bonitas sua; David hic meminit attributorum Dei, quæ pertinent ad negotium ægritudinis suæ, dicit, *Servans misericordiam*, in Exod. 34. & hic dicit, *Misericordia Dei in æternum*, & meminit, *Remittens peccatum*, dicendo, *Non secundum peccata, &c. Non litigabit semper.*] Cum peccatoribus. *Nec custodit iram suam.*] Nisi pro inimicis suis. *Sicut cæli.*] Meminit creaturæ altissimæ ad illustrandam per eam Dei bonitatem, licet non sit illi æqualis. *Pulvis sumus.*] Ossa sunt redacta in pulverem. *Locus suus.*] Dicit, *locus*, quia omne corpus est in *loco*, quando est in terra. *Thronum in cælis.*] Conjungitur *homini* qui mutatur ut gramen, sed Deus est in cœlis & non mutatur. *Angeli.*] Meminit horum, quia sunt incolæ cælorum prædictorum. *Excercitus cælorum.*] Stellæ. *Ministri.*] Septem planetæ. *Opera sua.*] Homines, bestiæ, & plantæ in terris.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 103.

Benedic anima mea.] Sunt decem partes in homine הקנה; pro voce, הוושט pro cibo, Hepar pro irâ, gula pro potu, הריאה לשתו׳, fel pro invidia, הקיבה in somnum, המסס לשחוק splen in risum, renes sunt consiliarii, cor perficit omnia. *Anima.*] Id est, vita quam Deus dat; artifex dat formam sed non vitam. *Benedic anima mea.*] Repetit hæc verba. 5. vicibus, sicut sunt 5. libri legis, R. Josua ben Levi. Vel, respondet ad quinque sæcula עולמים, quæ videt homo. 1. Antequam natus sit, in visceribus matris. 2. Postquam natus est, dixit, *Ne obliviscere beneficiorum*, præcipuè sugendi in loco mundo, non ערוה immundo; & loco intelligentiæ, R. Abohu. R. Mattanah. 3. Quando huc & illuc in omnibus locis Dominii ejus perambulat. 4. Postquam mortuus est & præsentiam Dei intuetur גדלות, &c. Psal. 104. 1. 5. In futuro sæculo *consumantur peccatores, &c.* Psal. 104. fine. *Anima.*] Dixit, *Anima mea*, quia sicut anima implet & sustinet corpus, sic Deus mundum: & Deus est unicus in mundo, sicut anima in corpore: anima videt & non videtur, sic Deus benedictus: ubi est anima est ignotum, sic ubi est Deus, ut respondet R. Gamaliel quando unus interrogabat ipsum, Ubi est Deus? animę quæ est vicina locus est incognitus, multo magis Dei qui est remotissimus. עדיך.] Id est, ornamenta tua quibuscum eras in monte Sinai adornata, quando dedit Deus legem, R. Johan. sic in Exod. 33. *Depone ornamenta tua, &c. Justitias.*] Omnia sunt in plurali, Misericordiæ, Redemptiones, למושעות, &c. R. Isaac, R. Samuel bar Nachman. *Vias suas.*] Sic orabat Moses, *Commonstra mihi vias tuas*, Exod. 33. Id est, longanimitatem, &c. versus impios in hoc sæculo, ut confundantur in futuro, R. Berech. in nom. R. Aba. *Patris in filios.*] Ut Abrahami in Sodomitas, Genes. 18. R. Jehud. in nom. R. Simon. Vel, Jacobi in filios; transiebat ante illos, Genes. 33. R. Berechiah. *In omnia dominatur.*] Sunt quatuor animalia prædominantia, Homo, Leo, Bos, Aquila, sed Deus omnia supereminet, ut in Ezech. 1. R. Berech. in nom. R. Abni. *Angeli.*] Prophetæ vocantur *Angeli*, ut Haggæus, Hag. 1. & Judic. 2. *Angelus Domini*, id est, Phinehaz. R. Jehud. in Rabbi Simon, R. Obad. Gaon. *Ad audiendum.*] Prius obediendum deinde audiendum, ut Moses audivit vocem Dei in Tabernaculo, *Deus vocabit ad Mosen*, Levit. 1. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 103.

Hortatur seipsum & alios vias Domini promulgare, &c. *Remittens.*] In ædificatione domus secundæ. *De foveâ.*] Babel. *Coronans.*] Ex omni parte. עדיך.] Id est, ornamentum spirituale in adventu Messiæ. *Justitias.*] In Ægypto, quia Angelus non percussit Israel. *Judicium.*] In plaga primogenitorum. *Non custodiet* וטור.] Iniquitatem patrum. *Removet longè* הרחיק.] Quia non est Ephod aut Teraphim, ideóque ut adoremus illa, est impossibile, neve associari cum Gentibus quæ odio nos habent, possimus. *Exercitus.*] Israelitæ.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 103.

Benedicite.] Dicitur quinquies respond. ad 5. secula hominis, Rabboth. in Bera. vid. Mid. Till. *Sicut Aquila.*] Quæ quolibet anno renovat alas & plumas suas; In Midrash Agaddah dicitur, de specie quadam quæ quando senescit ad juventutem redit, חוזר לנערותו. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 103.

A destructione.] Gehennâ, גהנם. *Os tuum, vel, senectutem.*] Quæ est ornamentum, ut in Prov. *Canities est corona. Renovat juventutem tuam.*] In sæculo futuro. *Fabricam nostram novit.*] Malam concupiscentiam, quæ peccare nos facit, ideóque nostri miseretur, Gen. 6. 5. R. David, *Vidit quòd imaginatio humana erat mala.*

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 103.

Justitias.] Quatuor sunt, Isa. 45. 24. *In Domino est mihi justitia.* Psal. 11. 7. *Diligit justitias. Super terram.*] Duo sunt in libro, Psal. 105. 16. *Famem in terram. Benedicite Domino.*] Quinque sunt, Judic. 5. 2. & in ver. 22. &c. cætera loca hic citantur.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 103.

De calamitate in Babylon, ut præcedens, Theod.

Sicut

Sicut aquila.] Conterendo ad petram, excutit rostrum prius nimis aduncatum, tunc accedit ad cibum, & erit tanquam juvenis, August. Horat. lib. 4. Od. 4. de aquila.

Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permisit,———
——— mox in ovilia,
Nunc in reluctantes dracones, &c.

Morbos tuos.] Corporis & animæ, ut Matth. 12. *Ipse portabat morbos nostros*, 1. Caus. *Redemit te.*] 2. Caus. *Implet desiderium tuum bonis.*] Gr. sic Psal. 81. *Aperi os tuum*, & Psal. 145. *Aperit manum suam, & implet desiderium omnis viventis*, 3. Caus. *Transit spiritus.*] πνεῦμα Gr. discedit spiritus suus. Vel, ventus percutit illud, à dissimil. 4. Caus. *Angeli.*] Instrument. Eucharist. *Exercitus sui.*] Sacerdotes, צבא dicuntur in Num. & 2 Paral. 31. 2. In portis *exercituum Domini.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 103.

עדיך.] *La bocca tua.* Ital. Bruc. Hisp. os tuum. *Sicut aquila.*] Quæ vivit (sine debilitate) longæva, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 103.

Qui satiat bonis ornamentum tuum.] Lat. MS. Heb. à עדו. *Non custodiet iram.*] Non comminabitur in æternum. Vulg. Gr. sic Ephes. 6. dicit Apostolus, *Moderantes comminationem.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 103.

De frigiditate David in senectute sua, 1 Reg. 1. 12. Par. edit. ܠܟܠ ܓܪܡܝ. *Interiora mea.*] Omnia ossa mea quæ tunc erant arefacta, Syr. גרמי. ܡܥܛܦ *Coronans, vel, sustentans te.*] Syr. ܡܣܘܚܪ סחור, circundat te ex omni latere, ut in Cant. 8. *Dextrâ & sinistrâ, &c. Os tuum*, vel, *corpus.*] Syr. MS. ܕܡܬܚܕܬܐ ܐܝܟ ܢܫܪܐ ܓܘܫܡܟܝ. Par. edit. Heb. עדיך, quod est externum hominis ornamentum; Et dicis, *Os*, quia in senectute *desiderium cibi deficit*, ut Eccles. 12. *Sicut cœli excelsi.*] Sic misericordiâ suâ timentes eum in æternum circundabit. *Meminit.*] Quòd pridem ex pulvere nos fabricavit, in Gen. 2. *Exercitus.*] Omnes creaturæ hic inducuntur Deum celebrantes, ut in Ritual. Syr. p. 54. Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, Deum unicum laudibus Angelorum, & Seraphim dicentium, Sanctus, Sanctus, ܘܐܡܪܝܢ ܩܕ
ܠܡܫܒܚܘ ܠܡܠܐܟܐ ܘܠܣܪܦܐ
&c. ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܡܠܟܐ (ex Isa. 6. 1, 2, 3.) & in hac Syrorum oratione sæpiùs repetita est hæc benedictio, p. 57. Et nos peccatores dicemus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. ܘܐܦ ܚܢܢ ܚܛܝܐ ܢܐܡܪ ܩܕܝܫ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 103.
Heb. Arab. 102.

Omnia interiora, vel *sensus mei.*] Arab. وكل حواسي, ut Job. ait, *Fœdus cum oculis meis pepigi*, Job. 31. *Dabit tibi desideria tua ex bonis.*] Arab. يعطيك شهواتك من الخيرات, id est, quicquid secundùm ejus voluntatem, & ad commodum tuum petis, accipies, Matth. 7. Jacob. 4. 1, 2, 3. &c. *Vias suas Moysi.*] Amorem Dei & proximi, Nebiens. *Regnum ejus dominabitur super omne imperium.*] وملكته يسود على كل سلطان, sic in Dan. 2. *Excitabit imperium, quod omnia imperia evertet*, ut lapis è montibus excisus.

1 *Ipsi David. CIII. Heb. CIIII.*

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem, & decorem induisti:
2 *Amictus lumine sicut vestimento:*
Extendens cœlum sicut pellem:
3 *Qui tegis aquis superiora ejus.*
Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.
4 *Qui facis angelos tuos, spiritus; & ministros tuos ignem urentem.*
5 *Qui fundâsti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi.*
6 *Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus: super montes stabunt aquæ.*
7 *Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.*
8 *Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundâsti eis.*
9 *Terminum posuisti, quem non transgredientur: neque convertentur operire terram.*
10 *Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.*
11 *Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua.*
12 *Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.*
13 *Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra:*
14 *Producens fœnum jumentis, & herbam servituti hominum.*
Ut educas panem de terra:
15 *Et vinum lætificet cor hominis:*
Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.
16 *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit:*
17 *Illic passeres nidificabunt.*
Herodii domus dux est eorum:
18 *Montes excelsi cervis: petra refugium herinaciis.*

19 *Fecit*

19 Fecit Lunam in tempora : Sol cognovit occasum suum.

20 Posuisti tenebras, & facta est nox : in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.

21 Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

22 Ortus est Sol, & congregati sunt : & in cubilibus suis collocabuntur.

23 Exibit homo ad opus suum : & ad operationem suam usque ad vesperum.

24 Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti : impleta est terra possessione tuâ.

25 Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis :

26 Illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formâsti ad illudendum ei :

27 Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.

28 Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

29 Avertente autem te faciem, turbabuntur : auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.

30 Emittes spiritum tuum, & creabuntur : & renovabis faciem terræ.

31 Sit gloria Domini in sæculum : lætabitur Dominus in operibus suis.

32 Qui respicit terram, & facit eam tremere : qui tangit montes, & fumigant.

33 Cantabo Domino in vita mea : psallam Deo meo quamdiu sum.

34 Jucundum sit ei eloquium meum : ego verò delectabor in Domino.

35 Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non sint : benedic anima mea Domino.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 104.

CONtinet opera Bereshith. *Anima mea.* Quia inter inferiores creaturas, benedicere Domino nulla nisi anima hominis tantā habet scientiam. *Amictus honore & majestate.*] Quando fecisti cœlos sicut vestitus regius, quo, tanquam rex regiis insignibus, es adornatus; Vel, dicit, *Honore & majestate,* quia homo si fit fortis plerumq; non est formosus, vel è contrà; sed ambo sunt in Deo, & in rege Christo, Psal. 21. 5. *Posuisti in illum honorem & majestatem.* Non est in Cod. Cremon. *Magnificatus es valdè.*] Dicit, *Magnificatus* ante creationem, sed post, *Valdè,* Derash R. Eliezer. Non est in Cod. Cremon. *Obtegis lumine sicut vestimento.*] Mundum luce operuisti; & incipit à *luce,* quia post cœlos dixit, *Fiat lux,* Gen. 1. 3. Vel, tegit seipsum luce עושה pro מעטה, verbum יוצא לשלישי. *Expandis cœlos.*] Firmamentum die secundo, Genes. 1. 8. non potest exponi de cœlis novem superioribus, qui creari primo die erant cum quatuor elementis, & movebant 12. horis, & sic erat dies primus, & tunc incepit tempus. Non est ita in Cod. Cremon. *In aquis.*] Dicunt aliqui, sunt aquæ supra cœlos, sed sapientes disquisitionis huic non confitentur; alii dicunt, ut contignationes in terra, sunt nubes in cœlis. *Nubes currum suum.*] *Nubes* in motibus suis dirigit, sicut bestia ab equite. *Super alas venti.*] In plaga, ubi vult Deus, spirat, ac si Deus in alas evehebatur. *Ventos angelos suos.*] Non ex accidente spirant, sed sunt Dei nuncii. *Ignem ardentem.*] Fulgura. Hactenus de Aëre, nunc de terra, tertiæ diei opere. *Fundavit terram.*] Posuit in illa naturam, ut descenderet, locus infimus est medium cœlorum; & si moveretur ad unum ex sex lateribus, ascenderet; forma ejus est rotunda, sicut circulus in medio circuli, ideóque ad latus aliquod cœli non declinat, quod nisi in rotunda figura fieri nequit. *Tegis eam abysso, sicut vestimento.*] Antequam erant aquæ congregatæ ad unum locum, tegebant terram & montes: & dicit, *Eam,* id est, terram, quæ est in masculin. Vel, postquam aquæ erant congregatæ, sicut vestis totum hominem, exceptâ facie suâ, operuit; sic facies terræ sola est sine aquis, propter hominum habitationem, aperta. *Aquæ stabant super montes.*] In multis locis, etiam postquam erant congregatæ. *Ab increpatione tua fugiebant.*] Ad voluntatē tuam; sicut servus, increpante Domino cum voce terribili, fugit; sic aquæ ad vocem tonitrui tui. *Fugiebant.*] Ad locum marium, qui est altior terrâ, quia aquæ congregantur ut acervus. *Ne revertentur adhuc.*] Dicit, *Adhuc,* quis semel operiebant terram. *Mittis fontes.*] Quando Deus maria formâsset, ea salsa constituit, ne putrescerer ex illis aër; sed aquæ quæ non erant congregatę, dulces in potum posuit, & ad irrigandas plantas, & aërem refrigerandum à salsis aquis incalescentem, & ad humectanda corpora viventia. *Currunt inter montes.*] Dulces aquæ non sunt dispersæ ubique, & in omni planicie, ne nocerent plantis & incolis, sed in vallibus inter montes, ut montes sint aquarum limites: & flumina in deserto sunt in usum peregrinantium, onagri, &c. *Volucres.*] Creantur ex aquis, & aquas diligunt, Gen. 1. 20. *Producant aquæ, &c.* duas species, unam in aquis, aliam in terra degentem. *Folia.*] עפאים in lingua Aram. & Aleph redundat, Hiric pro Jod, sic Dan. 4. 12. עפיה. *Irrigat montes.*] Per nubes, & hic est aquarum prædictarum usus; & dicit, *Montes,* quia necessitatem habent quàm valles majorem; & valles etiam à fluminibus, non sic montes, irrigantur. *Gramen crescere facit.*] Die tertio postquam aquæ erant congregatæ, ut dicitur, *Terra educat herbam, &c.* Gen. 1. *Cum fructu operum tuorum.*] Fructu nubium, id est, pluvia; & dicit, *Operum,* quia pluviam nūmerat Elihu inter Dei mirabilis, Job. 36. 26. Job. 37. 6. & in cap. 38. *Habet pluvia patrem?* Deus est pater ejus, & pluvis est fructus. *Herbam per servitium hominis.*] Meminit beneficii aquarum in cibum hominis, & meminit trium, quæ sunt, Triticum, Vinum, & Oleum; & dicit, *Servitium,* quis homo laborat, & colit terram, ut ea educeret, Gen. 3. 19. *In sudore vultus tus educat cibum.*] Labore suo pro se, & pro bestiis quibuscum

quibuscum arat, hordea. *Faciem splendescere facit.*] In esu olei, vel indicat noctis lampades, quæ illuminant facies hominum. Vel, *Ex oleo.*] משמן, id est, per illud quod factum est ex oleo. *Corroborat cor hominis.*] Ut Genes. 18. 5. *Buccellam panis,& confirmate corda vestra. Lætificat cor.*] Vinum moderatè sumptum etiam lætificat intellectum,ut apparet in Prophetis.Gen.27. *Replentur.*] Pluviâ prædicta,v.13. & dicit, *Arbores Dei*,ut Jonæ 3.2. *Civitas Dei.* Vel, quia arbores saltus crescunt sine labore hominis; & anteà meminit humanæ industriæ fructus. *Cedros Libani.*] Meminit particulariter, quia sunt arbores procerissimæ. *Deus plantavit.*] Terræ naturam ad educendas eas sine hominis industria dedit, & sic תפוח malus inter arbores cibi, Cant. 2. 3,4. *Ubi aves nidificant.*] Est usus arborum; quando in altum surgunt sunt avium domicilium,& ab illis excisis domos vel naves ędificant,& in focum vilissimę,ut vinea,sunt perutiles,Ezech. 15. 2. *Vitem dedi in ignem:* sub homine sunt omnes creaturæ animatæ,sub illis plantæ, sub his quæ nec animam nec motum habent,& quia volucres volant in aere, proceræ arbores sunt aptissimæ, ut in illis quiescant; & meminit *Ciconiæ*,quia est volucris magna, & est nidus ejus in cedris. *Montes —— sunt refugium capreis.*] Post volucres,ostendit domicilia bestiarum, & capreæ sunt in montibus & rupibus, ut Job 39. 1. Hactenus de creaturis 3. diei, & earum utilitatibus, & meminit montium (qui erant primo die creati) tertio die iterum in transitu solùm, quia sunt domicilia bestiarum, sicut arbores volucrum. *Lunam.*] Nunc ad diem quartum progreditur, & incipit à Luna, licet sit luminare minus, quia nox præit diem in quarta nocte, Luna creabatur & diluculo Sol oriebatur. *In tempora.*] 12. menses in anno, quia quolibet mense in lumine renovatur. *Sol novit occasum ejus.*] Occasum Lunæ, quia quando ortus est Sol die quarto mane, Luna erat abscondita, & Sol quasi occasum ejus novit. Vel, *Sol novit ortum suum.*] Id est, lucem suam, quia Sol habet à seipso lucem,sed consentiunt omnes sapientes, quod Luna est corpus opacum,& lumen suum à Sole mutuatur, & sic non novit lucem suam; à מבא, applicatur ad ortum & occasum,quando oritur Sol,venit super terram, quando occidit,est sub terra: Meminit Lunæ solùm, sed sub Luna comprehendit stellas quæ dominantur unà cum Luna & *sunt in tempora*,ut Genes. 1. *Tenebras.*] Sunt occasus luminis,& ostendit utilitates noctis ad leones & bestias quæ in die timent, ut Genes. 9. 2. *Timorem vestrum in omnem creaturam*, bene nota est utilitas somni, ideóque non meminit; Etiam nox & dies sunt causæ generationis & corruptionis, Rabboth. Non est in Cod. Cremon. *Cibum à Deo quærunt.*] Per causarum concatenationem. *Ad opus suum.*] In agris. *Usque ad vesperam.*] Tunc in urbes redit. *Terra plena est.*] Quia non est locus inanis,& addit, *Opum tuarum*, quia non sunt per accidens. Hactenus de creaturis aridæ & luminaribus. *Magnum.*] In longitudine *latum* etiam; sunt opera 5. diei, & licet volucres hoc die creabantur, tamen antea earum in transitu meminit, quia arbores erant domus,& aquæ earum potus. *Innumerabiles.*] Quia quolibet anni die & plus quam bestiæ multiplicant. *Ambulant naves.*] Meminit *Navium*,quia dixit Deus in creatione, *Habete dominium in pisces maris*, & hoc fit per naves,ut Psal.8.8. *Qui transeunt semitas maris. Leviathan.*] Piscis magnus quem nemo unquam vidit, sed in scriptura memoratur. *In opportunitate.*] Quia quælibet species, habet tempus pro cibo peculiare. Vel, cum cibo in tempore suo, quia omnis cibus habet tempus sibi appropriatum. *Expectant te.*] Illi ignorant hoc, sed novimus, quod tu pro illis præparas. *Congregant.*] Parùm hic,& parùm illic in tempore famis. *Aperis manum.*] In tempore abundantiæ, R. Jos. Cimchi. *Abscondis faciem tuam.*] Subtrahendo cibos. *Creantur.*] Aliæ ejusdem speciei. *Renovas faciem terra.*] Per novas creaturas,ut Eccles. 1.4 *Una generatio venit.* Sunt etiam sapientes disquisitionis, qui dicunt quod animæ omnium creaturarum ad corpora sua in hoc mundo, sed non ad eadem corpora, redeant; & dicunt magni Philosophi quod non redibit anima adhuc ad corpus, ut Job 14.12. *Donec non sint cœli non evigilabunt*, sed fides nostra (qui sumus ex semine Israelis) est, quod animæ ad corpus proprium in resurrectione per miraculum redibunt, ut hic dicit, *Emittis spiritum tuum*, & licet in versu priori de omnibus viventibus, in hoc de homine solo qui est radix omnium, est sermo; & utrum omnes resurgent, est divisio inter sapientes nostros, dicunt quod impii non resurgent sed justi. Non est in Cod. Cremon. *Lætabitur in operibus suis.*] Ut Genes. 1. 31. *Vidit Dominus quod erant valdè bona.* Vel, in resurrectione mortuorum lætabitur in individuis & speciebus, R. Arama. Vel, de futuro lætabitur Dominus in operibus suis in diebus Christi, quando *servient eum humero uno*, Zephan. 3. 9. Et dicit, *Lætabitur*, quia in sæculis præcedentibus, propter peccata generationis diluvii, dolebat, Genes. 6. *Pœnitebat illum, &c. Et fumant.*] Fecit omnia, & convertit omnia in nihilum prout sibi placuerit. Vel, indicat consumptionem impiorum, ut Deut. 32. 22. *Ignis accensus est in ira mea & fundamenta montium comburet*, & dicit, *Aspicit, tangit*, quia omnia fiunt ex Dei providentia. *Dulcis erit.*] Domino, ut antè dixit, *Dominus lætabitur,&c. Impii ne sint ampliùs.*] In diebus Christi, ut Mal. 4. 1. *Relinquet nec radicem nec ramum. Laudate Dominum.*] Omnes Gentes הללו comprehendit שיר & שבח. Vel, *Lætabitur in operibus suis.*] Quia species manent ait sapiens Ab. Ezra.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra. in Psal.* 104.

Benedic Domino anima mea.] Psalmus hic incipit & concludit cum hac benedictione sicut prior, ideóque probabiliter David composuit illum *Lumine sicut vestimento.*] Oculi animæ defatigantur gloriam tuam intuendo; quia vestis abscondit illum (qui eâ amictus est) ab oculis corporeis. Meminit operum sex dierum,ex Genes. 1. & incipit à *lumine*, prima die creato, tunc *firmamento*, terra, & luminaribus, piscibus, volucribus, cum bestiis, & homine, ordine directo. *Currum suum.*] Dicit, *Currum*, & *alas venti*, propter velocitatem ejus decretorum. *Ambulat.*] Sic dicit propter decreta quæ descendunt in illis. *Cœnaculorum.*] Nubium. *Ventos nuncios suos.*] Et ignem ministrum suum, ut Psal. 148. 8. *Ignis & vapor, & turbo adimplentia verbum ejus.*

Vel,

Vel, *Ignem & flammam.*] Id est, lapides qui odore enecant & fulgura. *Posuit terra fundamenta.*] Est similitudo denotans immobilitatem terræ, quæ est ut punctum in circulo. *Increpatione tua.*] Ventos & tonitrua Dei *increpationem* appellat. *Super montes.*] Sunt aquæ maria, super montes & muros ædificatos in eas,insurgentes. *Abysso sicut vestimento.*] Quia in principio aquæ obtegebant terram, ut vestis hominem,Rasi. *In valles,*vel,*mittis fontes cum fluviis.*] Post pluviam,meminit *Fontium,&c.* quæ ex pluvia oriuntur. Vau in ויחיו redundat, ut in Psal. 50. *Onagri frangunt sitim.*] Meminit *Onagri*,quia assuetus est deserto, ut Jerem. 2. *Propter ea volucres cœli habent habitationem.*] Quia ubi non sunt aquæ, non est aliquod vivens; & dicit, *Propter ea*, scil. flumina & fontes. *Terra.*] Incolæ terræ, ut Genes. 41. *Omnes terra,&c. Fructu operum tuorum.*] Fructibus arborum. *Herbam per servitium hominis.*] Per cujus servitium herbæ è terra educuntur saluberrimæ, ut Genes. 2. *Ad colendum eum, &c. Oleum quod faciem splendere facit.*] Oleum capitis lætificat faciem, ut Eccles. 9. Vel, vinum splendere facit magis quam oleum; & meminit *Vini & Panis*,quæ sunt duo principalia vitæ humanæ solamina. *Arbores Dei replebuntur.*] Arbores fructiferæ cum pluvia prædicta. *Lunam in tempora statuta.*] Propter menses & fructus; dicunt aliqui propter Neomenias & festa,& meminit *Luminarium* post pluviam, quia sunt causæ pluviæ per motum & aspectus planetarum,& stellarum in illis operationem; & meminit *Solis* & Lunæ,quia regunt diem noctemque non sic stellæ; efficiunt etiam tempora, ut Luna in plenilunio & defectu renovat res in metallis, & ut declinat Sol ab Aquilone vel Meridie,mutationes in terra fiunt. *Leunculi.*] Meminit horum quia sunt inter bestias, ut reguli. *Novit occasum suum.*] Est Solis in ortu & occasu uniformitas, sed Lunæ mutationes in luce & motu sunt permultæ. *Congregant sese.*] In antra sua dormire, & dicit, *Congregant*, quia nocte sunt dispersi in prædam; homines vero die. *Parva & magna.*] Enarrant navigantes in mari quot & quanta viderunt. *Leviathan.*] Nomen generis; omnis piscis magni, vel forsan speciei. *Ad illudendum.*] Quia devorat pisces alios,& nemo illum. *Tu.*] Et tu solus aperis manum tuam. *Abscondis faciem tuam.*] Sicut qui eorum obliviscitur. *Redeunt in pulverem.*] In bestiis & piscibus sunt ossa quæ redeunt in pulverem. *Creantur.*] Id est,alia ejusdem speciei. Sed dicunt alii viri disquisitionis quod omne vivens erit restitutum ad vitam suam in resurrectione mortuorum, Rasi. *Et tremit.*] Quando Deo placuerit, terra licet immobilis tremit, & montes licet incombustibiles,per decretum suum urunt. Vel, *Terra tremit.*] Id est, incolæ. *Consumantur peccatores.*] Est oratio Prophetæ contrà eos. Vel, est Prophetia, erunt consumpti quia in operibus Dei, ut Psalmista, non lætabantur. *Benedic Deo.*] Propter consumptionem impiorum. *Laudate vos Dominum.*] Vos prudentes.

Sect.3 *Ex Midrash Tillim. in Psal.*104.

Magnificatus es גדלת מאד.] Postquam Deus creavisset mundum,tunc valdè erat exaltatus,R. Beresh in nom. R. Eliezer, & R. Josu. הוד והדר.] Homo si viribus pollet, *formâ* non excellet, sed hæc duo sunt in Deo & in Messia suo, Psal. 21. Psal. 45. *In aquis.*] Cœli sunt ex aquis. *Nubes currum ejus.*] In Sinai dixit, *Ecce venio in nube densa*, Exod. 19. Et in Ægypto, Isai. 19. *Super nubem volucrem. Angelos.*] Secundo die erant creati; R. Johan. *Volucres cœli.*] Angeli, R. Aquiba. Vel, aves laudantes Deum, R. Ishmael. Vel, Israelitæ. R. Jodan. *Fulcit cor hominis.*] Sic dicitur in tribus locis in hoc & Gen. 18. & סעד לבך, *Fulcias cor tuum.* R. Isaac. *In tempora* למועדי.] Post occasum solis. R. Shilo. *Leones.*] Id est, nationes terræ Israelis raptores. *Sol.*] Messias. *Antra.*] Gehenna. *Homo*, vel *Adam.*] Israel. *Mare.*] Regnum quod in hunc mundum monarchiam excercet. *Bestia.*] Duces, &c. Vel, mare est sepulchrum. *Tremet terra.*] Propter idololatriam. R. Elihu. Vel, propter decimas non solutas. R. Neborai. Vel, propter ἀρσενοκοίτας. R. Aka. *Peccatores.*] Id est, omnes simul in futuro eradicantur, ideoque scribitur hic *Hallelujah*, & non in 103. Psalmis præteritis. R. Samuel bar Aba. Nam in interitu impiorum est jubilatio.

Sect.4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.*104.

De creatione & providentiâ. *Tegit lucem.*] Ut in Genes. 1. *Tenebræ erant, &c. Angelos.*] Motores cœlorum. *Sicut vestimento.*] Id est, aquis inferioribus abyssum maris obtegit. *Omnes in te* כלם אליך.] Arguit particularem providentiam in omnium creaturarum cura. *Montes.*] Gentes. *Dulcescat* יערב.] Id est, precor ut sit accepta mea meditatio.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 104.

Obtegit mare.] Cum aquis ut vestimento, in Isai. 11. *Sicut aqua quæ obtegunt mare*, & Deus illud nubibus operuit sicut vestimento hominem, & Job 38. *Nubem posui vestimentum ejus. Aquæ stant super montes.*] Aquæ Oceani effusæ sunt de loco sublimi in terram, Amos. 5. ideóque superiores sunt terra universa. Vel, quando Deus misit diluvium, montes altissimi erant aquis operti. *Increpatione tua.*] Quando dixit Deus, *Appareat arida*, Genes. 1. 9. *Inter ramos.*] עפאים, sicut ענפי, in Dan. 4. *Novit occasum suum.*] Non sic Luna, quæ in spatio longiori, quandoque breviori, occidit, Abben. Ezra. קנינך, possessio tua sunt omnia. *Mare in loco spatioso.*] In ling. extr. לרויש, Hispan. *De lugares.*

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.*104.

Sicut ignem.] Mandata sua subitò, in destruendis hostibus suis, adimplere. *Alas ventorum.*] Nubes veloces ut venti. *Ad illudendum.*] Pro convivio & lætitia justorum, Dan. 12. 2, 3. in Ab. Ezra. Vel, tribus horis in dies, ut Job 41. 5. *Sicut volatili*, Derash. Rabbo. בםםברו עף R. Sol.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 104.

Extendit.] In usum hominum, qui tamen Dei obliviscuntur; Quatuor sunt plena, Isai. 40. 22. *Extendit cœlos ut cortina*; Et, *Oblivisceris Dei creatoris tui, &c.* Et, *Ecce extendo manum meam in Pelistæos. In sæculum.*] Sunt sex עולם ועד, *Dominus regnat in æternum*, & Psal. 45. 6. *Thronum tuum in sæculum.* Psal. 52. 8. *Ut oliva viridis.* Psal. 21. 4. *Petiit vitam, dedisti* (ut Deus ipse vivit in æternum,) Psal. 48. 14. *Deus noster in sæculum.*

Potum

Potum præbent.] Tria sunt, Gen. 29.2. *De fonte isto.* In lege, Jer.16.2. *nec potum præbent*, calicem consolationis, id est, in siti potum illi non præbent, est in Prophetis; & hic locus est in Cethubim. *Lætificat cor hominis.*] Septem sunt, Prov. 10.1. *Lætificat patrem*, id est, per industriam suam, ut Noa plantavit vineam deliciarum, & Lamec pater ejus dixit, *Hic consolabitur nos*, Gen.5. Et socius ejus in Proverb. Ecclef.10.19. *Vinum lætificat viventes.* Et in Prov. *Lux oculorum lætificat cor*, & Pro. 27.9. *Unguentum lætificat cor*, & in Prov. *Qui diligit sapientiam, lætificat cor*, Sapientia est omnia; ut vinum, oleum, lux & unguentum. *Ad quærendum.*] Sunt quatuor, 1 Sam.25.29. *Et quærere animam tuam.* Zach. 8.21. *Quærere Dominum exercituum*, scil. pro pane quotidiano, Est. 4.8. *Pro populo suo supplicare.* *Ambulant naves.*] Tria sunt in Scripturis, Psal.89. 15. *Ambulant in lumine vultus tui*, Psal.104.10. *Ambulant inter montes.* Vide R.David.

Sect.8. *Ex Al. Anth. in Psal.*104.

Nubes ascensum ejus.] Dominus ascendit visibiliter in cœlum, Act.1. S.Aug. *Terram fundavit.*] Ecclesiam, S.Aug. *Tegit lucem vestimento.*] Nempè, nube, ut Job.36. בנפניע. Vel, *Est amictus lumine.*] Ut 1 Tim. 6. *Lucem inhabitans inaccessibilem*, Theodor. *Contignationum suarum in aquis.*] Quia vapores ex aquis efficiunt nubes; supplent materiam novam, quando consumuntur. *Montes.*] Fluctus maris tanquam montes, S. Aug. *Super montes stabant aquæ.*] Pindar.Olymp.Od.8.

———λέγοντι μὰν
χθόνα μὲν κατακλύσαι μελαίνας
ὕδατος σθένος, ἀλλὰ Ζηνὸς, &c.
Attamen quondam, neque fama mendax,
Abditi Ponto latuere montes,
Postque diffusas maris hausit undas
Terra reforbens.
Pyrrha, virque ejus pereunte soli
Orbe relicti, &c.

Sic Horat.Lib.1.Od.2.

———*Grave ne rediret*
Sæculum Pyrrhæ nova monstra questæ, &c.

Angelos ut ventos.] Id est, ministrantes & obedientes voluntati suæ, ut Heb. 1.7. *Nonne sunt omnes illi* πνεύματα λειτουργικὰ; *Tegit seipsum abysso, sicut vestimento.*] Gr. id est, cum aquis in nubibus, quæ ascendunt ex abysso, & conspissantur in aëre. *Ascendunt ut montes.*] Aquæ ut montes, Theod. *Bestiæ grandes.*] Horat.Lib.4.Od.14.

Belluosus Oceanus———

Oleum quod faciem splendescere faciat.] Horat. Lib.1. Od 5.

Perfusus liquidis urget odoribus.

Plena tuarum possessionum.] Omnia in illa sunt tua. Mundus est μεγάλη Θεοῦ οἰκία, 2 Tim. 2. *Vinum quod lætificat cor.*] Moderatè sumptum, immoderatè furorem concitat.

Horat. Lib.1. Od.18.

Siccis (qui non bibunt) *omnia nam dura Deus proposuit: neque*
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
(Ut Pro.31. *Ut obliviscatur paupertatis, &c.*)
At ne quis modici transiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata: (Quia uxoribus Lapitharum se immiscebant, ut Pro.23. *Tunc videbit oculus tuus alienas, &c.*)
Quum fas atque nefas exiguo fine (nullo discrimine) *libidinum*
Discernunt avidi: non ego te candide Bassareu (Bacche.)
Invitum quatiam: (Vino quasi invito, Rō.8.20.)
——— *quæ subsequitur cæcus amor sui,*
Attollens vacuum (sapientia) *plus nimio* (vino) *gloria verticem,*
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.
(Revelat omnia; sunt effectus ebrietatis.)

In Psal. 104. Theod. citat Syrum codicem, observes licet antiquitatem Syri Interpret. ut in Psal.49. *Creantur.*] Dei providentia est nova creatio. Est gratiarum actio pro creatione sex dierum, & continuâ preservatione. Gr.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Psal.*104.

Montes ascendebant.] Ital. Bruc. id est, apparuerunt, ut Gen.1.19. Ital. Hisp. *Y pareción la secca.* *Ad lætificandum cum oleo.*] a. Ang. MS, Vulg. Gal. sicut mos erat inungendi in lætitiam. Ital. & Ital. Bruc. *Per l'olio.* Vel, plus quàm oleum, vinum facit vultum splendescere. Ital. לשחוק.] Id est, ad deridendum mare. Ang. MS. Vulg. Gal. Vel, *giucare.* Ital. Bruc. Hisp. *jugasse.*

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.*104.

De mundi creatione.] Gr. de Christo omnia creante. Greg. Nyss. *Confessionem & decorem.*] Gr. Vul. הוד ab הודו, id est, omnes confitentur, & gratias tibi agunt. *Tegit aquis superiora*, vel, *cœnacula ejus.*] Lat. MS. ut in Psal. 148. *Aquæ quæ sunt supra cœlos.* Vel aquis in nube, in qua habitat Deus. *Ut exhilaret faciem in oleo.*] Gr. Vulg. unguentum bonum in caput, faciem exhilarat, ut Psal. 133. *Spatiosum manibus.*] Vulg. Gr. Lat. MS. id est, locis, יד est *locus* in Deut.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.*104.

Quando abiit David ad adorandum coram Arca. Par. edit. de operibus creationis est hic Psalmus; est primus articulus confessionis, & inscriptionis Sinicæ, primò ex Sinica in Lusitanicam, & demum ex Italica (quam Romæ vidi) in Latinam translata per P. Athanas. Kircher. Declaratio del Xiù Pin: Essentia divina in personis trina verus Olo, ܥܒܕ fecit cœlum & terram, noctem & diem, creavit hominem, justitiam largitus est originalem, Dominum universi constituit. Ar. 2. post lapsum Adami 365 sectæ sunt obortæ, creaturam loco creatoris habebant, principium omnium ponebant vacuum, id est, subtile; Alii sacrificiis quærebant beatitudinem, alii bonitate quadam gloriabantur, sic R Sol in Gen.4. *Invocabant Idola per nomen Dei.* *Abyssum tegit velut indumentum.*] Syr. sic in Job. 38.9. *Caliginem cunabula maris.* Vel, *Abysso tegis eam ut vestimento.*] Syr. Par. edit. tegisti terram abysso, in Gen. 1. 2. *Super montes.*] In nubibus supra montes suspenduntur. *E medio ramorum*, vel, *montium edunt vocem suam.*] Syr. טורא ܛܘܪܐ. Heb. עפאים, id est, aquæ inter montes erumpunt, & sonum ibi edunt loquacem. *E*

cœnaculis suis.] Nubibus, quæ sunt quasi tugurium ejus, in Psal. 18. 11. Syr. סדידוהי ܛܠܠܝܗܘܢ.
Per ministerium hominis panem producere.] Arando, serendo, &c. *Lætificans faciem ejus oleo.*] Quo erat caput inunctum, Syr. ܘܡܦܨܚ ܐܦܝ̈ܗ ומפצח, ut Eccles. 9. *Ne careat caput tuum unguento.*

Sectio in Syr. ܦܘܣܩܐ.

Sol tempus occasus sui novit.] Syr. id est, constanter occidit quasi tempus cognosceret; & mentionem facit *occasus*, qui indies est, & maximè observandum Solis commodum. *Istud mare amplum, & amplitudo manuum est in eo.*] In illo opus manuum tuarum ampliâsti. Not. in Par. edit. sed potiùs est Hebraismus. *Ad ludendum in eo.*] Nullum reformidans animal, ut in Job. 40. 20. *Omnes bestiæ ludunt*, non timentes Behemoth. Ab. Ezra. Syr. ܠܡܓܚܟ ܒܗ ܠܗܘܢ.
In temporibus suis.] Hominibus diurno, bestiis tempore nocturno. Syr. ܒܙܒܢܐ ܕܒܙܒܢܗܘܢ.
Creantur.] Syr. ܘܡܬܒܪܝܢ generantur, velut in Num. 16. *Si novum creaverit*, R. David. *Suavis de eo, vel, ei.*] Syr. ܢܬܒܣܡ ܥܠܘܗܝ, id est, placeat illi, ut Judic. 9. de vino dicitur, *Lætificat Deum & homines*; est per similitudinem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 104.
Heb. Arab. 103.

Fecit aquas fundamentum ejus.] Arab. جعل الما اساسها, aquæ sunt infrà cœlos, & quasi fundamentum cœli, magni illius Tentorii. *Creavit Angelos spiritus.*] Arab. خلق ملايكته ارواحا absque corpore. *Montes sunt excelsi.*] Arab. الجبال عالية, id est, quando apparuit arida, montes qui erant aquis operti, tunc ascendere super valles conspiciebantur. Gr. Arab. Rom. Neb. Vulg. *Illustrat faciem ejus oleo.*] Arab. بالدهن, id est, per lampades, R. David. Vel pinguedine, ut Psal. 73. *Exeunt oculi*, vel, *color eorum ex pinguedine.* Et in Psal. 20. *Pinguefac ejus holocaustum*, idem. *Ut ludat*, vel, *ut admiratio de illo capiatur.*] Arab. ليتعجب منه. *Meditatio*, vel, *laudatio mea erit ei jucunda.*] Arab. تسبيحي.

Alleluja. (1 *Par.* 16. 8.) *CIIII.*
Heb. CV.

1 *Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: annunciate inter Gentes opera ejus.*

2 *Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia ejus.*

3 *Laudamini in nomine sancto ejus: lætetur cor quærentium Dominum.*

4 *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper.*

5 *Mementote mirabilium ejus, quæ fecit: prodigia ejus, & judicia oris ejus.*

6 *Semen Abraham, servi ejus: filii Jacob electi ejus.*

7 *Ipse Dominus Deus noster: in universa terra judicia ejus.*

8 *Memor fuit in sæculum testamenti sui; verbi, quod mandavit in mille generationes:*

9 *Quod disposuit ad Abraham: & juramenti sui ad Isaac.*

10 *Et statuit illud Jacob in præceptum: & Israel in testamentum æternum:*

11 *Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.*

12 *Cùm essent numero brevi, paucissimi & incolæ ejus:*

13 *Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum:*

14 *Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.*

15 *Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.*

16 *Et vocavit famem super terram: & omne firmamentum panis contrivit.*

17 *Misit ante eos virum: in servum venundatus est Joseph.*

18 *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus,*

19 *Donec veniret verbum ejus.*

Eloquium Domini inflammavit eum:

20 *Misit rex, & solvit eum; princeps populorum, & dimisit eum.*

21 *Constituit eum dominum domus suæ: & principem omnis possessionis suæ.*

22 *Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum: & senes ejus prudentiam doceret.*

23 *Et intravit Israel in Ægyptum: & Jacob accola fuit in terra Cham.*

24 *Et auxit populum suum vehementer: & firmavit eum super inimicos ejus.*

25 *Convertit cor eorum ut odirent populum ejus: & dolum facerent in servos ejus.*

26 *Misit Moysen servum suum; Aaron, quem elegit ipsum.*

27 *Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.*

28 *Misit tenebras, & obscuravit: & non exacerbavit sermones suos.*

29 *Convertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.*

30 *Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.*

31 *Dixit, & venit cœnomyia: & cinifes*

fis in omnibus finibus eorum.

32 *Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.*

33 *Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contrivit lignum finium eorum.*

34 *Dixit, & venit locusta, & bruchus, cujus non erat numerus.*

35 *Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.*

36 *Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.*

37 *Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.*

38 *Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.*

39 *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.*

40 *Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturavit eos.*

41 *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina;*

42 *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.*

43 *Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.*

44 *Et dedit illis regiones Gentium: & labores populorum possederunt:*

45 *Ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 105.*

COmposuit David hunc Psalmum, quando Arcam de domo Obededom reportabat, 1 Paral. 16. 8. Ibi reperitur usque ad vers. 15. *Ne noceatis Prophetis meis*; Est aliqua differentia in vocibus, sed sensus est idem, & quando composuit David librum Psalmorum, in illo hunc Psalmum coagmentavit; & dicunt Rabboth; quod Psalmum הודו cantabant manè, & Psal. שירו, 1 Paral. 16. 23. Vespere, & sic die quolibet hos duos Psalmos ante Arcam cantabant, donec Solomo eam in sanctum sanctorum introduxit. *Confitemini Domino.*] Ad cantores & totam congregationem est sermo. *Invocate in nomen suum.*] Oratione vel concionibus. *Notu facite opera sua.*] In Pelistæos pro Arca. *Gloriamini.*] Vos Israelitæ super omnes populos. *Lætetur cor.*] Omnium Gentium terræ. *Quærite faciem suam.*] Oratione. *Judicia oris.*] Dicit, *Oris*, quæ primò ore suo ad Mosen erant prolata, antequam facta, & erant hæ plagæ factæ, sicut ore suo minitabatur. *Semen Abrahami.*] in Paral. est *Semen Israel*, quia de Israele solo, & non de reliquo Abrahami semine est sermo, ut dixit Deus Abrahamo, *In Isaaco vocabitur semen tuum*, R. Arama. *Dominus Deus noster.*] Sumus populus ejus specialiter. *In mille generationes.*] In æternum, licet Israel sit captivus extrà terram, tamen redibit. Vel, *Ad Ducem in generatione.*] Id est, Abraham, Deras, אלף, sicut אלוף. Non est in Cod. Cremon. *Cum Abrahamo.*] Ut in Genes. 15. 18. *In die illo Deus fœdus iniit cum Abraham. Et juramentum suum pro Isaaco.*] Ut in Genes. 17. 21. *In Isaaco vocabitur semen tuum*, & juramentum hoc erat, in Genes. 22. 16. *Juravi per meipsum. Tibi dabo illam.*] Sic cuilibet patrum trium promisit. *Pauci.*] Ut dixit Jacob, Genes. 34. 30. *Sunt mihi pauci* familiâ meâ. כמעט, id est, non diu peregrinabantur in illa, sed Ægyptum in tempore famis proficiscebantur, ut Abraham, & Isaac Gerar, sic Jacob Ægyptum. *Ne tangite.*] Sic locutus est in somnio cum Laban. & Abimelec. *Unctos meos.*] Quos in favore regum ac si essent inuncti, exaltavi, ut dicunt filii Heth, Genes. 23. 6. *Tu es princeps magnus. Vocavit pro fame.*] Dicit, *Vocavit*, quia decreta descendunt à Deo, ac si ea vocasset, sic dixit Elisha, *Deus vocavit famem*, 2 Reg. 8. *Baculum panis.*] Dicit, *Baculum*, quo fulcit se homo, ne cadat in terram. *Misit virum.*] Dicit, *Misit*, quia Deus sic ordinavit, ut propter somnia sua foret venundatus, Genes. 45. 5. *Dixit Joseph, Dominus misit me:* רגליו, pedes duos, Cethib. *In ferro.*] Catenis ferreis, & dicit, *Anima*, quia in afflictione corporis sympatitur. *Verbum, vel, res sua venit.*] Ad Pharaon. scil. quòd præfectus meminit Josephi. *Probavit eum.*] Erat sicut argentum purum, interpretatur insomnia quæ nemo alius potuit. Vel *Verbum ejus.*] Verbum Dei qui dixit, Adhuc manebis 2. ann. post somnium præfecti, ut Genes. 41. 1. Deras. Rabboth. Non est in Cod. Cremon. *Dominum domus ejus.*] Ut Genes. 41. 40. *Eris super domum meam. Ligare principes suos.*] Si opus fuerit, potuit, ut Pharao dixit, *Ori tuo erit populus meus obediens*, & in throno solo ero te superior, R. Arama. שרו, Cethib; est Potiphar quem Joseph. in carcerem misit, R. Arama, Deras. Non est in Cod. Cremon. *Senatores.*] Sic vocantur sapientes licet juvenes sint, quia plerunque sunt senes. *Descendit Jacob.*] Ut impleretur decretum, Genes. 15. 13. *Semen tuum erit advena, &c. In terra Ham.*] Mizraim erat filius Ham, Genes. 10. 6. *Inimicis.*] Illis qui posteà erant eorum inimici. *Convertit cor eorum.*] Ipse sic decrevit, ut Genes. 15. *In servitutem redigent, &c.* Vel, est verbum stans, ut נהפך, *Conversum erat cor eorum.* להתנכל, id est, cogitare, ut consumant eos יכלו. *Signa sua.*] Ut scribitur, *Moses & Aharon fecerunt omnia hæc signa. Non erant rebelles.*] Licet Pharao increpabat eos. Vel, domus judicii superni, R. Jehud. bar R. Simon. Midras Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Vel, luminaria non rebellabant, licet Deus dixisset, *Dies & nox non cessabunt*, Genes. 8. attamen cessabant Egyptiis, & luminaria verbo Dei erant obedientia, quia promissum in Genes. 8. erat sub conditione, R. Arama. Vel, post tenebras Egyptii non rebellabant, R. Arama. *Occidit pisces.*] Per sanguinem, quia pisces non nisi in aquis, degunt. *Terra eorum produxit.*] Dicit, *Terra*, quia in tota terra erant, licet non terra, sed flumina eas produxerunt. *Non unus infirmus.*] Non unus pauper inter Tribus, sed omnes divites argento, auro, & vestibus sunt egressi.

Nubem in tegumentum.] Non ſuprà eos, ſed eis ut Cortina præcedebat, Exod, 13. 21. *Dominus eis in columna nubis præcedebat*, R. Arama, ſed quando quieſcebant, nubes erat ſuprà eos, à מסך, Num. 3. 25. *Velum portæ.* *Ambulabant in locis aridis*, vel, *in navibus.*] Aquæ creſcebant ita ut de loco in locum in navibus removebant; à צי, Iſai. 33. 21. Midras. Non eſt in Cod. Cremon. *Promiſſum ſanctum.*] Et propter fœdus patrum hæc omnia, non propter illos fecit, quia decies tentabant illum, Num. 14. *Laudate Dominum.*] Loquitur cum Iſraele in generatione ejus, & filiis oriundis. *Dedit terras.*] Sub hac conditione, ut obſervarent præcepta ſua.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Pſal.* 105.

Cantabant eum in introductione Arcæ, 1 Paral. 16. 8. David tradidit hunc Pſalmum in manum Aſaphi, &c. *Invocate in nomine ſuo.*] Publicate aliis, ut Geneſ. 12. 7. *Abraham ædificabat altare & invocabat* (ad alios) *in nomine Domini.* *Cantate.*] Voce. *Cantate Pſalmos.*] Inſtrumento. *Enarrate.*] Aliis. *Gloriamini.*] Dicit Iſraeli, *Gloriamini*, quia non eſt populus alius cui nomen Domini innoteſcit. *Mirabilia.*] In creatione. *Portenta.*] In Egypto. *Judicia oris ejus.*] In Sinai, quando lex erat ab ore ejus prolata. *Semen Abrahami.*] Meminit *Abraham* quia primus erat, & *Jacob* pater omnium Tribuum. *Præcepit.*] Vel, decrevit in ſeipſo. *Mille generationes.*] Id eſt, multas; hoc fœdus cum Abraham pepigit inter partitiones, Geneſ. 15. *Juramenti ſui ad Iſaac.*] Ut Geneſ. 26. 3. *Juramentum quod juravi Abrahamo.* *Tibi dabo.*] In promiſſo. *Semini tuo.*] In opere. *Nolite tangere unctos*, vel *principes meos.*] Ut Micah. 5. 5. *Principes octo.* idem. *Prophetis meis.*] Ut Geneſ. 20. 7. *Eſt Propheta & orabit pro te*, de Abrahamo; Iſaac, etiam Jacob, in benedictionibus ſuis erant Prophetæ futurorum, Raſi. *Pro ſervo.*] Ad Potiphar, ſic Lamed ſumitur, Pſal. 72. 2. *Pro Solomone*, vel, *Ad ſervum.*] Quia Potiphar erat ſervus. *Anima venit in ferrum.*] Beth deficit in ברזל. *Donec venit res ſua.*] Coram Domino, id eſt, quando venit verbum Domini & impletum erat decretum ejus, tunc Joſeph erat liberatus. Vel, *verbum ſuum.*] In ſomniis Pharaon. Vel, verbum Joſephi de ſomnio erat adimpletum, ut dicitur, *Quando venit*, vel *impletur verbum tuum.* *Verbum Domini probavit illud.*] Id eſt, expoſuit ſomnia. *Conſtituit eum Dominum.*] Qui erat pro ſervo venundatus. *Ut ligaret principes.*] Qui erat ipſe vinctus, & ſenatores erant ſui diſcipuli *Ut ligaret principes anima ſua.*] Ut Joſephum diligerent. Vel, *Ut ligaret principes à ſeipſo.*] Sine conſenſu Pharao, לנפשו. *Et dolum facerent.*] Ut Num. 25. *Vexant vos dolo eorum*, idem. *Moſen & Aharon.*] Dicit primò *Moſen*, in honorem ejus. *In terra Ham.*] Dicit, *Ham*, in contemptum quia impius erat, ut Geneſ. 9. *Miſit tenebras.*] Primo meminit *tenebrarum*, quia tunc dimiſit eos Pharaoh; non meminit *ulceris*, nec *peſtis* beſtiarum, quia non orabat Pharao ut removerentur, nec meminit *ſerpentis*, quia non erat plaga. *Non erant rebelles.*] Scil. plagæ miſſæ, שרץ verbum יצא. *Venit mixtura.*] Meminit ejus ante pediculos כנים, quia gravior erat. *Ignem comburentem.*] Ut Exod. 9. 23. *Ignis in terra currit.* *Eduxit eos.*] Scil. ſervos ſuos; redit ad verſ. 25. *Et venit.*] A ſeipſa, ויבא. *Non unus debilis.*] Inter tot millia. *Ægyptus lætabatur in exitu eorum.*] Quia dicebant, *Sumus omnes mortui*, Exod. 12. 33. *Petit Iſrael.*] Deficit vox *Iſrael*, *Eduxit populum cum gaudio.*] Dicit, *Gaudio*, quia Egyptii lugebant pro primogenitis. *Laborem populorum.*] Id eſt, vineas, domos & agros in quibus illi non laborabant. *Laudate Dominum.*] Loquitur ad prudentes.

Sect. 3. *Ex Midraſh Tillin in Pſal.* 105.

הוא *Ipſe eſt.*] Sumitur in bonam partem & in malam, in Geneſ. 10. *Ipſe erat venator magnus, &c.* in bonam, *Ipſe eſt Abraham*, 1 Paral. 1, &c. *In mille generationes* לאלף דור.] Fuit conveniens ut ſtarent 980. generationes, quæ aliter permanſiſſent omnes erant in diluvio ob peccatum obliteratæ; & fuit 10. generationes ab Adamo ad Noach, & decem à Noa, ad Abrahamum: Ecce 1000. generationes; poſtea dedit Deus circumciſionem, R. Kaja in nom. R. Samuel bar Nachman. *Prophetas meos.*] Matres Propheti ſſæ, R. Berechiah, ut de Rebecca dicitur ויגד, *Illi annunciabatur*, Geneſ. 27. Id eſt, per Spiritum ſanctum, R. Jodan in nom. R. Iſac. *Venit verbum ejus* דברו.] Verbum Dei qui dixit Joſepho quod poſt duos annos liberaretur. *Primogenitus* בכור.] Et ubi non erat primogenitus, moritur Epitropus. *Nubem.*] R. Meir dixit, duæ nubes erant, ſicut ſcriptum eſt, Num. 9. *Dei nubes erat in Tabernaculum die*, R. Eliezer ben Shemoa dixit, nubes erat unica.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Pſal.* 105.

Hortatur illos qui tractant legem, ut gloriam Dei in Iſrael enarrent, &c. לאלף.] Id eſt, non ad tertiam aut quartam ſed omnes generationes. *Iſraeli.*] Quando dixit, Geneſ. 35. *Tibi dabo terram, &c.* *In fune* בחבל.] Secundum morem Egyptiorum; ut non fugiat captivus, eum fune alligant. *Verbum ejus* דברו.] Id eſt, verbum quod obſervabat pater ejus, Geneſ. 37. *Probavit eum.*] Quia in integritate ſua in omni afflictione ejus permanſit. *Principes ejus.*] Principes facultatum ejus pro aliis, ut Geneſ. 47. *Sapientes faciat.*] In civitatibus. *Occidit piſces.*] Demonſtrando quòd aquæ erant ſanguis realitèr. *Mixturam* ערוב כני.] Id eſt, mixtura diverſarum ſpecierum pediculorum, & per plagas haſce dominium ſuum in quatuor elementa declarat.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Pſal.* 105.

Præcepit poſt mille generationes.] Lex erat poſt mille generationes in mundo promulganda, ſed videbat Deus quod mundus ſine lege conſiſtere nequit, ideoque ab illis, 974. generationes amputavit, & lex erat poſt 26. generationes lata, ac in Pſal. 136. 36. vicibus reperit, *Miſericordiam Dei, &c.* Vel, *In mille.*] Id eſt, infinitas generationes, ut Exod. 20. *Miſericordiam millibus, &c.* *Probabat illum.*] Erat innocens à crimine mulieris, & in carcere erat magis purgatus. *Venit verbum ejus.*] Verbum Dei quod Iſrael in Egyptum deſcenderet. *Alligare in animam ſuam.*] Id eſt, diligebant illum omnes principes quando expoſuit ſomnia, & dicit, *Ligare*, ut Jonathanis anima in Davide, & Jacobi in Benjamin, Geneſ. 44. *Expandit nubem.*] Reſpectu caloris, &c.

Dicunt

dicunt Rabboth. erant septem nubes gloriæ. *Non rebellârunt.*] Plagæ, ut in Job. 37. & 38. *Ecce nos.* Non est in MS.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.* 105.

Quærunt Dominum.] Instructionem Domini. *Robur.*] Legem suam. *Virum.*] Sapientem, ut Psal.49. *Filii viri*, id est, sapientes. *Docuit Senatores.*] Quia sapientior erat, Gen.41.39. *Quis ita sapit?* R.David. *Non erant rebelles.*] לא Cald. *Nonerat unus infirmus per virgas eorum.*] Id est, nemo erat percussus plagis Egyptiorum, à שבט, Job.9. *Virgam suam*, idem.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.* 105.

Quærite Dominum.] Manè; Tria sunt, Isa.55.6. *Quærite Dominum, &c.* 1 Paral.16.11. socius ejus. *Isaaco.*] Quatuor sunt, Jer. 33.26. *Semen Isaaci*, Amos 7.9. *Excelsa Isaaci*, Amos 7.16. *In domum Isaaci*, id est, cui factum erat juramentum Dei, Gen. 15. & Gen.22. *Dicendo.*] Novem sunt initium versus in Scriptura, Isa.49.9. Jer.3.1. 1 Paral.16. Amos 8.5. est unus ex 23. vers. in quibus est nec longum nec parvum, id est, nec Vau, nec Jod. *Misit tenebras.*] Ut nuncium suum; sunt versus duo cum accentu in libro, qui errare facere videantur, unus est Hateph, alter est Gagin, Psal.105.20. *Misit rex & dimisit eum.* Et symbolum in lingua Targum est, nuncii regis sunt diligentes, nuncii tenebrarum sunt tardi, id est, unus habet accentum procrastinantem, alter festinantem. *Et occidit pisces.*] Quinque sunt cum Segol, & symbolum est, אבאיש רויג לגדליה וקטל נוניא, *Malum erat in oculis Domini* de Er. Et 1 Sam.22.18. *Doeg occidit*, Jerem.41.3. *Occidit Gedaliam*, 2 Sam.14.6. *Occidit unus alium*, Psal. 105.29. *Occidit pisces.* Hæ quinque voces prædictæ sunt in singulis 5. locis. *Non erat numerus.*] Sicut magnus exercitus, ut in Joel 2. Quatuor sunt, Joel 1.6. 2 Paral.12.3. *Populus sine numero*, Psal.104.25. *Reptilia sine numero.* *Lætabatur.*] Tria sunt, 1 Paral.29.9. *Lætabatur rex David*, Psal.16.9. *Lætum erat cor meum.* *Eduxit populum.*] Erat grande miraculum; Quatuor sunt defectiva Jod, *Deus eduxit vos*, & 2 Reg.11.12. *Eduxit reges*, Psal.78.10. *Eduxit aquas*, & symbolum in lingua Aram. est, regis filius cepit lapidem gaudio.

Sect.8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 105.

Terram Canaan.] Erat ut terra cœlestis, ut Heb. 11.13,14. quia ad eam vocavit eum Deus. *Senatores ejus sapientes reddere.*] Ut præpararent contra famem. *Convertit cor eorum.*] Permisit illud, ut in Ezech. *Ego decepi illum*, & 3 Reg.18. *Convertisti cor eorum retrorsùm.* *Non rebelles erant.*] S. Aug. dixit, quod non invenit codices duos qui legebant (*Non*) in hoc versu. Sensus est, Egyptii in fine obedientes erant inviti. Vel, Egyptii in principio mentem suam haud mutabant, à חסוירה. Vel non erant edocti, à ירוה, & חוירה, ut Psal.78.44. Vel, Moses & Aharon non exacerbarunt, sed sermones durissimos patientissimè pertulerunt, S. Aug. *Immissione angelorum malorum.*] Scribit Paulus Diaconus, quòd erat Romæ pestis magna, ann. 672. & nocturna miracula perterrefaciebant homines: Duo angeli pulsabant ostia; Quot pulsus, tot mortui erant in domo illa reperti;

Horat. Od.4. lib.1.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres. (Erat Dei Angelus.)

Infirmus.] Corpore, non animo, S. Aug. Gratiarum actio pro mirabilibus Dei, qui per muscas, &c. Egyptum destruxit, ut legimus quòd per mures eam servabat. Herod. Euterp. Sennacherib rex Arabum & Assyriorum, cum magnis copiis invasit Egyptum; Bellatores noluerint opitulari: Sacerdos inter insomnia fretus Oraculi responso, cum pervenisset ad castra Sennach. effusam in hostes vim agrestium murium viderunt, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum habenas scutorum abederunt, μῦς ἀρουραίους, posteróque die hostes fugam fecerunt; & nunc ipse rex in templo Vulcani stat lapideus, in manu murem tenens, & dicens hæc, ἐς ἐμέ τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω, In me quis intuens, pius esto, Herod Eut.

Sect.9. *Ex Ital &c. in Psal.* 105.

Sicut ipse לנפשו.] Id est, sicut Pharaoh, sic Joseph dominabatur. Ang. MS. Gal. *Luy mesme.* Vulg. *Come el qui si esse.* Hisp. *Non exacerbârunt verba ejus.*] Id est, in principio misit levia non acerba judicia. Vulg. Vel, *Non rebellorno.* Ital. Bruc. Hisp. Vel, *Non mutabant.*] Sed sicut ipse præcepit, fecerunt, à חסוירה. *Muscas.* Hisp. *Moxcas.* Vel, bestias diversorum generum, Ital. *Mistions di bestie.* Ital. Bruc.

Sect. 10. *Ex Gr & Vulg. in Psal* 105.

Et robur ejus erit in vos.] Id est, confirmamini. Vulg. Gr. *Verbum Domini inflammavit eum.*] Vul. Gr. id est, probavit ut per flammas aurum. *Sicut semetipsum.*] Vul. Gr. ὡς ἑαυτόν, Joseph erudivit principes Pharao, ut ipse à Deo erat eruditus in rebus famis, &c. *Non exacerbavit sermones suos.*] Vulg. Gr. καὶ παρεπίκρανα, Theod. & 5. edit. cum οὐ; in multa patientia & mansuetudine egit cum illis; ad simulatâ pœnitentiam removit plagas, & prædixit eas, ut resipiscerent & servarent seipsos, quotquot voluerint, ut Exod.9. ברו ut מרו, Vau pro He. Vel, *Non erant increduli verbis ejus.*] Lat. MS. ערוב.] Musca venit. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 105.

De histeris in Genes.46. *Ne metuas Jacob, &c.* docétque nos in certamine contra dæmones, Syr. [illegible] שאראי, non perhorrescere. *Robur ejus.*] Id est, robur ejus quærite, non brachium carnis. Vel, *Robusti estote.*] In eo. Syr. [illegible] ואתחילו. Heb. ועזו. *Advenit verbum ipsius*, vel, *impletum fuit.*] Syr. [illegible], verbum Josephi ad præfectum, ideóque Pharaoh vocavit nomen Josephi Tsaphnath Paanesc, in 70. Ψονθομφανήχ in Egypriaca lingua & caractere ⳁΟΝΘΟΝ ΦΑΝΗΚ, ⳁΟΝΘΟΝ significat futura, & ΦΑΝΗΚ vatem in Onomastico Copto Arab. & MS. Pentateucho Vaticano Copto (quem Romæ vidi) dixítque Abben Ezra, si sit verbum Egyptium ignoravimus ejus explicationem; In Chron. Alexandrino apud P. Athanas. Kircher. interpretatur hoc nomen ᾧ ἀπεκαλύφθη τὰ μέλλον, sic in Syr. MS. Pentat. Antioch. quo usus sum, & in Marohitarum Collegio [illegible] in Arab. Pentateuch. MS. وسمى فرعون اسم يوسف موضح الخفيات. Erpen.

Erpē. كاشف الأسرار appellavit Pharao nomen Joseph,qui aperit abscondita; Samaritanus Pentateuchus MS. quem debeo viro clarissimo Thomæ Cottono milite, & in 5.aliis MS. quos vidi Parisiis, & in Vaticano Romæ est צפנת פענח,ut in Heb. in Armen.MS.Vatic. Fesnut,quod vocabulum, nec cum scriberet, nec adhuc in colloquio meo cum dicto P.Athanas. Armeni norunt interpretari, & R.Moseh Egyptius,dictus Rambam,ait, hoc nomen esse Egyptiacum, sic Moses in Exod. 2. à ΜΩ & ΜΩC & ϢCHC in Egyptiaca lingua & caractere significant aquam in Onomast. Copto-Arab. Romæ apud P.Athanas. & in Vatican.MS. Copto (Abben Ezra in Exod.dicit מוניוס ΜΩΝΙΟC.) & Josephi lib. 2. Antiquit. ὕδωρ Μω οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, & ὐσῆς, id est, σωθέντας,sic Clemens lib. 1. Strom.

Sectio Syr.

Provocaverunt verbum ejus.] Syr.MS.Par.edit. ܘܡܪܡܪܘ ܡܠܬܗ. Heb. לא מרו, lege לא cum Vau. Vel,*Tenebræ erant, & non erant.*] Id est, abstulit tenebras, & tunc rebellârunt postquam plaga præterit. Heb. ולא. *Nemo infirmus, vel, æger.*]Syr. ܘܟܢܘܫܐ דבריה. ערוב.] Insecta, vel musca canina ܣܠܘܝܐ Syr. *Coturnices, vel, cibum.*] Syr. ܡܛܠ ܕܢܛܪܘ סאבולתא. Heb. שלו. *Ut observarent.*] Syr. Vel,*Quoniam observabant.*]Id est,Abraham & Isaac,&c. Heb. בעבור, velut in Genes.26.5. *Quoniam Abraham observavit leges meas,&c.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.105.*
Heb. Arab. 104.

Et robur ejus.] Vel, *Eum fatemini.*] Arab. وبه اعترفوا. *Sicut semetipsum.*] Arab. كنفسه, ut fratres Josephi confitentur, *Tu es sicut Pharao. Misit tenebras, & erat nox* (in die) *& irritarunt sermonem ejus.*] Arab. بعث ظلمة فصار ليلا واسخطوا كلامه, id est, post plagam tenebrarum, adhuc dimittere populum abnuit, & Deum irritabat Pharao. Vel,quia sæpius anteà irritâssent Deum, idcircò graviores immisit plagas. Heb. ולא מרו, ut לו cum Vau in Psal. 100. *Ejus sumus, &c. Cœnomyia.*] Vul.Gr.Heb. ערוב Musca canina. Arab. ذباب الكلب, sic in Syr.Gr. ὅτι παρεπίκραναν, à מרה in Exod.15. *Aqua amara. Primitias laboris eorum.*] Vulg. primitiæ fructuum maximè desiderantur, ut in Hos.9. *Primitias ficuum*, & in Nahum.3. Vel,*Primum filium qui natus est eis.*]Arab. واول ولد ولد لهم. Heb. ab און *robur*, in Gen.49.

Alleluja. (Judith 13.21.) CV.
Heb. CVI.

1 *Confitemini Domino,quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

2 *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?*

3 *Beati, qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.*

4 *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:*

5 *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ; ut lauderis cum hæreditate tua.*

6 *Peccavimus cum patribus nostris: injustè egimus, iniquitatem fecimus.*

7 *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.*

Et irritaverunt ascendentes in mare: mare rubrum.

8 *Et salvavit eos propter nomen suum: ut notam faceret potentiam suam.*

9 *Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.*

10 *Et salvavit eos de manu audientium: & redemit eos de manu inimici.*

11 *Et operuit aqua tribulantes eos: unus ex eis non remansit.*

12 *Et crediderunt verbis ejus: & laudaverunt laudem ejus.*

13 *Citò fecerunt, obliti sunt operum ejus: & non sustinuerunt consilium ejus.*

14 *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentaverunt Deum in inaquoso.*

15 *Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.*

16 *Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini.*

17 *Aperta est terra, & deglutivit Dathan: & operuit super congregationem Abirom.*

18 *Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.*

19 *Et fecerunt vitulum in Horeb: & adoraverunt sculptile.*

20 *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.*

21 *Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto,*

22 *Mirabilia in terra Cham: terribilia in Mari rubro.*

23 *Et dixit ut disperderet eos: si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus:*

Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos:

24 *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

Non crediderunt verbo ejus,

25 *Et murmuraverunt in tabernaculis suis: non*

non exaudierunt vocem Domini.

26 *Et elevavit manum suam super eos: ut prosterneret eos in deserto:*

27 *Et ut dejiceret semen eorum in nationibus: & dispergeret eos in regionibus.*

28 *Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.*

29 *Et irritaverunt eum in adinventionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.*

30 *Et stetit Phinees, & placavit: & cessavit quassatio.*

31 *Et reputatum est ei in justitiam, in generationem & generationem usque in sempiternum.*

32 *Et irritaverunt eum ad Aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos:*

33 *Quia exacerbaverunt spiritum ejus.*
Et distinxit in labiis suis:

34 *Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.*

35 *Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum:*

36 *Et servierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.*

37 *Et immolaverunt filios suos, & filias suas dæmoniis.*

38 *Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.*

Et infecta est terra in sanguinibus,

39 *Et contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinventionibus suis.*

40 *Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam.*

41 *Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.*

42 *Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum:*

43 *Sæpe liberavit eos.*
Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

44 *Et vidit cùm tribularentur: & audivit orationem eorum.*

45 *Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundùm multitudinem misericordiæ suæ.*

46 *Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.*

47 *Salvos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus:*
Ut confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

48 *Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo & usque in sæculum: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal. 106.*

OStendit acta Dei in deserto & in terra, ut in Psalmo priori cæpisset. *Acta roboris.*] Ut Exod. 15. 3. *Dominus est vir bellicosus,* idem. *Quis ostendet omnem laudem suam?*] Tamen dixit David, in Psal. 9. *Enarrabo omnes laudes tuas,* id est, propter nota & visibilia signa quæ pro illo ante oculos Israel in præliis suis egisset, sed nemo novit omnia Dei opera; dormientem in lecto suo Deus servat à serpente & ipse non novit, Midras. Rabboth. Est in Cod. Cremon. *Qui servant judicium.*] Benedicti fuissent Israel si servâssent illud; non captivi fuissent, R. Arama. *Semper.*] Quia Israel aliquando fecerunt judicium, sed retrorsum vertebant. *Memento mei Domine.*] Exoptat Psalmista resurrectionem corporis, ut redemptionem Israel, in resurrectione mortuorum intueatur, sic Dan. 12. ult. *In sorte tua resurges, &c.* Vel, loquitur in persona captivorum, quilibet exoptat vivere ut videat redemptionem. *Ut glorier,* vel, *lætar.*] Sic Levit. 19. 24. & Psal. 78. 63. *Virgines non erant laudatæ,* prout mos erat sponsum & sponsam celebrare, & in Rabboth, Domus lætitiæ dicitur בית הלולא. Vel, *Ut sim cum hæreditate tua celebratus.*] Quia in exitu & gaudio eorum gloriantur, & suprà omnem populum celebrabantur. *Peccavimus.*] Loquitur in lingua captivorum. *Mirabilia in Ægypto.*] In singulis plagis discrimen inter Israel, & Egyptum posuisti, licet in omnibus non exprimatur. *Non recordati sunt.*] Quòd ille qui fecit hæc & illa pro iis, potuit etiam ab Egyptiis persequentibus, eos defendere. *Irritabant eum apud mare.*] Dicentes, Exod. 14. 11. *Nonne erant sepulchra in Ægypto?* Vel, quia timebant descendere in mare scissum, ne aquæ vel lutum eos obruerent, Rabbo. Sed miror ego in hoc Deras, quia scribitur, *Mare in aridam vertit, & ut desertum,* Isai. 63 ergo non erat lutum. *Propter nomen suum.*] Licet illi in eum rebellabant. *Obliti sunt operum ejus.*] In Mara, Exod. 15. 23. Non expectabant in Deum, qui divisit mare pro illis, ideoque noluit eos siti occidere. *Misit maciem*] Id est, mortem in Kibroth, Num. 11. 33. & dicit, *Maciem,* quia putabant animam suam carne satiare, sed eventus erat contrarius. *Invidebant Mosi.*] Dicitur de factione Cora, Num. 16. 1, 2. Sed imputatur Israeli quia illos non destruebant, & quia Ruben in conspiratione & 250. principes erant associati; ויקנאו, Lamed post hanc vocem pro Beth, quia quando conjungitur cum Lamed est in bonam partem, 1 Reg. 19. 10. *Zelo pro Domino;* cum Beth in malam, ut Genes. 37. 11. *Invidebant. Aharon sanctum Domini.*] Dicit, *Sanctum,* quia illi dixerunt, *Tota congregatio est sancta;* sed respondet Moseh, *Quem elegit Dominus ille est sanctus,* id est, Aharon. *Et aperuit terra.*] Non meminit Cora, quia omnes norunt, quod Cora erat principalis. Vel, quia filii Cora in ejus generatione erant celebres, cantores & prophetæ, R. Arama. Vel, meminit adjutorum, quia sunt magis impii quàm adjuvati,

juvari, nam si non habuissent adjutores non perpetrarent iniquitatem suam; Etiam dicunt quod Cora, cum illis qui erant igne combusti, connumeratur, ideoque non meminit Cora, sed judicium terræ societatem Abiram operuit, & On filius Peleth erat in principio conjurationis, sed post pœnitebat; & dicunt Rabbo, quod uxor ejus illum consilio suo liberabat. Non est in Cod. Cremon. *Ignis accensus erat.*] Et urebat 250. viros Israel, qui incensum obtulerunt; & in versu sunt verba in eundem sensum permulta. *In Horeb.*] Ubi recipiebant legem, quæ dixit, *Non facies sculptile. Bovis.*] Non illius signi in cœlo, sed terrestria, contemptibilia, R. Arama. *Obliti sunt Dei.*] Quando dixerunt, *Hi sunt dei tui ô Israel*, Exod. 32. 4. *In confractione.*] Plaga, quam illi fecissent, stetit Moseh. *Terribilia.*] Suprà naturam, & dicunt, נוראות, quia per illa Deus terribilis inter filios hominum, ostenditur. *Despiciebant.*] In re exploratorum. *Et murmurabant.*] Sic scribitur, Deut. 1. 27. *Murmurâstis in tabernaculis vestris. Ad destruendos eos in deserto.*] Sic Num. 14. 29. *Cadavera vestra cadent in Eremo. Ad subvertendum semen eorum inter Gentes.*] Non reperimus hoc planè in lege scriptum, sed in Ezech. 20. 23. sic dicitur, & videtur in oculis meis, ex Num. 21. 3. colligendum, *Amalecita & Cananita, qui habitabant in monte, percusserunt eos usque ad Hormah.* Num. 14. 45. *Et duxit ex illis captivos*, ut hic dicitur, *Ad dispergendos eos in terris*; dicunt in Derash Rabboth. quod de futuro, de hac captivitate intelligatur, R. Arama. Non est in Cod. Cremon. *Sacrificia mortuorum.*] Ut Num. 25. 2. *Vocabant populum ad sacrificia Deorum suorum*, & dii eorum erant mortui, & Deus verus est vivens, Job 27. R. Arama. *Erupit plaga.*] Dicit, *Erupit*, quia erat magna. *Surrexit Phineas.*] Ut Num. 25. 7. *Et Phinehas surrexit è medio congregationis. In justitiam.*] Sic scribitur, *Ecce dabo illi fœdus pacis. Spiritum suum.*] Spiritum Mosis. *Locutus est labiis suis.*] Dicendo, Num. 20. 10. *Educamus aquas, ex hac rupe?* id est, non est in potentia nostra, donec adveniet ille qui eas educat: existimabant quòd Deus primò super Petram appareret, ut in Rephidim, Exod. 17. 7. *Ecce sto ante oculos tuos in Petram Horeb, & percuties Petram*, & dicit, *Horeb*, id est, aridam Petram צור חורב, quia non adhuc ventum erat ad montem Horeb, & dicit, *Ecce sto*, quia descendit gloria Dei in igne super Petram & convertebat eam in aquas; & existimabant Deum nunc ita facturum: Et in hoc peccabant, quia existimare debuissent, quod potentia Dei eò major erat in educendis aquis, sine descensu per ignem visibili. Hactenus Adoni Avi, R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Mutabant spiritum ejus.*] Moses & Aharon alterabant verbum Dei & spiritum oris sui, qui dixit, *Loquimini ad Petram*, & illi percutiebant eam, Num. 20. 11. à המורה, R. Arama. Vel, *Rebellabant* (populus) *contrà Spiritum.*] Mosis, & vexabant illum, המרו est, ut מרדו à מרה. *Locutus est Deus labiis suis.*] Ut non intrarent Moses & Aharon in Canaan. Vel, Israelitæ provocabant Spiritum Dei, & imputatur Mosi & Aharoni, Num. 20. 12. *Quia non credatis, &c.* id est, quia populus vester non credit, ideò vos non intrabitis in Canaan: quia si vos Moseh & Aharon intraretis, omnes Cananæos penitus exterminabitis, sed populus est tanta benedictione indignus; R. Levi. Vel, dicit, *Nos*, id est, increduli ex vobis, ut Exod. 16. 28. dicit Dominus Mosi, *Quousque recusatis obedire præceptis meis*, intendit populum non Mosen. & Isai. 63. 17. *Errare nos fecisti*, id est, aliquos ex nobis. Ab. Ezra. Non est in Cod. Cremon. *Opprimebant eos.*] In terra sua. *Percussi.*] ימכו à מוכים. *Fornicati sunt.*] Corporali fornicatione. *Serva nos.*] Loquitur in persona captivorum. *A sæculo in sæcula.*] A primo sæculo ad ultimum. *Triumphare in laude tua.*] Dicit, *Triumphare*, id est, super omnem populum, & dicit, *Laude*, nam *laus* Dei sunt misericordiæ opera quæ nobiscum operatur. *Hallelujah.*] Sic loquuntur unus ad alium.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 106.

Qui custodiunt judicium.] Quia multa ex mirabilibus suis licet non omnia, enarrabunt. *In favore populi tui.*] Ostende nunc favorem in redemptione nostra ut anteà. *Perversas fecimus vias nostras.*] A עוין deficit vox *vias* est Paul. *Increpavit mare.*] Per ventum validum Orientalem, Exod. 14. 21. *Non expectabant consilium ejus.*] Quando dixit, *Ascendite, hæreditamini terram. Maciem.*] Mortem eorum qui concupiscebant, qui nimium replebantur. *Invidebant.*] Cora & socii sui in Mosen murmurando dixerunt, quod fecit seipsum principem. *Aharon Sanctum Domini.*] Dicit, *Sanctum*, quia Deus appropinquare fecit illum qui sanctus erat, Num. 16. 2. *In similitudinem Bovis.*] Plutarch. 9. Sympos. Kephal. 2. ὅν φασι τὸ ἄλφα πάντων προτάξαι διὰ τὸ τοὺς Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν, quem (Cadmum) dicunt ordinasse Alpha primam literam, quia Phœnices sic appellabant bovem אלוף, non secundum, vel tertium, ut Hesiod. Opera 403. sed primum necessarium, & forsan ob hanc causam adorabant Bovem Ægyptii, ut numen maximum; Et hæc Alpha dicta erat Ibiaca, Egypti ΑΓΑΘΟΣ ΔΕΜΟΝ, Bonus Dæmon, quia Ibis pedibus & rostro facit Triangulum, ut A, Plutarch. Ib. Hæc avis devorabat serpentes Egyptum infestantes; ideoque cum multa veneratione eam adorabant, & in Obeliscis Romæ, passim vidimus literam hanc Hieroglyphicam A figuræ Aquilinæ vicinam, per quam, Osiridem, id est, solem lucis & caloris fontem, exprimunt, ut aiunt quidam, Plutarch. de Is. & Osir. Sed Abben. Ezra. in Exod. 32. hujus *Bovis* in Israel, aliam reddit rationem, quia erat מזל stella Israel, alii in memoriam Josephi, &c.] *Qui comedit gramen.*] Dicit, *Gramen*, in contemptum ita abominabile erat apud Deum. *Levavit manum suam.*] Juravit, ut Deut. 32. si elevavero manum meam in cœlos. *Et conjuncti sunt.*] Dicit, *Conjuncti*, respectu fœminarum Moab, in Num. 25. quibuscum erant in carnem unam. *Mortuorum.*] Idolorum, ut Isai. 26. *Mortua sunt, non resurgent. Fecit judicium.*] A פלילי, in Job 31. 11. *Iniquitas à judicibus punienda. Irritaverunt ejus spiritum.*] Ad iram, ut diceret, *Audite nunc rebelles*, Num. 20. 10. Rasi, & non oportebat illum verbum proferre antequam implevisset Dei præceptum. Vel, provocabant Spiritum Dei, ut Isai. 63. 10. *Vexabant Spiritum sanctum suum. Locutus est.*] Contrà Mosen. *In manum Gentium.*] In diebus Judicum. שרים,] Qui destruunt scientiam. *Humiliati sunt.*]

Levit.

Levit. 25. 25. *Si frater tuus inops factus fit*,ימוך. *Fœdus.*] In Sinai. *De nationibus.*] De captivitate Babel. Rasi. Vel, de servitute in diebus Judicum. Vel, per spiritum prophetiæ locutus est de nostra captivitate,גלותינו. *Benedictus fit Deus.*] Pro reditu præviso. Vel, tunc omnes sic benedicunt Deo.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 106.

Mirabilia solus.] Ipse solus mirabilia novit, quæ quotidiè nobiscum operatur. *Populus tuus* עמך.] Quando salutem per manus Mardochæi operaris. *Invidebant.*] Eligebant Dathan pro Mose, Num. 14. & Abiram loco Aharonis, R. Simeon ben Janai. *Pronunciabat labiis.*] Id est, jurabat Moses. *Liberabat eos.*] Propter quinque, 1. afflictionis, 2. orationis, 3. justitiæ & fœderis patrum, 4. pœnitentiæ, 5. tempus statutum adimplebatur; omnia in hoc Psalmo. R. Eliezer.

Sect. 4. *Ex R Obad Gaon. in Psal.* 106.

Ostendit errata varia, præsumptiones, & rebelliones Israel, & tandem captivitatem. *Vitulum.*] Sunt tria peccata præsumptuosa, Vitulus, Peor, Num. 25. & מרגלים Exploratores, *Clamorem eorum* רנתם.] Per manus Samuel Prophetæ, 1 Sam. 7.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 105.

Irritabant eum apud mare.] Murmurantes, ut Exod. 14. 12. *Quare eduxisti nos.* Vel, quia intrare in mare noluerunt, Ab. Ezra. Vel, donec videbant Egyptios in littore maris mortuos, timebant quod adhuc eos persequerentur. *Crediderunt verbis ejus.*] Erat fides momentanea, ver. 12. quia post tres dies iterum murmurabant. *In deserto.*] Mare rubrum erat in deserto. *Dathan & Abiram.*] Honorat filios Cora, & non meminit patris eorum. *Qui comedit gramen.*] Tunc stercora egerit, & multùm inquinatur. *In justitiam.*] Ut haberet sacerdotium in æternum, Ab. Ezra. *Ad dejiciendum eorum semen.*] Tunc erat decretum de desolando templo, ut lachrymas pro te magna, sicut ante pro nihilo, effunderent, Num. 14. *Locutus est* Deus *cum labiis.*] Ut Moses & Aharon populum in Canaan non deduceret, à בטא, Levit. 5. 4. *Pronunciande cum labiis. Non destruebant.*] Cananiitas in diebus Josuæ, & tamen dixit Deus, *Non vivere eos fines*, ut Deut. 7. 1, 2. *Vidit.*] Quando orabant. *Clamorem eorum.*] Propter patres audivit eos. *Recordatus est.*] Quando resipuerunt. *Pœnitebat.*] Quando finis appropinquabat.

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 106.

Stetit in macerie rupta.] Orando. *Spiritum suum.*] Sanctum. *Damentibus*, vel *destructoribus.*] Mica 2. 4. à שדד. *A seculo in seculum.*] Ab hoc seculo in futurum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 106.

Magnalia Dei.] In creaturis magnis; Duo sunt plenè, Job. 41. 12. *Magna opera sua. Servabat eos.*] Per homines; Quatuor sunt, tria plenè, & unum defectiv. 2 Reg. 14. 27. *Per manum Jeroboam.* Judic. 3. 9. *Othniel filius Kenaz*, Psal. 106. 10. *Festinenter obliti sunt.*] Tria sunt, & symbolum in lingua Aram. est Viri, Levitæ, & filii eorum, Isa. 49. 17. *Filii tui festinabant*, & in Paral. *Levitæ non festinabant. Aperuit terra.*] Duo sunt, Isa. 45. 8. *Aperiat terra. Gloriam suam.*] Una ex quatuor vocibus, quæ sunt rectificatio scribarum, Gen. 18. 22. Num. 11. 15. & 12. 12. 1 Sam. 3. 13. *Provocabant.*] Pulchrum est, יפה, dicit, *Pulchrū*, quia existimarent aliqui vocem *illam* esse defectiv. *Abominatus est hæreditatem suam.*] Ut viros sanguinis & rebelles; Quatuor sunt cum Camez in sensu *Abominandi*, Isa. 49. 7. *Quem Gentes abhorrent.* Amos 5. 10. *Abhorrent perfectum.* Psal. 5. 6. *Abhorrent sanguinolentum.* Et reliqua in sensu hoc sunt cum Pathac, & in aliis Masoræ codicibus numerant, Psal. 107. 18. *Abhorret cibum*, sed est cum Pathac in Basil. & מתאב est pro מתעב, Amos 6. 8. *Detestor excellentiam Jacobi. Secundùm multitudinem.*] Sunt septem defectiva, Hos. 10. 1. *Multiplicabat Idola*, id est, abusus est Dei misericordia. Psal. 51. 1. *Multitud. misericord.* Psal. 150. 2. *Laudate eum secundùm, &c.* Lament. 3. 32. *Miserebitur, &c.* Isa. 63. 7. &c. hic citantur.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal* 106.

In similitudinem bovis.] Scribunt quòd in Italia Osiris erat rex an. 10. & 1948. an. mundi, ante Josephi tempora per Dionysium erat relictus Egypti hæres, Beros. lib. 5. regnabátque 35. ann. invenit usum aratri, Plutarch. de Is. ubique ferè imperabat, Id. & quando post mortem suam bos apparuit Egyptiis, existimabant fuisse Osirim, & adorabant eum pro Deo, & vocabant eum *Apis*: Osiris multa excogitabat utilia, ob quæ ubique adoratus erat pro Deo, exceptis Babyloniis, Beros. lib. 5. & est in Italia urbs, ut aiunt, ab Osiride ædificata, dicitur Tarvisium, à Tauro, & inter antiquissima monumenta monstrant bovem. Herod. ait in Euterp. Boves mares, mundos omnes, Egyptii demortuos sepeliunt, fœminæ sunt Isidi consecratæ, nam Isidis simulachrum vacca est, ἄγαλμα γυναικήιον βούκερων ἐστι, ut Iô Græcis, bovésque, fœminas omnes, Egyptii venerantur ex omnibus pecudibus maximè (in Exod. 8. dicitur, *Num sacrificabimus abominationem Ægyptiorum? &c.* id est, Deos.) in urbe Busyti diem festum Isidi maximè solennem servant Bovis sacrificio; si quis bestiam necaverit volens, morte mulctatur; si nolens, plectitur prout sacerdotes statuerint, Herod. Quibusdam Egyptiorum, Crocodili sunt sacro-sancti, mortuos & salitos, sacris urnis sepeliunt, Herod. Alibi, Hippopotami, ἵπποι ποτάμιοι Baal, &c. *Baal.*] Dicunt esse Saturnum linguâ Græcâ, Theod. *Pheor.*] Est nomen loci, Theo. Vel, *Baal Peor.* Dicunt alii, quòd Baal est Mars, (multi à Belo rege 3°. Babel ortum esse nomen asserunt, Beros. lib. 5. Hier. in Hos. 2.) Cujus sacerdotes sese scindebant, & saltabant super Altare, 1 Reg. 18. R. Levi (& Horat. Lib. 1. Od. 7. idem scribit de Dianæ cultoribus.

—Tam patiens Lacedæmon.

Ubi pueri ad Dianæ (Lunæ) aram loris flagellati erant, usquedum sanguis è visceribus exiret, & ne ingemuerunt quidem.)

Sic Horat. lib. 1. Od. 36.

Neu morem in Salium sit requies pedum:

(à saltando dicuntur Salii Martis sacerdotes.)

Herod. Euterp. de Egyptiis (sacrificiis ardentibus) scribit, omnes verberantur, τύπτονται πάντες: Et adorabant Baal fornicantes, Num. 25. à פער; sic etiam Venerem, non procul à Perigord Galliæ, propè oppidum Mitamont, est caverna dicta, *Le clusean*,

Rr sex

ſex leucas ſub terra continet, ubi ſunt videnda atria, cubiculi, & altaria Veneris, ut aliqui autumant, & in Num.25. legimus quòd Zimri cepit Cozbi in קֻבָּה, id eſt, tabernaculum ſubterraneum, & in Aulton Galliæ erant ſpeluncæ Veneris,

Horat. lib.1. Od.5.

Grato Pyrrha ſub antro?
Cui flavam religas comam
——— heu quoties fidem
Mutatosq́; deos flebit, &c.

Et Lib.2. Od.1.

Mecum Dionæo ſub antro (Veneris)
Quare modos leviore plectro.

Si Baal ſit Bel, audi Herod. In ſacello Jovis Beli templi Babylone, non cubat noctu hominum aliquis, præter mulierem unam, quam Deus delegerit, ut ſacerdotes aiunt, perinde ut Thebis Egyptiacis, Herod. Clio. & in Euterp. Feſtum Bacchο Egyptii agunt loco Phallorum Græcorum, ſunt cubitales ſtatuæ, νεῦον τὸ αἰδοῖον juſto majus habentes, quas fœminæ geſtant, Dionyſium canentes; Melampus Græcis, Phalli pompam obſcœnam enarravit; Mercurii ſimulachra ὀρθὰ αἰδοῖα ἔχειν, à Pelaſgis Athenienſes primi inter Græcos acceperunt, & Plutarch. meminit Oſiridis αἰδοίῳ de Iſ. & Oſir. *Sacrificia mortuorum.*] Quæ erant mortuis hominibus, ut diis oblata, S. Aug. Inferiæ appellantur, Theod. In via Appia adhuc vidimus ſecundo ab urbe Roma lapide, ſepulchrum Metelli Conſulis, in quo circuitu murorum erant inciſa capita boum carne denudata, ſicut mos erat in ſacrificiis, putant quòd duplex Hecatombe Metello offerebatur, ſic Antonino Pio, & aliis in numerum divorum conſecratis, poſt mortem ſuam ſacrificabant:

Et Horat. lib.1. Od.4.

Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis,
Seu poſcat agnam, ſive malit hædum.

Diſtinxit] Hoc miraculum à cæteria in quibus non dubitaverat, S. Aug. Vel dubiis verbis uſus eſt, Theodor. *In juſtitiam.*] Opus juſtæ vindictæ.

Sect.9. *Ex Ital. &c. in Pſal.*106.

Mortuorum.] Beſtiarum. Ang. MS. Vel ſacrificia pro mortuis, *por los muertes.* Hiſp. ut 1 Cor.15. *Baptizantur pro mortuis.* *Ordinavit labiis ejus.*] Ut non ingrederentur Canaan. Ang. MS. Vulg. Hiſp. *Pronunciò* Gal. *Temerament*e. Ital. Bruc. *parlò.* *Bovis ſimilitudine.*] Sarapis dicitur, ab Oſiris & Apis, Plutarch. de Iſait, πᾶσι κοινὸς ὁ σαρᾶπις ἐστι, dicunt ſacerdotes Apim βοῦν, eſſe εἰκόνα τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς, ego verò opinor, quòd Sarapis ſignificat εὐφροσύνην, quia χαρμόσυνα Egyptii σαίρει appellant: Aiunt Oſiridem Egyptiis imperantem leges poſuiſſe, νομοὺς θέμενον, & cultum deorũ docuiſſe, cantum, & muſicam, ideóq; Græci Bacchum eſſe eum bovis formâ ταυρόμορφον exiſtimant διόνυσον, Herod. Alii Oſiridẽ eſſe Nilum, Iſida terram irrigatam, Typhona mare in quod influit Nilus, & eò magis, quia Egyptus θάλασσα ἦν mare erat, & multa in montibus inveniuntur conchylia: Alii Typhona aiunt, τὸν ἡλιακὸν κόσμον, ſolarem mundum, Oſirida verò σεληνιακὸν lunarem; Regnavit Oſiris 28. an. ſecundùm dies revolutionis circuli lunaris, & aſcendit Nilus 28. cubit. ad urbem Elephantinam, & 14. partes Oſiridis denotant dies à plenilunio ad neomeniam, Plut. ib. Diodor. Siculus lib.1. pag.15. Baſil. aliqui appellant Iſidem Cererem, Lunam Junonem, Δήμητραν σελήνην, &c. Oſirida verò Sarapim Διόνυσον, Plutonem, Ammonem, Jovem, Pana, &c. Dicunt quidam columnâ quâdam Iſidis inſcribi hæc verba, Ἐγὼ εἰμὶ γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος, μήτηρ Ὥρου, &c.

Sect.10. *Ex Gr. & Vulg. in Pſal.* 106.

Diſtinxit in labiis ſuis.] Gr. Vulg. id eſt, locutus eſt in vexatione ſua verba aſpera. *In ſimilitudinem bovis.*] Ut Egyptii, Herod. Thal. Cambyſe Memphim regreſſo, ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἄπις apparuit: Apis Egyptiis (quem Græci Epaphum vocant) dum illis Deus appareret, (longo autem temporia intervallo apparere ſolitus erat) tunc omnes Egyptii gaudentes, feſtum ſolennem celebrant ὁρτάζοιεν, eſt autem hic Apis μόσχος ἐκ βοὸς γίνεται, Vitulus ex vacca genitus, quæ nullum dum alium poteſt concipere fœtum, quam Egyptii aiunt fulgure ictam ex eo Apim concipere; poſteaquam Apim ſacerdotes adduxere Cambyſes femur percuſſit, & dixit ſacerdotibus, O capita nequam, hujoſmodi dii exiſtunt ſanguine ac carne præditi? dignus nimirum Egyptiis hic Deus ἄξιος αἰγυπτίων οὗτος ὁ θεός (ideóque paſtor qui mactabat pecora, erat abominatio Egyptiis, Exod.8. ubi ſcribit Ab. Ezra, Egyptii pariter, ac Indi quidam nulla mactabant animantia) ſic Herod. Thal. οὔτε κτείνουσι, οὐδὲν ἔμψυχον, οὔτε σπείρουσι, οὔτε οἰκίας ἐκτῆσθαι, eſtque eia ſemen milii inſtar ſuâ ſponte è terra naſcens ſuo in κάλυκι, quòd cum ipſo calice coquunt, edúntque. &c.

Sect.11. *Ex Syr. in Pſal.*106.

Docet nos, ne colloquemur in Eccleſia, ܠܐ ܢܡܠܠ ܒܥܕܬܐ, nec contendemus cum fratribus noſtris, præſertim tempore myſteriorum & precum, ܐܪ̈ܙܐ ܘܨܠܘܬܐ. Par. edit. *Recordare mei Domine cum benevolentia erga populum tuum.*] Id eſt, in manifeſtatione benevolentiæ tuæ erga populum tuum, & ſalute eorum, mei etiam memento. Syr. Par. ܐܬܕܟܪܝܢ *Memento noſtri.* *Rebellârunt propter aquas.*] Syr. in Marah ܥܠ ܡܝܐ. Heb. ים.

Non expectabant conſilium ejus.] Qui per Moſen, deficiente cibo, vel potu, quid facerent, eos direxit. Syr. ܠܐ ܣܟܝܘ ܠܡܠܟܗ. *Maciem, vel, plenitudinem animæ eorum.*] Syr. שבעא ܣܒܥܐ. Heb. רזון, ſicut רצון *copia* in Pſal. 145. ſic חזן & חפץ in Job.40. in R.Sol. *Aharoni ſancto Domini.*] Eſt ut in Num.16.1. &c. inſurrexerunt contra illum, quem Dominus vocavit & ſeparavit, ut ſanctus eſſet, קדוש à קדש *ſeparare.*

Sectio Syr.

Ad diſpergendum eos in regionibus.] In captivitate, velut in Deut.31. & in Deut. 32. 26. *In angulos diſſipabo eos*, ſic in Ezech.20. *In ſimilitudinem bovis.*] Plutarch. de Iſide & Oſiride; Ægyptiorum plerique ipſa animalia colentes tanquan deos, riſu & ſannis totam ſacrifaciendi rationem impleverunt, Strabo lib.17. Geog. Urbs Arſinoe, olim Crocodilorum urbs, qui apud eos ſacri ſunt, & ſacerdotibus manſueti, qui aperiunt os Crocodili, & primitias panis, carnis, & vini nobis ſpectantibus offerunt; Bovi,

Ovi,

Ovi, & Ichneumoni honorem exhibent, Aspidi & Cani, Plut. de If. & Osir. *Baal*, vel, *Idolo Peoris.*] Syr. ܠܦܬܟܪܐ, in plurali *Idolis*, Par. Edir. dicit R. Levi. 1 Reg. 18. Baal est Mars, sed Cophticè ΜΟΛΟΧ, Mars dicitur Moloch, ut Saturnus Rephan. ΡΗΦΑΝ, in Act. 7. *Sacrificia mortuorum.*] Erat mos Ethnicorum. Herod. Melpom. Assedones talibus uti feruntur moribus; Quoties pater alicui decessit, omnea ejus propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactaverunt mortuum etiam patrem concidunt, commixtisque omnibus carnibus convivium exhibent, caput autem defuncti denudantea ἀποχρυσῶσι, & postea pro Idolo utuntur, Ἀγάλματι χρέων) θυσίας μεγάλας ἐπετείας ἐπιτελέοντες, καθάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια sacrificia majora quotannia exhibentes, ut Græci Natalitia; Et Herod. Terp. Onesili caput Amathusii quòd eos obsederat, excisum supra portas suspenderunt, quod apes favo refer-ferunt; Ea de re Oraculum redditum est, ut caput humarent, Onesilóque quotannia tanquam Heroi, θύειν ὡς ἥρωϊ, sacrificarent quod Amathusii ad meam usque ætatem faciebant. Herod. *Et oravit.*] Syr. וצלי, ܘܨܠܝ. Heb. à תפלה. *Ad justitiam.*] Ut actus justitiæ reputabatur. Vel, *Victoria reputata est ei.*] Syr. ܙܟܘܬܐ ܠܗ. *Unusquisque eorum loquutus est labiis suis.*] Contra Deum & contra Mosen, Syr. ܘܡܡܠܠܘ, וממללו, sic dicitur, in Num. 20. *Locutus est populus contrà Mosen, &c.* Syr. Par. ܡܠܠ, in singulari. *In laude tua*, vel, *hæreditate.*] Syr, בירתותך, ܒܝܪܬܘܬܟ, quod hæreditas tua simus, vel in lege tua quæ est nostra hæreditas, ut Deut. 33.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psa. 106. Heb. Ar. 105.*

Cum irritaverunt te, dum ascendebant in mare rubrum.] Arab. حين اسخطوك وهم صاعدون في البحر الاحمر, ait ex Hebræis quidam quod in mare intrare abnuebant. *Misit saturitatem in animas ipsorum.*] ارسل شبعا لنفوسهم, ut in Syr. id est, habebant Mannam ad saturitatem, attamen cum petebant, addidit illis carnem. Heb. רזין à רוזנים, Psal. 2. Gubernatores, divites. Vel, à רצין, *desiderium*, Zain pro Tsaddi, ut חפז & חפץ, in Job. 40. & רמיסי pro רציצי, &c. *In similitudinem bovis.*] Plutarch. de If. & Osir. hæc auditâ (de Osiride marito à Typhone interiecto) capillos tondet, & vestem lugubrem induit, ex quo urbi Cophtos nomen manet, à κόπτειν & κοπτί), in festo contumeliis afficiunt, τῶν ἀνθρώπων τὸς πυῤῥὸς, & Asinam præcipitant in odium rufi Typhonis, formæque ejus Asininæ; aiunt in Ezech. 8. *Fœmina lugentes pro Tammuz*, hinc sumptum esse: quò hæc tendunt. Vid. Sect. 8. 11. &c. *Et placavit.*] Arab. واشتغفر لهم, remissionem impetravit illis. *Provocarunt spiritum ejus, & præcepit eis verbis labiorum suorum.*] Arab. لانهم اغضبوا روحه واوصاهم كلام شفتيه, id est, in ira sua Moses alia verba ex proprio dixit illis, quæ non præcepisset Deus, ut Num. 20. *Audite nunc rebelles, Num aquam ex hac petra educamus!* deinde percussit petram cum ad illam solum loqui oportebat, Ab. Ezra. R. Sol. Vulg. *Distinxit labiis suis*, est in eundem sensum, videbatur enim Mosea illis, de potentia Dei distinguere & dubitare διακρινόμενος.

FINIS LIBRI QUARTI.

LIBER QUINTUS PSALMORUM.

Alleluja. (Judith 13. 21.) CVI.
Heb. CVII.

1 *Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

2 *Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregavit eos.*

3 *A solis ortu, & occasu: ab Aquilone, & mari.*

4 *Erraverunt in solitudine in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt.*

5 *Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.*

6 *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.*

7 *Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis.*

8 *Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.*

9 *Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis.*

10 *Sedentes in tenebris, & umbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.*

11 *Quia exacerbaverunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritaverunt.*

12 *Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.*

13 *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.*

14 *Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum disrupit.*

15 *Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.*

16 *Quia contrivit portas æreas: & vectes ferreos confregit.*

17 *Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter injustitias enim suas humiliati sunt.*

18 *Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquaverunt usque ad portas mortis.*

19 *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.*

20 *Misit verbum suum, & sanavit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.*

21 *Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum:*

22 *Et sacrificent sacrificium laudis: & annuncient opera ejus in exultatione.*

23 *Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.*

24 *Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.*

25 *Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus ejus.*

26 *Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.*

27 *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum devorata est.*

28 *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.*

29 *Et statuit procellam ejus in auram: & siluerunt fluctus ejus.*

30 *Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

31 *Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.*

32 *Et exaltent eum in Ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.*

33 *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim:*

34 *Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.*

35 *Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.*

36 *Et collocavit illic esurientes: & constituerunt civitatem habitationis.*

37 *Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.*

38 *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & jumenta eorum non minoravit.*

39 *Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.*

40 *Effusa est contemptio super principes: & errare fecit eos in invio, & non in via.*

41 *Et adjuvit pauperem de inopia: & posuit sicut oves familias.*

42 *Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.*

43 *Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini.*

Sect.

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.* 107.

Dictus est de quatuor generibus, quæ de tribulatione inrequiem exeunt, Rabboth. & meminit in hoc Psalmo horum, qui terrâ suâ in prosperitate degunt, cadúntque in adversa; & liberat indigentes, illis prospera largiendo: Ostendit, quòd prospera & adversa sunt à Deo, non per Accidens, & quòd in pœnam peccatorum veniant hæ tribulationes, & quòd Deus in misericordia sua liberavit eos, ideò dicit, *Redempti Domini* solius; & subindicat filios Israel, qui 1. descendebant in Egyptum, & per desertum transibant; 2. erant vincti Egypto; 3. ægri erant ab aquis Marah, Exod. 15. & 4°. in mare introibant, R.Arama. *Congregavit.*] Incipit à viatoribus, quia sunt frequentissimi, & homines transire de terra in terram, ut mercatores solent, transeúntque per deserta, & tandem redeunt in pace ad terram propriam, & meminit Orientis, Occidentis, Aquilonis, sed non Meridiei, quia pauci ibi habitant propter Solis æstum. *Et de mari.*] Illi qui viam maris in itinere suo terrestri transeunt, & posteà meminit *descendentium in mare*, respectu afflictionum quæ illic occurrunt; sed hîc meminit horum in transitu per terras solo. *Errabant.*] Est una viatoris afflictio, quia sæpè arenæ multitudo, vento flante, vias obtegit, ut non possit viator iter ad urbem habitabilem reperire. *Esurientes, & sitientes.*] Quia cibos secundùm viæ longitudinem de terra in terram circumgestant, sed cùm errant, consumitur viaticum, ut Hagar errabat, Genes. 21. 15. *Uter aqua deficiebat.* tunc clamabat, & Deus illi fontem & viam commonstrabat. *O utinàm laudarent Dominum.*] Quando eos ad urbem è deserto deduxit. *Animam sitientem.*] Quæ sitit ob aquam quando errabat, sic Gen. 3. 16. *Desiderium tuum ad maritum tuum*, idem; שוקקה Toar à quiescentibus Ain. *Qui sedent in tenebris.*] Jam ad *vinctos* & *ægros*; in his duobus meminit *peccati*, quod est carceris & morborum causa, non sic de *Errantibus*, quia principium viæ eorum non est malum; & dicit, *In tenebris*, quia carcer est locus tenebrarum. *Et ferro.*] Id est, funibus & ferreis in pedibus vinculis. *Contrà verbum Domini.*] Rebellabant contrà præcepta primo homini & femini suo lata, sed Israelem separavit Deus & plura præcepta de cibis, &c. dedit illi. *Consilium.*] Quod dedit Deus filiis Adam, ut facerent &, viverent. נאצו in Cal. ut שמרו. *Humiliavit cor.*] Captivitate deprimit cor eorum, quod erat elatum, & verba Dei contempsit. *Clamant.*] זעק cum Zain, idem est cum Tsaddi, bis est cum Tsaddi pro *Errante* & *Descendente*, & bis cum Zain in *Vincto* & *Ægro*; & quatuor verbis utitur, Liberavit. Servavit, Eduxit, Frangit. *Frangit vincula sua.*] Efficit viis & modis, ut fugiant è captivitate, vel hostes eorum ut solvant eos, movet. *Portas æris.*] Captivos in urbe munita collocant cum portis fortissimis, tamen Deus modos evadendi aperit. *Stulti* —] Nunc ad *ægros*; & nominat eos *stultos*, non sic vinctos, quia ægritudo levis est in initio, & in fine gravior, attamen æger non animadvertit Dei nuncium, ut investigaret peccata sua, & resipisceret, dicentem, non sentit donec sit propè mortem, & cibum omnem detestetur, ut dixit Elihu, Job. 33. 20. *Tunc clamant.*] Quando medicus & medicinæ non prosunt. *Mittit verbum suum.*] Dicit, *Verbum* Non sicut medicus, qui opere, non verbo sanat. *De fovea sua.*] Dicit, *Suâ*, quia per peccatum foderunt eam. *Sacrificia Eucharistiæ.*] Dicit, *Sacrificia* in hoc, non in prioribus, quia ægri paulatim recuperant sanitatem, & vovent offerre sacrificia, quando perfectè sanantur, & sic facerent vincti, &c. sed plerúnque ægri sic faciunt. *Qui descendunt.*] Dicit, *Descendunt*, licet terra non sit mari altior, quia littus maris est altius. Vel quia *descendit* in navem, & inferiora ejus, R. Jos Cimchi. *Faciunt opus in aquis.*] Dicit, *Opus*, circà חורן & funes, &c. in quibus est opus multum. Vel dicit, *Opus*, id est, ad piscationem, vel ut inveniant Almug, id est, Coral. Vel, ut mercatores, R.Arama. *Vident opera Dei.*] In piscibus magnis. Vel, quia dedit Deus homini sapientiam, ut in abysso super tabulas ligneas equitet. *Ascendunt.*] Id est, transeuntes navibus, à ventis extolluntur. *Liquefit anima.*] Timens ne in aquis absorbeantur. *Sapientia eorum absorpta est.*] Quia Gubernator, & omnes sapientes maris, non possunt navim reddere tranquillam. *Educit eos.*] De mari in aridam. *Tempestatem.*] Quam excitavit, convertit in silentium, יקים, id est, הקים. *Fluctus eorum.*] Nempè, virorum navis. *Ad portum.*] Illis ventum prosperum mittit. *In sede sapientum.*] Ut illi etiam Deum celebrent. *Flumina in desertum.*] Ut Jordan & mare exsiccabat, R. Arama. quatuor prioribus conjungit duo alia exempla, unius, cujus prosperitas ob peccatum versa est in adversitatem; de alio in contrarium. Dicit, *Flumina*, id est, locum ubi sunt flumina in ut Rephidim, Exod. 17. *In salsuginem.*] Sodom, R. Arama. *Esurientes habitare.*] Illos in quibus delectatur Deus. *Benedicit illis.*] In divitiis suis. *Multiplicati sunt.*] In filiis. *Iterum diminuuntur.*] Opposit. ad illud, *Multiplicati*, & hoc fit pro peccatis suis, quando Deo placet, & in prosperitate sua superbiant. *In oppressione.*] Duro in eos dominio, à עצר in Judic. 18. 17. *Gubernator.* רעה in corpus. יגון, id est, dolor in corde. *Principes.*] Divites & liberales ut Isa. 32. *Sicut grex.*] Pro multitudine opposit. ad illud, *Diminuuntur.* *Videbunt justi.*] Vindictam in impios. *Obturabit os.*] Quando Dei judicia in vias ejus intuetur. *Observabit hæc.*] In corde suo, & confitebitur quòd omnia sint in manu Dei, qui plerúnque homini secundùm opus suum reddit, & si videat pauca afflictionum in pios exempla, reputet, earum origine incognitâ, ad stultitiam suam, non ad Dei injustitiam.

Sect.2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 107.

Redempti.] Meminit quatuor generum redemptorum, ut Errantes, Vincti, Ægri, Descendentes in mare. *De mari.*] Id est, qui redempti sunt de mari, quia non erat mare in Meridie terræ Israelis: Et hoc loco non meminit plagæ Meridionalis, quia pauci ibi propter vehementem calorem habitant. *Duxit eos.*] Opposit. ad illud, *Errabant*, ver. 4. *Ad urbem.*] Opposit. ad illud, *Non inveniebant urbem*, ver. 4. *Replet esurientem.*] Opposit. ad illud, *Esurientes & sitientes*, ver. 5. ut Hagar. *Quia rebellaverunt.*] Dicit, *Rebellaverunt*, quia communiter veniunt afflictiones, & à peccatis oriuntur, מרו ut המרו, & יאצו in Cal. vel gravi formâ. *In labore.*] Servitute durâ. *Fregit.*] Est similitudo, quasi portas æreas fregisset. *Stulti.*] Quia peccatores, licet aliàs sint sapientes, sic Psal. 39. *Stultis.* מעונותי bis sumitur, מרדו.

Verbum,

Verbum, & sanavit eos.] Quando medicus aut incantatores sanare, seu duces viæ dirigere, vel carcerem aperire nequeant. *Descendunt in mare.*] Dicit, *Descendunt*, quia mare est inferius terrâ. *Ascendunt usq; ad cælos.*] Scil. fluctus. Vel, Transeuntes. *Excitat, & fit in tranquillitatem.*] Primò surgere facit, יקם procellam, sed in fine quiescere. Vel, יקם pro ישב, R. Jehud. *Quia siluerunt.*] Nempè, fluctus. *Laudarent Deum.*] Quater meminit afflictionum, & quater laudum. *In congregatione populi.*] Qui forsan nunquam mare sunt intuiti. *Convertit flumina.*] Post mare meminit *fluminum*. *Ab oppressione*, vel, *sterilitate.*] Quando restringit fructum uteri, מעצר. *Illi.*] Nempè, principes posteà dicti, pro more, ut Psal. 34. 5. *Respiciebant ad illum*, & post sequitur ad quem. *Hic pauper clamabat, &c.* *Contemptum in principes.*] Qui sedent in solio, ut Psal. 113. 8. opponitur ad gloriam; antè locutus est de urbe desolata & habitata, nunc de egeno & divite. *Justi —— lætabuntur.*] Quia plerúnque Deus remunerat homines secundùm eorum opera, ideòque justi malum non reformidant. *Iniquitas.*] Viri iniqui. *Observabit hæc.*] Ut Psal. 37. 37. *Observa justum.*

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 107.

Redempti Domini.] Non redempti Eliæ, nec Messiæ, sed *Domini*. *In deserto.*] Per 40. annos. *Redempti* גאולי.] Id est, quos liberavit, vel in futurum liberabit, quia Dei dicere est facere, R. Jehud. in Rabbi Shalum. *De terris.*] Quasi ex visceribus prægnantis, sic Israel erat de medio מקרב גוי Egyptiorum, & quasi ex fornace ferri erutus, R. Abohu à Rabbi Acha.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 107.

Hortatur redemptos post bellum Gog, ut Deum laudent, qui eos à quadruplici casu malo liberat. *A mari.*] Mare rubrū, quod est ad Meridiem terræ Israel. *Esurientem.*] In deserto pascit Israel cum Manna, carne, aquis, &c. *Vincti.*] In carcere Egyptiaco. *Sanavit eos.*] Quando percussi erant à serpentibus, Num. 21. *De tempestate.*] Sic Deut. 28. *Mittam eos in Ægyptum navibus*, & Isa. 10. *Linguam* (sinum) *maris Ægyptiaci exarescam.* *In salsuginem* למלחה.] Sic in Isa. 34. *Flumina ejus in sulphurem, &c.* *Impietas.*] Gentium Idololatrarum. אתע'ע'א. *Diminuuntur* וימעטו.] In prælio Gogi.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 107.

יחוגו in circulo commoventur, vel fracti, ut Cant. 2. *In scissuris petrarum*, & Isa. 19. 19. לחגא *in terrorem*, vel *fractionem*. *Ad portum*, vel, *limitem.*] Ut Isa. 28. *Limitem posuimus Gehennæ*, ut nobis non appropinquet, Menachem, Et in 1 Reg. 7. 5. *Limes ad limitem*, idem. Tanchuma. *Flumina.*] Gentes, ut Isa. 8. *Aquas fluminis regem Assur, &c.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 107.

A mari.] Meridionali. *In deserto errabant.*] Israelitæ. *Urbem habitationis.*] Jerusalem. *In tenebris.*] Captivi in Babel, ut Mica 7. *Sedeam in tenebris, &c.* *Senatorum.*] Sanhedrin. *Terram fertilem.*] Terram Israel sicut Sodom. *In stagnum convertit.*] Quando resipiscunt. *Iterum diminuti sunt.*] Quando peccant. *Iniquitas.*] Vir ἄνομος.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 107.

Vos redemit.] Id est, per Angelum suum; Duo sunt, Isa. 63. 9. *Angelus faciei suæ.* *Congregavit eos.*] Ut Mica 4. 12. *Congregavit ut stramen.* *Et ab Occidente.*] Tria sunt, Isa. 43. 4. Psal. 75. 6. *Nec ab Occidente.* Deus captivos congregat, non est per Accidens. *Animam sitientem.*] Duo sunt, Isa. 29. 8. *Anima sua sitit.* *Stulti.*] Qui sunt sapientes in oculis propriis; Quinque carent Jod priori, Isa. 9. 11. *Principes Zoan stultescunt*, Zach. 11. 15. *Stulti pastoris*, Prov. 14. 9. *Stulti ridendent*, & in Prov. *Instructio stultorum, &c.* id est, stultus verberibus, non verbis est corrigendus. *Sacrificent.*] Duo sunt, Exod. 8. 8. *Dimittam vos, ut sacrificent.* *Et declarabunt.*] Tria sunt, Psal. 78. 6. *Declarabunt filiis eorum.* In Job. 12. *Declarabunt pisces.* Omnes creaturæ enarrant gloriam Dei. *Ex angustiis.*] Una ex illis vocibus quæ incipiunt cum ומם, Exod. 9. 6. 1 Reg. 7. 9. Isa. 53. 8. Isa. 48. 1. Hos. 11. 1. Isa. 59. 19. Eccles. 8. 10. Ezech. 9. 6. Psa. 69. 15. Psa. 107. 26. &c. *In sede Senatorum.*] Duo sunt, Psal. 1. 1. *In sede derisorum*; Ipsi derident Senatores. *Laudate eum.*] Duo sunt, unum initium versus, aliud finis; A laude Dei sit initium & exitus.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 107.

Redempti.] Per Christum de spirituali captivitate. *Animam esurientem.*] Cum Manna. *Suscepit eos.*] Salute dignatus est, Theodor. Heb. אוילי, ab איל *robur*. *Eduxit eos è tenebris.*] De captivitate Babel ad Christum, ut Matth. 4. 16. *Populus in tenebris, &c.* *Sacrificia.*] Vero Deo, ut Ethnici dæmoniis. Horat. post reditum Numidæ ex Hispania sacrificat Castori & Polluci. Lib. 1. Od. 36.

Et thure, & fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine debito
(Levit. 2. 3.)
Custodes Numidæ deos: (Job. 7. נצר ארם.)
Cressa (Cretensi lapillo) *ne careat pulchra*
dies nota.

Portas æris.] In Babel, ut Isa. 45. 2. *Diffringam portas æris.* *Qui descendunt in mare navibus.*] Qui primus hoc fecit erat sapiens, & animosus, ut Psal. 8. ult. *Quis est homo —— ut transeat? &c.*

Et Horat. Lib. 1. Od. 3.

Illi robur, & æs triplex
(*Filum triplicatum*, Eccles. 4.)
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelagè ratem
Primus: nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus:
Nec tristes Hyadas (stellas pluvias excitantes) *nec rabiem Noti,*
Quo non arbiter Adriæ
Major, (In mari Adriatico, nunc *Golfo di Venetia.*)
Quem mortis timuit gradum?
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames scopulos Acroceraunia (Montes in Epiro à fulmine ictos, & propter naufragia infames.)

Pauci facti sunt.] Judæi, cum alii sunt à Deo benedicti, Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 107.

Il libro quinto. Ital. Bruc. Hisp. *A mari.*] Rubro. Ital. *Rosso, del lato de mezzodi.* Hisp. *De la mar.*

Stulti.]

Stulti.] Peccatores absque timore Dei, qui est principium sapientiæ. *Diminuti sunt.*] Iterum, ita ut sint in mutationibus continuis.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 107.

Statuit procellam.] Gr. Vulg. Vel, turbinem in tranquillitatem, יקם in Lat. MS. non in momentum solum, sed manet ista γαλήνη.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 107.

Liber quintus, ܚܡܝܫܝܐ, ܦܣܩܐ. De Joele & Abia filiis Samuel, qui recitabant mandata Domini; de reditu è Babel, & conversione Gentium è quatuor angulis terræ, per Filium Dei unigenitum. Par. edit. ܟܠ ܡܘܕܐ ܠܟ ܘܐܟܪܙܐ ܒܟܢ ܫܘܠܡܐ ܠܡܐ ܗܘܐ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܘܥܒܕܐ ܒܟܠ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܠܒܝܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܒܒܠ ܘܡܢ ܟܢ ܚܙܐ ܠܗ ܢܟܣ ܐܬܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܐܪܒܥܐ ܒܪܘܚܐ ܡܠܟܘܬܐ. *Propter benignitatem ejus*, vel, *utinam laudarent Dominum Justi ejus.*] Syr. ܙܕܝܩܘܗܝ, זדיקוהי Heb. חסדו, sicut חסידיו *sancti. Vinctis paupertate & ferro.*] Syr. Heb. עני, ut erat Manasseh. *Stulti*, vel, *corroborat eos à via peccatorum suorum.*] Arab. Syr. ܡܥܕܪ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ auxilium præbet eis, ut ex illis evadant, & superent ea. Heb. אוילם, ab איל, sic in Psal. 73. 4. *Robur eorum*, אולם, sic in Syr.

Sectio in Syr.

Ascendunt ad cœlos.] Fluctus, Syr. ܓܠܠܘܗܝ. ܡܬܡܟܟܝܢ ܒܣܘܓܐ ܕܒܝܫܬܐ. *Minuuntur in multiplicatione mali.*] Syr. id est, ob malum peccati, quando ad plenum est, ut Gen. 15. quando autem benefaciunt, multiplicantur. Syr. ܘܐܬܡܟܟܘ ܘܐܬܡܟܟܘ ܒܒܝܫܬܐ ܘܒܥܩܬܐ ܣܓܝܐܬܐ, sic Psal. 34. ܒܝܫܬܐ est malum peccati, *interficiet impium malum, &c.* In Syr. Par. edit. est, *Humiliati multis malis & calamitatibus.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 107.
Heb. Arab. 106.

A mari.] Vulg. Gr. Arab. Rom. Neb. من البحر. Vel, Australi plaga θαλάσσης τὸ νοτίον, Greg. Nyss. *Redempti Domini.*] Dicit, *Redempti*, quia Dei dicere est facere, R. Jehud. ben Shalom. *Stulti*, vel *avertit eos de via* (pœna) *suarum iniquitatum, quia humiliati sunt ob iniquitatem eorum.*] Arab. واخذهم من طريق آثامهم, من اجل انهم ذلوا الاثمهم, sic Deus videt miseriam Israelis in Egypto auctam vehementer, tunc liberabat eos, Exod. 3. & in Judic. 10. *Coarctata erat anima ejus ob miseriam Israel*, Heb. אוילים ab איל, ut in Syr. *In carcere.*] Est Prophetia de Zedechia in Babel: Targum apud Nebiens. *In navibus.*] De Jona, Targum, & Apostoli erant piscatores qui primo Christi mirabilia terra marique intueri dignati sunt. *In desertum vertit.*] In diebus Joel per locustas, Joel 1. 1. *Verbum ejus sanabat eos.*] Simplices piscatores in illum credebant, & spiritum Prophetiæ recipiebant, R. Isaac, Arama apud Nebiens. *Pauci facti sunt.*] Ecce mutatio rerum hujus mundi, primò afflicti, deinde benedicti, ultimò in afflictiones relapsi, ὀλιγώθησαν, Greg. Nyssen. significat τὴν βραχύτητα. *Diminuti sunt ob multitudinem malitiæ.*] Arab. بتكثير الشر, sic in Syr.

1 *Canticum Psalmi ipsi David. (Sup. 66. 8.) CVII. Heb. CVIII.*

2 *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.*

3 *Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculò.*

4 *Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.*

5 *Quia magna est super cælos misericordia tua: & usque ad nubes veritas tua.*

6 *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua:*

7 *Ut liberentur dilecti tui.*
Salvum fac dextera tua, & exaudi me:

8 *Deus locutus est in sancto suo.*
Exultabo, & dividam Sichimam, & convallem tabernaculorum dimetiar.

9 *Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.*
Juda rex meus:

10 *Moab lebes spei meæ.*
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.

11 *Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?*

12 *Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non exibis Deus in virtutibus nostris?*

13 *Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.*

14 *In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 108.

Est hic Psalmus idem ferè cum Psal. 60. & quare illum hoc loco repeteret, nescio, nisi loquatur hic de Israel. in futurum, quòd redibunt in locum suum è captivitate, sicut in bello Aram ad loca sua, quæ reges Aram ab illis sustulissent, ut in Psal. 60.

Et

Et quia meminit Sechem, Succoth, Gilead, Manasſ. & Ephraim, oſtendit quod de futuro regnum Joſephi erit ſub regno Judæ, R. Arama, ut in Ezech. 37. 19. *Erant in lignum unum in manu mea,* &, *ſervus meus David erit rex in eos, &c.* Et licet Moab, & Ammon, & Edom, non erunt in diebus Chriſti, quia omnes Gentes, excepto Iſrael, commiſcentur, tamen loca habitationis Edom & Peliſtæorum erunt in diebus Chriſti, ut Iſai. 11. 14. *Ammon erit obediens,* & in Dan. 11. 41. *Evadent Edom, Moab, & Ammon.* Ab initio Pſalmi uſque ad verſ. 7. eſt in Pſal. 60. & à *ſancti ſui*, ad finem Pſalmi eſt differentia in paucis, ſed idem ſenſus. Et Pſal. 60. dicitur de Davide, Hic vero de diebus Chriſti in perſona captivorum, vel in perſona ejus de ſemine Davidis, ad quem pertinet regnum. *Fixum eſt cor meum.*] In Deum confido qui redimet nos licet longa ſit captivitas, & tunc *cantabo* ore. *Et laudabo.*] Inſtrumento. *Evigila gloria mea, nablium, &c.*] Id eſt, anima mea in privatis meditationibus cantabit, ſic eſt in Pſal. 60. Vel, propter gloriam meam te laudabo, R. Arama. *Quando evigilem quolibet mane.*] Evigilate etiam vos; eſt ſimilitudo quaſi à ſeipſis evigilarent. Vel, *Quando meipſum evigilare facio.*] Ad canendum cum illis. *Super cœlos.*] In Pſal. 60. *Ad cœlos*, quia redemptio Iſrael infirmi, è manu fortioris erit opus mirabile. בלאמים Lamed lene להקל ad lævigandum, quia debet eſſe Dages, à לאים. *Ad æthera.*] Non dicit, *Super æthera*, ſicut de miſericordia, *Super cœlos*, quia miſericordia eſt ſine limitibus, ſed veritas quaſi ligat Deum, & ſic limitatur. *Exaltare.*] In noſtra redemptione, quia in captivitate videtur Deus ut potens qui ſervare nequit, Jerem. 14. 9. *Sancti tui.*] Ad finem uſque expoſui omnia, in Pſal. 60. *Locutus eſt in ſanctitate ſua.*] Eſt ſicut illud, *Deus juravit in ſanctitate ſua*, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Pſal* 108

Cum gloria mea.] Anima quæ eſt gloria hominis, ut Geneſ. 49. 6. *Anima mea —— honor meus, &c.* Vel, cum inſtrumentis muſicis, cantabit gloria mea. *Evigilare te faciam mane.*] Laudando te clam; verbum Tranſit, R. Moſheh, vel, quod nablium exſuſcitabit ex ſeipſo, per ſimilitudinem evigilabit. *Inter populos.* Laudando palam. *Ad Æthera.* Meminit horum, quia ſunt altiſſima in oculis hominum, quibus illuſtratur veritas Dei, ſed revera veritas Dei altior eſt cœlis. *Exaltare ſuper cœlos.*] Teipſum in redemptione dilectorum tuorum ante oculos hominum oſtende. *Serva dexteram tuam.*] Sic Iſai. 59. 16. *Dextera ſua adduxit ſalutem ſibimetipſi*, eſt ſimilitudo ab homine forti. *Moab lebes.*] Quâ terram meam irrigato non lædam ſed benefaciam terræ per manus Moab, quia Moab & Edom erant ſervi Davidis. *Nonne exibis?*] Imò certè, quia in hoc tempore Joab percuſſit Idumæos, ut Pſal. 60. 7.

Sect. 3 *Ex Midraſh Tillin in Pſal* 108.

Cor meum paratum eſt.] Hoc eſt teſtimonium manifeſtum, quod Deus orationes exaudit, ut de Hezechia ſcriptum eſt, *Oravit pro illis Hezechia*, &, *totum cor ejus preparavit*, ideoque exaudivit Dominus vocem ejus, 2 Chron. 30. ſic *Ezra preparabat cor ejus, & dedit ei ſecundum manum Dei in eum*, Ezræ 7. ſic in Pſal. 10. *Preparabis cor eorum, attendis, &c.* Et ſic David, *Sedebat coram Domino*, id eſt, diſpoſuit ſuum cor ad orandum, R. Samuel bar Nachman. *Exſuſcitabo* אעירה.] Semper præveni auroram quæ nunquam me dormientem reperit, ut Pſal. 119 *Media nocte ſurgam, &c.* &, *præveni in crepuſculo, &c.* *Cantabo.*] Pro regno quod mihi dediſti.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Pſal.* 108.

De redemptione, &c. *Expergiſcere.*] Ad recipiendum ſpiritum Prophetiæ. אעירה.] Id eſt, exſuſcitabo redemptionem quæ eſt ſicut lux matutina. *Ad æthera.*] Sicut in Deut. 32. *Levabo ad cœlos dexteram meam, &c.* *In ſanctitate,* בקדשו.] Id eſt, per viſionem ſanctam Nathanis, 2 Sam. 7. *Regnum tuum erit in æternum.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Pſal.* 108.

Inter populos.] Iſrael. *Gentes.*] Gittæos & alios qui erant cum Davide. *Etiam illud gloria mea eſt.*] Ut laudes tuas canam. Vel, gloria mea non erit mihi impedimento in tuis laudibus publicandis. *Locutus eſt ut dividerem portionem.*] שכם, id eſt, ut terram hoſtium meorum ad populum meum dividam, ſic Geneſ. 48. 22. *Portionem unam.* idem. *Moabo eſt olla.*] Habet ollam & ut ſervus aquas in manus meas & pedes effundit, ſic 2 Reg. 3. *Aquas in manus Eliæ effudit.* *Mittam ad Edom calceum meum.*] Ut præparet corrigiam calcei mei ſicut mos ſervi eſt qui calceos Domini ſui geſtat, ſolvit diſſolvitq; corrigiam. *Super Peliſtæos vociferabor.*] Ad perterrefaciendos illos, ut 1 Sam. 4. *Vociferati ſunt*, & 1 Sam. 17. *Vociferabantur ad prælium*, Id eſt, in terrorem hoſtium, R. David, à רוע. *In Edom.*] Ad deſtruendum Eſau impium in diebus Chriſti ליסורי המשיח.

Sect. 6. *Ex Cald. in Pſal.* 108.

Evigila.] Vel, lauda. *In ſanctitate.*] De loco præſentiæ S. Sanctæ. *Dividam cum Sechem.*] Spolia. *Metibor.*] Cum illis limitem. *Conculcabo Moab.*] Ut ollam, &c.

Sect. 7. *Ex Maſora in Pſal.* 108.

Diluculo.] Opportunitas eſt precum; octo cum Camets & Millel, Pſal. 57. 8. & Iſai. 8. 20. *Non eſt aurora in illis*, Pſal. 139. 9. *Alas auroræ*, Job 3. 9. *Palpebras auroræ*, Cant. 6. 10. Job 41. 18.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Pſal.* 108.

Vallem Succoth, vel, Tabernaculorum] Ubi tuguria paſtorum erant, habitatoribus implebo, Theod. *Ephraim ſuſceptio.*] Ante in Pſal. 60. dixit, *Fortitudo*, quia ſuſcipiendo fortes facit, S. Aug *Dixit Deus per ſanctum ſuum.*] Prophetam Samuel, & ego credidi quod Sechem, &c. forent ſub mea juriſdictione. à pari. Eſt oratio pro victoria in Edom. *Evigilate lyra & cythara, &c.*] Alloquitur lyram, eamque poſcit, ut ſibi adſit & ſecum canere non deſinat.

Horat. lib. 1. Od. 32.

Poſcimus, ſi quid vacui ſub umbra
Luſimus tecum, quod & hunc in annum
Vivat & plures: ——
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Jovis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunque ſalve
Ritè vocanti.

Sect.

Sect. 9. *Ex Ital.&c. in Psal.* 108.

Succoth.]Seu Tabernaculorum. 2.Ang.MS. *Caput, vel, principium roboris.*] Id est, primogenitus meus, ut Ruben in Gen.49. Hisp. *El principio de mi fortaleza, mi primogenito. Philistæi, vel, alienigeni sunt mei amici.*]Gal.Ang MS.Vulg. à ריע.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 108.

Ephraim est hæreditas capitis mei.] Lat. MS. id est, principalis hæreditas. *Ut liberentur dilecti tui.*] Vulg.Gr.Lat.MS.quia hæc liberatio est tua exaltatio. *Amici facti sunt.*] Vul.Gr. à ריע in Pro. *amicus*, in alio Psal.60.dicit, *subditi*, Gr. ὑπετάγησαν, Apollinar.

πόσσιν ὑφ' ἡμετέροις———

Sub pedibus nostris. Vel, *cum Philistim fœderaber.*] Lat. MS. ut cum amico, sic Abraham fecit fœdus cum rege Philistim, & Isaac, Gen.26.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 108.

Davidis, quando cor ejus præparatum erat, ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܬܫܡܫܬܐ ad cantica & ministerium in domo Dei; Etiam de conversione Gentium. Par. edit. *Etiam cum gloria mea.*] Syr. באיקרי ܒܐܝܩܪܝ, ut in Sect. 1. *Cithara.*] Syr. קיתרא ܩܝܬܪܐ. *Ad nubes, vel, cælum cælorum.*] Syr. ܚܟܡܬܗ ܕܐܠܗܐ, πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *Sapientiam Dei in cœlestibus*, in conversione Gentium intueamur, ut Ephes.3. *Ut liberentur dilecti tui, salva me dexterâ tuâ.*] Syr. si me regem liberes, omnes dilecti tui in Israel liberabuntur mecum, ܘܢܬܦܨܘܢ ܚܒܝܒܝܟ ܥܡܝ Syr. *Triumphabo*, vel, *vociferabo supra Philistæos.*] Syr. id est, in victoria contra eos.

Sect. 12. *Ex Arab.in Psal.* 108.
Heb. Arab. 107.

Psallam ad gloriam tuam.] Arab. في تمجيدك Jod in Heb. כבודי pro Vau, vel ob gloriam tuam, quæ mea nunc est, nam eam mihi dedisti. *Super universam terram est gloria tua, ut salvares dilectos tuos.*] Arab. علي الأرض كلها مجدك لكيما تخلص لجبالك, id est, teipsum elevâsti ad salvandum dilectos tuos. *Succoth, vel, desertum Sihor delebo.*] Arab. قفر سلحور, erat Succoth propè Egyptum, & Sihor erat Egypti flumen, Heb. *metiber*, id est, lineâ destructionis, ut Moab in 2 Sam. 7. Vel, *Convallem tabernaculorum.*] Id est, Kedar in tabernaculis habitantem, ut Psal. 120. *Susceptio capitis mei*, vel, *magnificans caput meum.*] Arab. معظم راسي, ut 1 Sam. 28. *Custodem capitis mei* de Achis. & David.

---

1 *In finem Psalmus David.* CVIII.
Heb. CIX.

2 *Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.*

3 *Locuti sunt adversùm me linguâ dolosâ, & sermonibus odii circumdederunt me: & expugnaverunt me gratis.*

4 *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.*

5 *Et posuerunt adversùm me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.*

6 *Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris ejus.*

7 *Cùm judicatur, exeat condemnatus: & oratio ejus fiat in peccatum.*

8 *Fiant dies ejus pauci: & episcopatum ejus accipiat alter.*

9 *Fiant filii ejus orphani: & uxor ejus vidua.*

10 *Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent: & ejiciantur de habitationibus suis.*

11 *Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus: & diripiant alieni labores ejus.*

12 *Non sit illi adjutor: nec sit qui misereatur pupillis ejus.*

13 *Fiant nati ejus in interitum: in generatione una deleatur nomen ejus.*

14 *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini: & peccatum matris ejus non deleatur.*

15 *Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum.*

16 *Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.*

17 *Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.*

18 *Et dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.*

Et induet maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus.

19 *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur; & sicut zona, quâ semper præcingitur.*

20 *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala adversùs animam meam.*

21 *Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suavis est misericordia tua.*

Libera me,

22 *Quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.*

23 *Sicut umbra cùm declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ.*

24 *Genua mea infirmata sunt à jejunio: & caro mea immutata est propter oleum.*

25 *Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt*

derunt me, & moverunt capita sua.
26 *Adjuva me Domine Deus meus: salvum*
me fac secundùm misericordiam tuam.
27 *Et sciant quia manus tua hac: & tu Do-*
mine fecisti eam.
28 *Maledicent illi, & tu benedices: qui in-*
surgunt in me, confundantur: servus autem tuus
lætabitur.
29 *Induantur qui detrahunt mihi, pudo-*
re: & operiantur sicut diploide confusione
suâ.
30 *Confitebor Domino nimis in ore meo: &*
in medio multorum laudabo eum.
31 *Quia astitit à dextris pauperis, ut sal-*
vam faceret à persequentibus animam me-
am.

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.*109.

QUando fugiebat à Saule, & erant malitiosi in Israel qui ad Saul contra David oblocuti sunt. *Circundant me verbis odii.*] Dicit, *Circundant*, quia propter verba eorum Saul circundabant Davidem, ut 1 Sam.23. in *Sela. Linguâ falsâ.*] Apparent ut amici. *Vir precum.*] Non est mihi aliud auxilium nisi orando ad Deum, R. Jos. Cimchi. deficit איש, ut Dan.9.23. *Vir desideriorum*, deficit *vir. Super eum.*] Dominetur impius, & dicit, *Eum*, scil. Doeg principalem, R.Arama. *Adversarius stet.*] Et nihil in manu sua prosperetur. Vel, Pseudo-martyr, Arama. *Condemnatus.*] Si habeat litem cum alio. *Oratio in peccatum*, vel, *deficiat.*] Non obtineat orationem suam, ut Judic. 20. 16. idem, חטא. *Præfecturam ejus.*] Id quod est in manu sua, opes vel uxor, vel anima à Deo visitata, à פקר, Arama. *Vidua.*] In juventute. *E desolatis locis suis.*] Sint domus eorum ruinæ, & ut mendicantes à transeuntibus panem petant, Arama. *Quærant*, vel, *quærite à desolatis locis.*] Si mirarentur aliqui, quare mendicent filii, quorum patres erant valdè divites, respondent, Quærite de domo eorum quòd desolata sit. ודרשו in Imperat. cum Hateph, ut est in codice excellentissimo in בטוליטולא scribitur in Masora, non habet simile cum Hateph, & sic scripsit Negid quod invenit in Masora, sed recepimus lectionem ejus cum Cametz. *Omnia quæ habet.*] Accipiat creditor, uxores & bona ejus pro debitis suis omnia. *Nemo extendat misericordiam.*] Quando petunt panem, ut ante dixit. *In generatione sequenti.*] Tertiâ generatione, sit deletum eorum nomen, scil. patris & filii. *Contritum corde.*] Davidem ipsum tot tribulationibus, cujus vitam etiam quærebant. *Dilexit maledictionem.*] Meam maledictionem floccipendit, quasi dilexisset eam. *Non delectatur.*] Ut benedicerem illi, si mihi benefaceret, ut Job.31.20. *Lumbi sui benedicebant mihi*, & Job. 29.13. *Benedictio perituri, &c.* videtur quòd Job benedictionem egeni dilexit. *Sicut aqua.*] Quam bibit homo. *Sicut oleum in ossa.*] Oleum penetrat in ossa, quando in dolore membrorum sunt cum illo inuncta. *Propter nomen tuum.*] Licet sim indignus. חלל *quasi occisum est cor meum.*] Cum afflictione; una pars cum Cametz punctatur, & alia cum Pathac, quia est verbum præteriti. *Sicut umbra.*] Subitò, sine voluptate. *Sicut locusta*] à sepe ad sepem, sic ego de loco in locum fugiendo à facie Saulis. *In jejunio.*] Quando fugiebat, sæpè jejunabat, & genua sua erant valdè debilitata, ut ambulare nequit; & caro ejus à priori pinguedine defecit. *Opprobrium.*] Respectu maciei meæ. In Midras de cogregatione Israel. *Aperiuntur.*] Aperiebant Sanctum Sanctorum, dicentes, Ubi nunc est Deus eorum? surgat & servet eos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.*109.

Verba odii circundant me.] Est similitudo, indicando quòd multa erant verba. *Pugnant contra me.*] Scil. verba ista, licet in calumniatores haud peccaverim, sic Jos.24. *Balaac pugnabat*, scil. per verba Balaami, R.David. *Ego sum homo orationis.*] איש deficit, id est, ego oro pro illis, non malum pro malo retribuam. *Adversarius stet in dextera sua.*] Et sit è consilio suo; respond. ad illud, *Pro dilectione mea sunt adversarii mei*, sic 1 Reg.11.14. *Excitavit Deus Solomoni adversarium*, idem, sensus est, redde illis paria pro paribus. אהבתי Jod Paul. *Quando contendit mecum.*] Sit condemnatus, quia injuriâ me afficit. *Oratio sua sit in peccatum.*] Quia in ea petit damnum meum, & mortem שאמות, quum illi benefecerim. *Vindictam in eum sumat alius.*] Et ne cadat per meam manum, à פקד in Mica 7.4. *Dies tuæ visitationis, &c.* Vel uxorem suam. Vel vitam in quam oculos suos figit, & est quasi depositum, R. Jos. *Uxor sit vidua.*] Quando juvenis est, sit cum multis filiis parvulis in miseria derelicta. *E desolatis eorum locis.*] Ubi nemo præter eos habitat. שאלו verbum in gravi forma, ut 2 Sam. 20. *Interrogabant de Abel, &c. Usurarius.*] Ut Exod.22.25. *Nemo sit qui extendet misericordiam.*] Ratio est, quia ipse non ostendebat misericordiam. *Posteritas sua.*] Filius, ut Dan.11. *Non posteritati suæ*, idem. *Nomen eorum.*] Pater & filius. *Iniquitas patrum suorũ.*] Secundùm legem, ut Exod 20. *Visitans iniquitatem patrum, &c. Sint coram Domino.*] Dicit, *Sint* in plurali, scil. peccatum & iniquitas prædicta. *Dilexit maledictionem.*] Hoc David per spiritum prævidit. *Cingulum.*] Ut Isa. 23. 10. *Non est cingulum*, idem. *Sit hæc merces adversariorum meorum.*] Respond. ad illud, ver.4. *Pro dilectione mea sunt adversarii mei. Et eorum qui malè loquuntur.*] Respond. ad illud in ver.2. *Locuti sunt contra me. Cor meum est perforatum.*] à חליל, R.Mosch. verbum præteriti. *Sicut umbra.*] Denotat velocitatem dierum ejus. *Sicut locusta.*] Sine nido. *Pauperis.*] Non habet auxilium, nisi à Deo.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.*109.

Laus mea.] Deus est laus Israelis, & Israel est laus Dei, sicut scribitur, populum hunc formavi, ut laudes meas enarraret. *Impius* רשע.] Esav. *Pro dilectione mea.*] Propter Israel omnis benedictio in mundum descendit.

Sect.4. *Ex R. Obad. in Psal.*109.

De filiis captivitatis. *Satan.*] Vir qui odio habet populum & magistratum. *Impium.*] Regem ad di-

reptiones

repriones incitat. *Maledictionem.*] Dei sui & regis, sicut in Isai. 8. *Sicut vestimentum.*] Id est, revertatur in seipsum. *Sicut umbra.*] De unâ miseriâ in alteram.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 109.

Os impii.] Esavi, Psalmus dicitur de Esau & Israel, quem persequebatur. *Officium suum.*] Præfecturam, in ling. extr. פרובושטיא, *Provostia, officia*, Hispan. *Interrogent & inquirant de locis eorum desolatis.*] Dicentes, ubi est talis ? quoniam domus ejus est desolata, quid fit de illo? vox *quærant*, bis sumitur, ut לקא, in Prov. 30. 2,3. Vel, mendicent ab ostio ad ostium. *Fulciat se in omnem facultatem suam.*] Et rapere omnia quæ habet conetur, sic Dan. 5. *Genua sua pulsabant invicem*, idem. *Ostendere misericordiam.*] Sicut Jacob noluit, qui Genes. 25. *Coxit pulmentum*, in consolationem Isaaci, cùm in die illo mortuus est Abraham. *Pauperem & egenum.*] Israel, in virum unum, על כל ישראל. *Peccatum patri suo.*] Esau erat cæcitatis Isaaci causa. *Peccatum matri sua.*] Quia abscondidit sepulchrum ejus, ἄλλον בכורו in Græco, *Luctus alius* Jacobi in Genes. 35. erat ob hanc causam, est in MS. *Dilexit maledictionem.*] Dixit Edom, *Denudate, denudate, &c.* Psal. 137. 7.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 109.

Officium, vel *numerum annorum* (ad quem attingat) *hæreditabit alter.*] Cald. à פקדון, *depositum. E desolatis.*] Vel, petant illud quod est desolatum.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 109.

Verbis, vel *actionibus odii.*] Quinque sunt, & tria sunt initium versus, 1 Paral. 29. 29. *Gesta Davidis prima & novissima*, 2 Paral. 12. 15. *Gesta Roboam*, Psal. 209. 3. ושטן, non est amplius, & est in Zach. 3. 1. והשטן, *adversarius ille stetit. Et oratio sua.*] Tria sunt, 2 Paral. 33. 18, 19. Duo sunt illic, *Gesta Manassis, & oratio ejus. Qua tegat.*] Sit sicut vestis leprosi; Quatuor sunt, Levit. 13. 45. *Tegat super, &c.* Jerem. 43. 12. *Sicut pastor seipsum operuit, &c.* Psal. 84. *Pluvia tegit*, vel, *replet. Sicut umbra.*] Sic est vita hominis cujuslibet; Quatuor sunt lenia in scriptura, cum Sheva sub Caph, Isai. 32. 2. Psal. 102. 2. *Sicut umbra declinans.* Psal. 144. 4. *Sicut umbra qua transit sunt dies ejus. Confundentur.*] Sicut qui viribus sunt destituti; Duo sunt, 2 Reg. 19. 26. *Incola debiles erant. Confusione sua.*] Quam in seipsos attraxerunt; Quatuor sunt, Zephan. 3. 19. Psal. 70. 3. *In mercedem pudoris eorum*; Duo sunt ibi.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal* 109.

In peccatum.] Quia oratio Judæ non erat per Christum, S. Aug. *Cum lingua mendaci*] Ut Matth. 26. 60. *Quærebant* ψευδομάρτυρες contra Christum. *Stet Satan.*] κατήγορος, S. Chrysost. Vel, diabolus, qui introivit in Judam, Joh. 13. Theod. *Officium suum.*] Apostolatum, Act. 1. 20. Hic Psalmus à principe Apostolorum applicatur in Judam Iscariot, S. Aug. S. Chrysost. *Filii ejus.*] Judæorum, scil. Theod. *Mendicent.*] Sub earum Gentium regibus, ubi Judæi translati sunt, S. Aug. *Quærant panem è desolatis locis suis.*] Ex deserto, ubi manent, quia sunt expulsi è medio hominum, ut illi Job 30. 2,3. *Exactor.*] Romani tributum exigentes, eos deprædentur. *Peccatum matris.*] Id est, Proavorum antiquorum, qui interficiebant Prophetas, sicut ipse Christum, ut Matth. 23. 35. *Super vos descendet sanguis, &c. Fractum corde.*] De Christo dicitur, Isai. 53. 3,4. *Erat vir dolorum & fractus mærore. Dilexit maledictionem.*] Ut Johan. 6. ult. *Unus vestrûm est* διάβολος, id est, calumniator Christi & doctrinæ suæ. In templo Lauldunensi est depicta historia Comitissæ, parturientis uno partu 365 infantes, qui erant baptizati & mortui sunt omnes cum matre; occasio erat maledictio pauperculæ, &c. Est hoc vulgare. *Movebant capita.*] Ut de Christo scribitur, Matth. 27. 39. *Transeuntes movebant capita. In dexteram.*] De Christo dicitur, Marc. 16. 19. *Sedet in dexteram Dei. Servare eum.*] In resurrectione sua. Oratio pro liberatione à Juda & Judæis infidelibus.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal* 109.

Laus mea.] Subjectum laudis, vel, mea gloria, vel, qui celebrem me efficit, Ital. *Supra illum.*] Doeg. Ital. Gal. *Adversarium.*] Diabolum, 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Episcopatum.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Evesché*, ut in Act. 1. *Usurarius.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Locusta.*] Quæ habitatione caret, *Fermezza*, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg in Psal.* 109.

Laudem meam ne tacueris.] Gr. Vulg. in bonam partem recipe laudem meas, vel, responde. Vel, *Deus laudabilis mihi ne taceas.*] Lat. MS. *Episcopatum ejus accipiat alter.*] Lat. MS. ut Act. 1. *Ejiciantur.*] Vulg. Gr. id est, quærant illos alii & non inveniant דרשו. *Immutata est propter oleum.*] Vulg. Gr. id est, propter defectum olei, quia in Jejuniis corpus pro more non inungebant, ut Daniel ait, in Dan. 10. משמן. Vel, *Caro mea macilenta est, absque oleo.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 109.

Quando Absalom, David inscio, regem fecerunt, ܟܕ ܐܡܠܟܘܗܝ ܠܐܒܫܠܘܡ ܠܐ ܒܝܕܥܬܗ ܕܕܘܝܕ ܘܥܠ ܚܫܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ. De passionibus Christi. Par. Edit. *Cum lingua mendaci & verbis odii.*] Contra me obloquuntur. Syr. dicentes, 2 Sam. 15. *Nemo est à rege deputatus, &c. Circumdant me & contra me pugnant.*] Syr. Omnes Israelitæ. *Precationi meipsum dedi.*] Pro illis. Syr. ܥܠܝܗܘܢ, עליהון, velut in Psal, 35. Vel 2 Sam. 18 *Ut adjuves nos ex urbe*, id est, precibus, Chald. *Præfice illis improbum.*] Gubernatorem ad judicandum & condemnandum eos, quæcunque fuerit eorum causa, respond. ad locum ipsum, in Job 34. 30. *Ne regnet hypocrita*, ut non insidiis exponantur populi. *Satan.*] Malignus & astutus orator, ut contra eum coram improbo judice arguat. *Oratio eorum.*] Pro justitia coram judice, rejiciatur. *Officium ejus*, vel, *quod repositum est per eum.*] Propter filios suo , accipiant alii, Syr. ודמטר להון ܘܕܡܛܪ ܠܗܘܢ ܕܝܠܗ ܢܣܒܘܢ ܐܚܪܢܐ. Heb. פקודתו, confer. Act. 1. in Syr. *Vagentur à desolatis locis suis.*] Hic versus non est in Syr. MS. vel, impress. *Peccatum matrum eorum ne deleatur.*] Quia illos melius haud instruebant, velut in Prov. *Pudor matris ejus. Ingrediebatur in eum*

velut aqua.] Velut aquas potabat eam, ut in Job 34. & erat ficut oleum offibus fuis; Shimei maledixit Davidi hoc tempore, ut 2 Sam. 16, *Velut cum vestimento*, vel, *armis.*] Syr. וזינא, ܙܝܢܐ, Heb. מדו, quæ fuper veftimentum geftabant, ut Joab, 2 Sam. 21. *Caro mea ab oleo; macrefcit.*] Syr. ܡܫܚܐ ܡܢ ܡܚܣܪ, quia, pro more meo non eft oleo inuncta, ideo macrefcit. *Vulneratum eft*, vel, *perturbatum in medio mei.*] Syr. quia in afflictione, fpiritus eft turbatus & quafi vulneratus. *Ut conservet animam ejus à judicio,*] Syr. דינא, ܕܝܢܐ, Heb. משפטו.

Sect. 12. *Ex Arab. in Pfal.* 109.
Heb. Arab. 108.

Scribit Faber, fe homines noviffe, qui more magico clam murmurabant hunc Pfalmum per modum execrationis in eorum hoftes, lumina altaris extinguebant, ab illis facies fuas avertebant, & in pulvere fefe volutabant, fic Horat. de Canidia, vid. in Pfal. 58. Sect. 8.

Per atque libros carminum, &c.

Pro dilectione mea, vel, *mei.*] Arab. بدل ان يحبوني, prius me dilexerunt, nunc odio me habent. *Quicquid poffedit, fiet alteri.*] Arab. وما اقتناه, ut in Syr. *Ingreffa eft in interiora ejus ficut aqua, & tanquam unguentum in offa ejus,*] Arab. Rom. Neb. تدخل في بواطنه كالما وكالدهن في عظامه, erat, ficut aqua fitienti, jucunda illi execratio, Job 15. *Bibit iniquitatem ut aquas*, & ut unguentum carni & offibus delectabile: Sic in Syr. משמן.] *Ob jacturam unguenti.*] Arab. لعدم الدهن, ut in Syr.

1. *Pfalmus David.* CIX.
Heb. CX.

Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, fcabellum pedum tuorum.

2 *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.*

3 *Tecum principium in die virtutis tuæ in fplendoribus fanctorum: ex utero ante luciferum genui te.*

4 *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es facerdos in æternum fecundùm ordinem Melchifedech.*

5 *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ fuæ reges.*

6 *Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaffabit capita in terra multorum.*

7 *De torrente in via bibet: proptèrea exaltabit caput.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Pfal.* 110.

Pfalmus de David.] Ut Pfal. 20. 1. R. Arama. Vel, pfalmus eft de Mofe Prophetarum Domino, & facerdote facerdotum magno, & *virgâ Dei* Ægyptios percutit. *Virgam roboris tui de Sione.*] David in principio regni fui fubjugabat Sionem, & erat ficut *Virga fortis*, quâ feipfum David fuftentabat. *In medio.*] Non dicit, in confinibus hoftium tuorum, fed in urbibus Peliftæorum, &c. *In decore fanctitatis.*] In Jerufalem terra fancta, & civitate fancta, Dan. 9. 24. & Pfal. 48. 2. *Pulchra fitu, &c. Populus tuus.*] Levitæ qui voluntariè fefe tradiderunt in idololatras, R. Arama: Si de Mofe. *De utero auroræ.*] De utero venifti ad regnum, & ros benedictionis erat in te die ifta; & addit, *Ros juventutis*, vel, pueritiæ, id eft, ros qui cecidit quando tu natus eras; & dicit, *Utero Aurora*, id eft, dies quo exibas ex utero in tuam fœlicitatem eluxit. הכהן.] Rex, 2 Sam. 8. 18. *Davidis filii erant principes*, idem. Jod redundat in מלכי & דברתי. *Dominus eft in dextera tua*] Quando viciſti in bello. *In die iræ fuæ.*] Iræ adverfus hoftes tuos, fed favoris tecum, Vel Sihon & Og; fi de Mofe, R. Arama. *Caput*, feu *capita.*] Multa capita in terra. *Ex flumine.*] Sanguinis eorum, ut Ifai. 34. *Elevabit caput fuum.*] Super omnes hoftes fuos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Pfal.* 110.

De Davide.] Vocatur David Adoni, *Dominus meus* à Pfalmifta qui compofuit hunc Pfalmum de Davide. Rabbo. exponunt de Melchifedec, & Abraham, fed durum eft Sion de Abraham explicare, quia Sion erat civitas David. *Sedeas in dexteram meam.*] Sedeas ô David in domo tua, & ne exeas ad prælia: Confide in dexteram Dei ad fubjugandos hoftes tuos; hoc erat in 2 Sam. 21. 17. quando fubditi David jurabant, dicentes, *Non exibis ampliùs ad prælia. De Sione.*] De qua omnis victoria derivatur, quia ibi erat arca. *Populus tuus erit ut pluvia voluntaria.*] נשם נדבו, in Pfal. 68. 9. id eft, ut adjutores tui in bello convenient. *Ros eft tibi juventutis tuæ.*] David erat fortis & juvenis, humidumque radicale ut Ros qui manè, ficut ex utero eft confpiciendus: Vel, quando apparet aurora, eft quafi ex utero. Vel, quafi ex utero, obfcuro loco cadit fors juventutis tuæ. יוטל à טל, & משחר à שחור, R. Mofeh, fic Pfal. 139. in inferioribus terræ partibus, id eft, utero. Vel, *De utero aurora ad te.*] Venient populi tui pro te pugnare. *Sicut ros juventutis tuæ.*] Quem tu juvenis folitus eras quolibet manè intueri. Vel, quia ab utero erat David ad regnum deftinatus; R. Jofu. *Juravit.*] Deus cum Davide & femine fuo. *Sacerdos.*] Ut Melchifedec erat rex & facerdos, Jod in דברתי redundat. Vel, *Secundùm morem.*] Ut 1 Reg. 5. 9. à דוברות, fcil. מנהג, id eft, tu accipies decimas, ut Melchifedec ab Abrahamo. Vel, Caph deficit, id eft, quia tu es, ut Melchifedec. Vel, rex

rex justitiæ, R. Mosheh, quia fecit judicium cum omni populo. *Super terram Rabbah.*] Rabbah erat urbs filiorum Ammon, à David capta, R.Moseh. Vel, *Terram magnam.*] Israel, Madai, & Paras. *De torrente bibet.*] Illi aquas è fontibus hostium sine timore hostium, sicut de fonte Bethleem, exhaurient. Vel, propter numerosum exercitum suum, viâ in qua erant torrentes, ambulabat; quia fontes non sufficiebant. Vel, quia milites magnum habent refrigerium, quando transeunt torrentem in via prælii.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 110.

Sedeas.] Dixit Deus Abrahamo, sede & ego pugnabo contra hostes tuos, Gen. 14. R. Jehudah. R. Johan. ben R. Josi. *De torrente bibet.*] Id est, de torrente sanguinis eorum, volatilium quodlibet bibet, ut in Ezech. 39.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 110.

De Christo. *Sedeas.*] Quia non adhuc est tempus revelationis tuæ. *In dextera.*] Et Angeli in sinistra. *Ab utero quolibet te requiret,* מרחם משחר.] Id est, reges à nativitate tua faciem tuam quærent, ut Psal. 45. à שחרו in Psal. 78. *Tu habes rorem nativitatis tuæ.*] Semper eris juvenis & fortis, & non senesces. *Sacerdos.*] Doctor כהן מורה. *Caput* ראש.] Messias filius Joseph, qui erat occisus ר׳ל (vide Psal. 80. in Ab. Ezra.) *De flumine.*] Id est, Gog cum magno exercitu non bibit de puteo, sed de torrente, idcircò *levabit caput suum* post destructionem Gentium Idololetrarum.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 110.

Sede.] Id est, acquiescas in potentia mea, ut Isa. 30. *Robur eorum est sedere. Hostes tuos.*] Amraphel, & reliquos reges, Gen. 14. 1. *Virgam virtutis tuæ.*] Id est, baculus panis & vini per manus Melchisedec à Salem, id est, Sion, Abrahamo oblatus, ut milites defessos confirmaret. *Regas in medio.*] Canaanitarum, ut dicunt de Abrahamo, Gen. 23. 6. *Tu es princeps Dei. Populus tuus.*] Servi Abrahami in domo sua, & confœderati ejus Aner, Eshcol, & Mamre, voluntarii ad prælium exibant, Gen. 14. 13. *In decore sanctitatis.*] Erunt in sanctitate celebres. Vel, *Propter decorem sanctitatis.*] Quia tu es sanctus. *Ab utero aurora.*] Id est, quando fuit Abraham filius trium annorum. *Est tibi ros.*] Abraham erat fœcundus, & semen ejus ut innumerabiles roris guttulæ. Vel, *Juventus tua est ut ros.*] Floridus & amœnus; dicitur de Davide, vel Abrahamo. *Sacerdos.*] Dixit Abrahamo, quod regnum & sacerdotium è lumbis suis forent. *Reges.*] Amraphel & reliquos, vel, Hab. 3. 14. ראש, id est, Egyptios. מלא.] Id est, אסיפה congregatio erit cadaverum, ut Isa. 31. *Bibet de torrente.*] Pharan bibit de Nilo, & pluvia non indigebat. *Capita, vel, caput.*] Pharan, qui filios Abrahami captivos detinet: De Davide sic. *De domino meo.*] De rebus Saulis, domini ejus. *De Sione.*] David erat rex totius Israel & Judæ, ad quem pertinebat Sion. *Populus tuus erit voluntarius.*] Omnes unà constituerunt eum regem, 1 Paral. 12. 1. Vid. Ab. Ezram. *Cadaveribus.*] Nempè, exercitus Sennacherib post tempora Davidis, 2 Reg. 19. 35. *Erant omnia cadavera. De torrente.*] Sennacherib sic gloriatur, 2 Reg. 19. *Et exaltabat* paululùm *caput suum.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 110.

Dixit Dominus, ut me Dominum constitueret.] Super totum Israel. *Sede à dextris.*] Audi legem meam, quæ à dextera mea prodiit, Deut. 33. Vel, *Expecta Jemini.*] Donèc sit mortuus Saul filius Jemini. *In decore sanctitatis.*] Exibis cum illis gloriosè ad prælia. *Miserebitur tui manè, juventus tua est ut ros.*] Qui reddit te validum. *Melchisedec.*] Vel, quia tu es rex justitiæ. *Torrente bibet.*] Recipiet ab ore Prophetæ instructionem, quando & quomodo pugnare; cujus os est fons vitæ, Prov. 10.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 110.

Scabellum.] Sint subjugati ad tuam obedientiam: Duo sunt, unum defectiv. Deut. 33. 3. *Sedebant ad pedes tuos. Virgam, vel, Tribum potentia tua.*] Tribum Judæ, & Apostolos ex illa tribu oriundos, מטה. *In decore.*] בהדרי, unum est בהררי *in montibus sanctis,* Psal. 87. 1. *Melchisedec.*] Non est ampliùs, & unum est cum Vau, Genes. 14. 19. *Non pœnitebit.*] Sed quandóque pœnitere videtur, Quatuor sunt, Exod. 13. 17. *Ne pœniteat populus,* & *pœnitebat Dominus.* Et 1 Sam. 15. 29. *Robur Israelis non pœnitebit,* & unum est וינחם. *Cum cadaveribus.*] Duo sunt, unum plenè, unum defectiv. 1 Sam. 31. 11. *Cadavera Saulis, & filiorum, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 110.

Dominus dixit.] Exponunt hunc Psalmum de Davide, & Abrahamo, multò magis dicitur de Christo filio David, filio Abraham, ut exponit illum R. Saad. Dan. 7. Alii de Zerubbabele; sunt huc & illuc errantes in expositionibus suis, ut ebrii ὡς οἱ μεθύοντες, Chrysost. *Domino meo.*] Christum per spiritum Dei, dicitur Dominus Davidis, respectu naturæ divinæ, quam non intellexerunt Pharisæi in Evangelio, 1. 2. Proph. *Hostes tuos in scabellum.*] Ut Heb. 2. 8. *Et ultimus inimicus est mors.* Chrys. & hic indicat resurrectionem, 1 Cor. 15. 25. 3. Proph. *Virgam.*] Evangelium. *De Sion.*] De Sion exibant Apostoli ad prædicandum Evangelium in toto mundo, ut in Act. 1. *Manete in Jerusal. donec, &c.* Vel dicit, *virgam,* similitudine à regibus & consulibus sumptâ, hoc insinuat vox ῥαβδοῦχοι in Act. 16. Virgarum fasces securibus alligatos, Lictores primùm ante Reges, posteà ante Consules, ad terrorem populi portabant,

Horat. Lib. 1. Od. 12.

——— *an quietum.*
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces — (honores Tarquinii Prisci)

Hostium tuorum.] Ut Rom. 5. 10. *Quando fueramus hostes.* 4. Proph. à simil. Vel est similitudo: Christus habuit regale officium, & potentiam, sicut rex cum sceptro, τὴν δύναμιν. Chrysost. *In die potentiæ suæ.*] Die judicii, vel die miraculorum, Chrysost. *Tecum principium.*] Tunc videberis, S. Aug. Vel, immortale incipis imperium in die judicii, Theodoret. Vel, *Tecum erit dominium*] Gr. μετὰ σοῦ, Chrysost. Heb. עמך. *In decore sanctitatis.*] In gloria Sanctorum. Gr. ut 1 Cor. 3. 16. *Templum Dei est sanctum, cujus templum vos estis. Ex utero.*] Sinus patris secretus, S. Aug. id est, de meipso. *Ante uterum Aurora est tibi ros nativitatis tuæ.*] Est æterna generatio antequam erat tempus, Prov. 8. 23. πρὸ ἑωσφόρου, Chrysost. antequam erat Hesperus. Vel est resurrectio Christi diluculò, ut Act. 13. 33. sicut ros matutinus. 5. 6. Proph. Vel est incarnatio Christi in tempore,

tempore, ficut ros fine manu hominis, per operationem Spiritus, ut Job. 28. 28. *Habet pluvia patrem?* 7. Proph. *Ante Luciferum.*] Ante fidera, id eft, ante tempora, S. Aug. Vel, quia nocte natus eft, S. Aug. *Sacerdos.*] Per mortem & interceffionem: Chriftus erat cum juramento, Sacerdotes fine juramento, Heb. 7. 21, 22. 8. 9. Proph. *Cum cadaveribus.*] Regum, ducum, &c. Apoc. 19. 18. *Caput.*] Antichriftum, qui exaltabit fe fuper omne σέβασμα, & Deum, 2 Thef. 2. 10. Proph. *De torrente bibet.*] Vivet vitam pauperculam, λιτὸν βίον, Chryf. ut Elias *bibit de torrente*, 1 Reg 17. nihil aliud habens, Theodor. Humilitate utitur, aquis fitim pellens. Vel, *De torrente.*] Humanæ mortalitatis, nafci & mori, S. Aug. Continet hic Pfalmus prophetias de Chrifto.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Pfal.* 110.

In decore excellentia.] In Jerufalem, urbe fanctâ. Ital. *Ante aeternum Aurora.*] Id eft, ante Hefperum genui te, ante mundum. Ang. MS. Gal. Vul. Vel, *Dalla vulva, dalla aurera.* Ital. Brue. *Nativitas tua de vulva, eft ficut res Aurora.*] Ital. *Dalla vulva, &c.* ficut ros non expectat hominem, Micæ 5. nec ab homine venit, fic nativitas tua non fuit ab homine, fed à Deo. Hifp. *Come el recio que cae della, matriz del alva, anfi te nacerá los tuyes.* Vel, *Habes rorem pueritia.*] Id eft, eras benedictionibus in incarnatione rua repletus. Ital. *Caput.*] Antichriftum. Ital. Vel reges terræ, Hifp. *De torrente in via.*] De torrente fanguinis inimicorum. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Pfal.* 110.

Populi tui judices fpontanei erunt.] Lat. MS. Heb. נדיב à נדבות Princeps, in Ifa. 32. *In fplendoribus fanctorum.*] Gr. Vulg. fanctorum Angelorum, vel hominum inter quos erat Chriftus, in Matth. 4. *Angeli miniftrabant* in 1 Joh. *Videbitis Angelos afcendentes & defcendentes ad filium hominis.* Vel, *in montibus fanctis.*] Lat. MS. fic in Pfal. 87. 1. *In montibus fanctis*, idem. Heb. ut הררי cum Refh. *Ex utere.*] Ex virgine, ut homo. *Eft res adolefcentiæ tuæ.*] Lat. MS. *Ante luciferam.*] Gr. Vulg. æternâ generatione, ut Θεάνθρωπος. Vel, *De vulva Aurora.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Pfal.* 110

Prophetia de Chrifto, & de victoria in Diabolum. Par. edit. ܘܕܡܘܬܐ ܠܐ ܡܥܡܠܐ ܘܪܘܚܐ ܘܢܬܢܣܐ, fic in Syr. in Matth. 4. *Ut tentaretur à Diabolo*, idem. *Baculum roboris.*] Baculum ferri, velut in Pfal. 2. *Virgâ ferreâ*, ad frangendum hoftes Evangelii; Mofes cum virga Dei, erat Meffiæ typus. *In decore fanctitatis et ab utero.*] Syr. ܡܢ ܡܪܒܥܐ, מרבעא, id eft, ab utero fanctificatus es, ut Jeremia, Jer. 1. 2, 3. &c. *Ante Luciferum filium genui te.*] Ab æternitate. Syr. MS. Par. edit. לך טליא ולדתך ܠܟ ܛܠܝܐ ܝܠܕܬܟ. Heb. משחר לך טל. Vel, *Ab Oriente.*] Syr. מן קדים ܡܢ ܩܕܡ, quoniam Aurora in Oriente incipit, & fortaffis Magos ab Oriente fubindicat. *Ordinem.*] דבר à דברתי, *ducere* in Syr. fic in Ifa. 5. 17. דברם. *Implebit cadavera*, Syr. ܫܠܕܐ, vel *valles.*] Velut in Ifa. 40. & in Luc. 3. *Omnis vallis implebitur*, גוויה fic in Ezech. 7. 16. *Columba convallium*, idem. *De torrente in via bibet.*] Dicit, *in via*, id eft, properabit, & genua ad bibendum non incurvabit, velut in Judic. 7. & in Mal. 3. Chriftus eft *Teftis feftinans.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Pfal.* 110.
Heb. Arab. 109.

Hallelujah.] Eft in titulo novem Pfalmorum fubfequentium. Arab. MS. *Tecum principatus in die virtutis tua, in decore fanctorum.*] Arab. معك الرياسة في يوم قوتك في بها القديسين من البطن قبل كوكب الفجر ولدتك, id eft, tu es rex Ecclefiæ tuæ fanctæ, & decoræ, & *principatus tui non erit* (in fanctos) *finis*, Luc. 1. *Pra utero, ante ftellam matutinam genui te.*] Arab. ante uterum matris tuæ fuifti; hoc de nullo Propheta, Chrifto excepto, dicitur, de quo in Pfal. 72. *Nomen tuum eft ante Solem*, R. Ifaac Arama in Genef. 47. apud Nebienf. Et dicit, *Ante ftellam matutinam*, id eft, genitus erat antequam mundo eluxit in Evangelio, ut 2 Pet. 1. *Donec Lucifer exfurgat in cordibus veftris*, id eft, Evangelium Chrifti.

Alleluja. C X. *Heb.*
CX I.

1 *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in confilio juftorum, & congregatione.*

2 *Magna opera Domini: exquifita in omnes voluntates ejus.*

3 *Confeffio & magnificentia opus ejus: & juftitia ejus manet in faculum faculi.*

4 *Memoriam fecit mirabilium fuorum, mifericors & miferator Dominus:*

5 *Efcam dedit timentibus fe.*

Memor erit in faculum teftamenti fui:

6 *Virtutem operum fuorum annunciabit populo fuo:*

7 *Ut det illis hareditatem gentium: opera manuum ejus, veritas & judicium.*

8 *Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in faculum faculi, facta in veritate & aquitate.*

9 *Redemptionem mifit populo fuo: mandavit in aeternum teftamentum fuum.*

Sanctum, & terribile nomen ejus:

10 *Initium fapientia timor Dei.*

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in faculum faculi.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 111.

EST per Aleph Beth compositus, duæ literæ sunt in quolibet versu, & tres in duobus ultimis versibus, R. Sol. est brevis Psalmus & de operibus Dei mirabilibus excellentissimus: & omnis Psalmus Abecedarius, dictus est, ut videtur, per Spiritum sanctum, secundum dignitatem ejus, & res in eo contentas, excellentes. *Laudate Dominum.*] Ad cantores est sermo. *In cœtu rectorum.*] Id est, Israel qui vocantur Jesurun à ישר, & dixit Balaam, Num. 23. 10. *Moriar mortem justi*, vel, *recti*, idem. *Requisita ab omnibus.*] Licet sint magna, tamen quæruntur & inveniuntur ab illis qui ea diligunt, sic Isai. 65. 1. *Quæsitus sum*, vel, *inventus, &c.* idem. *Opus suum est honos.*] Cœlum & terra sunt gloriosæ in intuitu, creaturæ, sic in Psal. 104. 1, 2. *Decore & honore amictus es*, R. Arama. *Justitia sua.*] Totus mundus quo inest justitia sua ad creaturas, est in æternum. Vel, quia individua cœlorum permanent, R. Arama. חפציהם Toar à חפץ, ut 'וקניה à וקן. *Opera sua mirabilia.*] Cum Israele, in Egypto & in omni generatione; & hæc subjungit post opera in mundo supra memorata. *Fecit memoriam.*] Quia renovat misericordias suas in omni ævo, ideoque priores in Egypto recordari efficit. Vel, quia dedit sabbata & festa in memoriam suorum operum, ut Deut. 5. 15. *Recordaberis quod fuisti captivus, &c.* Non est in Cod. Cremon. *Memor erit fœderis sui.*] Cum Abraham, in Genes. 15. *Egredientur cum opibus magnis*, ideoque dedit spolia Israelitis, Abben. Ezra. *Potentiam operum ejus.*] In expellendis Canaanitis, quæ erat potentia quàm in exitu ex Egypto major, ut Deut. 9. 28. *Ne dicant incolæ terræ quoniam Deus non potuit, &c.* Vel, dicit, *Potentiam*, qui scripsit illis opus Bereshith, declarando quod in manu sua erat terra, & cui voluit, dare potuit, ne dicerent Gentes septem quòd Israel erant fures, לסטים, λῃσαὶ, Midras Tanchum. R. Sol. Non est in Cod. Cremon. Vel, quia Deus legem promulgavit, R. Arama. Et dicit, *Declaravit*, populo suo, R. Arama, הגיד, verbo antequam fecit, ne dicerent quod erat per accidens. *Dedit cibum.*] Manna de cœlis, ideoque conjungitur, R. Arama. *Sunt veritas.*] Opus manuum ejus in expellendis Canaanitis erat justum & verum sicut dixit Abrahamo, nam inquinabant terram sanctam Gentes, vel, lex est veritas, R. Arama, Dei manu scripta. *Sanctum est nomen suum.*] Quia separavit Israel ab omnibus populis. *Præcepit illis timorem Domini initium sapientiæ.*] Præcepit in lege sua, dicendo, *Dominum Deum tuum timebis, &c.* Deut. 13. 4. & timor Domini est observatio legis, & sapientia est vera investigatio in omnibus operibus sex dierum, & est cultus Dei, ideoque addit, *Illi servies*, & quando in studium sapientiæ ab omnibus negotiis mundanis vacat, tunc *adhæret* Domino, quia ligata est anima sua cœlestibus, & tunc novit nomen suum, ut sequitur, *Jurabis per nomen ejus*; qui ignorat eum, rite jurare per nomen suum nequit: & præmittit *timorem* Domini cultui suo, ut hic, *timor Dei est initium sapientiæ*, & dicunt Rabboth, In quo timor peccati præcedit sapientiæ, ejus sapientia durat, sed cujus sapientia præcedit timori, non permanet; si discat Philosophiam ante legem, obdurabit faciem ejus, ut signa & mirabilia legis deneget, sed si incœperit à lege, ut à radice, tunc clavus est in loco stabili fixus. *Bonus intellectus*, vel, prosperitas, ut 1 Sam. 18. 5. *David prosperabatur.* *Qui faciunt ea.*] Timorem, scil. & sapientiam. *Laus ejus.*] Scil. qui observat legem est in ore hominum, & anima est in sæculo futuro in æternum benedicta.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 111.

Laudate Dominum.] Ut ego facio. *Cum corde toto.*] Solus. *In secreto rectorum.*] Clàm. *In congregatione.*] Palàm. *Investigantur in omnibus eorum deliciis.*] Ut in Prov. 3. 15. *Omnes deliciæ tuæ*, idem. R. Marinus, id est, inveniet scrutator quicquid quærit, חפציהם, ut וקניהם. *Justitia sua.*] Licet sublime sit opus suum, est etiam justum. *Mirabilia opera.*] In Egypto. *Gratiosus.*] In exaudiendis precibus oppressorum in Egypto. *Dedit prædam.*] Ut Exod. 12. 36. *Spoliabant Ægyptios.* *Robur operum suorum.*] Ut non ambularent secundùm opera Egypti & Canaan. *Stabiliuntur.*] Per manum Dei. *Redemptionem.*] Semper mittit eam in angustiis populi sui. *Timor Domini.*] Meminit hic *timoris*, quia ante dixit, *Formidabile est nomen suum.* *Laus cujuslibet permanet.*] Id est, eorum qui habent bonum intellectum כל אחר העושים, vel, dicit, *ea*, הם, refert R. Mosheh ad *sapientiam & timorem*, qui faciunt prout hæc instruunt illum, beatus ille.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 111.

Laudabo te.] Ob ruinam impiorum in priori Psalmo prædictam. *In arcano justorum.*] Deus arcanum suum Israeli deteget, ut in Psal. 25. *Magna sunt.*] In redemptione futura, & in sæculo futuro justitia Dei in æternum remanet.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 111.

Hortatur populum ad studium legis, &c. *Investigata* דרושים.] Id est, qui sunt investigando studiosi, sensum legis reperient. *Consistit.*] Quia bonitas ejus est de die in diem.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 111.

Psalmus hic est per Aleph Beth, similiter Psal. proximus; Est de laude justi, sicut hic de laude Dei est, Non est in MS. *Fecit recordari mirabilia ejus.*] MS. textus non, sed Deras est in Venet. Vid. Kimchi. *Redemptionem.*] Ex Egypto. *Confirmata in sæculum.*] Per judicia & pœnas, admonitiones, & sectiones in lege, unum super aliud ordinatum, & hoc ait Solomo, *Tibiæ ejus ut columnæ marmoreæ*, 5. Cant.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 111.

In secreto justorum.] Ut Psal. 25. 14. *Secretum Domini.* Vel, quia justi absconduntur ut in secreto Tabernaculo Dei, Psal. 31. & Psal. 83. *Contrà absconditos tuos.* *Sapientia est initium timoris Domini.*] Primò scias oportet, tunc timeas, & evita malum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 111.

Gratiosus & misericors.] Octo sunt, Joel. 2. 13. Jon. 4. 2. *Ideoq; fugiebam.* Psal. 145. 8. cujus titulus est, *Laus Davidis.* Psal. 112. 4. ut Dominus est misericors, sic servus suus, Nehem. 9. 17, &c. *Redemptionem.*] Tria sunt, unum defectiv. Exod. 28. 23. *Ponam separationem*, vel, *redemptionem inter populum meum, & tuum*, quia redempti separantur

ab

ab illis qui sunt captivi, Psal. 130. 7. *Plena redemptie.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 111.

Opera Dei.] De Christo prædicto. *Justitia sua.*] Christi. 1. Caus. *Prædam dedit.*] Prædam Edom, &c. in tempore Josaphat de quibus hic Psalmus, 2 Paral. 20. 1. Theod. *Redemptionem.*] Ut Luc. 1. 74. *Liberare nos ab hostibus nostris*, 2. Caus. *Initium*, vel, *primitia sapientia est timor Domini.*] Primitiæ erant sanctæ, Deo oblatæ, & sanctificabant fructus omnes, ut Jerem. 2. *Israel est primitia, &c.* sic timor Dei in corde, omnem sapientiam mundanam homini. Vel, *Timor Dei est sapientia pars principalis.*] A נראש. *Bonus est intellectus.*] Sed intelligere & non facere est periculosum, S. August. Psalmus laudis.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 111.

Psalmo compuesto por las letras del Alphabeto Heb. Hispan. *In eterno*, Ital. Vel, *In mundo.*] Ang. MS. לעולם. *Disquiruntur.*] Et facile à scrutantibus inveniuntur, Hispan. *Faciunt ea.*] *Guardan sus mandamientos*, Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 111.

Exquisita in omnes voluntates ejus.] Gr. Vulg. id est, per opera exquirimus omnes Dei voluntates. Vel, *Exquirenda in cunctis voluntatibus suis.*] Lat. MS. id est, quid velint opera ejus diligenter exquirendum est. *Confessio.*] Gr. Vulg. omnes confitentur opera ejus admiranda, הוד ab הודו. *Eum.*] Id est, initium sapientiæ ראשית. Vel, *Qui faciunt ea.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 111.

Nos hortatur ut reddamus gratias Christo, & ex persona Apostolorum dicitur. Par. Edit. *In conventu*, vel, *consilio justorum.*] Syr. ܒܣܘܕܐ, id est, secretè, alludit ad Joh. 20. *Portis clausis, ubi erant discipuli congregati, propter timorem Judæorum, &c. Salutem misit.*] Per Christum. *Qui faciunt ista*, vel, *eum.*] Syr. לעבודה, ܠܡܣܥܪܢܘܗ, Timor hic est filialis εὐλαβεία, in Heb. 12. ult. ut, *serviamus* Domino Christo μετ᾽ εὐλαβείας, *cum timore.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 111.
Heb. Arab. 110.

In secretis justorum.] Arab. وفي اسرار الصديقين, id est, inter me & alium justum mihi amicissimum, quia multorum *congregatio* est in proximis verbis. הוד.] Id est, gratiarum actio ad illum pertinet ob opera ejus. Arab. الشكر, Heb. ab הודו, in Psal. 105. 1. *Intellectio bona*, vel, *est utilis ei, qui operatur ea.*] Arab. الفهم نافع لمن عمل به, sed illi, qui intelligit & non operatur bonum, melius foret, si nunquam viam Domini intellexisset, 2 Pet. 2. & Luc. 12. *Qui novit & non facit, graviora & plura subit verbera; qui ignorat pauciora.*

Allelujah, Reversionis Aggæi, & Zachariæ.
CXI. Heb. CXII.

1 **B**Eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis.

2 *Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.*

3 *Gloria, & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

4 *Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & justus.*

5 *Jucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio:*

6 *Quia in æternum non commovebitur.*

7 *In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit.*

Paratum cor ejus sperare in Domino,

8 *Confirmatum est cor ejus: non commovebitur donec despiciat inimicos suos.*

9 *Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.*

10 *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 112.

ESt cum Aleph Beth, in duobus ultimis vers. sunt tres literæ; continet bonos mores justi, & mercedem in hoc & futuro sæculo. *Timet Dominum.*] Servat mandata sua clàm, ut palàm. *Delectatur valde.*] Obedientia ejus est ex amore non ex κενοδοξίας &c. Ab. Ezra. R. Arama. & dicit, *valdè*, id est, ad ultimum virium in corpore & opibus; Vel, dicit, *valdè*, ex amore præcepti, non mercedis, Rabboth. Vel, hic homo est Abraham; cui dixit Deus, *Egredere*, Genes. 12. 5. & immediate, *Cepit uxorem, &c.* & dixit, *Circumcidas*, & Genes. 17. 26. *In eodem die circumcidit, &c.* Non est in Cod. Cremon. Midrash Rabboth. *Erit potens.*] Timebunt filios suos, ut potentem. Vel, dicit, *Potens*, in quinque est benedictus filius propter patrem suum; Potentia, opibus, forma, sapientia, ætate. Vel, *potens* in subjuganda concupiscentia sua, R. Arama. גבור כובש יצרו. *Generatio.*] Pater & filius, & *benedictio* est additio boni. Vel, dicit, *Potens*, sermo est de Jacobo, qui potentia sua prævaluit Deo, Hos. 12. 4. Derash, Non est in Cod. Cremon. *Erunt in domo sua.*] In hoc sæculo, pro ipso & filiis suis. *Manet justitia ejus.*] In futuro sæculo. Vel, opes ejus justè partæ, R. Arama. *Gratiosus.*] Erga bonos. *Plena compassione.*] Liberando eos ex molestia. *Justus.*] Dat impio secundum opera sua. *In tenebris.*] Quando impii sunt in tenebris; lux oritur justis. *Vir bonus*, vel, *ô beatitudo viri boni!*] Quia miseretur & mutuò dat, sic Psal. 1. 1. idem, אשרי. *Mutuatur.*] Egenis, qui

qui in modestia gratia accipere munus erubescunt. *Moderatur res cum judicio.*] Non penitùs fugit delicias mundi, nec utitur cum excessu, nec est prodigus in donis, ne ipse ad penuriam sit redactus. Vel *res suas*, id est, omnes suas passiones, amorem, gaudium, tristitiam, &c. servat in mediocritate על דרך האמצעי. Vel verba sua moderatur, R. Arama. *Non movebitur.*] In divitiis, vel corpore suo. *In memoria aterna.*] Post mortem. *Rumore malo.*] De filiis vel cognatis in terra aliena: è contrario dicitur de impio, Job. 15. 21. *Sonus terrorum est in auribus suis.* Vel, non timebit, quando audit rumorem de hoste invasuro. Vel, à cœtu malo non timebit, R. Arama, sic *Saul congregavit populum*, וישמע idem. *Confidit in Domino.* Non in divitiis, amicis, vel exercitibus. *Dispersit.*] Inter hos & illos pauperes quos novit. *Justitia sua manet.*] Ad filios suos, Exod. 20. 6. *Pro millibus, &c.* Vel in sæculo futuro. *Cornu.*] Robur, ut Psal. 75. 10. *Frendet dentibus.*] Exoptat, si potuisset illum occidere, quia nequit, invidia est ossium ejus corruptio. *Desiderium impiorum.*] Boni, pro seipsis, & mali, ad justos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 112.

Timet Dominum.] Timet peccare in negativa præcepta, non ex natura, nec timore regis, contumeliæ, pœnæ, &c. sed Dei formidine. *In mandatis suis.*] Præceptis affirmativis. *Vehementer.*] Ut Deut. 6. 5. *Diligas Dominum ad ultimum virium tuarum.* *Semen suum erit ut fortis.*] Ut homo validus in terra celebris, Caph deficit. *Generatio rectorum.*] Pater, & filius. *Justitia sua.*] Sicut est dives, sic justus, non sunt divitiæ ejus ex rapina nactæ. *In tenebris.*] Afflictionum, Mica 7. 8. *Quando sedeo in tenebris.* *Gratiosus est.*] Deus, & quando afflictio est in mundo, ipse erit lux justi. טוב איש per transposit. ut רבים עמי. *Quàm bonus* מה טוב *est vir ille!*] Ac si exprimere illud nequeat. *Vir qui est gratiosus.*] In hoc Deum gratiosum imitando. *Ponderat res suas.*] Ut Isa. 40. 12. *Comprehendit pulverem terra*, idem. Vel, *Sustinebit res suas in judicio.*] Scil. adversa sua, ut Prov. 18. 24. *Spiritus hominis ægritudinem suam supportabit.* *Malos rumores.*] Qui veniunt in urbem vel provinciam in qua habitat, בשורה Toar. *Justitia sua.*] Sic vocat Eleemosynas, quia misericordiam extendere, est nostra coram hominibus justitia, Deut. 6. 25. Vel, quia in seipso justum est ut viros ordinis sui sublevaret. *Desiderium imp*[illegible] Peribit, qui perdere justum exoptat.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 112.

Timens Deum.] De Abrahamo dicitur in Gen. 22. & laudatur in hoc Psalmo Alphabetico, sicut mulier in Prov. 31. quia legem ab Aleph ad Tau corde suo adimplebat. *Delectatur* חפץ.] Mandatum non ex coactione באנגריא, sed voluntariè custodit; festinabat in circumcisione, invocatione, Gen. 12. & in sacrificio filii, Gen. 22. *Semen.*] Isaac. *Generatio justorum.*] Duodecim tribus.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 112.

Qui legi incumbit, beatus ille, &c. *Gratiosus* חנון.] Gratiam oranti suppeditare. מרחם *misericors.*] Necessaria non oranti subministrare. *Dispersit.*] Id est, liberalitèr, non observans mediocritatem. *Excandescit.*] Quando vidit alterum sine magno labore locupletatum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 112.

Lux oritur.] Deus est hæc lux & salus, ut Ps. 27. 1. & in Ester 8. *Judæi habebant lucem*, Ab. Ezra. Vel, illuminat in tenebris זרח, ut הזריח. *Miseretur.*] Non dicit misericors homo sublevare te nequeo. *Res suas.*] Cibum, potum, & vestitum moderatur in opportuno tempore & loco, non consumit opes suas, ut prodigus, Ab. Ezra. *Stabile.*] Cor ejus est fixum, & suo Creatori fidele. בעם.] Ut ויכעם, ideóque punctatur una syllaba cum Cametz & accentu infrà, sic in MS. non Venet.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 112.

גבור in lege, vel divitiis, ut Barzillai. *In generatione recti benedicetur.*] Vivet in generatione recta, sed Noa in mala, Gen. 6. *Donec videat salutem in afflictionibus suis.*] à צר. *Sustinet res suas cum judicio.*] Id est, tribulationes suas, יסובר. *Fixum est.*] Fidele est cum Deo in prosperis & adversis, ut Job.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 112.

Beatus ille vir.] Non est ampliùs, unum est cum Ha in Psal. 1. 1. *Benedicetur.*] Quatuor sunt, duo cum Pathac, Psal. 128. 4. *Sic benedicetur ille vir.* 2 Sam. 7. 29. *Benedic domui servi tui.* Et in Prov. *Oculus bonus benedicetur.* *Servus, & potens* sunt cum Pathac. Vir bonus & semen ejus, à Deo hominibúsque benedicuntur. *Confidens in Domino.*] Duo sunt, unum defectivè. Isa 16. 4. *Cor ejus confirmatum est.*] Duo sunt, Isa. 26. 4. *Cujus animus in te confirmatur.* *Et irascitur.*] Duo sunt, unum cum Pathac, & unum cum Cametz, Eccles. 5. 17. *Comedit in tenebris*, id est, per invidiam: sunt de Alphabeto, unum cum Pathac, unum cum Cametz.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 11[illegible].

Conversio Haggai.] Vulg. & Gr. nondum erant isti Prophetæ, ideóque denotat spiritualem Jerusalem, Ecclesiam, S. Aug. *Semen.* Opera misericordiæ, S. Aug. ut Eccl. 11. 1, 2. &c. *Justitia sua.*] Eleemosynæ, ut Matth. 6. *Ne facite justitiam vestram* vel Eleemosynas, idem in Syriac. *Dispersit.*] Ut 2 Cor. 9. 9. Sicut *semen in aquas*, nempè, loca aquosa, & fertilia, Eccles. 11. 1. *Cornu suum exaltabitur.*] Honor, divitiæ & potentia ejus, ut in Job. 16. *Pellis cornu meum.* Et Psal. 18. *Cornu salutis*, salute plenum, & Psal. 75. *Ne levate cornua.* *Ab auditu malo.*] Ut Matth. 25. *Ite in ignem*, S. Aug. *Dentibus frendet.*] *Illic est frendor dentium*, Mat. 8. S. Aug.

Sect. 9. *Ex Ital &c. in Psal.* 112.

Du retour d' Aggee, &c. De reditu Haggæi & Zachariæ, Gal. Psalmus est ordine Alphabeti. Hisp. *Moderatur sua.*] In mediocritate, nec avarus, nec prodigus est. Ital. *Cornu.*] Potentia vel divitiæ. Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 112.

Reversionis Haggæi & Zachariæ. Vul. Gr. Lat. MS. *In tenebris lumen.*] Redemptio ex Babel, & ædificatio domus, & in ruina Haman dicitur, Ester 9. *Judæi habebant lucem, &c.* *Bonus vir, clemens & fænerans.*] Lat. MS. *Dedit pauperibus.*] Ut Nehemia in Nehem. 5. 1, 2. increpat crudeles usurarios. *Dentibus frendet.*] Ut Sanballat, &c. contra Nehemiam, Nehem. 4. 1, 2.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 112.

Quando David hortabatur Solomon filium ejus,

dicens, serva mandata ejus, &c. 1 Reg. 2.1. & vocatio Gentium, & judicia Christi. Par. edit. ܘܡܙܕܗܪ ܕܥܒܕܟ, ܘܡܬܚܙܪ ܘܡܬܡܠܟ. *Cautus est*, vel, *admonitus à mandatis suis.*] Syr. ܐܙܕܗܪ; licet non custodiat ea, tamen est ab illis admonitus, & cautus in posterum, sic Psal. 19. *Ab illis servus tuus est pramonitus. Lux in tenebris.*] Velut in Jer. 17. *In diebus siccitatis saturabitur. Benedicetur in generatione justorum.*] Syr. ܒܕܪܐ ܕܙܕܝܩܐ, hoc est, vivet in generatione pia, non prava, ut Noa, & Lot. *Misericors & justus*, vel, *misericors erga justos.*] Syr. על זדיקאי ܘܙܕܝܩܐ, & *Dominus dedit Solomoni latitudinem cordis*, id est, sapientiam & misericordiam. *Moderatur*, vel, *numerat verba ejus in ratione.*] Pauca verba loquitur, nam in multiloquio non deest peccatum, ut ait Solomo in Prov. Heb. יכלכל, sic in 1 Reg. 20. *Numerati erant. In saculum non movebitur, memoria* (beata) *in aternum erit justo, & famam malam non timebit.*] Syr. ܠܥܠܡ ܠܐ ܢܙܘܥ ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܠܥܠܡ ܢܗܘܐ ܠܙܕܝܩܐ ܡܢ ܫܘܥܝܐ ܒܝܫܐ ܠܐ ܢܕܚܠ, id est, ut unguentum bonum erit nomen ejus, & δυσφημίαν, malam calumniantis famam non timebit, quia ab ictu linguæ est absconditus, Job. 5. Vel, *à rumore malo.*] Gladii, vel famis venientis, & in diebus Solomonis non erat adversarius, vel malum occurrens, 1 Reg. 4. *Desiderium improborum.*] Jeroboam, & cæterorum regum subsequentium cessationem regni Solomonici desiderantium, 1 Reg. 11. sic 2 Sam. 23. *Viri Belial ut spina erant combusta in loco suo*, id est, reges à Jeroboam, &c. impii, R. Levi.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 112. *Heb. Arab.* 111.

Est misericors.] Arab. الرب رحيم, id est, Dominus est afflictis, in tenebris mœroris, misericors. *Vir qui miseretur, & discernit verba sua in veritate, non movebitur.*] Arab. الرجل الذي يرحم ويميز كلامه بالحق لا يزول الى الابد, id est, meditatur loqui, & stultorum more verbis non illaqueatur; Et dicit, *Qui miseretur, & discernit, &c. non movebitur*, insinuando quòd multi justi indiscretè absumant opes suas, & sic inediam patiuntur, propriâ non aliorum culpâ. *Cornu*, Id est, *memoria ejus exaltabitur.*] Arab. ذكره يعلو بالمجد, Erit memoria ejus in benedictionibus ob Eleemosynas, ut in Pro. 10. 7 *A rumore mali non timebit.*] Ut impius, Job. 15. *Sonus terroris est in auribus suis. Dentibus frendet.*] In Gehenna, ubi est frendor dentium, Mat. 8. R. Isaac.

Alleluja. CXII. Heb. CXIII.

1 *Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.*

2 *Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.*

3 *A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.*

4 *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria ejus.*

5 *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,*

6 *Et humilia respicit in cælo & in terra?*

7 *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:*

8 *Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.*

9 *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 113.

H*Allelujah.*] Ter dicit, ob triplicem providentiam in hoc Psalmo, 1. generalem mundo, & 2. Israeli, & 3. particularem timentibus eum, R. Arama. Antequam de exitu ex Egypto sit sermo in Psal. 114. incipit cum potentia Dei, quam ostendit in hoc mundo, in exaltando humili, & debellandis superbis, ut Egyptiis. *Laudato.*] Ter dicit, quia sæpè laudandum est. *Servi Domini.*] Sapientes qui timent Dominum, quia laus decet illos qui laudare Deum scienter norunt. *Sit benedictum.*] In ore creaturæ rationalis. *Ab hoc tempore.*] Præsenti ad futurum. *Ab ortu Solis.*] Ab Oriente ad Occidentem; licet multi adorent Solem, tamen confitentur Deum esse causam supremam, ut Mal. 1. 11. *Excelsus inter omnes gentes.*] Omnes agnoscunt eum. Vel, excelsus est super laudes omnium Gentium, etiam cœli & Angeli non comprehendant eum. *Quis est similis?*] Meminit anteà *Cælorum*, & sunt qui colunt cœlos, inter quos quis est Deo similis? *De pulvere agrotum excitat.*] Indicat mortuorum resurrectionem, R. Arama, דל, sic 2 Sam. 13. *Quare agrotas tu regis filius? Habitat in excelsis.*] Et cœli sunt שפלים res inferiores respectivè ad Deum. *Principibus populi sui.*] Dicit, *Sui*, quia erant aliis principibus, quando benè fecerunt, superiores. Vel cum divitibus, ut in Isa. 32. *Liberalis*, idem. *Habitare in domo.*] Filios parturire, ut Exod. 1. 21. *Fecit illis domos*; & hic naturam mutat: Tria prædicta erant in Abraham, qui erat in ignem Caldæorum missus, tanquam *pulvis & cineres*, ut ipse fatetur, Gen. 18. & *è pulvere excitatus*: 2. Deus dedit illi cibum in tempore famis: 3. filium dedit, & Saram lætabundam matrem efficit, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 113.

Laudate Dominum.] Ter repetit, id est, de die in diem, ut *Templum Domini*, Jerem. 7. *Suprà omnes.*] Laudes Gentium omnium. *Ab oriente.*] Longitudo orbis; Sunt 12. horæ, non sic latitudo, ut in Job,

Job 38. *Intellexisti latitudines terræ? Exaltat seipsum.*] Vel, gloriam suam prædictam, R. Moseh, Jod redundat, & verbum ויגבא, in quatuor, R. Sol. Vel, est verbum stans, id est, exaltat Deus locum habitationis suæ; omnia sunt respectivè ad illum humilia. *Videre.*] Id est, omnia novit, quasi visu. *De pulvere.*] Conditione humili; quia pulvis, vel terra est ut punctum in circulo cœli אשפורי singulari ab אשפתות. *In domo.*] Ut *Domus Aharonis*, & Psal. 68. *Solitarios in domo. Laudate Dominum.*] Ob hæc sua mirabilia.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 113.

Servi Domini.] Israelitæ ex Egypto erant liberati & servi Domini non Pharaonis nuncupati. *Laudate* הללו.] Numerales literæ numerum 71 constituunt, secundum numerum Israelitarum quando descendebant in Egyptum, erant 70, & Deus descendebat cum illis, ecce 71.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 113.

Laudat Deum pro redemptione futura. נדיבי.] Id est, liberales, ut in Isai. 32.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 113.

E pulvere.] Captivitate. Vel, humili conditione, ut 1 Reg. 15. *Excitavi te è pulvere*, Ab. Ezra. Non est in Venet.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 113.

Sterilem.] Congregatio Israel, fit mater læta, ut Isai. 66. 7. *Parturit filios.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 113.

Sit benedictum.] Pro prosperis & adversis: Sunt tria defectiva, Num. 22. 6. *Est benedictus.* Job 1. 21. *Sit nomen Domini benedictum.* Et unum cum Vau, 1 Paral. 17. 27. *Erit benedicta* de David. *Quis est similis Domino?*] In potentia, sanctitate & humilitate: Quatuor sunt, Exod. 8. 10. *Nemo sit similis Domino.* Deut. 4. 7. *Quæ habet Deum tam propinquum.* 1 Sam. 2. 2. *Nemo est sanctus ut Dominus. A stercore.*] Duo sunt defectiva sine Vau, 1 Sam. 2. 8. *Pauperem de stercore*, de Hanna, est similitudo, indicat fœminæ fœcunditatem quæ tollit opprobrium ejus, & quasi è stercore pauperculam elevat.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 113.

Pueri.] Non juvenes sed servi, Heb. & Syr. *Abdi*, Theod. Observa adhuc authoritatem Cod. Heb. & Syr. *Laudate Dominum.*] Ter repetit, Trinitatem subindicando. *Ab ortu solis.*] In habitabili orbe, ut Malac. 1. *Nomen meum erit magnum*, 1. Caus. sic Horat. de laude Cæsaris.

Lib. 4. Od. 15.

——imperi
Porrecta majestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

De pulvere.] Ut Ezech. 37. 9. *Aperiam sepulchra vestra, & ossa arida vivent.* Et Apoc. 11. 9. in Martyres *venit Spiritus vitæ. Cum principibus.*] *Fecit nos reges, & sacerdotes, & regnabimus in terra*, Apoc. 5. 10. 2, 3. Caus. *Sterilem, matrem.*] Ut Gal. 4. 27. *Lætare tu sterilis.* Psalmus laudis.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 113.

Videtur abbreviatio cantici Hannæ, in 1. Sam. 2. *Paroçe ser una abbreviaçon*, Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 113.

In cœlo & in terra.] Dicit, *Cœle*, quia cœli supremi sunt respectivè ad Deum ut hæc inferiora.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 113.

Circa ministerium Domini, manè per *sacerdotes* peragendum, & admonet nos qui sumus ܥܡܐ ܚܕܬܐ, עמא חדתא, Syr. novus populus, ut præveniamus ad ministerium Dei, Par. Edit. ܘܢܩܕܘܡ ܠܦܪܨܘܦܗ, ut in Psal. 95. *Anticipemus faciem ejus. Supra cœlos.*] Supra cœlos visibiles gloriam suam ostendit in cœlo cœlorum. *In domo habitet.*] בנים, id est, in domo filiorum, vel, in domo Dei, ut Anna vidua Prophetissa, Luc. 2. *Mater læta filiorum.*] Quando filii adolescunt & in pueritia non moriuntur. Vel, quasi mater læta filiis, sic gaudent in cultu Dei Christiani, ut in Isai. 56. *Eunuchis dabo nomen suprà nomen filiorum, &c.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 113.
Heb. Arab. 112.

Super cœlos gloria, vel, *laudatio ejus.*] Arab. تسبيحته. *Matrem lætam filiorum.*] Id est, ab oculo matris filiorum cessabit fletus, Arab. Ut ab Hanna, 1 Sam. 1. & 2. cap.

Alleluja. CXIII.
Heb. CXIIII.

1 *IN exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro:*
2 *Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.*
3 *Mare vidit, & fugit: Jordanis conversus est retrorsum.*
4 *Montes exultaverunt ut arietes: & colles sicut agni ovium.*
5 *Quid est tibi mare quòd fugisti: & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?*
6 *Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ovium.*
7 *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Jacob.*
8 *Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 114.

A *Populo peregrino.*] Ut in Deut. 28. 49. *Cujus linguam non potes intelligere*, tamen non est probabile in tot annis, in quibus erant in Egypto, quin multi intellexerunt linguam Egyptiacam, illi præsertim qui opera fecerunt, sed multi manebant

 in

in loco suo Gosen, & loquuti sunt Hebraicè, & reliqui Egyptiacè per compulsionem, & ad se invicem Hebraicè; eratq; Dei misericordia quæ eos è medio populi barbari liberabat. *Judah.*]Id est, filia, vel terra Judæ, R. Arama, nam יהודה est in Fœm. *Dominium suum.*]Sub suo dominio, non sub dominio Ægyptiorum, ut Exod. 19. 6. *Eritis regnum, & sacerdotes*, Ab. Ezra, Id est, ministri mei non Egyptiorum; & meminit *Juda & Israel*, quia ab exitu ex Egypto Juda erat princeps, & primus secundum Jacobi benedictionem iter in deserto instituit, *Te laudabunt fratres tui*, Genes. 49. & Rabboth. dicunt quod Juda primus descendit in mare, R. Sol. Derash, Lit in Cod. Cremon. *Sanctuarium suum.*] Quia eos è medio populi immundi eruit. *Et fugiebat.*] Aquæ erant divisæ ac si præ timore fugitassent. *Montes saltabant.*] Ut Exod. 19. 18. *Mons Sinai tremebat*, & forsan etiam montes alii vicini. Vel, montes quos percussit Moses in Rephidim & Cades, Num. 20. & ex eis aquas eduxit, R. Arama. *Quid erat tibi ô mare?*] Quæstio est præparans viam pro responso, ac si mare responsum redderet. *Terra.*] Comprehendit mare, & Jordan. & montes: גבעה, idem, est cum הר, sed non ita sublimis, nec in vertice. Dicit, *Domini*, qui omnes creaturas, ut servos mandat, & addit, *Dei Jacobi*, nam filios Jacobi per mare vobis obedientibus, deduxit.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra. in Psal.* 114.

Juda.] Tribus principalis, sumitur pro reliquis omnibus, ut Gen. 49. *Prævaluit inter fratres. Erat sanctuarium suum.*] Ut Exod. 19. 5. *Eris populus sanctus, &c. Vidit mare & fugiebat.*] Exaruit, & omnes creaturæ quasi admirabantur & Dei potentiam pertimescebant; terra & montes tremebant contra naturam suam, etiam Sinai, &c. חילי in Imperativ. ut קומי, vel Jod redundat, & est nomen verbi, ut קום, & est Millel, quia Melec est in Aleph in ארץ, quasi esset חול חוּל. *Convertebat rupem.*] Quia Deus eduxit aquas ex rupe arida, & exsiccabat aquas, quæ erant humidæ, grandi super naturam miraculo.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 114.

In exitu בצאת.] Exitus Israel ex Egypto erat ob quatuor causas: quia non mutabant nomen eorum, nec linguam, nec revelabant secreta, nec immunditiem operabantur; (aliter tamen dicit, Ezech. 23. in Egypto fornicabant) Ipse qui iniquitatem istam perpetrabat, erat lapidatus, Levit. 24. & ad 12. menses secretum, istud de mutuando ab Egyptiis, in Exod. 3. custodiebant, R. Eliezer. *Ex Ægypto.*] E medio Gentis, id est, ex visceribus Egyptiorum qui eos quasi deglutiebant, R. Abni, à R. Simon. *Dominium ejus.*] Id est, Israel erat sub Dominio Judæ.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 114.

Gentes videbunt quando venit redemptio Israel, sicut ex Egypto. *Juda ejus sanctuarium.*] Primus vexilliferorum; & primus in dedicatione altaris per principes, Num. 8. *Dominium suum.*] Id est, regnum sacerdotum, ut in Exod. 19. *A facie Domini* מלפני ארון.] In secundo adventu sicut coram Israel, in exitu eorum. *In fontes.*] Ut in Isai. 44. *Desertum erit in puteos aquarum, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 114.

De populo linguæ extraneæ.] Quæ non est lingua sancta, ut Isai. 33. 19. *Populum ferocem*, לועז, ut נועז, Lamed pro Nun, ut נשכה & לשכה, Nehem. 12. 44. *Sanctuarium ejus.*] Juda erat funiculi sui portio & sanctitas ejus. Vel, quia descendebat Juda primò in mare Deum sanctificando, ut in Psal. 68. *Principes Juda lapidabant eos*, in R. Sol. למעיינו, Vau redundat, ut in חיתו, in Psal. 50. & in בנו, Num. 24.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 114.

A populo Barbaro.] ברבראי, Cald. id est, extraneo, à בר & Parbar, in Paral. *Suburbium* extrà civitatem,

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 114.

Mare vidit.] Quando erat divisum; non est amplius initium versus, & unum est והים, in Nehem. 9. 11. *Et mare divisisti coram illis*, & sunt de 24 paribus, principiis versuum, quorum unum habet Vau & non aliud, & loca sunt in finali Masora in litera Vau. *Treme terra.*] Duo sunt, Mica. 4. 10. in dolore ut parturiens. *Et silicem.*] Non est amplius, & unum est cum Beth, & quatuor sunt hujus significationis cum Cametz & solitaria; *Extendit manum in silicem*, Job 28. 9. id est, ad educendas aquas, & Deut. 8. 15. *De rupe silicis.* Isai. 50. 7. *Faciem meam ut silicem*, id est, quam nemo præter Deum queat pudefacere, & unum est מחלמיש, Deut. 32. 13.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 114.

Sanctuarium suum.] Id est, Templum, Theod. Vel, sanctum & servientem illi, λατρείαν, Chrys. sed in Egypto serviebant idolis, ut in Ezech. 20. Et non erant sanctuarium suum, donec erant in monte Sinai. *In stagnum aquæ.*] Dicit, *Stagnum*, quia stabat in deserto & non exaruit.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 114.

Sanctuarium, vel, *Juda erat sub sanctitate sua.*] Ital. Bruc. *Nella sua santità. Dominium suum.*] Quia tunc cœpit Deus præficere Mosen populo, Ital. Seu quia tunc Deus ostendebat potentiam suam in Israel. *Montes.*] Amorrhæi. Hispan. ut in Zach. 4. *O mons magne.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 114.

Judæa facta est sanctificatio ejus.] Vulg. Gr. id est, terra Canaan dicta *Judæa*, erat terra *sancta*, & dicit, *Sancta*, quia Egypti terra erat impura. *Israel potestas ejus.*] Lat. MS.. quo subjugavit Cananitas.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 149.

Canticum Mosis per mare; Etiam de vocatione novi populi spiritualis qui erat Barbarus, Par. Edit,
ܠܠ ܡܘܫܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܠ ܥܠ ܝܡܐ
ܕܩܪܝܐ ܥܡܐ ܚܕܬܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܘܠܒܪܒܪܝܐ. ܗܘܬ ܝܗܘܕܐ ܠܩܘܕܫܗ *Jehuda sanctuarium ejus.*] Indicat Gentes, vel, 12 Tribus conversas ad fidem, 1 Pet. 2. *Sanctum & regale sacerdotium. Rupem.*] In Exod. 17. 6. *Silicem.*] In Num. 20. 11.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 114. *Heb. Arab.* 113.

Juda, Israel, Sanctuarium, Dominium.] Sunt duo verba in eundem sensum, Judah & Israel, pro duodecim Tribubus sumuntur, ut Psal. 60. in Ab. Ezra & Cimchio, Arab. *Pervenit Juda ad sanctitatem ejus.* صار يهوذا من قدسه.

Heb-

Heb. CXV.

1 *NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS: sed nomini tuo da gloriam.*

2 *Super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant Gentes: Ubi est Deus eorum?*

3 *Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit, fecit.*

4 *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.*

5 *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.*

6 *Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.*

7 *Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.*

8 *Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.*

9 *Domus Israel speravit in Domino: adjutor eorum & protector eorum est.*

10 *Domus Aaron speravit in Domino: adjutor eorum, & protector eorum est.*

11 *Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: Adjutor eorum & protector eorum est.*

12 *Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.*

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.

13 *Benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.*

14 *Adjiciat Dominus super vos; super vos, & super filios vestros.*

15 *Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.*

16 *Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.*

17 *Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes qui descendunt in infernum.*

18 *Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 115.

SUnt codices in quibus non est in hoc versu initium Psalmi. *Nomini tuo.*] Sicut ostendisti misericordiam patribus in exitu ex Egypto prædicto, sic ostende nobiscum, propter fœdus tuum cum patribus, licet nos simus indigni; Et dicit, *Nomini tuo*, ne polluatur inter Gentes. *Propter misericordiam.*] Ad omnes creaturas. *Et veritatem.*] Ut promissum tuum ad patres adimpleatur. Dicunt aliqui ex Rabboth, quòd dictus est hic Psalmus de servitute sub Monarchiis quatuor: Alii, quòd locuti sunt illum Moses & Israel apud mare, alii quòd Hanania, &c. in camino ignis, alii Mordecai & Ester, quando machinabatur Haman. *Deus noster est in cælis.*] Et omnia gubernat, quod hi stulti non intelligunt. *Idola*, vel, *dolores eorum.*] עצביהם, sic dicta, quia inferunt dolorem his, qui confidunt in illis, Ab. Ezra. nam quomodo salvabunt hominem, quæ sunt manùs hominis opus? & licet sapientes inter eos Imagines ea reputant, tamen multitudo populi errat post eas fornicando, & putant has Imagines esse deos, & potentiam benè vel malè faciendi hominibus exercere. *Ora habent.*] Sunt in similitudine hominum, sed non est in illis spiritus; meminit 5. sensuum, quorum sensuum Imagines exercitium non habent. יהגו non habent הגיון, quod non est verbum, sed sonus depressus ore prolatus, ut Isa. 38. 14. *Domus Aharon.*] Appropinquant ad Deum, & indies ministrant. *Timentes.*] Sapientes, qui sapientiæ domus ejus sunt dediti, ut cognoscant Dominum. *Meminit nostri.*] In perenni sua misericordia. *Benedicet parvulis.*] Propter majores; & hic meminit *parvulorum* & *majorum*, non ante, quos sub domo Aharon insinuabat. *Cæli sunt Domini.*] Ibi regnat, sed in terra homo opera manuum ejus gubernat, ut Psal. 8. 6. Ab. Ezra. *Mortui non laudant te.*] Id est, quos occidit Deus ante diem eorum, quia fecit eos præfectos hujus mundi, & illum Dominum eorum haud agnoscebant; *Illi non laudant te*, quia corpus ad sepulchrum abit, & anima perit, ac si in silentium cum corpore descenderet. Vel terram in hoc sæculo filiis hominum dedit, libero arbitrio eos aradendo. מסירים לבחירתם ולטבעם, & in futuro sæculo eorum mortui non laudabunt Deum. *Sed nos benedicemus*] Post mortem, scil. nos qui agnoscimus unum nostrarum animarum Dominum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 115.

Non nobis.] Sed propter misericordiam tuam operare. *Est in cælis.*] Super omnes, ideóque facit quicquid vult. *Idola*, vel, *dolores eorum.*] Sic dicta per contemptum, quia dolorem colentibus illa inferunt. Cimchi. Meminit 4. sensuum, sed non quinti, quia non est opus. *Non efficient sonum in gutture eorum.*] Non qualem columba, vel volucris alia edit, ut Isa. 38. 14. *Meditabar ut columba*, idem. *Erunt similes illis.*] Oculos habentes, & non videntes, aures, & non audientes. *Confidite in Domino.*] Oppos. ad illos, qui in Idolis confidunt. *Domus Aharon.*] Sacerdotes. Rasi. Et post Israel meminit ministrorum Sanctuarii. *Timentes Dominum.*] Peregrini ex omni populo, בכל עם. *Auxilium eorum.*] Vel vestrum, pro מגנכם Ben Bileam, sed sensus est, ipse est eorum auxilium qui confidunt in illum, & benedicet illis. זכרנו à זכור, quia est cum Cametz, si esset à זכרים *Masculi*, Resh esset cum Cametz Katan. *Pusilli cum magnis.*] Omnes sunt in Dei benedictione æquales. *Dominus addit vobis.*] Benedictio est additio boni, & maledictio est diminutio. *Vos estis à Domino benedicti.*] Sicut Propheta oravit, sic certò Deus benedixit. *Terram dedit filiis hominum.*] Ut dominentur in illam, & hæc est magna benedictio; Deus fecit cœlum & terram, Deus in cœlis imperat, homo est Dei præfectus in terris, פקיד אלהים. שמים à שנים propter duos locos in polis, qui sunt plantati, ideò dicitur, *plantare cœlos* in Isa. *Mortui non laudant te.*] Ergo ob hanc Dei benedictionem, homo debet Deum in vita sua celebrare.

Sect. 4.

Sect.4. *Ex R.Obad Gaon.in Psal.*115.

De desolatione domus primæ, &c. *Non nobis.*] Quandò Daniel exposuit somnia Nebuchadnezzar. *Adjutorium eorum* עזרם.] Id est, adjuvat hostes contra Israel. *Domus Aharon.*] In domo secundâ, quando Sacerdotes dominabantur. *Faciens cœles.*]
12 Novos cœlos. Isa.55. *Filiis hominum.*] Gentibus. *Mortui.*] Nationes Javan & Ishmael, absque intelligentia sicut mortui existentes.

Sect.6. *Ex Cald.in Psal.*115.

Non propter nos.] In nobis non est meritum. *In silentium, vel, terram.*] Scil. sepulchrum, רומרי ab אורע & ורע ut ,ארמרי.

Sect.7. *Ex Masora in Psal.*115.

Aures habent.] Sunt septem: Duo hic, Isa.42.20. *Aperis aures.* Ezech.24.26. *Cum auribus tuis.* Ezech.12.2. *Aures & non audiunt*, id est, sunt sicut Idola, Jerem.5.21. Psal.40.6. *Aures meas aperuisti. In gutture eorum.*] Tria sunt, duo plena, & unum defectiv. Psal.5.9. *Guttur est sepulchrum.* Psal. 149.6. *Laudes Dei in gutture eorum*, id est, delectantur, de illis collocuti. *Estis à Domino benedicti.*] Tria sunt, duo plenè, & unum defectivè, 1 Sam.23.21. *Benedicti estote à Domine.* 2 Sam. 2.5. De Jabesh, est defectiv. *Descendentes.*] Tria sunt defectiva, Ezech. 32.29. *Qui descendunt in foveam*, est plenè in quibusdam codicibus, Psal.143.7. *Qui descendunt, &c.* id est, impii.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal* 115.

Sed nomini tuo.] Sit gloria & laus pro prædictis operibus, divisione aquarum, & conversione rupis; hi duo versus in Græc. sunt priori Psalmo conjuncti. *Sunt aurum & argentum.*] In Apoc.9.20. *Non resipiscebant de cultu Idolorum.* Horat. ut suprà, Lib.1. Od. 36. de cultu Castor. & Polluc.

Et thure, & fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ Deos.

Et Solem intonsum formabant, & adorabant. Pindar. Isthmia, Od.1.

Καὶ τὸν ἀκερσεκόμαν
Φοῖβον χορεύων, &c.
Latè micantis tempora Cynthii
Intonsa canentes, &c.

Sic Horat. *Intonsum dicite Cynthium, &c.*
Sunt similes illis.] Insensibiles, ut Romæ observavimus Pantheon (de quo suprà, Psal. 32.) ab Agrippa in honorem omnium Deorum rotundum ædificatum, ne contentio inter Deos, pro primatu loci oriretur; non habet fenestras, nec lumen, nisi à vertice per foramen unum admittit, sic enim sunt διάνοιαι αὐτῶν ἐσκοτισμέναι; simile templum in Mediolano ædificatur, in honorem Herculis: Aliud etiam Ravennæ: in dicto Pantheo Jupiter erat in summo tribunali, reliqui deorum cœlestium erant in ædiculis, in muro templi, in circuitu excisis; dii terrestres in intercolumniis, & in subterraneis locis erant infernales. Erat Amasi regi Ægyptiorum pelvis aurea, in qua tam ipse, quàm omnes convivæ pedes abluebant, hanc ille confregit, ex eáque ἄγαλμα δαίμονος fecit, Egyptiísque ποδονιπτῆρα, magnoperè venerabantur, Herod. Euterp. Hæ sunt vanitates & stultitiæ Gentium, è contrario dicit Apostolus in Phil.2. *Incurvabit omne genu cœlestium* deorum, *terrestrium*, & *infernalium*, ut dixit Psalmista, *Adorate eum omnes Dii*, & Dagon cecidit ante Arcam, & adorabat. *Mortui.*] In peccatis, ἐν ἀσεβείαις, Chrys. Theod. ut Eph. 2.1. *Benedicemus Domino.*] Nos qui tunc vivimus, ut Apoc. 19.1,2. *Salus & honor Domino, &c. Terram dedit.*] In qua operentur bona opera, S.Aug. Psalmus laudis post victoriam Ecclesiæ.

Sect.9. *Ex Ital.&c. in Psal.*115.

Benedicimus tibi.] Quia nos eduxisti, & dedisti nobis terram Canaan; sed patres nostri mortui in hoc te laudare nequeant; Duo Psalmi sunt unus in 2.Ang. MS. Vulg. Gal. non in Ital. Bruc. nec Hisp. *Terram dedit filiis hominum.*] Id est, crucem & labores terræ, *Los trabaies y cruz*, sed Deus est in cœlis impassibilis, *el estade impassible.* Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.*115.

In Lat. MS. 114 ut in Gr. & Vulg. *Similes illis fiant.*] Lat.MS. *Adjutor eorum.*[Gr.Vul. Lat.MS. id est, eorum qui confidunt in eum. *Non mortui.*] Id est, Gentes infideles, quæ sunt ut mortuæ in peccatis, non laudant Dominum, sed nos qui vivimus.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.*115.

In Syr. ambo Psal. unus sunt. *Non nobis.*] Gentibus conversis, quibus priora edita erant mirabilia. *Similes illis sint qui faciunt illa.*] Id est, auferro ab illis Gentibus mentem, eas εἰς ἀδόκιμον νοῦν tradendo, ut in Rom.1. Syr. ܢܗܘܘܢ נהוון. Heb. יהיו. *Addat vobis.*] Syr. in numero, divitiis, & gratiis Spiritus sancti, Joh. 7.37. *Mortui te laudare non possunt.*] Exscinduntur enim à terra quam nobis dedisti, idcircò te laudamus. Vel Abraham & Isaac te laudare nequeant, propter possessionem terræ, & impletionem promissi Evangelii, sicut nos hodiè facimus; & ita cohæret.

Sect.12. *Ex Arab. in Psa.*115. *Heb. Ara.* 113.

Conjunctus est hic Psalmus priori in Gr. Arab. *Sint similes eis.*] Arab. Rom Neb. est oratio imprecantis. *Mortui non laudant te.*] Ob hæreditatem terræ, quam filiis hominum viventibus non mortuis dedisti, ut habet contextus.

Alleluja. CXIIII. Heb. CXVI.

1 *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.*

2 *Quia inclinavit aurem suam mihi: & in diebus meis invocabo.*

3 *Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.*

Tribulationem & dolorem inveni:

4 *Et nomen Domini invocavi.*

O Domine, libera animam meam:

5 *Misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.*

6 *Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum, & liberavit me.*

7 *Convertere*

7 *Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.*

8 *Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos a lapsu.*

9 *Placebo Domino in regione vivorum.*

Allelujah. CXV.

10 *CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sub nimis.*

11 *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.*

12 *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?*

13 *Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.*

14 *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus:*

15 *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.*

16 *O Domine quia ego servus tuus: ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

Dirupisti vincula mea:

17 *Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.*

18 *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus;*

19 *In atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 116.*

D*ilexi Dominum, & quia audivit.*] Dilexi eum & non sine causa gravissima qui semper exaudit me. Vel, dilexi miserationes ejus mecum, R. Arama. חוננין, non exaudivit solum, sed etiam misertus est. *Invocabo in illum.*] Et non in alium. *Invenerunt me.*] Et ego inveni illa, quia accidentia mala inveniunt hominem, & non potest evadere; & dicit, *Inveni illa*, quia homo ad locum ubi sunt, accedit, & tempus suum ignorat, Eccles. 9. 12. & pro bono quod quærit sæpe invenit malum. *Servat simplices.*] Qui carent astutia qua seipsos ex angustiis liberent; Ab. Ezra. servat etiam sapientes, qui in sapientia sua non confidunt. *Pauper eram.*] דל sine auxiliante, & ipse adjuvabat me, אנה cum He scribitur, & Aleph, & cum Aleph est Millel & Cametz & Nun Dages. פתאים, Aleph quiescit, & Jod movetur pro ea. *Redeas ad requiem tuam.*] Sic solitus sum dicere in mea afflictione, ô anima mea ad Deum tuam requiem redeas. *Qui tecum liberaliter egit.*] Ante, & nunc non derelinquet te. *A morte.*] Eram propè mortem. *A lachrymis.*] Quòd pro more meo in aliis, in hac afflictione non effudi lachrymas. *In terra viventium.*] Terra Israel, in qua erat divina præsentia, sed nunc ipse erat inter Pelistæos exul: & dicit, *Viventium*, id est, in sanitate vivunt, quia aer terræ Canaan est super omnes terras saluberrimus, Psal. 48. 2. *Pulchra situ*, & dicitur, *Terra deliciarum*, Dan. 8. ארץ צבי, à חי, in Jos. 5. 8. *Donec revixerunt*, idem. Vel, quia illic mortui vivent in resurrectione, Rabboth. Vel, dicit, *Viventium*, opposit. ad illud, *animam à morte*, quia qui vivit in prosperitate propriè dicitur vivere, 1 Sam. 25. 6. *Dicite sic viventi, &c. Omnis homo mendax.*] Credidi, & in certa fide dixi, quod *omnis homo mendax*, qui regem me fore denegat; & ideo textus, in Psal. 31. 22. *Excisus sum, &c.* erat subitus cogitationis suæ motus quem citò corrigit, dicendo, *In festinatione sua non moriar, &c.* licet valdè afflictus fui non dubitavi. Vel, in festinatione mea denegarem quod ante credidi, R. Arama. *Omnia ejus beneficia sunt in me.*] Ad me attinet remunerare si possim, ut Jacob dixit, *Minor sum omnibus*, Genes. 32. חנמלוהי pro חנמולין in Aramitica lingua. *Calicem salutis.*] Quando convivium in lætitiam facio, tollam calicem vini, & laudabo Deum in præsentia multorum, & recordabor salutem suam, R. Arama. ideo dicitur, *Calix salutis. Vota mea.*] Quæ feci quando fugiebam, si Dominus me ad domum meam reduceret, נגדה, He redundat, vel, He pro Lamed לנגד, in Nehem. 4. 18. *Pretiosus.*] Id est, raró occidit Deus sanctos suos ante diem, ut Psal. 72. *Pretiosus erit sanguis eorum*, sed ego sum ex sanctis suis, ergò eripiet me, & apparet hoc, quia dixit, *Filios & filias igne comburunt, quod ego haud praecepi, &c.* R. Arama. *Filius ancillæ tuæ.*] Exposui hoc in Psal. 86. 16. Meminit *Matris*, quia est radix formationis; crescit filius in utero matris in tempore formationis, & nutritur uberibus ejus, & ideo natura matris magis est in filio ligata quam patris, ideo dicitur de Ahaziah, *Mater ejus erat consiliarius ejus*, 2 Paral. 22. 3. licet opera hominis sint ex electione, consuetudine vel instructione, sunt etiam ex natura formationis. Non est in Cod. Cremon. *Vincula mea.*] Sæpe erat quasi vinctus & captus, ut in Sela, 1 Sam. 23. 28. & coram Achis. ubi videbatur insanire. *Invocabo in nomen Domini.*] Multos mecum ad sacrificium Eucharisticum invitabo, ut comedant mecum & meam gratiarum actionem exaudiant; mos erat invitare notos, ut 1 Sam 9. de Samuele. *In Atriis.*] Ubi erat Arca in Jerusal.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 116.*

Dilexi Dominum.] In temporibus præteritis pro liberatione sua, vel, quia exaudiet me de futuro, ut sapientes narrant. Vel, Oh quomodò diligo Dominum quia exaudivit me! Vel, quomodo diligo ut audiret Deus vocem meam in supplicatione mea! Beth deficit in *supplicatione*, & Jod in קולי redundat. *Funes mortis.*] Societates impiorum, ut 1 Sam. 10. 5. חבל. Vel, est similitudo denotans quòd propè mortem erat, Rasi. מצרי ex verbis geminatis. *Invenerunt me dolores inferni.*] Homo à tribulatione abscondi nequit, sed inveniet eum, ut in Num. 32. 23. *Peccatum vestrum inveniet vos. Inveni molestiam.*] In corpore. *Dolorem.*] In anima. *Et justus.*] Ideo invocavi eum, ut mecum secundùm justitiam meam agat. *Juvabat me.*] Contrà Saulem. *Ad requiem tuam.*] Opposit. ad illud, *inveni dolorem. Oculos*

los à lachrymis.] A lachrymis mortis, ut Isai. 38. 3. *Hezechia flevit*, quando dixit Propheta, *Morieris*. *Pedes ab expulsione.*] Dicit, *Pedes*, quia fugit homo pedibus suis. *Ambulabo.*] Dicit, *Ambulabo*, propter pedes prædictos. *In terra viventium.* Super terram,& non descendam in inferiora terræ.] *Credidi quod locutus sum.*] Sed antea mendacia locutus sum, dicendo, *Omnis homo mendax.* Vel, *Nunc credo quod eloquar.*] Dicendo, *Redeat ad requiem tuam*, eram turbatus valdè, sed nunc accipiam calicem salutis, R. Mosheh. *Eram turbatus*, vel, *respondebam.*] Ut Job 3. 1. *Respondit Job,& dixit*, non semper responsum alicui indicat. *Sunt mendaces*, vel, *deficiunt.*] Et occisi sunt à Saule, ut Isai. 58. 11. *Aqua qua mentiuntur*, vel, *deficiunt*, idem, R. Mosheh. *Quid reddam Domino?*] Quam oblationem illi dabo? sic 2 Reg. 3. 4. *Rex Moab reddidit regi Israel centum mille agnos,&c.* והי, affix. est in ling. Syriac. תגמולוהי, duo verba licet careat Aleph, ut פלמוני, Dan. 8. *Extollam calicem salutis.*] Id est, Dominum qui est *calix meus*, & cornu meum, Psal. 16. 5. Vel, levabo calicem in signum gaudii,& invocabo in nomen Domini in prosperis & adversis in tota mea vita, ut dixit, vers. 3. *Pretiosa est.*] Difficile est, coram Domino interficere illos ante diem suum, sic Psal. 49. 8. *Redemptio animarum est pretiosa*, idem. He redundat in המותה, ut in שאולה, non est signum Fœminin. quia est Millel, אנה, est confessio, vel, intercessio, ut Psal. 118. 25. sic אולי, aliquando est dubitantis *forsan*, aliquando cupientis, ut אולי אוכל, Num. 22. *Sacrificium laudis.*] Pacifica, ut Psal. 4. 5. *Sacrificia justitia.* *Invocabo in nomen Domini.*] Vocabo alios ad serviendum Deo, ut Abraham, Genes. 13. 18. *Solvam vota mea.*] Dicit hoc bis, & vice secunda locum indicat in domo Domini in exemplum coram omni populo. Lamed redundat in למוסרי, ut in לאבנר. *In medio.*] תוככי, Jod redundat, vel, loquitur de urbe in Fœminin.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 116.

In diebus meis.] In festis invocabo eum. *Funes mortis.*] Hostes, reges. *Pretiosa* יקר.] Decem sunt quæ res pretiosæ dicuntur יקר, divitiæ, prophetia, intelligentia, stultitia, Eccles. 10. 1. Justi, in Psal. 139. *Amici tui*, misericordia, mors justorum, &c. *Filius ancilla tua.*] Natus in domo non foris. Vel, ancillæ, id est, ex Ruth, quæ dixit, *Ego sum ancilla tua.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 116.

De congregatione captivorum ante adventum Messiæ. *Dilexi supplicationem.*] Quia credo quod Deus eam exaudivit. *Inclinavit aurem.*] In Egypto. *In diebus meis.*] In primo templo. *Funes.*] In diebus Græcorum. שאול.] In desolatione templi secundi. *Hostes.*] Haman, & Trojanos. *Ad requiem.*] A curis mundanis. *Credidi quia dixi ego sum afflictus valde.*] Sic in Isai. 59. *Quum hostis irruperit sicut fluvius, tunc venit Redemptor.* *Mendax.*] Id est, in nostra generatione; quia Redemptor moratur. *Calicem.*] Id est, utinam redemptio esset subitanea, sicut calix vini subito exhaustus. *Filius ancilla* בן אמתך.] Non est sicut servus pecunia coemptus, qui formidine pœnæ servit, sed natus domi & educatus, est à ventre ad serviendum dispositus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 116.

Exoptavi ut audiret Dominus.] אהבתי, ut אבתי ab אבה, תאבתי. *In diebus meis.*] Diebus afflictionis ביום צרה invocabo, & in redemptione gratias agam. מצרי.] Id est, limites inferni, ut in Lament. 1. *Juvabat me.*] Davidem, quando fugiebat ab Absalomo. *Oculos meos à lachrymis.*] David ascendebat montem Olivarum flendo, 2 Sam. 15. 30. *Credidi.*] Ziba contrà Mephibosheth, & dixi, *Tibi sunt omnia*, sed erat in tribulatione mea magna. *Omnes homines sunt mendaces.*] Dixi quòd Mephibosheth, Ahitophel, & filius meus, omnes sunt fraudulenti in lingua extra, פליונצא, *fallaces*, Hispan. *mentiroso.* Vel, *Omnis homo.*] Etiam Samuel, MS. *In terra viventium.*] In terram Israel illis invitis post mortem Saul, vel Absal. redibo. *Calicem salutis.*] Vinum libaminum generosissimum, in Num. 28. in cujus oblatione cantabant Levitæ cantica, שירו, & הביאת & החוצה & המותה est sicut המותה. *Pretiosa est mors sanctorum.*] Quia David per manus Absalom non moritur. *Filius ancilla tua.*] In domo natus; & filius servi ab extra introductus non est sicut filius ancillæ domi natus & educatus. *Vincula mea.*] De collo meo sunt disrupta.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 116.

Cantabam vehementer.] Cum toto corde & viribus in cœtu justorum, à ענה, in Exod. 15. 1. *Cantate Domino*, & Exod. 32. *Vocem canentium*, idem. *Calicem salutis.*] Æternæ, in sæculo futuro.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 116.

אנה, sex scribuntur cum He in significatione *petendi* בלוש בקשה, 2 Reg. 20. 3. & Isai. 38. 3. Jon. 4. 2. *Precor ô Domine*, Psal. 116. 16, &c. *Redeat ad requiem tuam.*] Ad Deum per pœnitentiam, ipse est requies tua: Tria sunt cum accentu Milra, Jerem. 31. 19. *Postquam redii*, 2 Paral. 19. 26. *Donec redibo, &c.* *In festinatione mea.*] Duo sunt, Psal. 31. 22. *Dixi, &c.* *Calicem salutum.*] Septem sunt plenè, 2 Sam. 22. 51. *Salutes regis sui*, & sociusejus, in Psal. 18. 50. Psal. 74. 12. *Salutes operatur*, id est, multas & magnas, Psal. 28. 8. *Salutes uncti sui*, Psal. 42. 6. Psal. 44. 4. *Salutes Jacobi.* *In nomen Domini.*] Tria sunt in uno Psal. 4. 13, 17. id est, Dei trini. *Aperuisti vincula mea.*] Duo sunt, Psal. 30. 12. *Saccum meum exuisti.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 116.

De Antiochi persecutione, Theod. *Diligam Dominum.*] 1. Eff. *Animam à morte.*] Ut Apoc. 11. 11. *Spiritus vita intrabat in eos*, 1. Caus. *Oculos à lachrymis.*] Ut Apoc. 21. 4. *Omnes lachrymas absterget Dominus.* *Credidi.*] Heb. & Syr. codices hunc Psalmum præcedentibus connectunt (cùm eundem sensum habeat) nonum Psalmum dividentes, &c. Theod. *In festinatione*, vel, *excessu meo.*] Prophetica raptura, Basil. *Sunt mendaces.*] Ne confidamus in hominem pro salute quia decipiet nos, Psal. 62. 9. 2. Caus. Vel, vani & deficientes τῷ ὑπέσχειν, Chrysost. Vel, credimus Evangelio, & confidenter dicimus in persecutionibus nostris, quòd illi mentiuntur qui maledicunt illi; huc applicat hunc locum Apostolus, 2 Corin. 4. 13. Rom. 3. 4. Chrysost. non perfectè credunt qui loqui nolunt, S. Aug. *Mendax.*] Cedit adversariis, sed dono Dei verax est. *Calicem.*]

licem.] Lætitiæ, inter sodales post salutem è periculo eminenti gratias Deo agentes, ut Ethnici Dæmoniis.

Horat. Lib. 1. Od. 36.
Neu prompta modus amphora.
Et post Actiacam victoriam Augusti, in Od. 37.
Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
(Sacerdotum Martis)
Ornare pulvinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis, ———

Calicem, vel, *cornu salutis.*] In domo servi sui Davidis, ut Luc. 1. Vel calicem martyrii, ut Mat. 20. *De meo calice,* Basil. & S. Aug. Dicit, *Salutis,* quia est via in regnum Dei, & salutem æternam. Vel dicit, *Calicem* pro more, continet etiam dapes, unguenta, & coronas in signum lætitiæ. Horat. Lib. 2. Od. 7. post reditum Pompeii.
Ergo obligatam redde Jovi dapem,
——— *nec*
Parce cadis tibi destinatis.
Et Lib. 4. Od. 12.
Nigrorumq; memor, dum licet, ignium
(Igne cadavera cremabant, ut Amos 6.)

Est pretiosa.] Ideóque exequitur vindictam in eos qui occidunt eos, Apoc. 18. 20. 3. 4. Caus.
Sic Horat. Epod. 7.
——— *acerba fata Romanos agunt,*
Scelusq; fraternæ necis:
(Ut Abelis, Genes. 4.)
Ut immerentis fluxit in terram Remi
(In via Remotia Romæ occisi.)
Sacer nepotibus cruor
(Debebat esse sacer & pretiosus.)
Sum servus tuus.] 2. 3. est.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 116.

Vocem meam (ore) *preces meas.*] Corde. Ital. Bruc. *La voce mia, preci mie. Animam à morte.*] Id est, vitam quam solam desidero. *Poculum.*] Signum lætitiæ sub lege, ut 1 Sam. 1. *Comedebam coram Domino, &c.* Ad vers. 10. incipit Psal. 116. in Ang. MS. Vulg. Gal.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 116.

Propter quod locutus sum. Vulg. Gr. διὸ ἐλάλησα, ut in 2 Cor. 4. id est, quia credidi, ideò locutus sum. *Dirupisti vincula mea.*] Vulg. Gr. fui ut servus venundatus, sed factus sum liber.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 116. *Heb. Syr.* 115.

Quando Saul venit ad speluncam, ubi erat David, 1 Sam. 24. Par. edit. & est progressus populi novi ad cultum Christianum redeuntis, sicut puer ad intellectum, ܘܚܒܠܐ ... [illegible]

Dilexi.] Dominum laudare, velut suprà in Psal. 115. Vel, illum invocare, quoniam exaudivit me. Vel, exoptavi ut audiret me in die quo invocavero. Arab. Syr. ܘܒܝܘܡܬܝ ... *Dum vixero cum inclamabo,* vel, *in die meo quo invocavi.*] Eodem die exaudivit me, Arab. Syr. ביומא ... Heb. ביומי.

Circumdederunt me, vel, *expulerunt me in angulos.*] Heb. אפפוני à פאה, velut in Deut. 32. 26. *Dispergam eos. Invenerunt me,* vel, *venerunt super me.*] Syr. ... Heb. מצאוני. *Domine.*] אנה in Syr. ... *Tuetur simplices,* vel, *adolescentulos.*] Syr. ... qui plerunque sunt simplices, quia carent senum experientiâ. *Ad requiem tuam.*] à perturbatione Saulis. *Ut ambulem.*] Vel quæ Domino placita sunt faciam in terra viventium, ut *Enoch cum Deo ambulavit,* Genes. 5. id est, *placuit Deo,* Heb. 11. *In festinatione mea,* vel, *trepidatione.*] Syr. MS. Par. edit. ברעולתי ...

Oculos à lachrymis deficiunt in Syr. sed extant in Arab. MS. وعيني من الدموع . *Poculum salutis.*] Id est, Dominum extollam, velut in Psal. 18. 1. *Cornu salutis meæ,* & Psal. 16. 5. *Portio est poculi mei.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 116.
Heb. Arab 114.

Converte O anima mea, vel, *conversa est anima mea in requiem* ——— *ut ambulem,* vel, *benefaciam coram Domino in terra vitæ.*] Arab. وعدت نفسي الى الراحة لاحسن امام الرب في ارض الحياة. Dicit *Conversa* pro *Converte* in Heb. sic in Isa. 6. *Incrassa cor hujus populi,* quod in Act. 28. est, *Incrassatur cor hujus populi,* sic in Psal. 105. *Convertit,* vel, *conversum erat* cor hujus populi, pro נהפך in R. David ib. Et dicit, *Ut benefaciam,* quia bona opera sunt realis gratiarum actio: Et addit, *In terra vitæ,* quia hoc sæculum est sæculum operum, futurum est sæculum mercedis, R. David, & post mortem in terram, vel urbem mortuorum ibimus, ut in Psal. 88. *Liber inter mortuos, & interra oblivionis.*

Psal. 115. *in Arab.*

In magnitudine humiliationis meæ, & extasi meæ dixi omnis homo mendax.] Arab. فقلت في شدة تواضعي وتحيري كل انسان كاذب, Apostoli in persecutione sua erant in extasi spiritus, & audacter eloquebantur quòd crediderunt. Vid. Syr. Arab. تحيري est in Psal. 31. in Arab. *Quoniam accepi calicem salutis, quid retribuam?*] Arab. quoniam plenam & lætam redemptionem, quasi calicem vini exuberantem accepi, quid Domino retribuam? sic Psal. 23. *Calix meus exuberat;* بما ذا اجازي الرب الذي احسن ... كاس الخلاص. *Vincula mea solvisti.*] Eram filius ancillæ servæ, sed tu quasi liberum me dimisisti, nam Dei servitus est libertas.

Alleluja. CXVI. Heb. CXVII.

1 L*Audate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.*

2 *Quoniam confirmata est super nos: misericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 117.

PSalmus duorum vers. est de diebus Christi; Israel subindicat, & Gentes cum septem præceptis Noach, Gen. 9. 1. duo populi unà laudabunt Deum, ut Zeph. 3. 9. *Cum humero uno. Magna est erga nos.*] In redemptione à longa captivitate. *Veritas Domini.*] Fœdus patrum, Rabboth. Derash. *Laudate Dominum.*] Rursùs sermo est ad Gentes, vel ad Israel. *Gentes.*] Quæ afflixerunt Israel. *Populi.*] Qui non affligebant eos, Deras R. Simon. Non est in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 117.

Omnes Gentes.] à Davide subjugatæ. *Omnes populi.*] Israel. *Misericordia.*] Quia pascit omnes. *Veritas Dei est in sæculum.*] Ut non credant Gentes earum falsis vanitatibus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 117.

Omnes Gentes laudate Deum.] Id est, quando descendit pluvia, R. Phinehaz; est beneficium dono legis, latius. *Veritas* אמת.] Comprehendit omnes literas Alphabeti, primam א, mediam מ, ultimam ת, quia Deus est Alpha & Omega, principium, medium, finis.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 117.

De sociis Ananiæ exeuntibus de Camino, Dan. 3. & prophetat de conversione Gentium, [illegible] [illegible] Syr. Paraedit. *Veritas*, vel, *verè est Dominus in æternum.*] Quia liberavit tres suos servos è camino. Syr. ܫܪܝܪܐܝܬ שרירואית, sed Idola omnia, dii sunt vanitatis.

Alleluja. CXVII. Heb. CXVIII.

1 C*Onfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

2 *Dicat nunc Israel, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

3 *Dicat nunc domus Aharon: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

4 *Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

5 *De tribulatione invocavi Dominum: & exaudivit me in latitudine Dominus.*

6 *Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo.*

7 *Dominus mihi adjutor: & ego despiciam inimicos meos.*

8 *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:*

9 *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.*

10 *Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

11 *Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

12 *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

13 *Impulsus eversus sum ut caderem: & Dominus suscepit me.*

14 *Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.*

15 *Vox exultationis & salutis, in tabernaculis justorum.*

16 *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.*

17 *Non moriar, sed vivam: & narrabo opera Domini.*

18 *Castigans castigavit me Dominus: & morti non tradidit me.*

19 *Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino:*

20 *Hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.*

21 *Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.*

22 *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.*

23 *A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.*

24 *Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.*

25 *O Domine salvum me fac, ô Domine benè prosperare:*

26 *Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini:*

27 *Deus Dominus, & illuxit nobis.*

Constituite diem solennem in condensis, usque ad cornu altaris.

28 *Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.*

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

29 *Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 118.

DIcunt aliqui de Davide, Rabboth. alii de diebus Christi, & est rectum; incipit & concludit cum laudibus, *Confitemini.*] Quia Deus dedit mihi regnum; si de Davide. *Israel.*] Laudare Deum oportet quia in diebus Saul subjugavi hostes eorum, multò magis jam rege inuncto. *Domus Aharon.*] Nunc lætetur ipsa non antea, quia Saul occidit omnes sacerdotes. *Qui timent Dominum.*] Laudent Dominum, quia sub regno meo habent quietem, & vacationem in studia sapientiæ habent; quia etiam ego sum socius eorum qui timent Dominum. Vel, *Timentes* sunt domus David. *Manet in sæculum.*] Ad David, ut Psal 89.4. *Ponam thronum ejus in sæculum.* Vel, ad Israel, ut Lament. 3. 22. *Compassiones ejus non deficiunt*, non sunt in duos aut tres annos, ut Isai 54.8. *Misericordia mea non discedet à te.* Sic etiam ad domum Aharon, Num. 25.13. *Sacerdotium æternum*, Derash Rabbo. si de Messia dictus sit Psalmus, tunc sermo est ad Gentes. *Confitemini. Domus Israel.*] Erant captivi, nunc sunt domini. *Domus Aharon.*] Quia in captivitate cessavit sacerdotium, & nunc rediit. *Timent Dominum.*] Quia nunc liberi sunt, ut studiis sapientiæ incumbant, quibus in afflictione erant inepti. *In Angustia.*] Si de David, in speluncis ubi erat absconditus; si de Israel, tunc captivitas est hæc ut מצר angustia; מסב, nomen ex verbis geminatis in plurali מצרים conjunctum מצרי. *Omnes gentes.*] De Israele planum est, si de David. intendit Pelistæos cum Achis. & gentes quæ comburebant Ziklag, & captivas ducebant uxores suas, 1 Sam. 31. 1. *Sicut ignis spinarum.*] Ex quibus non fiunt carbones. Pro זכרני, Jod bis sumitur, quia est cum Cametz, non est conjunctum, vel Tau est pro He. *Vox lætitiæ.*] Est in domo justorum quando dextra Dei servavit eos. *Est exaltata.*] Et nunquam debilitata sicut dextera robustorum quandoque. *Non moriar.*] Licet quærant inimici mei me occidere. *Castigavit me.*] Ad purgandum me à peccatis, non ad occidendum. *Portas justitiæ.*] Est similitudo, quod sapientes adjuvarent eum in laudando Deo, & quasi aperirent illi portam sermonis. *Est porta Domini.*] Hæc porta laudis, decora est, ut aperiatur Domino solo & quod intrarent justi & laudarent illum. *Lapis.*] Sic dicitur de Israel, Genes. 49.24. *Lapis Israel*, radix mundi, quia ædificia mundi secundum eorum statuta sunt ædificata *Ædificantes.*] Reges terræ repudiabant Israel existimantes nullo usui esse. *Caput anguli.*] In redemptione eorum, & dicit, *Anguli*, quia illic ponunt magnos & pulcherrimos lapides, ad reliquos ædificii supportandum. *Dies hic.*] Dies salutis est à Domino dicunt Gentes, & ideo lætemur omnes. *Da prosperitatem.*] Omnibus qui confidunt in umbra tua; sic orat Israel. *Benedictus.*] Verba sunt sacerdotum. *Illuminavit nos.*] Quando fuimos in tenebris captivitatis. *Donec ad cornua.*] Donec ea adducatis & offeratis coram Domino. *Deus meus.*] Potens אלי, qui potentiam tuam in nostra redemptione ostendisti. *Deus*, vel, *Judex meus.*] Vindictam meam in Gentes sumendo, ab אלהים, in Exod. 22. 28. *Deos*, vel, *Judices.* Vel, *Lapis.*] Est David, R. Aram. qui erat juvenis, & pastor, & eum fore electum Domini non existimabant. *Erat opus Domini.*] Aiunt fratres, Rabboth. *Benedictus qui venit.*] ait Jesse quando David venit ab ovilibus. *Ligate sacrificium.*] Ait Samuel, quia vocavit eos ad sacrificium, 1 Sam. 16. Midrash Rabboth.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 118.

טוב verbum præteriti, ut טובו, in Num. 24. *Domus Aharon.*] Sunt sancti Dei magis obligati quam alii. *Destruam eos.*] Vel, languidos & fugientes efficiam, ab אמללה. *Robur meum, & laus roboris mei Dominus.*] זמרת est conjunctum, alii dicunt, quòd Jod in עזי redundat, quia non est Shurec. *Vox lætitiæ.*] Quia adversarii non prævalent, sed ceciderunt. *Dextra.*] Ter repetit eam. יכר in forma gravi, ut שאול, in 2 Sam. 20. *Portas justitiæ.*] Dicit, *Justitia*, quia justum est, ut Dominum pro summa sua misericordia celebraret. *Audivisti me.*] Respond. ad illud, vers. 5. *Audivisti me, & posuisti me in loco spatioso. Hoc est opus Domini.*] Hæc potentia זאת הגבורה, & נפלאת, Tau pro He, ut Isai. 29. שבורת. *Hic est dies.*] Redemptionis ex captivitate, הבא, He servit retrorsum, ut in יום השביעי. *Benedictus est qui venit.*] Et affert sacrificia. *Benediximus vobis.*] Sic dicunt sacerdotes populo. *Qui dat nobis lucem.*] Id est, diem, quia die non nocte afferebant sacrificia. *Usque ad cornua.*] Id est, ligate vinculis sacrificia, donec sanguis ad cornua altaris afferatur, Rasi. עד זריקת דם. *Ligate.*] Verba sacerdotum ad populum. *Sacrificium.*] Agnos pro Paschate, ut Isai. 19 2. *Mactent sacrificia*, idem.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 118.

Confiteri.] id est, peccata, vel, benignitates Dei. *In sæculum* לעולם.] Non est Dei misericordia in diem vel annum, sed in æternum; Lex est Dei misericordia, & est in æternum. *Quia bonus est.*] Et omnibus omnia gratis largitur. *Domus Aharonis.*] Quia in causa hujus domus absorptus erat Kora & socii ejus mortui. *Timentes Dominum.*] Extranei, vel, tres pueri, Hananiah, &c. Dan. 3. *In latitudine* במרחב.] Dilatabat Deus Davidem, quando cum Philistæo pugnabat. 1 Sam. 17. *Homo.*] Abimelech, Esau, Goliah. Ne timete quia judex est propinquus & frater vester. Psal. 148. 14. *Confidere in Domino.*] Ut Abraham dixit, non deseram Deum benedictum qui est in cœlis, ideoque in fornacem ignis injicitur, sed Deus liberabat eum מאור, ex igne, Genes. 15. quia verbis patris & matris non credidit, sicut Haran qui mortuus est in Ur, id est, in igne, Genes. 11. *Omnes Gentes.*] Cum Gog, ut in Zach. 14. 1. & repetit hoc tribus vicibus. *Depulisti* דחה.] Per Goliam. *Castigavit me.*] Et correctiones magis quam oblationes pacificant. *Hæc est porta.*] Una porta pro illis qui cibum esurientibus, altera pro illis qui potum sitientibus subministrant. מאת.] Redemptio Davidia, vel, Israelis ex Egypto, & ex omni captivitate. *Salva nunc.*] Homines Jerusalem dicunt: viri Jehudæ dicunt, *Prosperare, &c.* Viri Jerusalem dicunt, *Benedictus qui venit.* Respondent viri Jehudæ, *Benediximus vobis, &c.* omnes simul concludunt, *Confitemini Domino, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 118.

Ostendit benignitatem Dei erga Israel in primâ & secundâ domo, & pro redemptione suppliciter

orat. *Israel.*] In primâ. *Aharon.*] In secundâ domo. *Impulisti.*] Tu Domine,*robur meum,&c.* sicut sequitur.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.* 118.

Qui timent Dominum.] Levitæ, ut Exod. 32. *Quis est Domino?* & congregabant ad illum omnes filii Levi. *Confidere.*] Sicut in umbra, חסות צל. *Invocavi.*] Dicit congregatio Israel. *Omnes Gentes circumdederunt me.*] In bello Gogi, ut Zach. 14. 1. *Omnes Gentes congregabo. Extinguuntur.*] Hæc vox attribuitur aquæ & igni, דעכו, & rebus quæ removentur de loco in locum, ut in Job 6. *Extinguuntur de loco suo. Tu depulisti me.*] Tu, ô Esau, עזי, Jod redundat, quia non est cum Cametz hateph (sed Shurec) nisi in tribus locis cum זמרת : non potest esse זמרתי, & Vau in ויהי est pro היה, ut ויעזב, in Genes. 22. Sensus est, Dominus robur & canticum,est mihi in salutem. *Vox latitia.*] In diebus Christi. *Dextera Dei.*] Per illam dicitur Deus cœlos & creaturas incorruptibiles creare, (cum sinistra corruptibiles) Agaddah,ut dicitur,*Dextera sua mensurabat cœlos. Non moriar.*] Sic dixit Nathan Davidi, 2 Sam. 12. 13. *Non morieris.* Vel, est in persona congregationis Israel, de futuro. *Lapis.*] Ecclesia captiva contemptibilis inter Gentes, Ab. Ezra. על ישראל בגלות. Vel, David ab Israele rejectus in diebus Saulis, sed in fine subjugabat omnes hostes suos. *Ligate funibus.*] Ligate pedes & ברעי bestiarum donec afferantur in atria, & sanguis ad cornua altaris intingatur.

Sect.6. *Ex Cald. in Psal.* 118.

Invocavi ex angustia.] Quando liberatus eram ab angustiis. *Portas.*] Civitatis justitiæ. *Lapis.*] Filius rejectus inter filios Jessai. *Caput anguli.*] Rex. *A Domino erat hoc.*] Dicunt ædificantes. *Mirabile est in oculis nostris.*] Dicunt filii Jessai. *Dies quem fecit Dominus.*] Dicunt ædificantes. *Latemur.*] Dicunt filii Jessai. *Serva nunc.*] Aiunt ædificantes. *Prosperare nunc.*] Dicunt Jessai& uxor ejus. *Benedictus qui venit.*] Dicunt ædificantes. *Benedicent vobis.*] Dixit David. *Nobis illuxit.*] Ait tribus Judæ. *Usque ad cornua.*] Donec sanguis in cornua intingatur; ait Samuel. *Es meus Deus.*] Ait David. *Gratias Deo agite.*] Dicit Samuel Israeli.

Sect.7. *Ex Masora. in Psal.* 118.

Confidere.] Tria sunt,& plena; Duo, in vers.8. 9. Ruth 2. 12. *Sub cujus alis confidere venisti. Excindam eos.*] Tria sunt,in vers. 10,11,12. & ter repetit ad confirmationem, ut Ezech. 21. 27. *Evertam, &c.* & Isai. 6. *Sanctus, sanctus, &c. Sicut apes.*] Tria sunt defectiva,unum in Lege,unum in Prophetis, unum in Cethubim, דבר, Deut. 1.44. *Ut apes.* Judic.14.8. *Multitudinem apum.* Hostes Israel habent aculeos cum Israel malum facit, sin bonum,mel in illis est repertum. *Agit viriliter.*] Id est, instrumentis suis, vel, implet promissa sua; Sex sunt cum Cametz, Deut. 20.20 Psal. 148.8. *Adimplentia verbum suum.* Eccles. 2. 1. *Quid facit?* Ester 2.20. *Ester fecit verbum.* Et hic in vers 15. & in 16. *Audivisti me.*] Duo sunt, Psal. 22.22. *De cornibus Monocerotum. Prosperare nos.*] Ante reges; non est amplius & Milra, in Nehem. 1. 11. est הצליחה & Millel, *Prosperare servum tuum. Illuminavit nos.*] Id est, patres nostros lumine nubis; Duo sunt, Exod. 14. 20.

Sect.8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 118.

Post reversionem Judæorum, Theod. *Respiciam in hostes meos.*] Vivam & non moriar. Vel,sine tremore & pudore respiciam ad illos, 1,2. Caus. *In homine.*] Inferioris conditionis. *In principibus.*] Superioris,quia inferiores sunt *vanitas*, & superiores sunt *mendacium*, Psal. 62. & in Psal. 116. *Omnis homo mendax*, id est, humana felicitas est mendacium, Theod. *Sicut apes.*] Favum, multitudine, Theod. *Impulsus eram ut caderem.*] Gr. non iterum resurrecturus. *Vox latitia.*] Ut Apocal. 21. 4. *Non erit amplius dolor*, vel, *labor. Caput Anguli.*] In resurrectione sua, ut Act. 4. 11. & dicit, *Anguli*, quia Christus omnem ædificii lapide sustentat, nam Judæi & Gentes,omnes per eum servantur, 1 Pet. 2. 5. *Sicut ad lapidem viventem venientes, &c. Mirabilis est.*] Nempè, ἡ γωνία, Angulus duos populos in unum coagmentans, Chrysost. *Hic est dies.*] Resurrectionis Christi, S August. Vel, opera in die celebria vocantur dies, & sic dies dicitur bonus, vel malus, Chrysost. τὰ κατορθώματα. Sic die festo Dianæ facetis dictis certabant lætantes.

Horat. lib. 1. Od. 12.

——*sacro*
Diana celebris die.
Et lib. 3. Od. 22.
——*per exactos ego latus annos, &c.*
Verris——.
Sanguine donem.
Et Od. 28.
Festo quid potius die.
Nos cantabimus invicem.
(Ut Targum in hoc Psalmo.)
Tu curva recines lyra, &c.

Cum funibus, vel, *ramis densis.*] κλάδοις, Chrysost. ut in Johan. 12. *Ramis palmarum cum obviaverunt.* Vel, *In condensis populis.*] Id est, multitudine populorum constipari & frequentia coarctari, Theod. ipsa est vox exultationis, S. August. Vel, *Ligate sacrificia pinguia.*] Non bestias macras, ut Malac. 1. λιπαράς. Chrysost. *Benedictus est ille qui venit.*] Dicitur de Christo, Matth. 21.9. *Sacrificia*] Pacifica in laudem resurrectionis, & redemptionis Christi.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 118.

Tu depulisti me דחיתני.] Id est,tu Domine, Ang. MS. Vel, ô Saul, Ital. *O enemigo*, Hispan. *Lapis.*] David, vel Christus, Ital. *Funibus*, Hispan. Ital. Bruc. Vel, *Spissâ populi catervâ circuitu altaris.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Le jour solennel en romeaux, &c.* Solennem diem cum ramis.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 118.

Obligate solennitates in frondosis.] Lat. MS. id est, sint solennia sacrificia frondibus & coronis, & tamis circumcincta; mos enim erat, ut bestiæ sacrificandæ coronas gestarent, Act. 14.12. & in Horat. sæpè.

Sect.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 118. *Heb Syr* 117.

De Sacerdotibus ministrantibus; & prophetia de Christo, & Agonistis (Martyribus) Par. edit. [illegible] *Domus Aharonis.*] Quoniam eam præ omnibus aliis elegit in sacerdotiũ (& in Christo omnes fideles sunt sacerdotes, 1 Pet. 2.) velut præ omnibus nationibus elegit Israelem. *Graviter impulsus sum.*] Syr. [illegible] אתדחיתי coactus ita festinanter fugere, ut in fuga mea cecidi; vel impulerunt me. Arab. *Non moriar.*] In bello, & fortassis hoc dicit, quando Ishbibenob ut Davidem interficeret, est conatus, & Abishai auxilium ei præbuit in 2 Sam. 21.16. Vel, *ut moriar*] In æternum, & non resurgam; si de Christo dicatur. *Castigavit me.*] Variis temporibus per Saul, & Absolom, & per pestem, &c. dixit autem per Nathan in 2 Sam. 12. *Non morieris. Portas justitiæ.*] In quas viri justi ingrediuntur; ut vota sua persolvant justum & æquum est, & ista Deo debent. *Salus mea.*] Per Christum angularem lapidem, prout sequitur. *Hæc ipsa dies est.*] Tempus Christi de quo loquutus est Deus per omnes Prophetas suos. *Qui dedit nobis lucem.*] Et salutem per Christum, *lucem Gentium*, in Luc. 2.32.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psa.* 118. *Heb. Ara.* 117.

Videbo desiderium, vel *ruinam*, vel *superabo inimicos meos.*] Arab. وانا اظفر باعداي. Vel despiciam eos, sic Cant. 1. *Ne despicite me, quoniam nigra sum*, idem. Vid. Ab. Ezra, sic 1 Sam. 6. aspiciebant in Arcam, vel despiciebant eam. Vid. R. David. ibid. *Sicut fœnum in igne*, Arab. vel, *ignis in spinis.*] Subitò extinguuntur, ut in Eccles. 7. *Ut vox spinarum sub olla*, sic est risus, vel *prosperitas stulti*; & in Job. 20. *Prosperitas impii est momentanea. Dominus gloria mea.*] Arab. الرب قوتي ومجدي, deficit Jod in וזמרת, vel bis sumitur à עזי pro more linguæ. Hic Psalmus erat in nocte Paschatis super Agnum canendus, ut in Matth. 26. ὑμνήσαντες. Paulus Burgensis, & in nocte istâ cantica habebant, ut in Isa. 30. in R. David. *Lapis.*] Christus, אבן משיח R. Sol. in Mica 5. apud Nebiens. *Sacrificia festivitatum nostrarum cum coronis usq; ad altitudinem Altaris.*] Arab. Rom. Neb. اعيادنا بالاكاليل الي علو المذبح. Heb. חג est sacrificium festorum in Isa. 29. hæc sacrificia coronas in capite quandoque gestabant, ut cuilibet notum est. Heb. עבתים, ex condensis ramis vel foliis compactæ coronæ. Versus penultimus in Gr. Arab Vulg. est hic additus, *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me.* Non est in Heb. seu Chald. ait Nebiens.

Alleluja. CXVIII. Heb. CXIX.

ALEPH.

1 *Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.*

2 *Beati, qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.*

3 *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.*

4 *Tu mandâsti mandata tua custodiri nimis.*

5 *Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas.*

6 *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

7 *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici judicia justitiæ tuæ.*

8 *Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.*

BETH.

9 *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.*

10 *In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me à mandatis tuis.*

11 *In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.*

12 *Benedictus es Domine: doce me justificationes tuas.*

13 *In labiis meis, pronunciavi omnia judicia oris tui.*

14 *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.*

15 *In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.*

16 *In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.*

GIMEL.

17 *Retribue servo tuo, vivifica me: & custodiam sermones tuos.*

18 *Revela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.*

19 *Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.*

20 *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, in omni tempore.*

21 *Increpâsti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.*

22 *Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisivi.*

23 *Etenim sederunt principes, & adversùm me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.*

24 *Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum justificationes tua.*

DALETH.

25 *Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundùm verbum tuum.*

26 *Vias meas enunciavi, & exaudisti me: doce me justificationes tuas.*

27 *Viam justificationum tuarum instrue me:*

&

& exercebor in mirabilibus tuis.

28 Dormitavit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.

29 Viam iniquitatis amove à me : & de lege tua miserere mei.

30 Viam veritatis elegi : judicia tua non sum oblitus.

31 Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.

32 Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâsti cor meum.

HE.

33 Legem pone mihi Dominè viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.

34 Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam : & custodiam illam in toto corde meo.

35 Deduc me in semitam mandatorum tuorum : quia ipsam volui.

36 Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.

37 Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me.

38 Statue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo.

39 Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum : quia judicia tua jucunda.

40 Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tua vivifica me.

VAV.

41 Et veniat super me misericordia tua Domine : salutare tuum secundùm eloquium tuum.

42 Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : quia speravi in sermonibus tuis.

43 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : quia in judiciis tuis supersperavi.

44 Et custodiam legem tuam semper, in sæculum & in sæculum sæculi.

45 Et ambulabam in latitudine : quia mandata tua exquisivi.

46 Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum : & non confundebar.

47 Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48 Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi : & exercebar in justificationibus tuis.

ZAIN.

49 Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.

50 Hæc me consolata est in humilitate mea : quia eloquium tuum vivificavit me.

51 Superbi iniquè agebant usquequaque : à lege autem tua non declinavi.

52 Memor fui judiciorum tuorum à sæculo Domine : & consolatus sum.

53 Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54 Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

55 Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodivi legem tuam.

56 Hæc facta est mihi : quia justificationes tuas exquisivi.

HETH.

57 Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.

58 Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo : miserere mei secundùm eloquium tuum.

59 Cogitavi vias meas : & converti pedes meos in testimonia tua.

60 Paratus sum, & non sum turbatus : ut custodiam mandata tua.

61 Funes peccatorum circumplexi sunt me : & legem tuam non sum oblitus.

62 Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia æquitatis tuæ.

63 Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

64 Misericordia tua Domine plena est terra : justificationes tuas doce me.

TETH.

65 Bonitatem fecisti cum servo tuo Domine, secundùm verbum tuum.

66 Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me : quia mandatis tuis credidi.

67 Priusquam humiliarer ego deliqui : propterea eloquium tuum custodivi.

68 Bonus es tu : & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

69 Multiplicata est super me iniquitas superborum : ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

70 Coagulatum est sicut lac cor eorum : ego verò legem tuam meditatus sum.

71 Bonum mihi, quia humiliâsti me: ut discam justificationes tuas.

72 Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti.

JOD.

73 Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me : da mihi intellectum, & discam mandata tua.

74 Qui timent te videbunt me, & lætabuntur : quia in verba tua supersperavi.

75 Cognovi Domine quia æquitas judicia tua: & in veritate tua humiliâsti me.

76 Fiat misericordia tua ut consoletur me, secundùm eloquium tuum servo tuo.

77 Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam-

vam: quia lex tua meditatio mea est.

78 Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

79 Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt testimonia tua.

80 Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

CAPH.

81 Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperavi.

82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?

83 Quia factus sum sicut uter in pruina: justificationes tuas non sum oblitus.

84 Quot sunt dies servi tui: quando facies de persequentibus me judicium?

85 Narraverunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.

86 Omnia mandata tua veritas: iniquè persecuti sunt me, adjuva me.

87 Paulominus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

88 Secundum misericordiam tuam vivifica me: & custodiam testimonia oris tui.

LAMED.

89 In aeternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.

90 In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

91 Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia serviunt tibi.

92 Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea.

93 In aeternum non obliviscar justificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me.

94 Tuus sum ego, salvum me fac: quoniam justificationes tuas exquisivi.

95 Me expectaverunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi.

96 Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

MEM.

97 Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.

98 Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in aeternum mihi est.

99 Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

100 Super senes intellexi: quia mandata tua quaesivi.

101 Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua.

102 A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi.

103 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!

104 A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

NUN.

105 Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

106 Juravi, & statui custodire judicia justitiae tuae.

107 Humiliatus sum usquequaque Domine: vivifica me secundùm verbum tuum.

108 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & judicia tua doce me.

109 Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

110 Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi.

111 Haereditate acquisivi testimonia tua in aeternum: quia exultatio cordis mei sunt.

112 Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in aeternum, propter retributionem.

SAMECH.

113 Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

114 Adjutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperavi.

115 Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

116 Suscipe me secundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione mea.

117 Adjuva me, & salvus ero: & meditabor in justificationibus tuis semper.

118 Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum.

119 Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae: ideo dilexi testimonia tua.

120 Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui.

AIN.

121 Feci judicium & justitiam: non tradas me calumniantibus me.

122 Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

123 Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium justitiae tuae.

124 Fac cum servo tuo secundùm misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.

125 Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

126 Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam.

127 Ideo dilexi mandata tua, super aurum & topazion.

128 Pro-

128 *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.*

PHE.

129 *Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.*

130 *Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis.*

131 *Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.*

132 *Aspice in me, & miserere mei secundùm judicium diligentium nomen tuum.*

133 *Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis injustitia.*

134 *Redime me à calumniis hominum: ut custodiam mandata tua.*

135 *Faciem tuam illumina super servum tuum: & doce me justificationes tuas.*

136 *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.*

SADE.

137 *Justus es Domine: & rectum judicium tuum.*

138 *Mandasti justitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.*

139 *Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

140 *Ignitum eloquium tuum vehementer: & servus tuus dilexit illud.*

141 *Adolescentulus sum ego, & contemptus: justificationes tuas non sum oblitus.*

142 *Justitia tua, justitia in aeternum: & lex tua veritas.*

143 *Tribulatio & angustia invenerunt me: mandata tua meditatio mea est.*

144 *Æquitas testimonia tua in aeternum: intellectum da mihi & vivam.*

COPH.

145 *Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine: justificationes tuas requiram.*

146 *Clamavi ad te, salvum me fac: ut custodiam mandata tua.*

147 *Preveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tua supersperavi.*

148 *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.*

149 *Vocem meam audi secundùm misericordiam tuam Domine: & secundùm judicium tuum vivifica me.*

150 *Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.*

151 *Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.*

152 *Initio cognovi de testimoniis tuis: quia in aeternum fundasti ea.*

RES.

153 *Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.*

154 *Judica judicium meum, & redime me: propter eloquium tuum vivifica me.*

155 *Longè à peccatoribus salus: quia justificationes tuas non exquisierunt.*

156 *Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundùm judicium tuum vivifica me.*

157 *Multi qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non declinavi.*

158 *Vidi prævaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.*

159 *Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua vivifica me.*

160 *Principium verborum tuorum, veritas: in aeternum omnia judicia justitiæ tuæ.*

SIN.

161 *Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidavit cor meum.*

162 *Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa.*

163 *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.*

164 *Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.*

165 *Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum:*

166 *Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.*

167 *Custodivit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.*

168 *Servavi mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.*

TAU.

169 *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.*

170 *Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundùm eloquium tuum eripe me.*

171 *Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me justificationes tuas.*

172 *Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.*

173 *Fiat manus tua ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.*

174 *Concupivi salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.*

175 *Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.*

176 *Erravi, sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.*

Sect.

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 119.

EST Psalmus excellentissimus compositus per Aleph, Beth, & octonaria: in omni versu sunt *via*, vel *lex*, *&c.* & nunc semel ea explicabo. תורה est dispositio præceptorum quomodo facienda sint, ut *Lex hostiæ peccati, &c.* Levit. 6. 17. 25. *Via* est vitæ regula secundùm præcepta; ipse est misericors, sis tu similitèr. חוקים sunt quorum ratio est ignota, ut *excõmunicatio immundorum*, Num. 5. &c. *Judicia* inter hominem & proximum suum. *Testimonia*, quæ sunt testimonium & memoriale, ut Sabbata, Festa, & Phylacteria. פקודים quæ docet intellectus, כפקדון sunt sicut *depositum* in corde. *Justitia*, quia in justitia sunt omnia præcepta prolata. דיבור אמירה sunt generales pro omnibus præceptis voces; vel meminit horũ, propter suam in verbo Dei fiduciam. *Veritas* Dei est confirmatio verbi sui; Et quando meminit in uno versu uni⁹ ex his verbis, per illud reliqua omnia subindicat, & aliquando duo sunt in uno versu; & sunt versus in afflictione sua prolati, quos quando fecit hunc Psalmũ, intertexuit, quia afflictiones ejus erant in studio sapientiæ remora. Sed quare composuit hunc Psalmum per Octonaria, quum in aliis locis *septem*, vel *decem*, sunt numeri perfecti; *septem*, propter septẽ Planetas, & dies mundi sunt septem, & septimus est Sabbatum, & *decem* est omnis numeri exitus, sed *octo* non reperitur, pro numero rotundo, sed definito, דוקא; ut mihi videtur, quia Psalmus est de *præceptis, judiciis, sapientia, &c.* & media adipiscendi sapientiam sunt septẽ, ut Pro. 9. 1. *Septem columnas*, ex quibus sunt 5. sensus, ut sapiens R. Sol. bar Gabirul exposuit, & de quatuor planum est, per oculos libros vidimus, autib⁹ audimus ab aliis, ore loquimur quæ didicimus, manibus scribimus libros: difficultas est de odoratu, de quo dicimus, Nares sunt ad duas anteriores cerebri partes, in quibus est imaginatio, proximæ: Sextũ medium est per narrationẽ aliorum, quod non novit ex sensibus, sed credit, exempli gratiâ, quod est Constantinopolis in mundo non vidit eam, sed omnes in hoc consentiunt, sic Job. 39. 1. *Novisti tempus quando parturiunt capreæ?* hoc alii observantes experimenta enarrant: Septimum medium est demonstratio intellectus: Octavum est Cabala, seu Traditio, quâ discimus quòd Moseh Rabbinu scripsit legem, &c. & quòd Deus mirabilia cum patribus nostris est operatus, quibus pro certò credimus, ac si oculi ea vidissent; oculi hallucinantur, intellectus errat, sed nemo est ex Gentibus, qui redarguere Cabalam possessionem patrum nostrorum queat, & omnes codices MS. ab ortu Solis ad occasum consentiunt, nec in examen, ut Historiæ humanæ producuntur; Et ideò David composuit hunc Psalmum per octo, quia sunt octo media adipiscendi sapientiam, ut diximus. Vel, quia sunt octo dictiones quibus illustratur, & in quas dividitur lex, & una eorum ferè in omni versu reperitur. *Integri.*] Quorum via est perfecta, ut Psal. 15. 2. & Psal. 101. 2. *Ambulant in lege.*] Discunt eam, & ideò via eorum est perfecta, quia ignarus homo peccatum timere nequit, בור Rabboth. Vel, *qui ambulant in via legis Domini.*] דרך bis sumitur. Vel, discunt legem, ut opera eorum sint immaculata. *Cum toto corde.*] Non duplici corde, πρὸς κεροδοξίαν, ut Jer. 3. *Hypocriticè, non cum toto corde. Multò minùs operantur iniquitatem.*] Si custodiant affirmativa, multò magis negativa, ab אף, Job. 4. 19. *Multò magis in habitatores*, idem. Vel, *Etiam non operantur iniquitatem.*] Quum quærunt enim cum toto corde, confidant, quòd Deus in iniquitatem eos illabi non permittet. *Custodire statuta tua.*] Ut negotia mundana non sint impedimentum. *Non confundar.*] Erubescit latro, quando legit, Non furaberis. *Ne derelinquas me.*] Sed adjuva me ad custodienda ea. Vel, *Ne derelinquas me, donec vehementèr.*] Donec vehementèr custodiam ea, עד מאד R. Jos. Cimchi. BETH. *Observare verbum tuum.*] Non solùm discit, sed etiam facit; & dicit, *Juvenis*, quia debet instrui in obedientiam legis à pueritia, & tunc senex non discedet ab illa, ut dixit Solomo, *Etiam puer est ex operibus abalienatus, si opus suum sit rectum*, tunc dicent homines, non est juvenis, opera juvenilia sunt opera illi aliena; & si juvenis purificatione indigeat, יזכה multò magis senex. *Ne facias me errare.*] Dicit, *Ne facias*, quia in Dei manu est sapientiam largiri, ut 1 Paral. 1. 10. *Da servo tuo cor intelligens*, & Exod. 31. 3. *Replevi eum*, & si denegaret sapientiam quærenti, modo quodam dicitur, *Errare facere*, Isa. 63. 17. *Quare fecisti nos errare? &c.* scil. per impedimenta afflictionum gravia, captivitatis, &c. *Benedictus es tu.*] Benedico tibi, quia docuisti me, ô adhuc doceas me. *Labiis enarravi.*] Docui alios, & antè dixit, *Abscondi in corde meo. Gavisus sum.*] In intellectu verborum tuorum. *Colloquor de tuis præceptis.*] Et interim oculi mentis meæ sunt in illa, non sicut ille qui loquitur labiis, & longè distat cor ejus. GIMEL. Incipit petitionem aliam, ut mirabilia legis intelligat, R. Arama. *Ut vivam.*] Et custodiam verbum tuum, non peto vitam propter delicias mundi. *Mirabilia*] Talia quorum ratio non est revelata, ut opera Bereshith. *Sum peregrinus.*] à loco in locum movens, & in fine de hoc mundo, & diem transmigrationis meæ ignoro; & ideò, *ne absconde præcepta tua à me.* Vel anima mea est incola in corpore, R. Arama. *In omni tempore.*] Anima mea post ea, quando sum in negotiis mundi, languet. *Superbos qui errant.*] Dicit, *Superbos*, quia nolunt discere legem, & sic errant quia ignorant, & error iste est ad superbiam via, Rabboth. R. Arama. *Increpabis.*] Præter. pro futuro, certè increpabis, ac si eos increpasses; quando est conjunctum cum Beth, est in malum; superbi derident præcepta, sed ipse ea diligit. *Opprobrium.*] Quod injiciunt in me superbi, vel opprobrium in quod incidunt superbi per Dei increpationem, R. Arama. *Principes.*] Qui non delectantur in lege tua, in plateis deridentes me sedebant, quia בחקים in statutis tuis cujus ratio est ignota, meditabar, R. Arama. *Consiliarii mei.*] Non prædicti principes, quos nihili æstimo. נדברו in Niphal denotat continuum clamorem, Ezech. 33. 30. & Num. 12. 1. *Locuti sunt contrà Mosen.* DALETH. *Adhæret pulveri.*] Quando fugiebat ab Absolom erat propè mortem; & dicit, *Vivifica*, secundùm verbum tuum in lege, Deut. 32. 39. *Occidit Dominus; & vivificat.* Non est in Cod. Cremon. Vel dicit, *Vivifica*, ut Gen. 2. *Homo erat in animam viventem*, R. Arama. Vel verbum per Nathan, 2 Sam. 7. 12. *Quando impleti sunt dies tui, &c.* non antea. *Vias meas.*] In quibus ambulare volui, ut 2 Sam. 2. 1. *David quæsivit à Domino. Audivisti me.*] Per

Ephod,

Ephod, 1 Sam. 30. 7. audias etiam nunc, & me in verbo tuo instruas. *Liquefit anima mea.*] Ut Jos. 7. 5. *Cor populi liquefit* cum dolore. Vel, stillat lachrymas, ut Jerem. 13. 17. *Flebit in secretis locis.* *Confirma me.*] In regno meo. *Secundùm verbum tuum.*] Per Nathan, 2 Sam. 7. 13. *Thronus tuus erit stabilis.* *Viam veritatis.*] Oppos. ad illud, *viam mendacii.* *Ne confundas me.*] Quia vehementèr cupio discere legem tuam, si non intelligam, confundar. *Curram.*] Sine mora. *Dilatâsti cor meum.*] Quando ratio præcepti mihi innotescit, R. Arama. HE. *Custôdiam ea ob mercedem.*] Id est, præcepta, quorum ratio est ignota, sed reliqua sunt ob seipsa observanda, non ob mercedem, R. Arama. עֵקֶב.] Instrue me, & merces instructionis tuæ erit ut custodiam eam, sic Gen. 49. 19. *In fine*, idem, quia calx est finis corporis, & merces operis. *Fac me incedere.*] Id est, aperi cor meum ut intelligam viam, & non errem, quia qui benè callet viam suam raò errat. *Non ad lucrum.*] Ad colligendas divitias, ut Exod. 18. 21. *Odio habentes lucrum*, non intendit avaritiam, quia anteà meminisset *timentes & viri veritatis*, quæ excludunt avaritiam, à בצע Job. 27. 8. Non est in Cod. Cremon. Vel non ad partem legis, sed ad totam legem, בצע ut פצע in Targum, pro פתים, R. Arama. Vel tunc non ero ad mendicitatem redactus, à קרעי in Prov. quibus *somnus amiciet hominem*, R. Arama. *Ne aspiciant veritatem.*] Ne ambulem post oculos meos, Num. 15. 39. *Vivifica me.*] Quia peccatum occidit hominem. *Confirma verbum tuum.*] Quòd filii mei erunt reges post me. *Servo qui est devotus timori tuo.*] Regem unum ex filiis meis, qui est devotissimus, constitue. Vel, confirma verbum tuum quod est ad timorem tuum, id est, promissa, non pœnas, R. Arama. *Opprobrium meum.*] Remitte peccato meo, ne sit in opprobrium filiis meis, abripiendo ab illis regnum meum; & sic est conjunctum vers. priori. Vel pœnas legis tuæ, R. Arama. *Judicia tua sunt bona.*] Et punis minus quàm meriti sumus. *Ecce desideravi præcepta tua.* Licet peccavi in re Uriæ, & valdè timeo ne sit in filios meos castigatum. VAU. *Qui exprobrat me.*] Qui dixit in fuga mea ab Absolom, Psal. 3. 2. *Non est salus illi, &c.* Vel, reputat me mendacem, quia promissum tuum non est mihi adimpletum, R. Arama. *Verbum veritatis.*] Verbum prophetiæ. Non est in Cod. Cremon. *Ne spolies.*] Sic Exod. 12. 30. sensus est, assuesce os meum ut loquatur verum, sin minus, ut mihi videtur, *spolias me.* *Continuò in seculum.*] In hoc & futuro. Vel legem tuam quæ est in sæculum custodiam continuò, vel omnibus diebus vitæ meæ. *In latitudine.*] Et semita mea non erit coarctata, vel denotat amplum Scripturæ sensum, R. Arama. *Coram regibus.*] Reges alii occupantur in negotiis regni solum, si colloquantur mecum de studiis meis in lege tua, veritate eos superabo, & non erubescam. *Levabo manus meas.*] Et assuescam cor & manus in obedientiam legis tuæ. Vel, denotat peculiarem thesaurum legis; manus elevant seipsas ad opus, R. Arama. ZAIN. *In afflictione.*] In exilio eram ut mortuus præ dolore, & lex erat meum solamen. Vel, Israelis persecutione, R. Arama. *Judicia tua.*] Etiam in bonos, & hoc modo sum consolatus, quia in fine dedisti eis prosperitatem, ut Jobo, cap. 42. *Horror apprehendit me.*] Quando cogito de fine impiorum, & tremit corpus meum, quando prosperitatem eorum, & adversitatem piorum (in priori vers.) intueor. *In domo peregrinationum mearum.*] In locis in quibus erravi, statuta tua sunt cantica mea; Opposit. ad illud *Horror, &c.* *In nocte.*] Quando sum solus, & evigilo de somno. Vel, in captivitate, R. Arama. *Hæc scientia & providentia erat mihi.*] Propter obedientiam meam; ut dicunt, merces præcepti est præceptum. CHETH. Declarat officium servi diligentis, R. Arama. *Tu es portio mea.*] Et verbum tuum; sed divitiæ vel deliciæ sunt aliorum portio. *Miserere mei secundùm verbum tuum.*] In Exod. 33. 19. *Miserebor cujus miserebor.* *Cogitavi vias meas.*] De mercede peccati, opposit. ad *damnum*, & vidi quòd damnum erat magnum. Vel, cogitavi vias mundi, & non inveni viam viæ tuæ similem, & ideò converti pedem meum ad vias tuas, ut Isa. 58. ult. *Si convertas pedem tuum a viis tuis, &c.* *Funes*, vel, *dolores impiorum apprehenderunt me.*] חבלי tamen legem tuam non dereliqui, R. Arama. *Spoliabant me.*] Ferè privâssent me vita mea, à עור. *Modià nocte.*] Quando fui solus, R. Arama, surgam de lecto & somno meo, & laudabo te propter judicia quæ dedisti nobis, vel judicia justa in impios. *Socius sum.*] Eorum qui timent te, opposit. ad illud, *funes impiorum*, quos odivi. *Doce me.*] Ex misericordia tua quæ replet terram. TETH. Orat ut per legem oculi ejus aperiantur, R. Arama. *Bonum judicium.*] Id est, optimos sensus legis tuæ. עברך cum Sheva & Athnac præter morem. *Antequam eram afflictus.*] Pro peccato meo, quòd sequutus sum mundum, & non legem tuam. Vel, antequam edoctus fui, à ענה, Job. 3. 2. *Respondit & dixit*, idem. *Fabricaverunt mendacium.*] Dicentes, quòd sim Hypocrita, sed tu Domine novisti cor meum. Vel, sapientiæ Gentium sunt mendacia, R. Arama. *Cor eorum est pingue.*] Ita ut non possint intelligere legem tuam, ut Isa. 6. 10. *Pinguefac cor hujus populi*, idem in Targum. Non est in Cod. Cremon. *Ut discam.*] Æstimo meipsum beatum, quòd fatigavi corpus meum perdiscendâ lege tuâ, sicut alii in adipiscendis divitiis vexantur, quia lex tua melior est, ut sequitur. JOD. *Manus tua fecerunt me——da mihi intelligentiam.*] Quoniam dedisti mihi corpus ritè dispositum ad intelligendum, in statura erecta, non ut bestiæ, &c. in facultatibus rationalibus in medio membrorum, in corde quod est rex, & in capite præfecto suo; cum facultate loquelæ in medio organorum ejus, linguâ, dentibus, labiis, palato, &c. *Qui timent te.*] Qui sunt à me instructi, lætabuntur quando me intelligentem perspiciunt. *In fidelitate castigâsti me.*] Ut Deut. 32. 4. *Non est injustitia in illo*, Beth deficit. *In solamen meum.*] Opposit. ad illud, *Castigâsti.* *Pervertunt me.*] Id est, verba mea & gesta, condemnantes me ut impium, ut Psal. 56. 7. & dicunt, *Deus eum dereliquit*, R. Arama. *Convertant ad me.*] Ut confirment me in fide mea, quando vident pudefactos superbos. *Ut non confundar.*] Sicut dicti superbi. CAPH. *Deficiunt oculi mei.*] Expectando auxilio tuo; est similitudo, quia oculi expectant homines adjutores. *Sicut uter.*] Plenus sum calore, & oculus meus à vapore caligat, R. Arama. *Foderunt foveas.*] Profunda consilia sunt ut foveæ, שיחות Hiric in Shin,

Shin, vel, dogmata Epicuri, &c. R. Arama. *Superbi.*] Consiliariis Saulis vel Absalom. *Sunt fidelia.*] Quia dixisti *non opprimetis*, & tu facis judicium orphani, & viduæ, Deut. 10. 18. *Ferè consumpserunt me.*] Ut 1 Sam. 20. 3. *Passus inter me & mortem. Non reliqui præcepta tua.*] Potui occidere illos, sed nolui, quia dixisti non occides, & dereliqui eos judicio tuo. LAMED. *Verbum tuum in cœlis.*] Dicit, *Verbum*, quo fecisti cœlos, adhuc manet, quia cœli adhuc sunt, & terra manet in sæculum, Eccles. 1. 4. licet transeant generationes terræ. *Propter judicia tua.*] Ut facerent quicquid tu ordinabis. *Nisi lex tua.*] Si maneat verbum tuum in cœlis, sic etiam mecum, aliter periissem. *Vivificasti me.*] In afflictione mea, quæ est uemors. *Tuus sum.*] Servus tuus, & ideo *serva me*, ut Dominus servum suum. *Considerabo.*] Et sic obliviscar præliorum eorum contrà me. *Vt destruant me.*] Ex hoc mundo. *Sunt ampla nimis.*] Numerus præceptorum est notus, sed rami sunt sine numero, est singul. pro plurali. Et dicit, *Mandatum*, nempè cordis non habet finem, sed mandata corporis finiunt in sæculo futuro. MEM. *Ab inimicis meis.*] Quando video quod inimici mei non possunt abolere legem tuam, & quod lex tua est fœdus salis, tunc cognovi, quod est æterna tua voluntas, R. Jos. Cim. *Per senes.*] Per traditiones seniorum intellexi, *Senes*, Sanhedrin, R. Arama. *Custodivi præcepta tua.*] Ex traditione aliorum in juventute mea, sed postea intellexi ea. *Vt custodiam verbum tuum.*] Non formidine pœnæ, sed ex amore. *Docuisti me.*] Per viam intellectus, & fixa sunt in corde meo. NUN. *Sicut Lucerna.*] Ut non cadam in viis meis in peccatum. *Juravi.*] Diligentiorem meipsum ostendere in custodienda lege tua. Vel, ad affligendam animam meam juravi, R. Arama. *Nimis.*] Propè mortem. *Voluntaria oris mei.*] Preces cum spiritu voluntario, ut Psal. 51. *Doce me statuta tua.*] Quia preces meæ sunt in hunc finem. *Laqueum.*] In viis, ut apprehendant me. *Hæreditas mea.*] Firmiter teneo leges tuas, & non dimittam illas. *Inclinavi cor meum.*] Ad legem tuam, si unquam nimium inclinabat ad mundana. SAMECH. *Cogitationes odio habeo.*] Omnes alias præter legem tuam, R. Arama. est nomen. *In verbo tuo.*] Promisso salutis, vel, lege tua, quam qui custodit non eveniet ei malum. *Discedite à me.*] Ne sitis mihi impedimento in lege Dei. *Vt vivam.*] Sicut dixisti, Levit. 18. 5. *Qui facit ea vivet in illis.* Vel, secundum promissum tuum. *Dolus eorum.*] Hypocrisis est falsitas, videntur boni cùm sint mali, & tunc decepit eos. *Qui errant.*] Dicit, *Errant*, quia quando apparet iniquitas eorum dicent quod errabant. *Impios ut scorias.*] Id est, destruis dictos Hypocritas; quia sunt pejores illis, qui palam impii videntur, ut Ezech. 22. 19. *Sunt scoria. Diligo testimonia tua.*] Quia purgant à scoriis Hypocriseos, & intus est ut foris. *Tremit caro mea.*] Opposit. ad *impios* illos qui non timent, dicentes non videt nos; est timor ille in Exod. 20. 20. *Vt sit timor ejus in vobis, &c.* à סמר, Job 4. 15. in timore capilli sunt erecti, ut Clavi. AIN. ערב.] Ut non adhuc opprimant me, nam alios ego injuria haud affeci. *In bonum.*] Ut sim bonus, & justus, R. Arama. *In verbum justitiæ tuæ.*] Promissum per Prophetam. *Secundum misericordiam.*] Præteritam. *Fac me intelligere.*] Ut serviam tibi; non peto illud in alium finem. *Tempus est Domino operari.*] Est dies statutus, dies judicii in quo Deus vindictam in impios ostendet, ut Mal. 4. 1. Vel, operari mecum misericordiam prædictam, R. Arama. Vel, *In tempore in quo operari debemus pro Domino.*] In tempore senectutis vel afflictionis impii debent operari pro Deo, & operantur contra Deum, Ab. Ezra. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Est tempus operari pro Domino.*] Scil. in mala generatione ne periret lex, ut Malac. 3. *Tunc qui timebant Dominum collocuti sunt, &c.* & sic est conjunctum ad illud, *Sum servus tuus. Ideo diligo mandata tua.*] Quia alios transgredientes ea video. *Omnia, dico omnia esse recta.*] Bis repetit, id est, non solum illa quæ sunt in lege scripta, sed etiam illa de quibus attestatur lux naturæ, ut in Ruth 4. *Hæc erat consuetudo in Israel, &c.* Dicit, *Omnia*, כל, bis, ut Num. 18. 12. idem, *Omnes primitias omnium, &c.* Et dicit, *Recta*, opposit. ad illos qui contemnunt ea. PE. *Sunt mirabilia.*] Ratio multorum est secreta, sed Moses dixit, *Non est mirabile*, Deut. 30. id est, non est similitudo, ut aiunt Nazareni, quia tunc quomodo rem significatam intelligeremus? נוצירים. Non est in Cod. Cremon. Vel, prodigia & signa legis intendit, R. Arama. *Ideo custodit ea anima mea.*] Id est, oculos meos in ea figo, ut intelligam ea, quia qui non intelligit, non custodit præcepta. *Introitus dat lumen.*] Hoc addit, ut homines non sint negligentes in studio legis, quia dixisset, *Sunt mirabilia. Attraxi spiritum.*] Sicut Esuriens ante cibum, aperit os suum & aerem ante cibum in vehementi desiderio attrahit, R. Arama, sic Ezech. 3. 1. *Comede volumen. Ne dominetur iniquitas.*] Contrà præcepta negativa. *Gressus meos in verbo tuo.*] Secundum affirmativa, & dicit, *Nulla*, כל, ne minima iniquitas. *Custodiam præcepta tua.*] Quando non impedit me oppressio. *Fac splendere faciem.*] Id est, favorem tuum, Num. 6. 25. ut lux faciei regis. *Doce me statuta tua.*] In hoc tuo favore. *Ab oppressione Adam.*] Ab ejus peccato, vel ab imaginatione mala יצר הרע, R. Arama. *Non custodiunt.*] Oculi mei fornicantur à te, vel quia Adam & Eva non custodiebant eam. R. Arama. TSADDI. Refutat Epicureos Israelitas, & Atheos legem oralem denegantes, R. Arama. *Sunt recta.*] Quodlibet eorum in lege, vel in via recta. *Invidia mea consumpsit me.*] Quando video impios in prosperitate, sic Psal. 37. *Invidebam*, & Psal. 73. 2, 3, &c. *Diligit eam.*] Sed illi obliviscuntur ejus, & contemnunt me, propter studium legis. *Lex tua est veritas.*] Promissa legis sunt vera eis qui confidunt in illâ. *Sunt deliciæ meæ.*] Solamen in afflictione quando meditor in illis. *Et vivam.*] In sæculo futuro; non peto vitam in alium finem, nisi ut legem tuã custodiam. COPH. *Præveni in nocte.*] Cùm adhuc est nox præveni omnem hominem, ad orandum anticipavi: præmittit orationem vespertinam matutinæ, quia tunc erat nox, R. Arama. *In verbo tuo.*] Promisso, vel lege tua, ut Deut. 4. 7. *Quis est illi similis in omni in quo invocamus eum? Oculi prævenerunt vigilias.*] Est media nocte, quia ut aiunt Rabbo. sunt tres noctis vigiliæ, & David prævenit omnem hominem vigilando,

do, & non dormivit niſi prima noctis parte, & ſecunda,tertiaq; meditabatur,& hoc ſæpe noctibus longiſſimis peregit; & dicitur, *Vigilia* à ſomno אשמורה à שומר, in Iſai. 22. *Vigil quid de nocte? Secundum conſuetudinem tuam.*] Ut ante, in verſ. 132. *Appropinquant.*] Ad facinora, ſed longè ſunt à lege tua, à זמה, Levit. 2. 13. *Eſt abominatio*, idem. *Propè es.*] Ad eos qui invocant te, licet illi ſint longè à te. *Ab initio novi hoc quod fundaſti ea.*] In æternum, & non in paucos dies,ut dicunt Athei: Et dicit, *Fundaſti*, ſunt fundamenta mundi & per illa conſiſtit; hoc vidi ab initio, ſed ſi inveſtiget homo profundius, ea ut ſcalam in qua aſcenditur ad cognitionem Deitatis, reperiet. *Vivifica me pro verbo tuo.*] Ut cuſtodiam illud, non propter delicias mundi. RESH. *Salus longè eſt ab impiis.*] Evadere ex tribulatione nequeunt. *Multa ſunt tua miſericordia.*] Oppoſit. ad *multos* ejus hoſtes in prox. verſ. *Non declino à teſtimoniis tuis.*] Non quæro damnum illorum ſicut illi meum, quia dicit lex, Levit. 19. 18. *Ne ulciſcero. Dolui.*] Magis quòd non obſervabant legem tuam, quàm quòd me afflixerunt. Vel, invidebam eorum proſperitati, & dolui, ut Pſal. 37. 1. R. Joſ. Cimchi. *Quomodo diligo præcepta?*] Quia ob illa eſt tantus mihi dolor & contentio. *Ab initio.*] Et uſque ad finem mundi verum eſt. Vel, *Principium verbi tui verum eſt.*] Id eſt, unitas tua in primo præcepto, Exod. 20. & ſicut præcepiſti nobis ſervare hoc, ſic etiam reliqua, quæ ſunt ſcala Deitatis. SHIN. *Principes perſequuti ſunt me.*] Principes Iſrael cum Saul vel Abſolom. Vel, propter uxorem Uriæ ſapientes eum perſequebantur, ſed in vanum, ob libellum repudii. R. Arama. *Timet verbum tuum.*] Timeo ne cadam in manus eorum propter verbum illud quid dixiſti, *Excitabo contrà te malum à domo tua*, 2 Sam. 12. Vel, formidine eorum non tranſgrediar verbum tuum, & dicit, *Perſequuti*, ut expellant me à lege & terra tua, 1 Sam. 26. 19. *Servias diis alienis.*] *Propter tua judicia juſta.*] Gratias tibi ago toties quoties de illis meditor. *Multa pax eſt illis.*] Non vexantur malorum accidentibus, ſed paucis ſunt contenti. *Salutem tuam.*] Salutem animæ. *Mandata tua.*] Dicit, *Tua*, quia tua ſunt, non propter mercedem. *Omnes viæ meæ ſunt coram te.*] Ut Prov. 3. 6. *In cunctis tuis viis agnoſcas illum.* TAU. *Eripe me.*] Non eſt liberatio corporis, ſed animæ à peccato, quia in hoc, vel in ſuperiori verſu non meminit *inimici*; & addit, *Secundum verbum tuum*, in Deut. 5. 29 *O utinam eſſet in illis cor ad timendum me*, & dicit, *Venome* quia homo in electionem ſuam eſt dimiſſus, & ſi eligat bonum Deus illum adjuvat, & ideò dicit David, dedi cor meum tibi, auxilium tuum mihi redde, vel dicit, *Verbum tuum*, in Exod. 20. *Ut timor ejus ſit coram vobis ne peccetis*, Cod. Cremon. *Colloquetur.*] Cum aliis de verbo tuo. Vel, *Laudabit verbum tuum.*] Quòd ſit veritas, ſic notat Author Maſoræ, Tria ſunt in ſenſu laudis, Exod. 15. 21. Prov. 26. 14. [Non eſt hæc nota in Baſil impreſſ. ſed notat, duo ſunt 'ב בסיל, Proverb. 26. 4.] *Salutem tuam.*] In ſeculo futuro. *Lex tua eſt delectatio mea.*] Quia eſt medium ad ſalutem. *Erravi.*] In hac cognitione Deitatis, & adhuc non ſum confirmatus. *Sicut ovis.*] Quæ ignorat cubile, ſic ignorat anima mea reditum ad fundamentum ejus. *Quære ſervum tuum.*] Ut paſtor fidelis oves ſuas, & ducas me ad hanc ſcientiam.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Pſal.* 119.

Hic Pſalmus eſt in modum Aleph Beth, & non eſt verſiculus niſi 122 in quo non reperitur harum vocum una; via, lex, ſermo, verbum, ſtatutum, teſtimonium, præceptum, mandatum; quis compoſuit illum dubitatur. *Perfecti viâ.*] Dicit, *In via*, ſcil. legis. *Teſtimonia tua.*] Sic dicta, quia patres de illis teſtimonium filiis perhibent, & radix eorum eſt viſus oculi. *Nullam operantur iniquitatem.*] Contra præcepta negativa. Vel, non imputatur illis. *Ambulant in viis ſuis.*] Secundum præcepta affirmativa, R. Marinus. *Præcepiſti.*] Per Prophetas tuas. *Præcepta.*] Sic dicta quia ſunt in corde depoſitum, a פקדון, in Levit. 6. *Obſervare ea vehementer.*] מאד, id eſt, ad ultimum virium, ut Deut. 6. 7. *Preces meæ ſunt.*] אחלי, ut אשרי, Pſal. 1. à יחלו, 2 Reg. 5. 3. id eſt, שלתי, R. Sol. *Reſpicio omnia mandata tua.*] Etiam illa quæ ſunt ſuprà rationem. *Judicia tua.*] Quibus judicantur homines in vita & opibus, quę ſunt juſta omnia. *Ne deſeras me valdè.*] Ita ut non ſervem ea. Vel, *Cuſtodium ſtatuta tua valdè, ne deſeras me.*] Jungas licet מאר ad חקיך, R. Moſeh. Vel ne deſeras me in ſecula, לעד, R. Jehud. BETH. *Quomodo mundabit viam?*] Si tu deſeras illum, quomodo mundabit viam, —— ad cuſtodiendum verbum tuum? *Ne errem.*] Juva me, ne errem à cultu tuo. *Abſcondi in corde.*] Ne obliviſcerer eorum. *Benedictus es* —— *doce me.*] Non peto mercedem ob prędictam tui benedictionem, niſi ut inſtrueres me. Vel, doce me ſtatuta tua, ut benedicam tibi. *Labiis declaravi.*] Ideoque doce me, ut adhuc aliis verba tua enarrem. *Meditabor.*] Cum corde meo de præceptis hiſce quæ ſunt ut præfecti illic plantata, à פקיר, & recta ſunt in generali licet individuis noceant, ut in pluvia. *In ſtatutis*, vel, *more tuo.*] Quo mundum gubernas, ut Pſal. 148. 6. *Morem dedit illis*, חק. GIMEL. *Remuneres ſervum tuum.*] Des mercedem mihi quia in priori verſ. promiſi, dicendo, *Non obliviſcar verbi tui. Extraneus.*] Errat ignorando vias, ideoque doce me. *Anima mea fracta eſt.*] Ut Levit. 2. 14. גרסה נשברה, id eſt, urit vehementi deſiderio. *Remove ignominiam.*] Qua afficiunt me maledicti ſuperbi, quoniam obſervo teſtimonia tua; conjunctus eſt hic verſus priori & poſteriori, quia ob eandem cauſam principes eum deridebant. *Oblocuti ſunt in me.*] Ut Num. 12. 1. *Miriam & Aharon locuti ſunt in Moſen*, idem. *Sicut conſiliarii mei.*] Caph deficit. DALETH. *Adhæret pulveri.*] Quaſi mortuus ſum, באילו מת, & dicit, *Anima*, id eſt, ego, ut dicitur, *Per animam ſuam*, id eſt, ſeipſum. *Secundum verbum tuum.*] Qui dixiſti, *Ego occido & vivifico*, Deut. 32. 39. *Vias meas.*] Neceſſitates, ut Iſai. 58. *Vias ſuas*, ult. *Fac me intelligere viam præceptorum.*] Quare ſunt in corde plantata, quia dicit, ſunt mirabilia. *Stillat anima mea.*] Sicut guttæ diſtillantes, ſic anima mea conſumitur in ægritudine mea. *Secundùm verbum tuum.*] Qui dicis, *Ego vulnero, & ego ſano. Sit mihi gratioſus in lege tua.*] Sic Judic. 21. 22. *Miſeremini*, idem, & ſic diſcedam à via mendacii. *Viam veritatis*

tatis tuæ.] Opposit. ad viam mendacii in versu priori. *Judicia tua æquiparavi.*] In perfecto corde; & dicit, *Æquiparavi*, quia secundùm ea incedebar, ut Prov. 3. 15. *Non sunt æquiparanda, &c.* idem. *Ad testimonia tua.*] Quæ à patribus accepimus, licet rationem eorum reddere non possimus; ideóque dicit, *Ne erubescam. Ipsa dilatavit cor meum.*] Scil. via illa lætificavit cor meum. HE. *Exquiram eam usq; ad mercedem.*] Vel, *propter mercedem.*] In altera vita, ut Psal. 19. 11. *In observandis illis est merces magna* עֵקֶב. *Deduc me in semitam.*] Vel, assuesce me, sicut qui eàdem semita sæpè incedit. *Et non in lucrum.*] Quia tua præcepta sunt lucro pretiosiora, ut Job. 27. 8. Licet lucri-faciat, idem. כִּי יִבְצָע. *Vivifica me in verbo tuo.*] Dicit, *Vivifica*, quia si non ambulem post oculos meos, vita mea erit prolongata. *Confirma verbum tuum servo tuo ad timendum te.*] Adimpleas omne decretum tuum, de me quod me ad timorem tuum inducat. *Remove ignominiam.*] Dicit, *Ignominiam*, si errarem de verbo tuo; cohæret cum versu priori. VAU. *Qui me opprobrio afficiunt.*] Dicunt, quòd nunquam ero liberatus, Rasi. *Verbum veritatis.*] Quo promisisset Deus in adversarios suos prædictos vindictam sumere. Et dicit, *Ne auferas*, id est, ut spolium, sic Exod. 12. 36. *Spoliabant Ægyptios*, idem. *Custodiam legem tuam.*] Si liberaveris me; est conjunctum, ut Psal. 19. *Tunc perfectus ero. Ambulabo in latitudine.*] Quia præceptum est *amplum valdè*, ver. 96. *Coram regibus.*] Palàm, בנגלוי, & meminit *regum*, quos communiter timent homines. *Respiciam ad mandata tua.*] Clàm, בסתר à ישעה in Isa. 17. 7. *Respiciet homo. Levabo manus meas.*] Per modum honoris, & cum dilectione præcepta tua ambabus ulnis amplectar. ZAIN. *Quia fecisti me sperare in illo.*] לו deficit. *Est consolatio mea.*] Recordari quoties verbum tuum me liberavit. *Judicia tua.*] In superbos illis similes. *Horror suscepit me.*] Admiratus sum, quomodo discedere à lege tua ausi sint cùm pœnas animadvertant, sic Psal. 11. 6. *Tempestas horribilis*, idem. *Erant cantica mea.*] Ut cantica aliis, sunt illa mihi suavia. *Peregrinationis meæ*, vel, *timorum.*] à גור in Psal. 31. 13. *Timor in circuitu. In nocte.* Ut Psal. 4. *Super cubilia vestra, &c. Hoc habui.*] Hoc bonum טוֹבָה naturæ meæ est ingenitum, ut in Jerem. 1. *Sanctificavi*, vel, *separavi te ab utero*, R. David. CHETH. *Portio mea est.*] Sic dixi aliis, ut post te requirerent. *Miserere mei.*] Secundùm verbum tuum in Exod. 34. 7. Exod. 33. 9. *Miserebor, &c. Cogitavi in vias meas.*] Quænam erat optima, & elegi viam tuam. *Si dolores præparati pro impiis apprehenderent me, legis tuæ non obliviscerer.*] אם אחזוני, sic Psal. 116. 3. *Dolores mortis*, idem. חבלי, & עודני à עוד, non est à עד. *Super judicia justa.*] In impios. *Plena est terra, edoce me.*] Non peto à te aliam misericordiam. TETH. *Secundùm verbum tuum.*] Quod est bonum. *Edoce me bonum judicium.*] Hoc est illud bonum quod ulterius peto, *Sed nunc observavi verbum tuum.*] Ideóque afflictionem tuam auferas, quoniam ab errore meo conversus sum, non adhuc opus est illà, אין צורך. *Bonus es.*] Non petenti. *Et benefacis.*] Petenti. *Fabricati sunt.*] Quod non feci mihi imponunt, ut Job. 14. 17. *Peccatum meum assuis*, idem. *Coagulatum est.*] Non habet socium. *Quia humiliatus sum.*] Quòd meipsum labore & vigiliis humiliavi, ut in his verbum tuum ediscerem. *Super millia auri.*] Propter ea homines seipsos affligunt, ut ea adipiscantur. JOD. *Manus tuæ aptarunt me.*] Ad accipiendam intelligentiam, ideóq; da mihi intelligentiam, sic Genes. 18. 6. *Festinavit præparare illud*, idem. *Lætabuntur.*] Quia ego illos in statutis tuis instruo. *In verbis tuis speravi.*] Id est, in omni tuo, licet ad affligendum me, decreto, ut in ver. 75. *Ut vivam.*] Quia in afflictione mori reformido, ideóque *consolare me*, ut in ver. 75. *Erubescent superbi.*] Qui me pervertere vellent, sed non prævalebunt. *Qui timent te.*] Opposit. ad *superbos*, ut Mal. 3. *Qui timebant Dominum*, opposit. ad *superbos. Cor meum immaculatum.*] Ut superbi me non pervertant. *Ut non erubescam.*] Sicut superbi prædicti. CAPH. *Defecit in salutem suam.*] Indicium est, quòd adversarium suum metuit. *Oculi mei deficiunt.*] Antè meminit *animæ*, quæ non videtur, nunc *oculorum*, qui vident & videntur. *In eloquium tuum.*] Verbum tuum & decretum contra eos. *Sicut uter in fumo.*] Pellis carnis ejus exaruit, Rasi. *Quot sunt dies?*] Timet ne moriretur ante vindictam in adversarios suos sumptam, nam meminit *puteorum* eorum. *Qui non sunt secundùm verbum tuum.*] Quod prohibet, dicendo, *Non fodias foveam* pro innocentis sanguine. *Paucis diebus consumpserunt me.*] כמן מעט, sic in Ezech. 12. *Sanctuarium in paucos dies*, idem. *Secundùm misericordiam tuam.*] Quam hucusque mihi ostendisti. LAMED. *Verbum tuum.*] Decretum tuum in incolia cœli & terræ. *Sunt servi tui.*] Ut Isa. 48. 13. quando vocat ea administrant simul. *Quæsivi te, serva me.*] דרשתי deficit. *Considerabo testimonia tua.*] Quia in illis secreta indies, licet non finem eorum, intueor, ut sequitur. *Omnis perfectionis.*] Omnium cogitationum, ut Isa. 40. 12. *Comprehendit pulverem in mensura*, idem, R. Mosch. תכלית ut תגרת in Psal. 39. *Est finis*, vel, *initium.*] Ut Deut. 15. 1. *In initio septem annorum*, idem; quia unumquodque habet duos fines. MEM. *Toto die*, vel, *omni die.*] Id est, parte diei cujuslibet, quia quod amat homo, in illud cogitat, sic Psal. 1. *Die & nocte* in R. David. *Sapientiorem inimicis*, vel, *per inimicos meos.*] Per præcepta tua, & per calumnias inimicorum meorum erudior, R. Sol. *Super docentes.*] Intellexi per lectionem magis quàm illi me docebant. *Super senes.*] Quia legi operam à juventute sua dedit. *Ut custodiam verbum tuum.*] Cohibui me à malo, non pro timore solùm, sed ad obediendum tibi. *Quàm dulcia.*] Non est à מליץ, quia Mem est in נמלצו radicalis, sequitur Nun in Niphal. sed non est radicalis in מליץ, est sicut נדברו, sensus est מתקו. *Intellexi.*] Video rationem illorum, quare in corde plantantur. NUN. *Lucerna pedibus.*] Ut non titubem, quia gloria Domini dedit illi lucem, ut Job. 29. 3. *In luce sua ambulavi in tenebris. Juravi.*] Sumitur pro toto cultu Dei, ut Isa. 45. 23. *Omnis lingua jurabit*; & dicit *Juravi*, ad legem Mosis, ut Deut. 29. 15. *Fœdus hoc sancimus cum illo qui non est nobiscum hodiè*, tunc erat in potentia נשבעתי, nunc in actu בבמעשה. *Secundùm verbum tuum.*] Quod dicit, *Qui facit ea vivet in illis*, Levit. 18. *Oblationes voluntarias.*] Pre-

ees, ut Hos. 14. *Vitulos labiorum, &c. In manu mea.*] In periculo. בסכנה, ut 1 Sam. 19. 5. *Posuit vitam suam in manu sua. Posuerunt laqueum mihi.*] Ostendit periculum prædictum. *Hæreditate accepi.*] à patribus ad filios tradita, & recepit ea pro veritate, ac si testis fuisset, sic Deut. 33. *Hæreditatem domus Jacobi. Vestigia eorum sunt semper.*] Id est, permanent in æternum, à עקב, Cant. 1. 8. *Sequere vestigia gregis, &c.* נטיתי verbum יוצא. Vel, *merces eorum est in æternum.*] Ut Psal. 19. 11. *Merces magna*, idem. SAMECH. *Iniquorum cogitationes.*] בעלי מחשבות cogitatio est peccatum, ut Prov. 6. *Cor quod imaginatur mala*, סעפים est Toar. Vel, à מסעף, id est, destructores odio habui. *Asylum meum es tu.*] Ita ut non possint me destruere. *Maligni.*] Vos qui habetis cogitationes malas prædictas. *Ut vivam.*] Quia dixisti, qui facit illa vivet in illis, Levit. 18. אשערה Ain cum Cametz, quia est gutturalis. *Quia dolus eorum est falsitas.*] Dicunt in hypocrisi quòd erraverunt, ut in Psal. 78. *Adulati sunt eum in ore eorum. Sicut scoria.*] Caph deficit. *Tremit caro mea.*] Ut Job. 4. 15. à סמר, R. Sol. & dicit *Tremit*, quia propter judicia tua in impios peccare trepidavi. AIN. *Sis fidejussor.*] Est similitudo, scil. lætabitur cor meum, ac si Deus esset fidejussor meus, ut Gen. 43. 9. *Ero fidejussor*, idem ערב. *Pro salute tua.*] Ab oppressoribus meis. *Et pro verbo justitiæ tuæ.*] Decreto tuo in eos. *Ego sum servus tuus — da mihi intelligentiam.*] Non peto aliam mercedem. עת.] Id est, in tempore senectutis, vel necessitatis, irritam fecerunt legem tuam. *Super aurum.*] Conjunctum est *servo*, qui petit aurum pro servitio suo, sed ille petiit intelligentiam. אשרתי pro ישרתי, Aleph pro Jod, ut in הגאלתי Isa. 63. & venit כל sicut בכורי כל, & in תתיישרו ab אמר. Vel, *omnia præcepta tua, præfectas omnium.*] Præcepta tua dominantur, & omnes ducunt, à פקיד. PE. *Introitus sermonum.*] Illuminant legentem, qui veritatem intuetur. *Attraxi spiritum.*] Ad recipiendam expositionem verbi tui. יאבתי non habet socium. *Dirige gressus meos.*] Secundùm præcepta affirmativa. *Ne dominetur in me iniquitas.*] Contra negativa præcepta. Vel, homines iniqui, ut Psal. 109. 4. *Sum homo orationis*, & Psa. 19. *Superbis peccatis*, vel peccatoribus, R. Mosch. *Fac splendere faciem tuam.*] Id est, favorem; est similitudo, ut in Prov. *In facie regis est vita. Qui ipsi oculi non observassent legem tuam.*] Sed ambulâsset post oculos suos, Job. 31. 7. Vel, ego fundo lachrymas, quia oppressores mei non custodiunt legem tuam. TSADDI. *Unumquodque judiciorum tuorum est rectum.*] ויושר. *Testimonia tua.*] Quæ præcepisti patribus nostris. *Consumpsit me zelus meus.*] Ferè exscidit me, ut 1 Sam. 25. 37. *Cor ejus moriebatur*, id est, ferè. *Verbum tuum est purificatum.*] Sine scoria, quare ergo oblivisceerentur ejus hostes mei, sic est conjunctum. *Parvulus sum ego.*] In oculis inimicorum meorum, sicut vermis, Psal. 22. 6. *Est justitia æterna.*] Ideóque quare oblivisceret? sic est conjunctum. *Invenerunt me.*] Ut Psal. 116. 3, 5. *Sunt deliciæ meæ.*] Opposit. ad *tribulationem* dictam. COPH. *Ut custodiam.*] Testimonia tua. *In crepusculo.*] Antequam exsurgant filii hominum. *Speravi in verbo tuo.*] Quòd servares inclamantem. *Vigilias prævenerunt.*] Ante vigilias meditabar in verbo tuo; nolui dormire ne oblivisceerer opportunitatis. *In verbo tuo.*] In lege tua, in qua retributio est impiis secundùm eorum impietatem. *Secundùm misericordiam tuam.*] Mecum in annis præteritis. *Secundùm judicium tuum.*] Id est, morem in adjuvandis bonis, ut 1 Sam. 8. 9. *Morem regis*, idem. *A lege tua.*] In qua scriptum est de Cain, & Turri, & Pharaone. *Propè es.*] Propior quàm inimici prædicti. *Antè cognovi.*] Antequam cogitabant cogitationes contra me, novi quòd tu fundâsti ea. RESH. *Salus est longè.*] Dies salutis est longè ab impiis. *Multa sunt.*] Ad servandum me, opposit. ad multos hostes ejus, ver. 157. *Secundùm judicia tua.*] Priorea tuas consuetudines. *Tabescebam.*] Ut Job. 10. 1. *Tædet me vitæ meæ*, idem. *Vide.*] Respondet ad illud in ver. priori, *Vidi prævaricantes, &c. Vivifica me.*] Opposit. ad illud, *Tabescebam. Principium verborum tuorum.*] Primum mandatum, R. Jos. SHIN. *Principes persecuti sunt.*] Attamen illos non reformidabam. *Lætor ego in verbo tuo.*] Magis quàm si principes prædictos superâssem, & spolia eorum cepissem; est conjunctum priori versu. *Mendacium odio habui.*] Est contra præcepta negativa. *Legem tuam diligo.*] Præcepta affirmativa. *Septies.*] Sæpè, redeunt ut septimana, שבע בפי שבוע, ut Prov. 24. 16. *Justus cadit septies. Super judicia.*] In principes prædictos. *Non erunt illis scandala.*] à dictis principibus. TAU. *Clamor meus.*] Sonorus, à רנה, 1 Reg. 22. 36. *Exibat clamor*, idem. *Appropinquet.*] Sic dicit, quia cœlum à terra est remotum. *Supplicatio mea.*] In tempore tribulationis. *Laudabit.*] Si liberes me; est conjunctum cum ver. 171. *Pronunciabit lingua mea.*] Et docebit alios si liberaveris me. *Juva me.*] Alios instruere. *Judicia tua.*] In hostes meos, juvabunt me in laudibus tuis. *Sicut ovis quæ periit.*] Et in te solùm acquiesco pro pastore, ut me requiras. *Non sum oblitus.*] Licet erravi in multis afflictionibus, tamen non perdidi verbum tuum, sic Deut. 26. 5. *Syrus periturus*, idem.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 119.

Immaculati.] Ejus filii sunt post eum benedicti, dixit Solomo; Abrahamo dixit Deus, *Esto perfectus*, Gen. 17. Lex est perfecta, Psal. 19. & Deus in Deut. 32. Israel. in deserto erant perfecti; recipiebant legem, & non interrogabant quare? *Custodientes.*] Qui custodiunt præceptum illos præceptum custodiet, Prov. 4. *Etiam, vel, ira* אף.] Non est ira in illos, quia non operantur iniquitatem. BETH. *Viam ejus.*] Investigare quænam est antiqua via Abrahami, Jacobi, Esavi, Nimrodi, & quæ via prosperabatur. *In corde meo celavi.*] In cujus corde est lex Dei, imaginatio mala non habet in eum dominium, sic dixit Mosch, *Mitte verba mea in cor tuum, &c.* GIMEL. *Retribue* גמול.] Deus beneficia justis largitur innumerabilia, ut vitam, judicium, quietem, Psal. 103. &c. *Detege oculos meos.*] Deus arcana aperit, ut dixit Daniel, Dan. 2. & Nebuchad. Dan. 2. & Deus aurem Samuelis detegit, 1 Sam. 9. גר *peregrinus ego.*] Dicunt Rabbothenu dies brevis, opus multum, operarii pigri, merces magna, & paterfamilias urget. DALETH. *Ad pulverem.*] Sic dicunt filii Kora inclinat ad pulverem anima nostra,

stra, Psal. 44. 26. & Hanna, 1 Sam. 2. *De pulvere pauperem resuscitat. Præ dolore* מתוגה.] Id est, una calamitas alteram de die in diem subsequitur. *Afflixisti me* ותענני.] Quare percussisti me, investigavi. HE. *Instrue me.*] Tres sapientiam petebant, David, Solomo, 2 Paral. 1. Rex Messias, Psal. 72. 1. VAU. *Misericordia tua.*] Quam patribus nostris ostendisti, ut in Mica. 7. *Dedisti veritatem Jacobo. Qui contumelias in me accumulant.*] Dicentes Israeli, *Ubi est Deus vester?* ut in Deut. 32. Vel, dixit David, *Remove plagam tuam*, ob quam me derident (ut in Psal. 39. *opprobrium stulti.*) tunc os meum erit apertum (ad respondendum) quod nunc est obturatum. ZAIN. *Verbum tuum.*] Abrahamo, in Genes. 15. *Semen tuum erit sicut stella, &c. Derident me.*] Ut in Lament. 4. *Discedite immundi, &c.* & dicunt, ne observate sabbata, vel circumcisionem, &c. sed verba eorum sunt fœtum. CHETH. *Portio mea.*] Unusquisque ex Israele dicat quod ipse est à Deo, plusquam omnes Gentes, dilectus. TETH. *Bonus es* טוב.] In hoc mundo. Vel, patribus. *Benefacis* מטיב.] In futuro. Vel, filiis patrum. JOD. *Lætantur.*] Quando vident Regem suum in lege occupatum. *Judicia tua sunt justa.*] Quando ascendebat David in montem olivarum in fuga sua. *Cor meum perfectum.*] Ut in Psal. 51. *Cor mundum, &c.* cor exprobrat hominem quando peccat. CAPH. *Deficit anima mea.*] Ut in Jerem. 8. *Quia non sumus salvati. In fumo.*] Sicut dixit Daniel, *Multi examinabuntur, &c.* Dan. 12. *Puteos* שיחות.] Contra legem tuam, tu scripsisti, *Sanguinem pulvere operias*, illi vero effundunt sanguinem nostrum, sicut aquas, Psal. 79. 1. *Consumpsissent me.*] In diebus Mardochæi quando somnus Regis discessit. LAMED. *Stabilitur* נצב.] Per idem verbum cœli consistunt, quo primò erant facti, Psal. 148. *Ipse præcepit & stetit, &c.* MEM. *Meditatio mea.*] Ideoque mecum contra adversarios meos resistit, & est canticum meum, non onus. לי.] Id est, non occupatus sum in aliis libris, nisi in Lege. *Doctoribus meis.*] Illi in memoriam revocant legem Dei. *A senioribus.*] Ut Deut. 32. *Interroga seniores & docebunt te*, sicut seniores Israelis, in Exod. 59. NUN. *Lucerna.*] Justi in tenebris habent hanc in manibus Lucernam, ut in Prov. 4. *Juravi.*] David habuit mercedem præcepti, & juramenti. SAMECH. *Dilexi legem.*] Non eam ex compulsione, nec timore, sed amore adimplevi. *Clypeus meus.*] Sicut dixisti Abrahamo, Genes. 15. 1. *Impii.*] Doeg & Ahitophel, qui sunt mihi in lectione legis impedimento. *Fraus eorum.*] Discunt legem fraude, quia cor eorum est iniquitate repletum. *Scoria* סיגים.] Uvæ efficiunt סיגים quas in terram projiciunt. AIN. *Feci judicium.*] Quia Sion est redempta per justitiam, ut in Isai. 1. ערב.] Sis tu fidejussor quia nemo queat, ut Hezechia orat Isai. 58. & Job 17. quis etenim animam pro animâ reddere queat? *Misericordiam.*] Et non secundum opera nostra. ישרתי.] Id est, ditexi filios hominum, ideoque dirige me, *Operari* לעשות.] Fac legem quando deficiunt omnes, ut Psal. 12. 1. PE. *Mirabilia sunt.*] Quia quando dedit legem, per vocem eam promulgavit. *Aperui os meum.*] Sitio propter legem, sicut dracones propter pluviam, ut in Job 29. *Dispone semitas meas.*] Ut pedes ambulent ad sanctuarium ubi imaginatio mala non intrat, sed ad ostium jacet, Gen. 4. TSADDI. *Obliti sunt* שכחו.] Licet multiplicâsti in eos beneficia, tamen non recordati sunt legem tuam. *Parvulus* צעיר.] Elihu erat frater minor natu Davidis, 1. Paral. 2. ideóque David erat minimus non revera, sed in conspectu Saulis qui contempsit eum, & dedit filiam suam Paltio in matrimonium. KOPH. *Cum toto corde.*] Sicut dixit Samuel, *Si cum toto corde, conversi fueritis, &c.* 1 Sam. 12. 1 Sam. 7. aquas exhauriebant; effundunt cor suum ut aquas.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 119.

David in spiritu afflictionem Israel, prælium Gog, dolores Christi, & redemptionem prævidit. *Mandatum* מצוה.] Quæ removet scandala de viâ populi sui, ut in Deut. 7. *Non contrahes matrimonium —— ne peccare faciant filium tuum, &c. Lex* תורה.] Id est, pars speculativa legis à ירה. BETH. *Ne errare facias.*] Id est, non sit peccatum peccati pœna, ut in Psal. 69. *Adde peccatum peccato eorum. Statuta* חקיך.] Id est, rationem eorum. GIMEL. *Retribue* גמול.] Id est, curas mundanas pro victu, amictu, &c. evellas. *Vivam.*] Sine molestiâ. *Peregrinus* גר.] Est mihi tempus breve, in hac vitâ, ideò instrue me subitò. *Superbos.*] In re Peor, Num. 25. *Dedecus.*] Quia *pulchram illam formâ*, accepi, & filium rebellem genui, ut in Deut. 21. DALETH. *Ad pulverem* לעפר.] In Sela, 1 Sam. 23. In persecutione Saulis. *Annumeravi vias.*] In Keila & Ziclag, 1 Sam. 30. *Consului Urim.* HE. *Testimonia tua* עדותיך.] Ubi dicis; *Argentum non valdè multiplicabis*, Deut. 17. de rege. *In timore tuo* ליראתך.] Sic in Deut. 17. *Ut discat timere Dominum, &c. Opprobrium meum* חרפתי.] In re Bathshebæ. *Judicia tua.*] In re Absalom. & Shebæ. VAU. *In latitudine* ברחבה.] Non in expositionibus angustis. ZAIN. *Verbum tuum.*] In Genes. 49. *Non discedet sceptrum, &c. In afflictione.*] Per Shebam, 2 Sam. 20. *Superbi.*] Shimei, &c. *Ab impiis* מרשעים.] Ahitophel, & ejus consilio. *Peregrinationis meæ* מגורי.] Id est, in domo Barzillai. *Hoc erat mihi* זאת.] Id est, hæc afflictio per Absalom, quia juramentum meum de Solomon. observavi. CHETH. *Portio mea.*] Ut in Psal. 16. *Portio calicis mei. Funes peccatorum* חבלי.] Id est, servi Absalom. עותוני.] Id est, spoliarunt meam domum in Jerusalem. *Socius ego.*] Ut in Deut. 17. *Ne sit elevatum cor ejus, &c.* TETH. *Bonum fecisti.*] In reditu meo ad regnum. *Sicut lac* כחלב.] Id est, stulti sunt, dicentes, lex est Ænigma & parabola. *Afflictus eram* כי עניתי.] Quia in afflictione mea pro domo Dei thesaurizavi, ut in 1 Paral. 29. JOD. *Manus tua.*] Id est, media quæ tu ordinâsti. *Superbi.*] Ahitophel, &c. CAPH. *Pro salute tua.*] In desolatione primi templi. *Verbo tuo.*] Post 70. annos. *Defecerunt* כלו.] In desolatione secundi. *Puteos.*] Profundos & à veritate remotissimos. *Persecutores.*] Javan, & Ishmael. LAMED. *Secundum judicia tua* למשפטיך.] Id est, post diluvium, quum judicabas omnem carnem, abbreviati sunt mundi dies. *Finem* קץ.] Id est, medium

dium adipiscendi finem illum. *Super hostes* מאיבי.] Id est, Doeg & Ahitophel. *Verbum tuum* אמרתך.] In Deut. 17. *Ibis ad judicem in istis diebus, &c.* ab illo omnis divisio determinabatur. NUN. *Juravi.*] In Horeb, & in planitie Moab, Deut. 29. *Voluntarias oblationes* נדבות.] Id est, pauperibus & sanctuario. SAMECH. *Conculcasti.*] In desolatione templi. *Sicut scoria.*] In diluvio & Sodom. AIN. *Superbi.*] Gog & Magog. כל פקודי כל.] Id est, omnia mandata omnium seniorum sapientium sunt recta. PE. *Mirabilia.*] In Deut. 32. in Cantico Mosis sunt mirabilia multa. *Ostium* פתח.] Id est principium Cantici, *Rupes, perfectum est opus ejus, &c. Illuminabit.*] De justo judicio Dei. *Simplices.*] Id est, populum stultum, in Deut. 32. *Rivi aquarum.*] In captivitate, quia non est in manu mea peccatores emendare. TSADDI. *Justitiam* צדק.] Quando dicit lex, *Non accipies munus*, Deut. 16. *Lex tua veritas.*] Quæ dicit, quod *munus occæcat sapientes*, Deut. 16. COPH. *Salva me.*] In redemptione. *Ab initio* קדם.] Id est, à tempore in quo scripta erat lex & promulgata. RESH. *Salus.*] Christi, longe est ab impiis quia est illis sicut ignis, Mal. 3.1,2. *Adversarii* צרי.] Id est, Epicurei. *Initium verbi tui.*] Ante exitum Israel ex Egypto, dicendo, *Et illos in populum meum assumam.* SHIN. *Persequuntur.*] In prælio Gog. *Septies* שבע.] Id est, in captivitate. TAU. *Sicut ovis.*] Huc & illuc divagari coactus, ut decreta Gentium haud me apprehendant.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 119.

Ambulant in viis suis.] Non solùm evitant malum, sed etiam faciunt bonum, ut in Psal. 34. Midras, *Discede à malo, & fac bonum. Respiciam ad statuta tua.*] Vel ero in illis exercitatus, ut Isa. 17. 7. *Respiciet homo ad creatorem suum.* אחלי Aleph cadit; ut in אסוך. *Mirabilia.*] Expositiones mirabiles de lege tua. *Sum peregrinus.*] Brevis vitæ, ideóq; in lege tua me instrue, ut faciam eam antequam moriar, vel aliter, quando faciam illam? תאבה à מתאב in Amos. *Principes.*] Gentium terræ. *Adhæret pulveri.*] Sum propè mortem per manus Saulis. *Vivifica me.*] Sicut confidere me fecisti per manum Nathanis. *Numeravi vias meas.*] Peccata mea, ותשאותי, ut Prov. 31. *Vias domus ejus. Stillat.*] Id est, languet & consumitur anima mea, sicut guttæ. *Custodiam eam vestigiis meis*, vel, *in omnibus ejus semitis legem custodiam.*] Ut Cant. 1. 8. *Sequere vestigia gregis*, עקב, in ling. extra שראצש. *Confirma verbum tuum.*] Per Nathan Prophetam de regno meo, & remissione peccati mei, ut ego & semen meum te pertimescant. *Judicia tua sunt bona.*] De restitutione quadruplicites, 2 Sam. 12. *Nomen tuum in nocte.*] In afflictione. *Funes impiorum.*] Id est, confœderationes, ut 1 Sam. 10. 5. *Societas Prophetarum. Aucti sunt contrà me adhuc.*] עודנו à עוד adhuc, vel spoliant me à עד, Menachem. *Antequam eram afflictus*, vel, *respondebam.*] Ut discipulus in domo Midrash, ut Mal. 2. 12. *Præceptorem & respondentem*, id est, discipulum, idem, à עונה. Vel *antequam respondebam.*] Ad tua præcepta, & doctores meos exaudiebam. *Ut Discerem legem tuam.*] In afflictione, & labore multo didici eam. *Redibunt ad me.*] Sanhedrin erat à Davide separatum quando erat leprosus, ut dicunt in Psal. 38. & 39. *Sicut uter.*] Ex pelle factus qui fumo exarescit. *Non secundùm legem tuam.*] Quia Moabita, non Moabitissa excluditur, Deut. 23. 3. Non est in MS. *Si non respexissem ad verbum tuum.*] Vel, collocutus essem, in Targum שועין pro שעגה. *A doctoribus meis,—— A senioribus—— &c.*] Disco ab omnibus, senibus, juvenibus, amicis, & inimicis (Derash de Doeg, & Ahitophel non est in MS.) hoc ab uno, illud ab alio didici. vers. 98, 99, 100. sic Mem sumitur, in vers. 104. מפקודיך. *Sicut Lucerna.*] Quę custodit à puteis, sic est lex tua. *Adimplere statuta tua ad finem*, vel, *in vestigiis meis.*] עקב. נעניתי.] Id est, sum dejectus valdè sicut unus mortuus (à עני) *vivifica me.* נעויתי.] Est Phrenesis in Mischech, עוית. Non est in MS. *Vanas opiniones.* Ut 1 Reg. 18. 21. *Inter duas opiniones*, סעפים significat *cogitabundi*, סעיפים *cogitationes.* ערב.] Id est, contra malum sis pro me fidejussor. *Ut Cognoscam* ואדעה *tempus operari pro Domino.*] Ut impii qui irritam fecerunt legem tuam revertantur per pœnitentiam & operantur Domino: est conjunctum priori versu. Vel, *Tempus statuere.*] In studium legis, est irritam facere legem, quia omnibus horis operam legi navare oportet. *Reputavi omnia præcepta tua recta esse.*] A ישר. *De omnibus.*] In lege tua mandatis. *Mirabilia.*] Ut merces illa, nidum volucris dimittendi, in Deut. *Introitus verbi tui dat lucem.*] Ut in principio, Genes. 1. *Dixit Deus fiat lux.* Vel, primum præceptum, in Exod. 20. *Ab oppressione* אדם] à concupiscentia mala homines opprimente. *Parvulus & contemptibilis.*] David loquitur de seipso, vers. 141. *Vigilias noctis.*] Tertia parte noctis erat David in lege usque ad mediam noctem excercitatus, tunc surrexit, ut gratias in canticis ageret. *In verbo tuo.*] Circumcisione. *Septies in die.*] Bis ante lectionem legis קרית שמע mane, & semel post eam, & vespere similiter. Est in MS. *Propter justa judicia tua.*] Expositionem legis. תען.] Semper significat *Vocem elatam*, ut in Deut. 27. *Respondebunt Levitæ, &c.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 119.

Qui quærunt eum.] Instructionem suam. *Statuta tua.*] Decreta, ut Psal. 148. *Statutum dedit illis. Custodire illam viam, ut verbum tuum.*] Id est, ut verbum tuum illum dirigit. (*Meditabor*, vel colloquar de præceptis tuis.) *Anima mea concupiscit.*] גרסה. *Vivifica me.*] Sana me, ut in Isai. 38. *Et sanatus erit. Numeravi vias meas.*] In oratione sum confessus, & preces meas audivisti. *Non ad lucrum.*] ממונא, Cald. ut in Hab. 2. *Quæstum*, idem, & Job 27. *Licet lucretur*, idem. *Est ex timore tuo.*] Vel ducit me ad timorem tuum. *In latitudine.*] Legis tuæ. *Hoc est mihi.*] In Justitiam, ut Deut. 6. 25. *Hæc erit justitia vestra. Horror.*] Timeo impios hosce, ne malum in me, & alios operentur. *Cogitavi vias meas.*] Eas emendare. *Congregabant contrà me.*] עודנו à עדה. *Cor eorum.*] Imaginatio mala. *Millia.*] Talenta auri. *Convertent ad me.*] Ad doctrinam meam. *Sicut uter in fumo.*] Illic suspensus. *Non secundùm legem tuam.*] Id est, non præcepisti, sed prohibuisti, ut Deut, 4. 23. *Non*

præ-

præcepisti. Sunt servi tui.] Facientes voluntatem tuam, ideóque credo in veritatem verbi tui. סעפים, id est, qui cogitant vanas cogitationes, Cald. ut Prov.6. *Deus detestatur cor quod machinatur, &c. Omnem viam falsam.*] Viam omnem falsò agenti. *Dolus eorum est falsitas.*] Doctrina, quâ decipiunt alios, est falsa, & eos decipiet. *Tempus est operari Domino.*] Voluntatem suam adimplere. *Irritam fecerunt legem.*] Scil. discipuli legis. *Omnia præcepta tua*, scil. *omnia esse recta.*] כילהון Cald. dicit *Omnia* bis, ad confirmationem. *Illuminat.*] Obscuros, השוכיא Cald. scil. illos qui sunt in tenebris afflictionum. *Spiritum attraxi*, vel, *didici instructionem.*] אלפית Cald. quæ est quasi spiritus oris sapientis. *Vigilias.*] Matutinas & vespertinas, ut de verbo tuo colloquerer. *Contendebam cum illis.*] אדיינית Cald. ut Nehemia contendebat cum Judæis de usura, in Nehem.5.1.2.&c. & Nehem. 13. de Sabbato, & nuptiis alienigenarum. *Non erit illis scandalum.*] In sæculo futuro. *Pax magna.*] In hoc mundo.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 119.

Grande Alphabetum. *Nullam iniquitatem.*] Duo sunt, Hos.7.1. ubi שקר reperitur. *Præcepisti.*] Quatuor sunt plena, *Omnia qua præcepisti facere.* Et Lam.1.10. *Præcepisti dicendo non intrabunt, &c.* Israel prophanabat verbum Dei, & Deus Sanctuarium Israel prophanabat: Et duo sunt cum Vau, unum plenè, & unum defectiv. Num. 27. 20. *Præcipe illi.* BETH. *Verbum tuum abscondi.*] Supra thesauros: Tria sunt, Job. 23. 12. *Supra panem*, Cant. 7.13. *Pro te abscondi. Declaravi.*] Duo sunt in Psal. ver. 26. *Vias meas declaravi*, id est, per legem. ערותיך sunt novem versus qui pronunciant Vau, 1 Paral. 29.19. *Solomoni filio meo*; & octo sunt in Alphabeto, (uno solo fine Vau in ver. 138.) ut 31, 36, 99, 144, 157. & symbolum est פ'ר'ץ ב'ן ר'מ'ה quælibet litera continet Psalmi octonarium, in quo singuli versus reperiuntur. GIMEL. *Ut vivam*] à morbo meo; quatuor sunt, 2 Reg. 1.2. *Vivam?* Et Job. 9.16. Psal. 118.17. *Non moriar, sed vivam.* Et cum Vau, ואחיה *Da mihi intelligentiam, & vivam. Volve aculeos meos.*] Tria sunt initium versus in ver. 20. *Remove opprobrium. Maledicti sunt illi.*] Loquuntur dulcia, sed odio me persequuntur: Tria sunt plena, Jos. 9.25. *Estis maledicti*, 1 Sam. 26.19. *Maledicti sunt.* DALETH. *Liquefit.*] In lachrymas; duo sunt; Job. 16. 20. *Oculus meus stillat lachrymas*, id est, sub contumeliis amicorum. HE. *Post præcepta tua.*] Sex ita scribuntur, 45, 56, 87. &c. observa, & ne deferas ea. VAU. *Qui exprobrat me.*] Ob peccata juventutis: Tria sunt, Prov. 27. 11. *Respondebo, &c.* Job. 29. 4. *In diebus juventutis*, vel, *opprobrii mei*, ut Jer. 31. 19. *Opprobrium juventutis.* Punctatur posterius cum Cametz Hateph, duo posteriora cum Holem. ZAIN. *Consolatio mea.*] In angustia: Duo sunt, Job. 6. 10. CHETH. *Portio mea.*] Duo sunt initium versus 'ק'ל'ח, Lament. 3.24. *Dominus est portio mea. Supplicavi faciem tuam.*] Duo sunt, 1 Sam. 13. 12. *Non supplicassem faciem Domini.* ...ח à principio libri ad grande Alphabetum est hoc modo scriptum, ab hoc usque ad finem libri, ...ח exceptis 3. locis hic, 29. & 132. ver. TETH. *Et scientiam.*] Sunt quatuor, tria cum Cametz, Isa. 33. 6. Prov. 22. 20. *Scripsi in scientia*, Eccles. 1. 16. *Vidit multum. Et benefacis.*] Duo sunt, unum defectiv. Ezech. 33. 32. כחלב non est amplius, & unum est cum accent. in ultima, & sunt de Alphabeto singularium quæ habent Caph in initio, in magna Masora &c. JOD. *Deliciæ meæ*] Quinque sunt defectiv. in Alphabeto, 24. 77, 92, 143. ver. Deliciæ legis omnes tribulationes superant, & in ver. 174. symbolum est ...צ'ל'ג'ר, & in Cethubim est vox alia in Prov. 8. 31. *Deliciæ meæ cum filiis hominum.* CAPH. *In fumo*, vel, *vapore.* Non est amplius, & unum est כיטור, Psal. 148. 8. *Nives & vapor.* LAMED. *Fidelitas tua.* Sunt omnia plena exceptis septem sine Vau, Num. 12. 8. *Similitudinem*, vel, *fidelitatem Dei*, Deut. 32. 20. 1 Sam. 26. 23. 1 Reg. 12. 15. Isa 26. 2. & unum est defectiv. sine Jod in Gen 15. *In justitiam*, vel, *fidelitatem. Omnis perfectionis.*] Tria sunt, duo cum He, & unum cum Aleph, Psal. 40. 11. *Non cohibebis, &c.* 1 Reg. 17.14. *Non deficiet.* MEM. *Intellexi magis.*] Duo sunt, unum scribitur cum Samech, 1 Sam. 26.21. *Stultè feci.* Qui cupit esse sapiens, sit primò stultus. *Cohibui.* Duo sunt, unum scribitur cum Jod, Psal. 39.10. *Consumptus sum.* Afflictiones cohibent à peccato. *Palato meo.*] Tria sunt, Psal. 137.6. *Adhæreat palato*, Cant. 2.3. *Fructus ejus*, id est, verbum suum *erat dulce, &c.* NUN. *Pedibus meis.*] Duo sunt, Gen. 30. 30. *Post adventum*, id est, pedis mei. *Statuam illud.*] Sunt octo Vavin cum Cametz octies in Alphabeto variantur, ver. 52, 55, 59, 106, 131, 147, 158, 167. symbolum est ו'ז' ח'נ'פ'ט ר'ש'. Ingens est in custodienda lege, convertendo à malo, & observando Dei fœdere consolatio. נעניתי.] Duo sunt in duabus significationibus, Ezech. 14. 2. *Respondebo illi*, id est, per plagas meas. *Gaudium cordis mei.*] Duo sunt, Psal. 51. 12. *Gaudium salutis tuæ.* SAMEC. *Cessare facis.*] Duo sunt, Psal. 89 44. *Cessare fecisti omnem splendorem ejus*, scil. propter peccatum. AIN. *Feci judicium.*] Tria sunt initium versus, Eccles. 2. 5. *Feci hortos*, & in ver. 6 primò fac judicium. ערב.] Observa signum סימן; grande Alphabetum in omni versu habet unam ex his decem vocibus, משפט חוקים אמרה מצוה פקוד עדות דרך צדק חק דבור quæ respondent ad decem verba legis, Deut. 5. sed hic versus est absque una ex prædictis. *Omnia præcepta tua.*] Unus duorum in Alphabeto versuum, qui ex decem vocibus coagmentantur. PE. *Simplices.*] פתיים duo scribuntur plenè in Prov. *Simplices castigantur*, prima libri; & duo scribuntur cum Jod unica, Prov. 1. 22. *O simplices*, Prov. 1. 32. reliqua scribuntur cum Aleph, פתאים. *Flumina aquarum.*] Tria sunt initium versus, Lament. 3. 48 *Oculus meus stillat*. Prov. 21. 1. *Cor regis, &c.* TSADDI. *Justus es.*] Duo sunt, Jerem. 12. 1. *Justus es tu Deus. Diligit eam vehementer.* Duo sunt, 2 Sam. 13. 15. *Quo dilexit eam.* COPH. *Praveni.*] Duo sunt, Jonæ 4. 2. *Preveni fugere. Judicium tuum.*] Quinque sunt defectiva, 1 Reg. 20. 40. *Sic est judicium tuum*, Psal. 37.6. *Judicium tuum*, Psal. 119. 43. Et in ver. 177. *Judicia tua.* Fac judicium secundùm Dei judicia. *Fundâsti ea.*] Sicut terra; duo sunt. RESH *Argue.*] Omnia sunt plena, sex exceptis, Exod. 23. 2. Amos 7. 4. Job. 29. 16. *Causam, &c.* Prov. 25. 5.

Contendere, &c. Job. 31. 13. Deus ipse in ψευδολόγ-τυρα contendet. SHIN. *Lator.*] Quatuor sunt, Deut. 28. 63. *Latabatur Deus*, Deut. 30. 9. Isa. 64. 5. Et unum scribitur cum Samech, סס Isa. 51. 8. *Vermis*, & unum cum Vau, Isa. 66. 14. *Letabitur cor vestrum.* TAU. *Eloquetur de verbo tuo.*] Duo sunt, Prov. 26. 4. *Ne respondeas stulto. Vivat anima mea.*] Duo sunt, 1 Reg. 20. 32. de Benhadad.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 119.

Cantabunt hunc Psalmum in die Dominico. Chrysost. Dionys. continet Ogdoadas 22. (Sunt Pindari & aliorum ogdoades. Nem. Pindar. Od. 2.) *Cum toto corde.*] Ut Josia, 2 Reg. 23. 25. *Non qui operantur iniquitatem in viis ejus ambulaverunt*, Theo.] Scrutantur, non ut rectè vivant, sed ut sciant, non quærunt ipsa testimonia, sed aliud per ipsa. S. Aug. *Iniquitatem.*] Erga homines. *Utinam via mea essent stabilita.*] Ut semper serviam tibi. *Usq; valdè.*] Ne peream, S. Aug. *Quomodo juvenis mundabit viam?*] Pueri à teneris annis sunt militiæ & vitæ laboriosæ assuefaciendi,

Horat. Od. 2. Lib. 3.

Angustam amici pauperiem pati,
Robustus acri militiâ puer
Condiscat ———
Vitamq; sub dio, & trepidus agat
In rebus ———
Dulce, & decorum est pro patria (& Deo) *mori,*
Mors & fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis juventa
Poplitibus, timidoq; tergo.

Cum perfecto corde.] Ut cor Asæ erat perfectum, & Hezechiæ in cultu Dei, 2 Paral. 15. 17. *In labiis pronunciavi.*] Corde creditur, ore fit confessio, S. Aug. sic cohærent versus. *Sum peregrinus.*] Brevis vitæ, ideo illumines citò meos oculos,

Horat. Lib. 2. Od. 14.

Eheu fugaces Posthume, Posthume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & instanti senectæ,
Afferet, indomitaq; morti.

Pavimento.] Adhærere terrenis, mors est animæ, S. Aug. *Viam mendacii.*] Ut Apoc. 22. 15. *Qui diligit & facit mendacium. Vanitatem.*] Res vanas, Idola, 1 Reg. 12. 21. *In timore tuo.*] Spiritu timoris filialis, S. Aug. *Ambulabam in latitudine.*] Vulg. in prosperitate extra angustiam afflictionum, ut in Psal. 4. *Dilatâsti me.* Vel, in charitate diffusa, Rom. 5. S. Aug. Vel dicit, *Dilatâsti cor meum*, facilitatem dedisti, Theod. *In seculum seculi.*] Charitas nunquam deficit, 1 Cor. 13. S. Aug. *Levabo manus meas.*] Orando pro auxilio tuo in servandis præceptis tuis, 1 Tim. 2. 8. *Levantes puras manus.* Vel, jurabo ea custodire, ut Ezech. 20. 15. *Levabat manum suam* & jurabat. Vel, actiones manuum mearum secundùm tua præcepta dirigam, S. Aug. in operatione, *Horror*, vel, *tempestas.*] Ut Psal. 11. 6. idem. *In domo peregrinationis meæ.*] Hoc mundo, ut antè dixit, *Sum peregrinus ut omnes patres mei*, Psal. 39. *Hanc legem habeo.*] In consolationem meam, quia observavi eam, ver. 56. Vel, *Hæc facta est mihi.*] Vulg. hæc lex est regula vitæ meæ, & est quasi lex mea, ut in Psal. 1. *In lege sua*, lex Dei dicitur lex sua, quia meditatur in eam, R. David. *Funes.*] Implicant corpus, non animam, S. Aug. Vel insidias, ut Isa. 5. *Iniquitatem sicut funiculo*, Theod. *Mediâ nocte.*] Nocte afflictionis, S. Aug. *Funes peccatorum.*] Sum undique peccatis meis vinctus, tamen legem tuam custodio. *Particeps sum.*] Unius fidei & charitatis cum illis, ut Tit. 1. 4. κοινὴν πίστιν, & in Heb. 2. vocat eos *fratres*, S. Aug. *Fabricant in me mendacium.*] Consuunt mendacia mendaciis, ut Psal. 50. 19. idem, id est, multiplicant mendacia, Vulg. *Cor eorum est coagulatum.*] Obduruit, S. Aug. ut cor Pharaonis, Theod. insensibile est, ut Act. 28. 27. *Cor populi hujus est incrassatum* per infidelitatem. Est prima statio in Græc. *Plasmaverunt*, vel, *magnificaverunt me*, ver. 73.] Ut 1 Sam. 12. 6. *Exaltavit Mosen*, idem. *Puteos foderunt.*] Fabulationes vanas, Vulg. quia mala consilia sunt sicut fovea, à שיח *verbum*, vel *cogitatio*, Amos 4. ult. Vel, foderunt cogitationes in me. *Ut uter in pruina.*] Durescit & contrahitur, sic aliqui mœrore, Theod. *Sunt servi tui.*] Verbum tuum in cœlis est firmum, adimpleatur mecum sicut dixisti, Jer. 31. 36. Secunda statio in Græc. *Omnis consummationis vidi finem.*] Ver. 96. Non est fœlicitas & latitudo infinita, nisi in verbo tuo, ut Eccles. 12. *Timeas Deum, & serva mandata ejus. Latum mandatum.*] Charitatem, ab ea pendent Lex & Prophetæ, S. Aug. *Juravi, & custodiam.*] Sic Josia jurabat cum tota Ecclesia, 2 Paral. 35. 5. *Voluntaria oris mei.*] Ver. 108. vota & juramenta. Vel laudes, S. Aug. ut Apoc. 19. 1, 2, 3. *In manibus meis.*] Vel tuis, S. Aug. manibus Dei; sic plures codices legunt, S. Aug. *Hæreditate acquisivi.*] Ut in Deut. 33. *Legem quæ est hæreditas*, à patre, scil. ad filios relicta. *Propter retributionem.*] Id est, custodia præcepti tui est ex se merces magna, ut Psal. 19. à עקב Gr. Vulg. *Iniquos odio habui.*] Qui in legem tuam sunt rebelles, vocantur τὰ σκάνδαλα in Matth. 13. Dicit *Odivi*, quia virtus homines terrenos spernit, nec à profano populo petit honores.

Horat. Od. 2. Lib. 3.

Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures
(Insigne Magistratus.)
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via:
Cœtusq; vulgares, & udam
Spernit humum fugiente penna.

Fraus eorum est mendacium.] Et decipiet eos. Vel, dolosæ eorum traditiones sunt mendacia, ut 2 Thess. 2. *Credere mendaciis.* Vel, prævaricatio eorum contra me est injusta, Vulg. id est, mendacia in me loquuntur. *Confige clavis.*] Crucifige carnem meam, S. Aug. *Sis fidejussor meus.*] In hoc versu solo est, nec via, lex, testimonium, aut similia; ubi lex deficit, ibi Christus est κρείττονος διαθήκης ἔγγυος, Heb. 8. *Tempus faciendi.*] Vulg. tempus est facere legem & justitiam in impios, quando impii illam irritam faciunt. Vel, tempus mittendi Filium Dei, S. Aug. Vel, *tempus faciendi legem tuam.*] Non permittunt nos impii tempus aliquod in quo legem tuam observemus, ver. 126. *Ad omnia mandata tua direxi.*] Gr. vel in viis meis per mandata tua dirigebar, Vul. *Declaratio.*] Id est, expositio verbi tui illuminat, Gr. Vulg. ver. 130.

Os

Os meum aperui.] Ad legem tuam, desiderando eam, ut Job 29. *Os eorum aperuerunt*, pro doctrina mea; sicut pro rore, vel aere, & Psal. 81. *Aperi os tuum.* Tertia statio in Græc. *Non custodierunt.*] Ipse non custodi legem tuam cum oculis meis, Græc. vers. 136. *Exscidit me zelus meus.*] Id est, hostes mei exscindunt me propter zelum meum. *Præveni in crepusculo.*] vers. 147. sic Lament. 2. 19. *Inclama in principio vigiliarum. Multi sunt persecutores mei.*] Et omnes qui vivunt εὐσεβῶς, passi sunt persecutionem, 2 Tim. 3. *In immaturitate.*] In nocte, tempore immaturo pro operibus, S. Aug. *Supersperavi.*] Vers. 147. Vulg. sic ὑπερνικῶμεν, in Rom. 8. *Plusquam victores. Initio cognovi.*] Ἀπὸ βρέφους, ab infantia hoc in sacris literis didici, ut 2 Tim. 3. ult. *Tabescebam.*] Vel, detestabor eos, Vulg. à נקטו, Ezech. 6. 9. *Detestabuntur seipsos. Principium verborum tuorum veritas.*] Id est, stabilia sunt verba tua à primo ad ultimum. *A verbis tuis formidavit cor meum.*] Vulg. non à principibus illis. *Septies in die.*] Semper, S. Aug. Vel, mane, vespeti, & meridie, ut Psal. 55. & bis ante cœnam (similiter prandium) Christus benedixit εὐχαριστήσας & ὑμνήσαντες, Matth. 26. *Eructabunt labia mea.*] Sicut ex ebulliente fonte, semper & hilariter, Vulg.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 119.

Meditabor.] Vel, disputabo, Ital. Hisp. *Hablará ò meditará. Adhæret pulveri* Ital. Bruc. עפר.] Id est, pavimento, 2. Ang. MS. Gal. *Terre.* Vel, sepulchro, Ital. *Dilatabis cor meum.*] Quod ita angustium est, ut intrare bonum nequeat, Ital. *In secula seculorum.*] Hisp. Ang. MS. *Sempre, sempre*, Ital. Bruc. Vel, propter mercedem, Ital. Gal. Vulg. *In latitudine* ברחבה.] Id est, in pace conscientię, Ital. *In domo habitationis meæ.*] Ital. Bruc. *Nella casa delle mie habitationi*, id est, quando sedeam in domo mea de testimoniis tuis coram filiis meis colloquar, ut in Deut. 6. *Judicia tua.*] Super impios, Hispan. *Sicut lac.*] Ang. MS. Gal. *Le laict*, Ang. MS. Em. Coll. Cant. Denotat prosperitatem, Ital. Vel, *Come lardo ingrasso il cuore loro*, ut porcus incrassatum est eorum cor. *In fumo, vel, gelu.*] 2. Ang. MS. id est, exsiccatus per febres. Ital. *Essiccato.* Ital. Bruc. *Otre nel fumo*, Hispan. Gal. *En la bruine. Vivam.*] Quia vita sine scientiâ non est vita, Ital. סעפים.] Impii qui malè cogitant, Ang. MS. Gal. *Les iniques.* Vulg. Ital. Bruc. *Dicattivi cogitationi. Operaris*] Est defendere populum tuum. Hisp. *De defender tu pueblo. Attraxi spiritum.*] Ang. MS. Spiritum Prophetiæ. *Septem.*] Id est, multis vicibus. Ital. Hisp. *Muchas vezes.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 119.

Pronunciavi omnia.] Sine timore aut pudore οὐ ὑπεστειλάμην, in Act. 20. ait S. Paulus. *Exercebor*, vel, *ambulabo.*] Vulg. Gr. à שוח, in Genes. 24. *Ambulare inter arbusta.* In Ab. Ezra. *Retribue servo tuo, vivifica me.*] Gr. Vulg. dicit, *Retribue*, quia leges tuas custodivi, & mercedem hanc Deus promisit, in Levit. 18. *Qui facit ea vivet in illis. Pulveri*, Lat. MS. vel, *Pavimento.*] Vulg. Gr. ut in Isai. *Posuisti tergum tuum ut pavimentum. Vias meas*, vel, *tuas ennunciavi.*] Vulg. Gr. Arab. Ethiop. id est, peccata mea, & tu remisisti ea. Vel, necessitates corporales & spirituales, & tu supplendo respondebas. *Adhæsi testimoniis tuis.*] Licet adhæsit anima mea pavimento. *Cum dilatasti cor.*] Lætitia, ut Isai. 60. *Dilatabitur cor tuum. In manibus tuis.*] Gr. Arab. Ethiop. vel, *Meis.* Heb. *Supersperavi.*] Vulg. Gr. id est, in spe super spem, ut Abraham, Rom. 4. *In seculum.*] In hoc sæculo & futuro. עקב. Id est, *Custodiam eam per vestigium.*] Lat. MS. quasi ipsa vestigia legum tuarum observabo & persequar. *Ambulabam in latitudine.*] Cum læto corde, ut in Prov. *Cor latum* est convivium. *In humilitate mea.*] Vulg. Gr. Humili mea conditione. *Horror.* Lat. MS. vel, *defectio.*] Gr. Vulg. deficit spiritus meus præ timore. *Hæc facta est mihi.*] Vulg. Gr. hæc lætitia, de qua dixit, *Cantica, &c. Non sum turbatus.*] Vulg. Gr. ab יהמיון, in Psal. 39. in vanum turbantur. *Funes me implicaverunt*, Lat. MS.] Id est, laquei quos impii pro me posuerunt. *Multiplicata est.*] Eo magis nocent mihi quia servio tibi. *Uter in pruina.*] Gr. Vulg. pruina inutilem illum fecit, vel, ut uter in fumario, Lat. MS. *Perseverat dies.*] Gr. Vulg. series diei & noctis manet. *Super inimicos.*] Gr. Vulg. quia scriptura docet omnem subtilitatem, ut in Prov. 1. 2, 3, &c. עקב, id est, propter æternam retributionem, Lat. MS. *Cogitatio eorum est mendax*, Lat. MS. vel, *injusta.*] Gr. Vulg. תרמיתם, ut à רמיון, imaginatio, Daleth pro Resh, ut Jerem. 2. אעבר & בידור, in Job 15. in R. Sol. *Scoriam*, Lat. MS. vel, *Prævaricantes reputavi.*] Gr. Vulg. השבת, verti in animo à שוב, vel à חשב, He pro Cheth, ut in מבחלה, in Proverb. & multa alia in Masora, & Jod deficit, & סוגים à נסוגו, in Psal. 52. *Non custodierunt*, Lat. MS. vel, *non custodivi.*] Gr. Arab. Ethiop. ἐφύλαξα. *Surgebam adhuc in tenebris.* Lat. MS. Heb. נשף, in Psal. 139. *Obtenebrabit me*, idem. *En alborada*, Hisp. Ferraræ, in vigiliis. *Confige in timore tuo.*] Vul. Gr. סמר à מסמרות, *Clavi fixi*, Ecclesf 12. *Mandasti justitiam.*] Sunt justa & vera. *Principium*, vel, *caput verbi tui est veritas.*] Lat. MS. id est, sectio omnis verbi tui, sic Psal. 40. *In capite libri scriptum est.* Heb. ראש. *Pronunciabit lingua mea.*] Gr. Vulg. φθέγξαιτο, & docebit aliis verba tua.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 119.

In quo, vers. 91. deficit in Syr. Par. Edit. & ver. 172. est transpositus. Initium meditationis in sublimitatem Dei, Par. Edit. OLAPH. ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܫܡܠܝܐ ܕܒܐܘܪܚܐ ܘܗܠܟܝܢ. *Integri via.*] Qui in omnibus viis suis inculpati, Syr. דלא מום, velut Zachariah & Elizabetha, in Luc. 1. 6. *Servare — valde.*] Syr. ܪܘܪܒܐܝܬ, ררבאית, id est, super omnia, ut in Prov. 4. *Suprà omnem custodiam custodi cor tuum. Ne derelinquas me in æternum.*] Syr. ܠܐ ܬܫܒܩܢܝ ܠܥܠܡ, לעלם, Heb. לעד מאד. BETH. *Ne sinas me vagari.*] Vel, errare in intelligentia præceptorum tuorum, quandoquidem cum toto corde meo eam quæro. *Doce me statuta tua.*] In quibus beatitudo tua, id est, quam habebo tecum, elucet. *Respiciam*, vel, *video & cognosco semitas tuas.*] Syr. ܒܪܢܝܬܐ ܕܡܠܬܟ, יורית, id est, per meditationem in verbo tuo. *De-*

 lecter,

lector, vel, *mediter in lege tua.*] Syr. רנית, ܪܢܝܬ. Heb. à שעה, *aspicere*, in Genes. 4. 5. Vel, *Loquar de statutis tuis.*] A שעא, in Syr. GOMAL. *Benignè ago*, vel, *respondo servo tuo.*] Syr. עני, ܥܢܝ ܠܥܒܕܟ. *In terram*, vel, *peregrinus* [*tecum.*] Syr. עמך, ܥܡܟ ܥܡܘܪܐ ܐܢܐ, id est, in domo tuo habito ad ediscendam legem tuam, Vel, sicut in Psal. 49. *Sum tecum peregrinus, &c. Erumpit*, vel, *delectatur.*] Syr. צבת, ܨܒܬ ܢܦܫܝ ܘܐܬܪܓܪܓܬ. Heb. גרסה. *Superbos*, vel, *nationes.*] Syr. ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܫܒܝܚ̈ܐ, Id est, Gentes superbas. *Principes*, vel, *improbi sedebant.*] Syr. ܫܠܝܛܢ̈ܐ ܥܘܠܐ, Id est, principes improbi in porta synedrii pro more, Ruth 4. 1. R. David. *Loquebantur.*] In cordibus suis, id est, meditabantur contra me, Syr. *Homines consilii mei.*] Id est, cogitationes meæ meditantur de illis, Syr. ובתרעיתא, ܘܒܬܪܥܝܬܐ. Vel, *Inter homines.*] Id est, per ea præcepta diriguntur. DOLAD. *Præ mæstitia*, vel, *per cogitationes.*] Quæ me disturbant. Syr. ברניא, ܒܪ̈ܢܝܐ. תיגה ab הגא, *cogitatio*, in Psal. 90. *Posui*, vel, *adæquavi præcepta tua.*] In corde perfecto. Heb. שויתי, velut in Esther 5. 13. Vel, *Delectatus sum in eis.*] Syr. צבית, ܨܒܝܬ. *Dilataveris*, vel, *latum feceris cor meum.*] Syr. ܘܠܒܝ ܘܐܦܬܝܬܝܗܝ, ודחיתני, Tristitia coarctat cor. HE. *Servabo ea usq; ad finem, istam ob causam.*] Quoniam me doces ea. Heb. עקב, velut in Deut. 7. 12. (Non est in Syr.) *Non ad quæstum*, vel, *munera.*] Syr. oculi enim Judicis occæcati sunt per munera, & legem videre nequeunt, in Exod. 23. 8. & in 1 Sam. 12. 3. *Ad occæcandum oculos meos.* Syr. MS. למתנא, ܠܡܘ̈ܗܒܬܐ. Syr. Par. Edit. ܠܡܬܠ̈ܐ, ad fabulas non rectè. *Qui est ad timorem tuum.*] Te timet. *Judicia tua bona sunt.*] Et nullum opprobrium in illa attendit. VAU. *Verbum veritatis.*] Syr. ܘܥܡ ܟܕܒ̈ܐ ܠܐ ܬܡܢܝܢܝ, inter mendaces ne connumerer, fac ut executionem judiciorum tuorum intuear. ZAIN. *Deriserunt*, vel, *oppresserunt.*] Syr. אלצוני, ܥܠܘܒ ܠܐ ܐܠܨܘܢܝ. Heb. הליצוני, quia oppressio est reale opprobrium, sic 1 Sam. 31. *Ne derideant me*, id est, *occidant. Horror*, vel, *dolor.*] Syr. במרירותא, ܒܡܪܝܪܘܬܐ, id est, cruciaverunt & oppresserunt me. *In nocte.*] Super lectum meum, velut in Psal. 4. 5. *Dicite in cordibus vestris super cubilia vestra. Hoc erat mihi, vel, consolationem accepi.*] Syr. ܘܐܬܒܝܐܬ. CHETH. *Media nocte surgam.*] In Ritual. Syro Charactere, & lingua Arab. sunt orationes mediæ noctis, ܨܠܘܬܐ ܕܠܠܝܐ, Pag. 49. est Trisagion, ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ ܕܡܠܝܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܡܢ ܫܘܒܚܗ. Terra & cœlum implentur gloria tua, ô sanctissime, quam magnum est nomen tuum, ô Rex noster, laudetur majestas tua, ô Domine noster, tibi gloria à nobis omnibus, &c. Et pag. 68. Celebramus te liberatorem justorum, ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟ ܦܪܘܩܐ ܕܟܐܢ̈ܐ, Laudamus te qui illuminas tenebras, &c. ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟ ܡܢܗܪ ܚܫܘܟܐ. Et pag. 69. Est Sol qui non obscurabitur, ܫܡܫܐ ܕܠܐ ܚܫܟ ܘܙܠܝܩܘܗܝ ܠܐ ܡܬܟܣܝܢ, & radii non teguntur, ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. Tibi laus nocte dieque, &c. Laudabunt te mecum Angeli in cœlis & homines in terra, & in fine, ܐܡܝܢ, Oration. pro media nocte, bis ܩܘܪܝܠܝܣܘܢ, id est, Kyrie eleeson, Κύριε ἐλέησον. *Funes improborum implicaverunt me.*] Syr. ערזלוני, ܥܪܙܠܘܢܝ. Heb. עודוני à עוד, *adhuc. Ob judicia tua ô justissime.*] Syr. ܟܐܢܐ, ô Deus juste. TETH. *Errabam*, vel, *credebam.*] Syr. הימנת, ܗܝܡܢܬ. Heb. שגג, id est, credidi quod non potuissem errare. *Concinnaverunt*, vel, *multiplicatur iniquitas jactatorum.*] Syr. סני, ܣܓܝ ܥܘܠܐ ܕܡܫܬܒܗܪ̈ܢܐ. Heb. טפלו, id est, assuunt peccatum peccato; *Quasi funibus plaustri protrahunt illud*, Isai. 5. Sic ait Job, *Assuis peccatum meum*, id est, *addis peccatum peccato meo*, ut in Psal. 69. *Adde iniquitatem eorum iniquitatē. Cor eorum coagulatum est velut lac.*] Syr. ܚܠܒܐ, חלבא, Arab. Rom. Neb. & durescit, velut caseus. *Delectatio mea*, vel, *servavi legem tuam.*] Syr. ܢܛܪܬ ܢܡܘܣܟ, נטרת, non sum hebes intelligentia sicut illi. JUD. *Pudefiant scelesti, qui scelere me humiliaverunt.*] Syr. ܢܒܗܬܘܢ ܥܘܠܐ ܕܒܥܘܠܐ ܐܥܘܩܘܢܝ. Heb. שקר עיותוני, subvertebant & obruebant me, à עוה, in Ezech. 21. *Subverto, subverto, &c. Integrum sit cor meum.*] Vel, meditabitur in præceptis tuis, Syr. Par. Edit. ܪܢܝܐ, MS. alii רניה, ܪܢܝܬ, & non in quæstum mundanum. COPH. *Sicut uter in fumo*, vel, *in glacie.*] Syr. ܒܓܠܝܕܐ, בגלידא, id est, aridus & discissus, Arab. Rom. Neb. Heb. קיטור, quilibet vapor, Psal. 148. 8. LOMAD. *In sæculum tu es Domine.*] Syr. Dominus est in æternum, quanquam me mortalem consumpserant. vers. 91. non est in Syr. *Omnis finis finem vidi.*] Syr. ܠܟܠ ܣܘܦܐ, לכל סופא, omnis rei quæ finem habet. Vel, *Omnis anguli terræ vidi finem.*] Syr. licet terra longa lataque sit, tamen habet limites, sed Dei sapientia est infinita, ut in Job 11. *Num potes comprehendere omnipotentem?* MIM. *Fac me prudentiorem hostibus meis ——— Præ omnibus doctoribus meis redde me sapientiorem, ——— plusquam senes (tunc) intelligam.*] Syr. Par. ܡܢ ܡܠܦܢ̈ܝ ܐܣܬܟܠܬ. ܡܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܐܣܬܟܠܬ ܕܦܘܩܕ̈ܢܝܟ ܢܛܪܬ

[illegible]

[illegible], id est, fecisti me, & adhuc fac me sapientiorem his omnibus; præ senibus Synedrii ero eruditus in lege tua, in hunc solum finem, ut observem eam. *Palato meo*, vel, *cœlis gutturis mei.*] Syr. לשמי [illegible], & ait *cœlos* (velut semel suprà, Psal.22. in hoc libro) quoniam guttur illis in concavitate assimilatur. NUN. *Juravi & confirmabo illud*, vel, *asseveravi me servaturum judicia justitia tua.*] Syr. [illegible], id est, juramento illud confirmavi, à שרר *confirmare* in Syr. Act. 3. *Corroborati erant pedes ejus*, idem. Heb. ואקימה à קום *firmum, stabile. Voluntarias oblationes*, vel, *verba oris mei.*] Syr. במלוהי [illegible]. *Anima mea in meis*, vel, *tuis manibus est semper.*] Syr. [illegible], eam auferre potes quando tibi placuerit, ideóque semper ero paratus. *In sæculum, in veritate.*] Syr. בשררא [illegible], Heb. עקב, id est, in vestigiis meis, in *facto & veritate*, non in ore & lingua solùm, ut 1 Joh. cap. 3. *Diligite non in verbo & lingua, &c.* Vel, *Quoniam.*] Lætitia sunt cordis mei, velut suprà, sic in Deut. 7. 12. *Quoniam, &c.* idem. Vel, absque fraude obedientiam illis reddo. Heb. עקב, Mem deficit, significat *supplantare* in Gen. 27. *Supplantavit me*, idem. Vel, absque pollutione; ero immaculatus in lege custodienda, à עקבה, *sanguine inquinatur*, idem Hos. 6. SEMCATH. *Cogitationes vanas*, vel, *viros improbos.*] סעפים, velut פשעים, Syr. [illegible] לעולא. Arab. Rom. Neb. *Falsitas eorum dolus est.*] Et fallet eos. Vel, cogitatio eorum falsa est. Syr. [illegible] רניהון, Arab. Rom. id est, cogitant iniqua, עולא Syr. ut in Mica 3. *In cubilia sua. Conculcâsti*, vel, *aspernatus sum omnes qui aberrant à te, quoniam cogitatio eorum est iniquitas.*] Syr. [illegible], id est, odivi eos, quia odio habent te, & legem tuam pervertere cogitant. Heb. סלית Jod deficit. *Tanquam scoria.*] Hic versus non est in Syr. Ee. *Sponde*, vel, *oblecta servum tuum in bono.*] Syr. [illegible] בסימותי. Heb. ערב, id est, in prosperitate, redde mihi lætitiam, quæ est *donum Dei*, Eccles. 2. *Tempus est ut operentur*, vel, *servire Domino, at ecce abrogarunt legem tuam.*] Ut Syr. [illegible] למפלחה. Arab. Rom. Neb. Heb. לעשות, id est, in generatione justorum Deum colentium, tunc impiè agunt eò magis, ut Isa. 26. *In terra rectitudinis, &c.* *Directa reputavi*, vel, *dilexi omnia mandata tua omni tempore.*] Syr. רחמת [illegible]. Heb. שיר à ישרתי, ut cantica. *Omnem viam falsam.*] Leges Gentium, חקי האומות, R. Mattathiah in Mid. Till. PHE. *Mirabilia.*] Vel magna, Syr. רורבן [illegible], ut Gigantes staturæ procerrimæ, admirantur homines. *Et anhelavi.*] Cupiens spiritum verborum tuorum attrahere, velut in Jerem. 2. *Haurit ventum.* Syr. וסקירת רוחא [illegible]. *Secundùm morem*, vel, *justitiam*, vel, *quoniam diligo nomen tuum.*] Syr. [illegible]. Heb. במשפט, prout æquū est tibi facere te diligentibus. *Improbitas*, vel, *improbus.*] Syr. [illegible] עולא Arab. Rom. Neb. Vel, divitiæ hujus sæculi, אין הון, quia literæ Ehevi commutantur, R. Mat. SSODE. *Judicia tua sunt justa.*] Etiam pœnæ in probos, R. Mat. צרי.] Ab inimicis ejus, מצוק afflictiones naturales, R. Mat. *Exscidit*, vel, *excruciavit me.*] Syr. שנקני [illegible]. Heb. צמתתני, est aliter in Syr. in Psa. 101. CQOPH. *In crepusculo*, vel, *summo mane surrexi.*] Syr. [illegible]. Heb. נשף. Vel in nocte, R. Mat. v. 148. bis est in Syr. Erpen. Par. *Vigiliam.*] Id est, ultimam & matutinam vigiliam noctis, vel quia mediâ nocte surrexi, in secunda & media vigilia. *Ab initio.*] à tempore quo illa Israeli promulgâsti, R. Mat. מעת נתתם לישראל. RISC. *Dolore affectus sum*, vel, *novi quod legem tuam non servabant.* Syr. MS. וידעת [illegible] & Arab. Rom. Neb. Heb. אתקוטטה, sic וירע in Judic. 8. *Docuit*, vel, *castigavit viros Succoth.* Et in Psal. 148. in R. David. SCIN. *Principes*, vel, *magnates.*] Syr. [illegible], forsan ex senioribus Israel, qui *principes* dicuntur *Exercitus*, Chiliarchæ, & Centuriones, Exod. 18. *Non erit offendiculum*, vel, *dolor eis.*] Syr. כריהותא [illegible]. Vel, *infirmitas.*] Sed prævalent in omnia peccata. TAU. *Supplicatio mea.*] Vel gratiarum actio. Syr. תשבוחתי [illegible]. Heb. רנתי. *Est delicia*, vel, *meditatio mea.*] Syr. [illegible], Heb. à שעה.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 119. *Heb. Arab.* 118.

Immaculati.] Quorum temperamentum est perfectum, R. Mattathiah. *Quoniam qui operantur iniquitatem, non incedunt in semitis suis.*] Arab. Vulg. لأن عاملي الأثم لا يسلكون في سبله, sic 1 Joh. 3. *Qui natus est ex Deo* οὐ ποιεῖ ἁμαρτίαν, &, *Timor Domini est à malo discedere*, Job 28. Et in Prov. qui malum operatur, *non incedet cum sapientibus.* *Quomodo mundabit?*] Hic in Beth incipit Psalmus, & Aleph est quasi præfatio, R. Mattath. ostendit hæc litera media salutis, scil. per legem Dei, &c. R. Mattath. *Abscondi sermonem tuum.*] Ut peculium in Apotheca. *Benedictus es tu Domine, doce*, vel (quia) *docuisti me æquitatem tuam.*] Arab. تبارك يا رب فعلمني عدلك. חקים sunt præcepta quorum ratio est abscondita. חקות sunt consuetudines, ut dicitur, *In eorum moribus non ibitis*, R. Mat. *Pro mandatis tuis fui sollicitus.*] Arab. بوصاياك اهتممت. Heb. אשיחה à שיחו, Psal. 102. *Querelam suam*, idem. Vel, ut in Amos 4. ult. *Quænam sit cogitatio ejus*, idem. *Delectabar*, vel, *lectitabo leges tuas.*] Arab. [illegible]

سننك exinde Deras in Rab. est expositio vel concio. Heb. à שׂיחו *narrate* in Targ. sic in ver. 24. in Arab. وبدرس idem. *Retribue*, vel, *exaudi servum tuum.*] Arab. استجب لعبدك, exanditio precum est merces ampla; quem exandit Deus, illi petitionem suam largitur: In litera Gimel ostendit impedimenta sapientiæ, ut morbi, &c. R. Mat. & ignorantia, *Detege oculos meos*, & concupiscentiæ. *Debilitata est anima mea.*] Arab. ut aqua effusa, 2 Sam. 14. Heb. דלפה. *Adhæsit pulveri.*] Animæ sensitivæ; est aliud impedimentum, R. Mat. *Dilatâsti cor meum*, id est, *latificâsti me.*] Arab. لانك افرحتني, vel ad comprehendendum sensus legis, R. Mat. Vel, charitate dilatâsti, ut 2 Cor. 6. πλατύνθητε, *Dilatamini vos etiam.* עקב.] Id est, ut in omni tempore ea sequerer, Arab. لاتبعها في كل حين. *Judicia tua sunt bona.*] Pœnæ sunt in bonum, R. Mat. *Non ad lucrum*, vel, *oppressionem.*] Arab. الي الظلم. Heb. בצע ut פצע vulnus, sic in Joel 2. idem. *Super me veniat* (ut vestis) vel, *operiat me.*] Arab. ولتغشني مرحمتك, sic *Spiritus Domini amicivit Amasam*, 1 Paral. 12. *Extendi manus meas ad leges tuas.*] Arab. بسطت يدي الي سننك, ut in Phil. 3. *Oblitus quæ sunt ponè, ad anteriora* ἐπεκτεινόμενος *manus extendens*, id est, in via fidei progredior, de virtute in virtutem. In litera Zain ostendit particularem Dei providentiam, & justitiam in justos & impios, & quòd res non fiant per accidens, dicendo, *Verbi tui memento, in quo confidere me fecisti*; *Hoc me consolatur in afflictione mea*, R. Mat. *Horror apprehendit me.*] Cùm videam impiorum prosperitatem, R. Mattath. *Superbi deridebant me*, vel, *declinabant à me & legibus tuis.*] Arab. المتعظمون حادوا عن سننك, sed ego illis adhærebam. *Cantica*, vel, *lectio mea erant statuta tua.*] Arab. قارتي في غربتي, quando legunt Judæi hodierni Veneti, &c. legem, canunt eam voce. Vel, ut cantica, quorum melodiam observant, sed sensum non intelligunt, R. Mat. זאת.] Hæc afflictio erat mihi, quia justus sum, R. Mat. *Tu es portio mea, Domine mi, cùm custodiero præcepta tua.*] Arab. انت حظي يا رب انا احفظ وصايك, sic in Psal. 16. David servus Dei ait, *Deus est portio mea*, & in Psal. 73. sed Deus non est portio illorum qui præcepta ejus haud observant. *Funes*, vel, *retia impiorum implicaverunt me.*] Arab. عقلتني مصايد الخطاة, nam impii pro justis laqueos in abscondito ponunt, Psal. 11. 2. & quandóque justi illaqueantur; quando reti rupto, evadant, Arab. à מצודה: *Intelligere fac mecum bonitatem & felicitatem.*] Arab. فهمني صلاحا وادبا, ut non solùm discam, sed faciam bona opera. Heb. טוב טעם. *Fabricaverunt*, vel, *multiplicata est in me oppressio superborum.*] Arab. كثر علي ظلم المتعظمين, magis & magis me opprimunt; dicit, *Superborum*, qui non humiliantur ad legem Dei recipiendam, R. Mat. *Condensantur corda eorum ut lac.*] Vulg. Gr. Arab. Rom. Neb. sic ait Job. *Coagulâsti me ut caseum* lactis, id est, ita eos etiam creavisti, sed ego solus in verbo tuo, quod est creationis finis, meditor. Arab. غلظت قلوبهم مثل اللبن. *Bonum erat mihi quòd afflictus fuerim*, vel, *in humilitate mea, ut discerem præcepta tua.*] Arab. الصلاح لي في التواضع انعلم &c., id est, humilitas præparat animam in doctrinam, superbus enim docebit, sed non discet. Heb. כי עניתי, ut כי עם cum Beth. *Deliquerunt in me.*] Arab. لانهم اثموا. Heb. עותוני à עוה perversè agere, Dan. 9. *Fui ut uter in glacie, & non sum oblitus statutorum tuorum*, *Quot sunt dies servi tui?*] Arab. صرت مثل زق في جليد ولم انس في حقوقك كم هي ايام عبدك, id est, dies mei pauci sunt futuri, infirmitatem meam sentio, etenim sicut uter in glacie exarescit, & fit inutilis, sic in mea senectute naturale calidum quasi frigescit, & humidum exarnit. Vid. 1 Reg. 1. *Operiebant eum indumentis, & non incaluit*, causam præliis ejus attribuunt, R. David, vel uxoribus & concubinis, alii, vel gladio Angeli frigidum terrorem ingeneranti, Deras in R. David ibid. Heb. קיטור est vapor, pruina vel simile in terram descendens, ut in Psal. 148. *Fodiunt*, vel, *narraverunt mihi narrationes.*] Arab. اخبرني باخبار, ut in Vulg. Vid. Sect. 10. Narrabant Davidi morituro, quòd Adoniam regem contra Dei verbum constituissent, 1 Reg. 1. *Consistunt hodiè*, vel, *dies permanet.*] Arab. يدوم النهار, est vicissitudo diei & noctis, ut Psal. 19. 1, 2. Heb. עמדו היום *consistunt omnia, etiam dies permanet.* *Intelligere fecisti me meliùs quàm inimici mei* —— *Docuisti me plusquam doctores mei* —— *plusquam seniores Synedrii.*] Arab. افهمتني وصاياك افضل من اعداي علمتني اكثر من جميع العاملين فهمت اكثر من الشيوخ, David erat Propheta, & revelâsset ei Deus per spiritum regem fore Solomonem, hoc nesciebant Nathan (1 Reg. 1.) Davidis in aliis doctor, & Ahitophel ejus consiliarius אלופי, Psal. 55. Joab etiam & Adonihu Davidis hostes, omnésque seniores Israel, qui cum Ahitophel Absalomum sequebantur. Vel, *ab inimicis sapientem me reddidisti.*] Nam contraria contrariis elucescunt, לא יתברר האמת כי אם בהפכו, R. Mat. *Palato dulce est*, vel, *in pronuntiatione.*] Arab. de lege tua colloqui multum delector. *Juravi, & constitui.*] Arab. اقسمت واقمت, juravit David leges Dei observare in populo gubernando, ideóque legis Dei codex in ejus usum ab authentico codice in Sancto Sanctorum deposito, erat transcriptus, Deut. 17. *Accipe sermonem meum.*] Arab. id est, preces meas, *vitulos labiorum*,

orum, Hos. 14. لعולם עקב.] ارض عن قولي. Id est, *In æternum erunt finis*, vel, *exitus eorum.*.] Æterna bona illis qui ea præcepta observant, evenient, R. Mat. עקב, id est, אחרית. *Fixerunt mihi laqueum.*] Ahitophelis consilium laqueos in Davidem solum posuit, 2 Sam. 17. sed infatuavit illud Husai & detexit Ahimaaz, Arab. نصب لي فخا.

לעולם עקב.] Id est, propter æternam retributionem, Arab. موبخة Sic *Moseh ad remunerationem respexit*, Heb. 11. סעפים.] Id est, Philosophos odivi, qui cogitationes suas & rationem solum persequantur, & particularem Dei providentiam denegant, הפילוסופים נקראים סעפים, R. Mat. *Reputasti omnes peccatores in terra scorias*, vel, *infideles Apostatas.*] Arab. كفرة. Heb. סיגים à נסוגו, *Retroversi sunt*, in Psal. 14. *Sis dulcis servo tuo.*] Id est, gratiosus. Arab. انعم علي عبدك. Heb. ערב, ut in Psal. 104. *Dulcescat ei meditatio mea*, idem. *Propter hoc quæsivi*, vel, *oculos posui in omnia mandata tua.*] لهذا ابتغيت جميع وصاياك. Heb. ישרתי à שור, in Num. 24. *Videbo illum, &c. Lex tua intelligere facit simplices*, vel, *pueros.*] Arab. وناموسك يفهم الاطفال. Sic Prov. 1. *Ad edocendam pueris subtilitatem. Cum non custodierunt*, vel, *custodissem leges tuas.*] Arab. إن لم احفظ سننك.

Ego parvus sum & contemptus.] Quando omnes seniores Israel eum dereliquerunt ob studia legis, & Absalomo adhæserunt, 2 Sam. 15. *Præveni in matutinis, & invocavi—Evigilare feci oculos meos in diluculis.*] Arab. في العدوات. ودعوت ايقظت عيني في الاسحار. Tempus matutinum est precum & meditationis opportunitas. Heb. נשף, applicatur ad matutinum & vespertinum tempus promiscuè, & אשמרות, sunt vigiliæ matutinæ, Psal. 130. *Qui persequebantur*, vel, *accusabant me de malo.*] Arab. يغرونني بالسو, dicentes, *Nemo est à rege deputatus, ut causam tuam judicet*; erat calumnia Absalomi in Davidem, 2 Sam. 15. *Salus distat à peccatoribus.*] Ideoq; Absalom, & seniores Israel erant superati, 2 Sam. 18. *Principium eloquii tui est veritas.*] Quando primò mihi regnum promisisti, veritatem tuam demonstrâsti. *Principes expulerunt me sine causa.*] Arab. طاردني العظما باطلا, Principes Israelis Absolomo adhærentes è Jerusalem eum expulerunt. *Erravi sicut agnus errabundus.*] Arab. ضللت كالخروف الضال. Sic in Hos. 4. *Pascam eos, ut agnum in pascuo lato*, qui ibi errat balando, R. David. Ibid.

1 *Canticum graduum.* CXIX.
Heb. CXX.

AD *Dominum cùm tribularer, clamavi: & exaudivit me.*

2 *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.*

3 *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*

4 . *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.*

5 *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar:*

6 *Multum incola fuit anima mea.*

7 *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 120.

G*Raduum.*] In quolibet Psal, 15. elevabant vocem in cantu, R. Saadiah. Vel, quia continent ascensionem Israel ex captivitate, & dicti sunt omnes in persona captivorum. Vel, dicunt Rabboth, quando David fodiebat fundamenta sanctuarii, timebat ne Abyssus inundaret mundum, Ahitophel scripsit nomen Jehovæ, & posuit illud in Abysso, & descendit Abyssus per 16. mille cubitos; dicunt, mundo erat utile, ut non descenderet Abyssus, quia aquæ humectant terram, & ideo dixit David, 15. Psalmos, de ascensione Abyssi ad 15. mille cubitos, & Abyssus 1000. cubitorum profunditatem habens stetit, Chald. Paraph. ad hunc sensum, Cod. Cremon. R. Arama. *A labio mendacii.*] Mendaciis Babel, contrà vitam Israel in captivitate, Cod. Cremon. בבבל, Non est in Venet. *Quid dabit tibi?*] Ut custodiat te à maledicendo; omnia membra sunt foris, sed tu es intus cum duplici muro, carnis & ossis, Midrash Rabboth. *Juniperi.*] Carbones ejus retinent ignem intus quando apparent mortuæ, R. Arama, sic lingua dolosa, R. Arama, adulatur palam, sed clam in absentia mordet. *Mosech.*] Natio ex filiis Japhet, Genes. 10.1.5. & Joseph. ben Gorion dicit, sunt Toscani, & regnum Romæ, רומא, est in limite Tusciniæ. Non est in Cod. Cremon. sed Venet. Vel, quia Javan & Cittim erant filii Japhet, & Cittim est Roma, Abben. Ezra, & Gog est princeps Mesec. Ezech. 38. 1. *Cedar.*] Denotat regnum Ismael, quia sunt celebres familiæ in Ismael: Ecce duo regna Romæ & Ismael sub quibus Israel est captivus. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Quod incolatus meus protrahitur.*] A משך. Vel, Cedar, dicitur *Mesec*, quia arcum tendunt, ut Isai. 66. 19. Chal. Par. *Turca*, & sic est idem sensus multis verbis. *Cum illo.*] Cum Gente quæ odit pacem.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 120.

Canticum graduum.] Vel, est poësis, & hoc canticum

ricum erat cantatum super tonum המעלות, ut Maschil,&c. vel,cum alta voce, Haggaon. *In angustia mea.*] Loquitur de hac nostra captivitate, על גלותינו, in qua nihil possumus nisi clamando. *A lingua dolosa*, vel, *dejiciente.*] A linguâ Gentium calumniantium, quæ dejicit nos, & injustè condemnat,ut Judic. 15. 17. *Ramath Lehi*, רמת לחי à רמה. *Quid dabit tibi?*] Deus benedictus. Vel, *Quid proderit tibi lingua tua quæ est ut sagitta?*] Vulnerantes à longè; assimilat verba sagittis, quia occidunt; & conjungit sagittas cum carbonibus, quia incalescunt volando sagittæ, ut carbones. *Sicut carbones.*] Quæ diu retinent calorem, sic infamia linguæ durat. *Mesech.*] Tuscania, Joseph ben Gorion. *Cedar.*] Arabes. *Sum homo pacis.*] איש, deficit, ut Psal. 109. רבת, Tau pro He, ut in שבת, Ezech. 46. est Töar, deficit subjectum.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 120.

המעלות.] Graduum, quia quando Israelitæ ascendunt ex captivitate, est hic ascensus non per unicum, sed gradus complures. *Quid dabit tibi?*] Quando lingua occidit alios, nullam illa exinde voluptatem haurit, sicut anima ex adulterio; lingua mala occidit treis, Doeg occidit seipsum,& sacerdotes, & Saulem. *Sagitta.*] Quando jaculantur, non possunt reverti sicut gladius in vaginam, ideoque inscium subitaneo ictu vulnerant. *Carbones juniperi.*] Duo in deserto cum hisce carbonibus cibos præparabant, post annum revertuntur & adhuc reperiunt istoa inextinctos,& ad illos,pedes suos calefaciunt. *Kedar.*] Corruperunt facies suas, sicut latera ollæ, קדרה, loquitur de Edom; Vel,illi qui non habent mansionia locum. *Meshec.*] Cum illis qui trahuntur ad Gehennam.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 120.

Canticum graduum.] Sunt pro omni gradu & persona; Et de redemptione per Christum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 120.

Canticum graduum.] Sic dicitur, quia 15. sequentia cantabant in 15. gradibus inter atrium Israelis & mulierum, R. Gaon. Ab. Ezra. Vel, canticum pro centum holocaustis על מאה עולות, non est in MS. Vel, quia cantabant hæc cum instrumentis sonoris, Ab. Ezra. *Clamavi.*] In captivitate Babel. *Sagitta.*] Quæ remotæ nocent. *Quid addet* (Deus) *tibi?*] O lingua duobus muris ad custodiendum te es circumvallata, & quid adhuc addat tibi in custodiam tui? *Meshec.*] Inter Persas, Græcos, Mesech, filiosque Japhet sum peregrinus.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 120.

Canticum graduum.] De ascensione Abyssi, Rabboth, R. Sol. R. David. *Carbonibus juniperi.*] In Gehenna infra, igni inextinguibili. *Acuta sagitta.*] Fulgura de supra, ut Psal. 77. *Sagitta tua volabant. Qui odit pacem.*] Edom. *Meshec.*] Onai, Cald. אונאי.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 120.

Sagitta acuta.] Tria sunt, Isai. 5. 28. *Quorum sagitta sunt acuta.* Psal. 45. 5. *Acuta sunt sagitta tua.* Sagittæ Dei in dolosam linguam præparantur. *Peregrinatus sum.*] Duo sunt, Genes. 32. 4. *Cum Labane*, ut Jacob cum Labane, sic filii tui in Mesec.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 120.

Graduum.] Cordis, ut Psal. 84. S. Aug. *Graduum.*] Sunt 15. sicut sunt 15. gradus in Templo Ezechiel, septem in atrium exterius, & octo in interius, Ezech. 40. 22.31. Vel, de ascensu ex Babel, ἐκ Βαβυλῶνος, Chrysost. Theod. Vel, graduum, ut scalæ Jacobi ad cœlum, Chrysost. *A labiis mendacii.*] ψευδοδιδασκάλων, 2 Pet. 2. 1. 1. Caus. *Carbonibus juniperi.*] Idololatri in lacum ignis inextinguibilis ejiciuntur, Apocal. 19. 20. 2. Caus. *Incolatus meus prolongatus est.*] Vulg. Gr. Chrysost. in captivitate. *Cedar.*] Huc & illuc persecutus in deserto. 3. Caus. Cedar habitabat in campis, non domibus, ut Scythæ quæ gens vaga dicta est, & plaustris vehunt tentoria sua.

Horat. lib. 3. Od. 24.
Campestres melius Scythæ,
Quorū plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt & rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt
Nec cultura placet longior annua:
Et. lib. 4. Od. 14.
——— te profugus Scythes
Miratur ———

Herod. Melpom. Scythę Nomades, id est, pecuarii, neque serentes quicquam, nec arantes,&c. (& alibi) domos secum ferunt singuli plaustra, scil. nullæ sunt eia urbes, nulla mœnia, non pane sed pecoribus victitantes, &c. hanc Scythiam interfluit Ister fluviorum maximus, 5. ostia habens, semper sibi similis, pascua præbens amœnissima. Gratiarum actio pro liberatione. *Cedar.*] Posteri Ismael. non longè ab urbe Babilon ad hunc usque diem habitant, Theod.

Sect. 9 *Ex Ital. &c. in Psal.* 120.

Graduum.] *Dopo la salitá*, Ital. de Babel. Vel, quia toni erant unus alio altior, Ital. *Est sicut sagitta acuta.*] Gal. *Meshech*, vel, *prolongatur.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Est é prolongé.* Ital. *Cum Barbaris*, Gal. Hisp.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 120.

Canticum graduum.] De perfectione in bonis operibus τελειώσεις, quam sequitur laus Dei, Hallelujah,& non alius titulus, Greg. Nyss. *Quid detur tibi ad linguam dolosam?*] Gr. Vulg. quænam erit pœna peccati tui? Vel, *Quid det tibi?*] Lat. MS. *Prolongata est.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 120.
Heb. Syr. 119.

Graduum.] Id est, quibus ascendebant de Babel. Par. Edit. ܕܣܠܩܘ, orat populus detentus in Babel. *Dominus eripuit me à labiis falsis.*] Syr. ܘܨܝܪܐ, וצירה, in Babel falsò accusabant Daniel & tres pueros, Dan. 6. 4,&c. Dan. 3. 10,&c. *Juniperi.*] Vel, quercus, Syr. רבלוטא, ܕܒܠܘܛܐ.

Cum Meshec, vel, *quod protracta est peregrinatio mea.*] Syr. אורח, ܐܘܪܚ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 120.
Heb. Arab. 119.

Canticum graduum.] Est titulus Psal. 15. subsequentium in Arab. MS. non in Edit. Rom. Neb.

A

A labiis iniquis, vel, *oppressionis.*] من الشفاه الطلمة, quæ rapiunt & opprimunt, falso eorum testimonio. *Juniperi*, vel, *ut carbones comburentes.*] Ar. مثل الجمر المحرق, רתם, Heb. est ligare, Mic. 1. 13. *Prolongata est peregrinatio mea.*] Arab. Gr. Ar. Rom. Neb. غربتي قد طالت, in hoc seculo, & Elia dixit, *Tolle vitam meam*, nam hic sumus incolæ & peregrini, Psal. 39.

Canticum graduum. CXX. *Heb.* CXXI.

1 *LEvavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.*

2 *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.*

3 *Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.*

4 *Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.*

5 *Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dextram tuam.*

6 *Per diem sol non uret te neque luna per noctem.*

7 *Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.*

8 *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & usque in seculum.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 121.

למעלות, Lamed pro He, ut 2 Reg. 7. 17. למלך pro המלך, In Derash Canticum pro centum gradibus למאה מעלות. *Levo oculos meos.*] Huc & illuc in montes pro auxilio circumspicio, ut Jerem. 22. *Ascendo & exclama in montes. Unde veniret auxilium meum?*] In vanum levo oculos in montes, quia salus mea venit à Domino solo. Et dicit, *Auxilium*, scil. à lingua dolosa in præcedenti Psalmo, R. Arama. *Non finet illabi.*] Sic quilibet consolatur socium suum. *Servat Israel.*] Ut non consumantur à Gentibus. *Non dormiet.*] Licet videatur dormire, ut Psal. 44. 13. *Quare dormis? Non percutiet te Sol.*] Exsiccando humidum; quia dixit ante, *Dominus est umbra tua*, sic Isai. 49. 10. *Non cadet super eos æstus.*] & Isai. 60. *Sol non erit lux tua, &c.* humidum & calidum in excessu, vel defectu sunt morborum causæ. *Ab omni malo.*] Per homines aut bestias. *Animam seu vitam.*] A morbis, & si veniant purgant peccata, sed non morieris. *Exitum.*] Ex captivitate, vel è corpore per mortem. *Introitum.*] In terram Canaan. Vel, in hunc mundum, R. Arama. Vel, in cœlum, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 121.

De Israel in obsidione. *Levo oculos meos.*] Pro more hominum in obsidione qui intuentur, unde auxilium veniat. Vel, *Levabo oculos meos ad montes?*]. Ad adoranda idola, [ut Ezech. 18. 6.] montium, Absit absit, מאין, non est sine Mem, in hoc sensu est sicut אנה, quò. *Auxilium meum est à Domino.*] Est vox Prophetiæ, vel bonæ fiduciæ. *Non dabit pedem tuum.*] Illabi, quando in plateis, vel super muros ambulas. *Qui servat Israel.*] Id est, Jacobum qui dictus est Israel, quando dormiebat in Bethel, & vidit scalam, dixit illi Dominus, Genes. 28. 12. *Custodiam te quocunque ambulas, &c. Dominus est custos tuus.*] Dicit, *Custos*, quia in tempore obsidionis muri egent custodibus. *Umbra tua.*] Dicit, *Umbra*, quia Sol sequitur. *Sol interdiu.*] Calore suo percutit naturale calidum. *Luna noctu.*] Luna multis morbis humore suo percutit humidum radicale. *Exitum tuum.*] Ad prælia; de Israel in captivitate vel obsidione dictus est hic Psalmus.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 121.

Ad montes.] Ad cœlos & Patrem in cœlis, quia in die Judicii Abrahamus non agnoscit nos, nec potest auxiliari, Isai. 63. *Non dabit vacillare.*] Quando omnes impii cadunt in Gehennam, sic Deut. 32. *In tempore vacillabit pes eorum.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 121.

Precatur ne ducat eos altera vice in captivitatem. *Montes.*] Reges Gentium. *Pedem tuum vacillare.*] Non eris captivus in posterum. *Per dexteram tuam.*] Custodit te per teipsum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 121.

Canticum graduum.] למעלות, vel ascensionum quibus in futuro seculo ascendunt justi de arbore vitæ in Edene ad thronum gloriæ, למעלות ר"לשיר למי שעשה מעלות. In Venet. למי שעתיר לעשות, Id est, canticum ad illum qui facturus est gradus pro justis, &c. Non est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 121.

Exitum tuum.] Ad opus, Chald. à Gr. πραγματεία. *Introitum tuum.*] Ad studium legis. *Propter dexteram tuam.*] Columnam quæ in dextro latere in ascensu templi collocatur.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 121.

Ad, vel, super montes.] Ut undique intuentes pro auxilio; Duo sunt, 1 Reg. 22. 17. *Dispersos in montes*; & totus Ezechiel est similiter, duobus exceptis, בר מן ב', quæ sunt על, Ezech. 18. 6. *Super montes*, locus secundus, & de Gogo, *Projiciam carnem tuam in montes. Non percutiet.*] Id est, ad mortem; Tria sunt, Isai. 10. 24. de Assur, *Qui percussit virgâ*, Jerem. 40. 15. *Quare percutiet te ad terram*, in Basil. *Ad mortem*, in Textu.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 121.

Ad montes.] Ubi coluntur idola, ut Ezech. 18. *Non comedit in montes, nec levavit oculos ad idola*, Et Alpium montes, ut aiunt quidam, acceperunt nomina à diis quibus consecrati erant, ut Mons Jovis, Martis, & Appenninus, (quem transivimus inter Bononiam

noniam & Florentiam) à Pennino deo dictus est, ut perhibet Livius, & nostra ætate à divis nomen habent, ut S. Dionysii, vel, *Monscenis*, inter Lugdunum & Taurinos transitur.

Et Horat. Lib. 1. Od. 2.

Sive tu mavis Erycina ridens.

(Venus, sic dicta à monte Eryce ubi colebatur.)

Et in Lib. 1. Od. 3.

——diva petens Cypri.

Sol non percutiet te.] Ut Apoc. 7. 16. *Non erit amplius Sol, nec calor. Nec luna nocte.*] Luna nativo humore nocturno homines officit, fruges prosperat ideoque adorabant eam bobus albis Ethnici sub nominibus variis, Noctilucæ, Dianæ, &c. & solem sub nomine Latonæ pueri, Phœbi & Apollinis.

Horat. Lib. 4. Od 6.

Ritè Latona puerum canentes
Ritè crescentem face noctilucam
Prosperam frugum, celeremque pronos
Volvere menses.

(Sic Deut. 33. *Productos à Luna.*)

Et Car. Sæcul.

Quiq; vos bobus veneratur albis, &c.

(Quia lucida est.)

Vel, dicunt Lunam calidam esse & comburere, Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 121.*

Ad mentes.] Sionis, Ital. Hisp.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 121.*

Heb. Syr, 120.

De ascensionibus ex Babel, Paraph. Edit: ܡܪܝܐ ܢܛܠܠ ܥܠܝܟ ܒܝܡܝܢܗ. *Dominus obumbrabit te per dexteram suam.*] Syr. באורח, ܒܐܘܪܚܐ. Sic in Isai. *Occultabit me in umbra manus ejus. Sol non percutiet te.*] Sic in Isai. 49, 10, 11, 12. *Dicens vinctis*, id est, in Babel *exite*, & in via de captivitate, dicit, *Sol non percutiet eos.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 121.*

Heb. Arab. 120.

Non dormitabit nec dormiet.] Vulg. Ar. Rom. Neb. لا يغفو لا ينام, duæ voces in eundem sensum ad corroborandum, ut in 2 Pet. 2. Νυστάζει, καθεύδει, & Matth. 25. *Dormitaverunt* (virgines) *& dormierunt. Dominus obumbrabit ad manum dexteram tuam.*] Arab. الرب يظلل على يدك اليمنى, dicit, *Dextram*, sed etiam intendit sinistram, nam denominatio est à principaliori.

1 *Canticum graduum. CXXI. Heb. CXXII.*

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

2 *Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Jerusalem.*

3 *Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipsum.*

4 *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.*

5 *Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.*

6 *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem: & abundantia diligentibus te.*

7 *Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.*

8 *Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te:*

9 *Propter domum Domini Dei nostri, quæsivit bona tibi.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 122.*

DAvidis.] Dicit, *Davidis*, quia David composuit hos Psalmos qui habent nomen suum, sed reliquos, cantores alii composuerunt. Et in hoc Psalmo captivi loquuntur in persona patrum qui vixerunt in tempore domus, & ex vehementi desiderio ædificandi templum, tria festa commemorant. *Intrà portas tuas.*] Qui prævenerunt alios stabant intrà portas, cæteri foris. *Sicut urbs compacta.*] Quando omnes Masculi conveniebant in tribus festis, ubi loci erat similis civitas? R. Arama. *Tribus.*] Duodecim. *Testimonium Israeli.*] Prout Deus testificabat & præcepisset, sic illi ascendebant. *Throni.*] Unus pro Dei gloria in Arca, alius Regum Davidicæ familiæ. *Pro pace Jerusal.*] Pro reditu captivitatis post quem nescient bella amplius, Isai. 2. 4. quia adhuc pugnant incircumcisi & Ismaelitæ, in Cod. Cremon. *Nationes multæ. Qui diligunt te.*] Lugentes, ut Isai. 66. 10. *Lætamini vos qui ingemiscitis.* חיל.] Fossa circa murum. *Propter domum Domini.*] Desolatum. *Fratres meos.*] Captivos.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal. 122.*

De domo ubi erat Arca, R. Josua. Vel, templo Solomon, R. Moseh. Vel, tertio. *Lætabar.*] Sic dicit quilibet ex Israel. *Ascendemus.*] Ad tria festa. *Ad domum Domini.*] Tertium templum in diebus Christi. *Stant.*] Admirantes pulchritudinem ædificiorum & portarum. *Intrà portas tuas*,] Dicit, *Portas*, quia tanta multitudo ascendebat, ut vix intrare portas potuerunt. *Civitas ad quam fit concursus unà.*] Quò congregant omnes in tempore obsidionis, & sic tota multitudo Israel ascendebat ad tria festa. *Est testimonium Israeli.*] Ut Psal. 81. 4. In Josepho *in Testimonium. Throni domus Davidis.*] Si de tempore Solomon, tunc throni sunt pro filiis David; si de Messia dicatur, tunc sunt pro filiis suis. *Qui diligunt te.*] Nos, vel incolæ. *Per muros tuos.*] Extrà in circuitu à חיל, in Lam. 2. 4. *Murus minor. In palatiis tuis.*] Intrà murum. *Fratres.*] Sacerdotes. *Socios.*] Reliquos ex Israel.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 122.*

Gavisus sum.] Quando subditi mei dicebant de

me

me quando morietur David & regnabit Solomo, ut unà ambulemus in domum Dei quæ tunc ædificabitur à Solomone. *Stabunt pedes nostri.*] Id est, stabunt in bello, propter portas Jerusalem, in quibus in lege incumbebant. *Tribus Domini testimonium Israelis.*]Quando Tribus serviant Domino, est testimonium quod Israelitæ sunt populus Dei.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 122.

Non intrabunt in Jerusalem nisi præparati, non impii. *Sicut civitas unita.*] Licet diversis temporibus ædificata erat, & renovata, tamen tanta est uniformitas quasi esset facta semel & simul. *Ascendunt Tribus.*] In omni dubio, ut in Deut. 17. *Ibis ad locum,* &c. *Tribus aut præfecti* שבטי *Jehova.*] Id est, præfecti sacrificii quotidiani, ut perhibent testimonium quod oblatio erat peracta. *Throni.*] Nunc in tempore Christi ad judicandum Esau, in Obad. & in Mal. 3.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 122.

. *Testimonium Israeli.*] Nomen Jah erat Tribubus superadditum, ut הראובני cum יה in testimonium quòd non erant spurii, sed sancti. *Stabant pedes nostri propter portas tuas.*] In bello prævaluimus, quia in portis tuis occupantur in lege sapientes. *Jerusal.*] Dicunt Rabboth. est Jerusalem cœlestis, & Jerusal. inferior erit ei similis, vel, ut in Shilo sic in Jerusalem erit cœtus. שם.] Id est, ad Shilo, ascendebant ex Egypto & ibi figebant Tabernaculum.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 122.

Jerusalem.] Quæ ædificatur in firmamento; est sicut urbs in se coagmentata in terra. *Testimonium.*] Quod Deus habitat inter eos quando ascendunt ad festa.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 122.

Quando dicebant mihi.] Licet deridentes; Tria sunt hujus significationis, Ezech. 20. 49. *Nonne dicunt?* &c. Psal. 70. 3. Convertantur retrorsum, &c. *Sicut civitas.*] In obsidione quæ repleta est populis villarum undique; Duo sunt, Isai. 1. 8. *Ut civitas obsessa. Prosperabuntur.*] Est Prophetia, vel prosperantur, ut in Job 12. 6. *Tabernacula raptorum prosperantur;* unus est omnium in his transitoriis eventus, ut Eccles. 9. 1.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 122.

Jerusalem erat ædificata ut urbs una.] Ante ruinam ejus, Chrysost. 1. Caus. dicit, *ut urbs,* per lapides vivos, S. Aug. *Tribus.*] 144000. *cum sigillo Dei viventis,* Apoc. 7. 14. qui colunt Deum viventem, 2. Caus. *In id ipsum.*] In uno corpore Ecclesiæ, Hieron. *Testimonium Israeli.*] Divina lex, Theod. Vel, perhibent testimonium, Apoc. 11. 3, 4. *Dabo duobus meis testibus.* Vel, cognoscatur quòd est verè Israel, S. Aug. *Throni.*] Sic Apocal. 20. *Vidi thronos & sedebant in illos, &c.* Et Christus est rex in thronum Davidis, Ezech. 37. 24. Apocal. 11. 15. Omnia sunt illi subjecta, 3. Caus. *Interrogate de pace ejus.*] Gr. est salutatio, ut dicitur in Jerem. *Non est qui interrogat de pace tuo.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 122.

Pedes nostri stant.] Et non vagantur, ut Arcam alio in loco investigent, Ital. *Unita.*] In muris, ordine & corde civium, Ital. Hisp. *Sin dission* Gal. *Commune à tous ensemble. Testimonium Israelis.*] Id est, ascensus hic est testimonium inter omnes nationes quod Israel verum Deum adorabat, Ital. Bruc. *Testimonio de Israel à celebrar il nome, &c.*. Vel, secundum testimonium Dei ad Israel datum, sic facit, Hisp. *Por mandado de Dios à Israel.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 122.

Cujus participatio est simul.] Lat. MS. totus Israel habebant partem in Jerusalem, Neh. 3. *Palatiis,* vel, *domibus,* Lat. MS.] Vel, turribus, Vulg. Gr. Arab.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 122.
Heb. Syr. 121.

Par. Edit. Cum Cyrus præcepit, ut ascenderet captivitas, שביתא, Syr. ܟܕ ܦܩܕ ܟܘܪܫ ܕܢܣܩ ܫܒܝܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܕܝܢܬܐ. *Velut civitas conjuncta.*] Et circumdata muro, Syr. ܘܟܪܝܟ ܠܗ ܫܘܪܐ, וכריך לה שורא, quando Nehemia ædificabat muros obrutos, Nehem. 1. 1. & 3. 1. *Testimonium Israëlitis.*] Syr. quod Deus est eorum Deus quoniam ascendunt è Babel, ut eum palam in templo colant. Vel, *Protestatio Israelis.*] Fœdere in Horeb obstricti sunt hoc facere, ut Deut. 29. 1, 2, 3. Et in templo secundo observabant festa & sacrificia, Ezræ 3. 1, 2, 3, &c. *In muris tuis* (nunc ædificatis) vel, *robore tuo.*] Syr. בחילכי, ܒܚܝܠܟܝ. Heb. בחילך, id est, pax esto cum robore tuo & non bellum, licet Sanballat, &c. comminati sint ruinam.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 122.
Heb. Arab. 121.

Intra portas, vel, *in atrio Jerusalem.*] Arab. في ديار, in atrio populi ἔξω ut Luc. 1. *Populus orabat foris,* Rex vèro stabat ad porticum, Ezech. 46. *Sicut civitas quam circumdat murus.*] Arab. Syr. كالمدينة المحيط بها سور.

In testimonium Israeli, ut gratias agerent nomini Domini.] Arab. شهادة لاسرائيل ليشكروا لاسم الرب, id est, observant festa in testimonium grati animi; Pascha ob liberationem ex Ægypto, Pentecosten & Tabernaculorum ob fructus terræ. *In turribus habitationum tuarum.*] Arab. *Fratres.*] Ex tribu Judæ, ut Paral. 1. 27. *Audite me fratres mei. Consanguineos.*] Ex eadem familia, Arab. احوتي واقاربي.

Canticum graduum. CXXII.
Heb. CXXIII.

1 *AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.*

2 *Ecce sicut oculi servorum, in manibus dominorum suorum.*

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum,

nostrum, donec misereatur nostri.
3 *Miserere nostri, Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione:*
4 *Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 123.

Q*Vi habitas in cœlis.*] Signum est quod templum nunc erat desolatum, & populus in captivitate, R. Ar. *Oculi servorum.*] Non habent alium defensorem præter Dominos suos; vita eorum ab illis dependet, & dicit, *In manus*, quando castigant eos supplicant servi, sic nos sub manu tua Domine, R. Jos. Cimchi. Vel, propter cibos ad Dominum eorum aspiciunt servi, R. Arama. *Vehementer repleti.*] In tempore & mensura. *Qui quieti sunt.*] Gentium, quæ derident nos pauperes, ut Zach. 1. 11. *Tota terra sedet secura. Superborum.*] לנאיונים, ut לגאים, Nun redundat & videtur Lamed הפעל, in Jod, ut in עליונים. sed diversi sunt motus propter guttural, &c. Vel, à גאה, & יונים, in Zephan. 3. 1. *Civitas opprimens.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 123.

Leve oculos meos.] Loquitur in persona principalis, גדולי, ex captivis, vel obsessis. *In cœlis.*] Quia omnia decreta è cœlis descendunt. *In manum Domini.*] Servus quid facere nescit nisi Dominus ejus eum dirigat. *Oculi nostri.*] Loquitur in persona totius Israel. *Valde, vel, diu repleti.*] רב וזו רב & רבת, id est, מרת ומן, Tau pro He. *Superborum.*] Est vox unica, ut עליונים; intendit Gentes.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 123.

Precatur pro divitibus populi quos derident Gentes. *Sicut servi.*] Quos percutit Dominus eorum, sic Gentes exigunt tributa.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 123.

Superborum, vel, vallis oppressorum.] Vel, columbarum, id est, Jerusalem dicitur, *Vallis visionis*, Isai. 22. 1. à superbis spoliata; & Israelitæ sunt columbæ convallium, Ezech. 7. גיא יונים, scribitur ut una vox, legitur ut duæ.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 123.

Qui sunt securi.] Tria sunt, Amos. 6. *Qui sunt in Sione securi*, Zach. 1. 15. *Gentibus securis. Superborum.*] Id est, superborum oppressorum qui opprimunt pauperes, גאו יונים, legitur ut duo verba, à יונו, in Ezech. 45. *Non amplius opprimens.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 123.

Dicentes miserere nostri.] Est forma orationis eorum in tribulatione. *Oculi in manibus domina.*] Vulg. Non debent servi servire cum ὀφθαλμοδουλείαις, Ephes. 6. nec esse ἀλλοτριοεπίσκοποι & περίεργοι, sed videre & facere res suas quas præcipiunt superiores.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 123.
Heb. Syr. 122.

In persona Zorobabel principis captivorum redeuntium, Par. Edit. ܡܠܘܐܢ ܡܢ ܒܙܝܚܘܬܐ ܕܥܫܝܢܐ ܘܕܢܘܟܪ̈ܝܐ. *Ad manum dominorum suorum.*] Quando eos castigant, ut Hagar sub Sarai, Genes. 16. sic nos patienter sustinemus opprobria Shethar Boznai, &c. in Ezræ 4. 1. 2. 71, non est in Syr. ܘܥܒܕܐ ܠܘܬ ܡܪ̈ܝܗܘܢ.

1 *Canticum graduum.* CXXIII.

Heb. CXXIIII.

N*Isi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel:*
2 *Nisi quia Dominus erat in nobis.*
Cùm exurgerent homines in nos,
3 *Fortè vivos deglutissent nos:*
Cùm irasceretur furor eorum in nos,
4 *Forsitan aqua absorbuisset nos.*
5 *Torrentem pertransivit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.*
6 *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.*
7 *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*
8 *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 124.

Q*Vando in nos insurrexit* אדם *homo.*] Id est, Pharao, R. Arama. *Absorbuissent nos crudos.*] Ut carnes crudas famelici, (sic nos Egyptii) quia non est mos hominum carnem crudam, sed coctam comedere, à חי, in 1 Sam. 2. 15. *Sed crudam*, idem. אזי, Jod redundat pro אז. הנחלים, He redundat. *Laqueus est disruptus*.] Alitèr volucris evadere nequit; sic Gentes erunt disruptæ, & nos liberati. & dicit, *Laqueus*, captivitatis, vel, ut in Psal. 91. *A laqueo Aucupis*, vel, laqueus est mare scissum, R. Arama. *Fecit cœlum & terram.*] Et sic potest servare.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 124.

Si Dominus non fuisset nobiscum.] Dicitur bis, id est, de die in diem. *Surrexerunt.*] In captivitate, vel obsidione, ut in priori Psal. נחלה, tribus modis diversis punctatur; *Hæreditas*, Cheth Hateph cum

Sheva

Sheva & Pathac & He signum Fœmin. *Mortalis*, est Verbum præteriti in Niphal, Cheth cum Sheva, & Milra est: *Flumen*, Cheth cum Sheva, & est Millel, He redundat ut in לילה, ideo est עבר. *Aqua.*] Hostes, ut Isai. 8. 7. Aquas fluminis regem Assur. *Evasit anima nostra.*] In redemptione. *Sicut avis.*] Quæ non habet potentiam liberandi seipsam, sic nos nisi per manum Dei. *Viventes.*] Id est, Sani, ut Prov. 1. *Cælum & terram.*] Superiora & inferiora in omnia imperat.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 124.

Israel.] Jacobus in domo Labanis Ann. 20.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 124.

Laudat Deum qui conservavit captivos suos. אדם] Id est, Haman. *In ira eorum* באפם.] Quando iratus erat Adrianus Cæsar, qui decrevit, ut ille qui non occidit Judæum ipse occideretur; sed posthac reversum erat decretum.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 124.

Flumen.] Vel, morbus, חולי à נחלה.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 124.

Aqua superba.] Rex qui est sicut aquæ superbæ tumultuantes, in Isai. 16. ult.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 124.

Flumen.] Duo sunt cum accentu, & in duabus significationibus, Num. 34. 5. *Ad flumen Ægypti.* הזידונים, non amplius est plenè. *Qui non tradidit.*] Quatuor sunt, שלא, Eccles. 2. 21. *Qui non laboravit*, Psal. 119. 7. *Manum non implet*, &c. Eccles. 7. 14. *Ut non inveniat aliquid.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 124.

Aquæ.] In Apoc. 17. 15. *Aquæ sunt populi, &c. Pertransisset aquam intolerabilem.*] Vulg. ut dicitur in Isai. *Quando transis per aquas & ignem, ego sum tecum*, & in Psal. *Pertransivimus per ignem & per aquas——in locum refrigerii:* denotant afflictiones gravissimas. Vel, dixit, *Aquam*, id est, mortem ferè subjisset; Horatius arboris repentino casu ferè oppressus & mortuus fuerit.

Lib. 2. Od. 13.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas ——
(Ut Eccles. 9. *Sicut aves vel pisces, &c.*)
—— *sed improvisa lethi*
Vis rapuit, rapietq́; Gentes.
Quam pene furva regna Proserpina,
(Ut Psal. 18. *Dolores inferni*)
Et judicantem vidimus Æacum
Sedesq́; descriptas piorum, &
(Sinum Abrahæ, Luc. 16.)
Æoliis fidibus querentem.
Sappho puellis de popularibus, &c.
(Ut Isai. 14. *Gehenna infernè, &c* de rege Babel.)

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 124.

Forsitan pertransisset.] Gr. Vulg. Lat. MS. & esset demersa in torrente.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 124.
Heb. Syr. 123.

Ascensus ܡܣܩܬܐ, מסקנא, Par. Edit. אזי, non est in Syr. *Super animam nostram*, vel, *spiritum.*] Ad obruendum spiritum nostrum, nos suffocando. *Superba, vel, multa aqua.*] Syr. id est, Caldæi, sic in Job 38. 8. *Superbi fluctus*, & in Isai. 16. *Vox aquarum multarum.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 124.
Heb. Arab. 123.

Absorbuissent nos adhuc viventes.] Arab. ونحن احيا, id est, sanos, ut Psal. 58. *Abripiet eos viventes*, (id est, robustos) *in ira sua. Tunc aqua superba animam nostram pertransissent.*] Id est, corda, nostra essent liquefacta, ut aqua quæ non quiescit Arab. وقلوبنا ذايبة كمثل الما الذي &c. sic in Ezech. 7. & in Jos. 7. *Cor populi erat liquefactum, ut aqua*, præ timore. *Comestionem dentibus eorum.*] Dicit, *Dentibus*, in aquis, quia impii sunt ut Dracones in aquis.

---

1 *Canticum graduum. CXXIIII.*
Heb. CXXV.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in æternum, qui habitat
2 *In Jerusalem.*
Montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.
3 *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.*
4 *Benefac Domine bonis, & rectis corde.*
5 *Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 125.

Sion.] Meminit *Sion*, quoniam ibi Prophetia erat illi data, R. Arama. *Sed manet in æternum.*] Et non desolabitur amplius, ut Psal. 22. 1. *Tu sedes, tu es laudes Israelis. Montes sunt circà Jerusalem; sed Deus est circà populum suum.*] Montes non semper defendebant Israel, sed Deus est circum propugnaculum. *Virga.*] Potentia impii non erit in hæreditatem justi, ut Isai. 4. 3. *Omnis residuus erit sanctus*, nemo impius, R. Arama. *Ne justus extendat manum.*] Et discat opera mala impii; quando intrabat Israel in Canaan, destruere omnes impios præcipiebatur, sed miscebant sese inter Gentes, & didicerunt eorum opera, Psal. 106. & ideo in redemptione omnes impii destruuntur. *Benis.*] In operibus. *Perversis viis.*] Non sunt intus, ut foris. *Pax super Israel.*] Ut Zephan. 3. 12. *Non facient iniquitatem, & nemo perterrefaciet eos.* Non est in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 125.

Sicut mons Sion.] In diebus Christi בימי המשיח:

Est in circuitu.] Ut montes circum Jerusal. ita ut hostis appropinquare nequeat. *Sedebit in sæculum.*] In diebus Christi. *Sortem justi.*] Id est, terram sorte divisam non semper hæreditabunt, impii. *Qui retro vertunt.*] Sic Malac. 3. 5. *Avertere faciunt peregrinum*, idem, id est, Israelitæ qui retrovertunt post idola Gentium, Rasi, vel post oppressionem. *Operariis iniquitatis.*] Gentibus, quæ nihil aliud faciunt גוים.

Sect. 3. *Ex Midrosh Tillin in Psal.* 125.

Sicut mons Sionis.] Tota civitas in futuro habitabitur.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal.* 125.

Precatur pro destructione idololatrarum. בעולתה.] Sicut in Psal. 106. *Didicerunt opera eorum*, &c.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 125.

Ne justi emittant manus.] Vias eorum per societatem cum illis addiscant, ut Proverb. 22. *Ne discas vias ejus, &c. In viis perversis.*] Controversias inter homines excitando, ut Psal. 18. *Cum perverso ostendet teipsum perversum*, & Psal. 31. *A perversitatibus viri*, in MS. R. Sol. & in Venet. לפנאי עלילות רשע.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 125.

Educet eos Dominus.] Ad Gehennam.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 125.

Sicut mons Sion.] Duo sunt, Isai. 28. 21. *Ut in monte Perazim*, & sunt de Alphabeto eorum qui sunt unum in Psalmis, in Cethubim aliud: Salus Perazim de Sion oritur, ut Psal. 50. 2. *Super sortem.*] In Canaan sorte divisam; sunt quatuor cum Pathac, & Symbolum est hæreditas, Benjamin, justa, diminuta, Num. 36. 3. *De sorte hæreditatis nostræ, &c.* Et, *hæreditas eorum de tribu Levi, &c.* Et Jos. 18. 11. *Sors Benjamin.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 125.

Sicut mons Syon.] Ut Heb. 12. 22. *Ad montem Syon*, id est, elevatum super omnes montes, Isai. 2. 2. Apoc. 14. 1. *Agnum in montem Syon*, Apoc. 21. 10. *Montem excelsum valde.* 1. Caus. *Virgam impii illius.*] 2 Thess. 2. 6. *Revelabitur ille Anomus*, ut Isai. 11. 4. *Percutiet impium illum*, id est, Romulum, Chald. Par. & dicit, *Virgam*, id est, regnum, & potentiam inimici, τὴν βασιλείαν, ut Psal. 110. *Virgam virtutis tuæ, &c.* Vel, *Super justos qui sunt sors ejus.*] Ut 1 Pet. 5. 3. *Non dominantes super clerum*, vel sortem Domini. 2. Caus. *Non semper manebis.*]

Pindar. Olymp. Od. 2.

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι, &c.

Nos velus fluxus maris & refluxus
Pellis incertos hominumque vitam,
Gaudium alternis vicibus dolorq;
Versat acerbus.

(Psal. 55. *Mutationes.* Ecclesf. 7. *Die prospero & adverso.*)

Ne extendat manum ad iniquitatem.] Ut Psal. 73. 10. *Cum operariis.*] 4. Caus. à Dissim. *In obligationes.*] Simultates, Theod. Est hic Psalmus descriptio Eucharistica prosperitatis Ecclesiæ.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 125.

Ambulare faciet simul.] Pios qui fiunt Apostatæ in eandem condemnationem, Ital. Hisp. *Les pios apostatando.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 125.

Qui habitat in Jerusalem.] Gr. Vulg. Lat. MS. tutus erit. *Non extendans manus suas.*] Ad faciendam & propugnandam iniquitatem, sic in Hos. 7. *Extendit manus suas cum derisoribus. In obligationes.*] Vulg. Gr. id est, obliquitatem, quia funis rectus fit obliquus quando illo aliquid ligatur, Gr. εἰς τὰς στραγγαλιάς. Lat. MS. ad pravitates suas.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 125.
Heb. Syr. 124.

Ascensus Par. Edit. *Verum permanet in æternum.*] Vel, permanent in æternum, Syr. id est, quilibet eorum, ܐܠܐ ܠܥܠܡ ܡܟܬܪܝܢ. *Virga, vel, Tribus iniquorum.*] Syr. ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܠܝܛܝܢ ܫܒܛܐ ܕܥܘܠܐ, decem Tribus rebelles non semper oppriment Tribum Jehudæ, sed uniuntur in fine dierum, ut in Ezech. 37. *Super sortem*, vel, *portionem justorum.*] Syr. MS. id est, improbi non injuriâ afficient confidentes Deo, quoniam justi sunt, & non extendunt ad iniquitatem manus suas: Deus enim castigat per improbos, illos qui aliquid mali faciunt, velut in verbis sequentibus. *Benefac bonis, &c.* Et dicit, *Sortem*, quia terra Canaan *sorte* erat divisa, & in illam post captivitatem redibant. *Dominus educet super eos operarios iniquitatis.*] Ad affligendum eos. Heb. יוליכם, sicut יוליך להם, sic in Psal. 5. יגרך, vers. 5. in Ab. Ezra.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 125.
Heb. Arab. 124.

Ad semitas perversitatis.] Arab. *Cum perverso luctabitur Deus*, Psal. 18. & tradet eos, ut palam operentur iniquitatem cum flagitiosis.

---

1 *Canticum graduum. CXXV.*
Heb. CXXVI.

IN convertendo Dominus captivitatem Sion; facti sumus sicut consolati.

2 *Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.*

Tunc dicent inter Gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis.

3 *Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.*

4 *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austro.*

5 *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.*

6 *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.*

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sect.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 126.*

שוב, est in sensu quietis, vel est verbum יוצא significat *revertere.* *Sicut somniantes.*] Ut somnus fugit quando quis evigilat, sic nostra afflictio in redemptione, R. Jos. Cimchi. sed aliter, R. Abraham ben Ezra. Vel, *Sicut somniantes.*] In diebus Ezræ, & reditus à Babel, non fuimus redempti miraculo, ut antea ex Egypto, sed consilio, R. Arama. *Tunc implebitur.*] Quando somnus è somno expergefacti. *Converte.*] Sic orat Israel. in captivitate. *Ut flumina in Meridie.*] Meridies est terra arida, ut Judic. 1. 15. *Didisti mihi terram Meridionalem,* vel, *aridam, da mihi fontes, &c.* R. Arama. *Seminant in lachrymis.*] Flentes, & orantes, ut pluviam Deus largiatur. *Semen pretiosum.*] In terra arida est valdè pretiosum, & pauper qui gestat illud in humeros in agrum, incedit flendo præ timore ne totum, vehementi calore perdat, sed Dominus lachrymas ejus intuetur, miseretur, & pluviam in tempore reddit, & in messe gaudendo, pro fletu, redit, sic Israel patienter, & obedienter jugum captivitatis sustinet. *Manipulos.*] Benedictiones argenti & auri, quas Deus largitur. משך, sic Job 28. 18. *Pretium sapientia,* sic dicitur, quia latè diffusum est nomen sapientiæ, vel rei alterius pretiosæ. Vel, ut illi portabunt manipulos suos, tempore messis lætabundi, qui tempore sementis illachrymabantur; sic in nostra redemptione læti nos erimus, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal. 126.*

שיבת.] Ut קימתי. *Sicut somniantes.*] Quia nemo unquam vidit tale miraculum nisi in somnio, ut de montibus auri somniantes. *Illi dixerunt.*] Israel inter Gentes; unus alteri sic colloquitur. *Magna pro illis.*] Pro Israelitis; sic dixerunt Gentibus. *Pro nobis.*] De die in diem, & nos vidimus. *Converte.*] Postquam Psalmista prævidisset redemptionem, nunc orat pro illa. *Sicut flumina.*] Quæ exarescunt in Meridie, sic non ibimus in captivitatem amplius, Rasi. Vel, ut flumina fortia sunt refrigerium in terra arida, Targ. *Exit flendo.*] Timendo ne semen bonorum operum ejus in captivitate periret. *Portans vasa seminis.*] Captivi sunt seminantes, qui custodiunt legem, vasa sunt corpora vel animæ, Meridies est captivitas, aquæ, redemptio. *Manipulos.*] Seminis, denotat mercedem eorum qui afflictiones patienter sustinent.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal. 126.*

Tunc implebitur os risu.] Dicit, *Tunc,* id est, in sæculo futuro, non in hoc sæculo; dicunt de Rishba, quod non implevit os suum risu postquam audivit de R. Johan. *Sicut Rivuli,* vel, *pluvia.*] Dies pluviarum est insignis, sicut dies redemptionis, R. Isaac. *In lachrymis.*] Quando incedit flendo, redit edendo, R. Jehudah.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal. 126.*

Jubilatione ברנה.] Sicut in Isai. 60. *Vestimentum laudis pro spiritu contrito.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal. 126.*

In terra arida.] Flumina humectant illam, sic nos in redemptione virentes erimus. *In lachrymis.*] Quia timent forsan semen in loco illo siticuloso non prosperabitur.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal. 126.*

Somniantes.] Vel, ut ægri sanati à חלם, in Job 39. 4. idem. Sicut flumina in arida] vel siti. Cald. בצורתא.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal. 126.*

Metunt.] Tria sunt, Hos. 8. 7. *Metunt turbinem.* Job 24. 6. *Metunt, id quod non est illis.* messis justi est gaudium, impii vanitas. *Veniendo veniet.*] In tempore suo; 5. sunt defectiv. in Samuel. & in Cethubim, 2 Sam. 16. 22. *Accede ad concubinas, &c.* Psal. 105. 19. *Verbum ejus venit,* & unum in Ester, &c.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal. 126.*

Sicut somniantes.] Erat digitus Dei solius. 1. Caus. Vel, *Quàm consolati.*] Id est, multum consolati, Theod. *Lingua nostra canticis.*] Ut Apoc. 19. 1. *Babel lapsa est, &c.* *Sicut flumina.*] Ut Apoc. 21. 6. *Agnus ducet eos ad flumina aquæ vitæ.* 2. Caus. Et addit, *In Meridie,* ut calor caniculæ adurit Apuliam.

Horat. Epod. 3.

Nec tantus unquam syderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ.
Et Epod. 2.
——— aut perusta solibus
Pernicis uxor Appuli.
(Cant. 1. *Sol aspexit me.*)

In Austro.] Est ventus humidus, & torrentes implet, Theod. *Flendo.*] Cum testibus in sacco, Apoc. 11. 3, 4. Vel, quia vita brevis & ærumnosa, morique est necesse.

Horat. Lib. 2. Od. 14.

Non si tricenis quotquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris: ———
——— scilicet omnibus,
Enaviganda: sive reges,
Sive inopes erimus coloni.
(Psal. 49. *Sapientes & stulti.*)
Frustra cruento marte carebimus,
Fractisq; rauci fluctibus Adriæ!
(Maris Adriatici.)
Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum.
Visendus ater flumine languido
(*Dies ejus veniet,* 1 Sam. 26.)
Cocytus errans, ———
Linquenda tellus & domus & placens
Uxor ———

(Sed gaudium & messis vitæ æternæ sequitur.)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal. 126.*

Qui somniant.] Ital. *Fuor di noi.* Vel, sicut sanati, 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *Consolez.* Ang. MS. Bodlei. *Seminantes.*] Pii ministri laborantes, Hispan. *Los pios ministros del evangelio no serán sin fruto.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal. 126.*

Quasi somniantes.] Lat. MS. Hispan. Ferr. *Soñantes. Euntes ibant & flebant.*] In captivitate, sed Deus benedixit messi, & replet eos lætitia, in afflictione est γλυκυπικρον.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal. 126.*

Heb. Syr. 125.

De Haggeo & Zacharia ܕܥܠ ܚܓܝ ܘܙܟܪܝܐ ܟܕ ܡܣܩܝܢ ܡܢ ܒܒܠ, redeuntibus è Babel,

bel, ſpiritualit: 1 Pſalmus eſt expectatio bonorum futurorum, Par. Edit. *Velut homines qui ſomniant*, vel, *lætantur.*] Syr. MS. דחדין, ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܚܠܡܝܢ. Vel, *Ut ſani homines.*] Quanquam ante in captivitate, velut ægri fuimus, Heb. חלמים. *Reduc*, vel, *reduxit captivitatem.*] Par. Edit. אהפך, ܐܗܦܟ. *Qui portat ſemen progreditur flens.*] Syr. ܕܫܩܠ ܙܪܥܐ, ſic in R. David, & in Hoſ. 10. *Seminate in juſtitia, &c.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Pſa. 126. Heb. Ara. 125.*

Facti ſumus ut ſomniantes.] Nec vigilantes, nec dormientes, quando Meſſias poſt primam apparitionem eſt ſublatus, Tanchum. R. Sol. in Dan. 8. & 12. De Chriſti morte quidam hunc locum in Tanchum. intelligunt. Vel, *Facti ſumus ſicut conſolati.*] Arab. كالمتعزيين, ſicut illi qui ſunt poſt tribulationem conſolati. משך הזרע.] Id eſt, ventilabant ſemen ſuum flentea, Arab. يذرون مزرعهم باكين.

1 *Canticum graduum Salomonis. CXXVI.*
Heb. CXXVII.
NIſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.
Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
2 *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris:*
Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum:
3 *Ecce hereditas Domini, filii; merces, fructus ventris.*
4 *Sicut ſagitta in manu potentis: ita filii excuſſorum.*
5 *Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Pſal. 127.*

IN hoc Pſalmo ſunt tres Philoſophiæ moralis partes, Oeconomia, Ethica, Politia, de urbe, verſ. 1. de filiia domus, verſ. 3. de moribus, in verſ. 2. R. Arama. *De Solomone.*] Sic Geneſ. 20. 5. *Dicas de me eſt frater meus*, idem, dictus eſt hic Pſalmus de ædificatione domus, quam propoſuit ædificare David, cui argentum & aurum accumulâſſet; ſed labor & vigiliæ ſuæ non habebant ſucceſſum, quia filius ejus ædificabat eam, ſic aliorum cogitationes carent ſucceſſibus. Explicabimus hunc Pſalmum triplici modo: De Solomone primùm. *Domum.*] Sanctuarium. *Ædificantes in vanum ædificant.*] David laboravit ædificare eam, ſed non potuit, Deus etenim erât cum Solomone; & meminit *Urbis*, quia erat civitaa regia. *Surgere diluculo.*] Abſolom ſurrexit diluculo contrà David, ut furtim corda Iſrâel raperet, a Sam. 15. 2, 6. & Adonija cum ſuis ſociis ſurrexerunt *ſerò* poſt mortem Abſalomi, ſed in vanum omnia. *Comedunt panem dolorum.*] Quia contendebant pro regno, ſicut pro pane famelicus, ſed illud haud ſunt adepti. *Dilecto ſuo.*] Solomo erat *Jedidiah*, 2 Sam. 12. 24. id eſt, dilectus Domini, & dicit, *Sic*, dat ſine labore regnum Solomoni, & ideo dicit, *Somnum*, id eſt, ſicut homo dormiens illud cepit. Vel, dicit, *Somnum*, quia Solomo erat quaſi dormiens, & non cogitabat de regno, שנא cum Aleph ut He. *Ecce filii ſunt hæreditas.*] Sic dicit David, nunc video quod filii ſunt bona operum bonorum merces à Domino, eſtque mihi bona hæreditas in Solomone filio meo. *Filii juventutis—— ut ſagitta.*] Solomo erat filius ſenectutis, & erat in adjutorium Davidis poſt mortem ſuam, ſed David habuit filioa alios ſapientes & magnanimos qui in vita ſua illum adjuvabant & erant *Sicut ſagitta.*] Ut 2 Sam. 8. 18. *Filii David erant principes ad manum regis*, id eſt, in adjutorium ſuum, quia omnes erant boni præter Abſalom & Adonijam. *Pharetra.*] Domus Dâvidia, quam ſic aſſimilat, quia dixit ante, *Ut ſagitta. Quando loquentur.*] Ante ſeniores quia ſunt multi & probi & in porta abſque pudore & timore eloquentur. Alio modo. De Chriſto, qui dictua eſt Solomo in Canticis. *Domum.*] Sanctuarium. *In vanum laborant.*] Quia poſt deſolationem Jeruſalem erat aliquando ædificata, quandoque deſtructa, quia non placuit Domino ædificatio ejus. *Surgentes diluculo.*] Roma primò ſubjugavit Jeruſalem & Iſmael ſequebatur, ſed Chriſtus dilectus Dei facillime quaſi ſomno eos ſubjugabit, אדום & ישמעאל non ſunt in Cod. Cremon. Alio modo exponi poteſt de quolibet viro particulari. *Domum.*] Palatium cujuſlibet regia, ut a Sam. 7. 11. *Ædificabit tibi domum*, non erit domus regia ad ſemen regis ſine εὐδοκίᾳ τοῦ θεοῦ, nec prævalebit cuſtodia murorum abſque Deo. *Tardantes ſedere.*] In ſuia officinia opificea & mercatorea ut vendant venalia morantur. Vel, agricolæ in agria manent uſque ad occaſum ſolis, Pſal. 104. *Sic dat ſomnum.*] Id eſt, divitias ſine labore. ſicut aliis laborem ſine divitiis, & poſtea meminit *Filii, &c.* qui ſunt Dei donum ſingulare. Vel, dicit, *Sic*, id eſt, illia dilectia qui ſic laborant ut vos, dat Deus requiem, ſicut in ſomno, ut in Eccleſ. 5. *Somnus laborantis eſt dulcis*, R. Aram. quia Deus benedicit labori ſuo, ſed veſter labor eſt in vanum. Non eſt in Cod. Cremon.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Pſal. 127.*

De Solomone.] בעבור, ut Deut. 33. 8. *De Levi. Vigil in vanum vigilat.*] Quia ventus poteſt diruere omnia; poſt *Ædificantes*, meminit *Vigiles*, qui cuſtodiunt urbem, & *Mercatores*, qui in ea operantur, à שקד, in Prov. 8. 34. *Qui vigilat ad portas*, idem. *Surgunt diluculo.*] Mercatores & Artifices in plateis. *Sic dat dilectis ſuis.*] Omnia eveniunt ſecundùm Dei decreta, non ſecundùm hominum labores,

res, & addit, *Somnum*, ut Eccl. 5. 12. *Somnus laborantis est dulcis*; & dicit, *Sic*, vel, certè, ut Num. 27. 7. *Filia Zolophehad rectum loquuntur.* Vel, dicit, *Sic*, quando custodit eos; sicut aliis dat dolores quos non custodit. *Est merces ejus.*] Merces bonorum operum, & meminit *Filii*, quia etiam conceptio mulieri à Deo datur, sicut custodia urbis; & conjungitur cum ædificatione domus, quia non David sed filius ejus ædificabat templum, R. Jos. *In manu potentis.*] Sunt fortes qui procreantur in juventute, quia crescant, & tandem pro parentibus pugnent, non sic filii senectutis, הזקונים. *Non confundentur.*] Nec pater nec filii. *Superabunt hostes.*] à ידבר, in Psal. 18 45. *Subjugat populos*, idem. *In porta.*] In oculis omnium, ut Job 5. *In porta*, idem sensus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 127.

In vanum.] Custodes civitates sunt scribæ, &c. R. Jehudah. *Surgentes mane.*] Uxores discipulorum sapientum.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 127.

De congregantibus divitias in captivitate. *Dabit somnum.*] Id est, panem dabit cum somno; contrà in Ecclef. 8. *Cor ejus in nocte non requiescit. Sagitta.*] Contra Atheos. *Inimicis.*] Epicuræis.

Sect. 5 *Ex R. Sol. in Psal.* 127.

In vanum] Prævidit David lapsum Solomonis à cultu Dei, & sic quasi in vanum ædificabat templum. *Vigiles.*] Vel artifices qui diluculo ad labores evigilant. *Dilecto*, vel, *illi cujus vagatur somnus, somnum dabit.*] A נדד, Ester 6. 1. *Discedebat somnus ejus*, id est, illi qui somnum suum ad studium legis amittit dat ἀυταρκείας, לסגרו. *Filii.*] Quando educantur, ut discipuli sapientum. *Fructus ventris.*] Ubi occultatur verbum Dei. *Pharetra.*] קווירן, in lingu. extran. Quiver Anglicè, Hispan *Aljava. Loquentur cum inimicis.*] Discipuli hi hostes sapientum faciunt obmutescere, Hisp. *Hablare.*

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 127.

Solomonis.] Per manum Solomonis. *Surgunt diluculo.*] Ad violentiam, Job 24. 5. *Diluculo in pradam. Sedere morantur.*] Ad facinora perpetranda. *Panem dolorum.*] Panem pauperum, per violentiam ab illis raptum, ut in Amos. 2. *Vinum condemnatorum. Merces.*] Bonorum operum sunt filii. *Pharetra plena.*] Beth Midrash discipulis repleta. *In porta*] Synedrii, ut Ruth 4. 1. *Sedebat in porta cum senioribus. Contendent.*] ינצון, Cald.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 127.

Diluculo surgentes.] Duo sunt, & in uno versu, Isai. 5. 11. *Donec vinum inflammet eos. Fructum.*] הפרי, non est ampliùs, & unum est פרי sine He, Genef. 30. 2. *Cohibuit fructum ventris. Beatus est vir.*] Sunt quatuor, Psal. 40. 4. *Qui facit Dominum suam fiduciam*, Psal. 94. 12. *Quem castigas.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 127.

De Solomone.] Christo, Cant. 8. 11. *Solomo habuit vineam, &c. Dolorum.*] Idolorum, sic dicta quia inferunt dolorem, Ab. Ezra. *Sic dat somnum.*] Dicit, *Sic*, laborando dat illis quietem in somno, sicut aliis molestiam. Vel, quando Deus adjuvat in ædificando, laborando, &c. tunc vita est quieta ut somnus, τὸ τῆς ὕπνου, Chrysost. aliter Divitiæ non reddunt mentem quietam.

Horat. Lib. 3. Od. 24.

Intactis opulentior
Thesauris Arabum, & divitiis India
Cementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit Adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clavos: non animum metu,
Non mortis laqueos expedies caput.

(Ecclef. 5. *Abundantia divitis non sinit eum dormire.*)

In porta.] Si fidit, in porta loquatur, S. Aug. *Filii excussorum.*] Apostoli, filii Prophetarum quorum involucra excutiuntur, S. Aug. Vel, filii accincti ad prælium, Hieron.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 127.

Sic, vel, *quando dabit dilecto suo somnum.*] 3. Ang. MS. Vulg. Gal. id est, tunc vos panem dolorum comedetis, quia sunt qui non edunt toto die, sed in tenebris, ut Ecclef. 5. in Ab. Ezra. Vel, dicit, *Sic*, id est, *Sin trabaio*, Hisp. *Assi darn*, Hispan. Fer. absque labore; sic dabit illis somnum, ut vobis laborem inquietum. *In porta.*] In senatu, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 127.

Surgite postquam sederitis.] Vulg. Gr. Arab. Lat. MS. id est, non est vobis vacatio, ut sedeatis & cœnatis panem, מאחרי & לקום ut קום ab אחרי, Mem redundat, ut sæpè. *Filii juventutis*, Lat. MS. vel, *excussorum.*] Gr. Vulg. τῶν ἐκτετιναγμένων, id est, eorum qui excussi sunt de terra, vel de prosperitate, filii eorum possint eos restituere, à נער, *Excussit Pharao*, in Exod. 14. vel, filii viventes post mortem patrum qui excussi sunt ex hoc mundo, & ipsi filii suos patres defendunt palàm. Vel, eorum qui sunt excussi à pueritia & maritati in juventute, & tunc filios valentes procreant. *Pharetram.*] Desiderium suum, Vulg. Gr. *Quando colloquentur.*] *Hablaren*, Hisp. Ferrar.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 127.
Heb. Syr. 126.

A Davide, dicitur de Solomon. Etiam de Hag. & Zach. qui urgebant ædificationem templi, Ezra 5. Par. Edit. ܘܠܚܡܐ ܠܐ ܬܐܟܠܘܢ ܒܥܡܠܐ. *Panem comedere cum dolore.*] Laboribus malè succedentibus. Syr. ܒܥܡܠܐ ,בבאצא, sic in Hag. 1. *Efflavi in illud, quare? quia domus Dei est desolata. Ita dabit dilecto suo somnum.*] Sicut vobis dolorem; & dicit, *Dilecto*, qui ponit cor suum ad ædificationem templi, ut Hagg. 3. *Abhinc benedicam tibi.* Vel, *Ita*, id est, tantum dabit eis dormientibus quantum vobis cum omni cura vestra, & dicit, *Sic*, vel liberè, הנן, Syr. MS. ܗܟܢܐ. *Merces fructuum ventris.*] Syr. ואגרא, ܘܐܓܪܐ, merces, quam largitur Deus propter dolores in parturiendo, ut in Genef. 3. *Sic filii juventutis.*] Sunt fortes, sed filii senectutis sunt chariores.

Pindar. Olymp. Od 9.

Ἀλλ᾽ ὥστε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ &c.

——uti patri
Dulcis progenies quam mulier parit,
Annis conjugis ultimis.

(Ut Joseph Jacobi erat, בן זקונים, Gen. 37.) *Non erubescent quando loquuntur.*] Tunc temporia enim sterilitas pudore afficiebat, velut Hanna ait, *Deus abstulit pudorem meum*; & versus hic de filiis, sequitur *Panem dolorum*, multi enim laborant & non habent *secundum*, cui relinquant bona sua, in Eccles. 4. 8. & in Eccles. 6. 2.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 127. *Heb. Arab.* 126.

Vana erit surrectio vestra matutina, (post Solis ortum ad opus, ut Psal. 104.) *surge* (quilibet) *post sessionem, ô comedentes panem eorum cum mœstitiis. quoniam cum dederit electis suis somnum*, (tunc) *hæreditas Domini sunt filii, merces fructus ejus à ventre.*] Arab. باطلا يكون بكوركم انهضوا بعد الجلوس يا اكلي خبزهم بالهموم لانه اذا اعطى اصفياه نوما ميراث الرب البنون تمرته من البطن, Id est, postquam sederitis ad prandium vel cœnam, surgite denuò statim, ut panem mœstitiæ comedatis, & in nocte præ curis non dormiatis, quoniam dabit dilectis suis somnum suavissimum, & in somno conceptionem mulieri suppeditabit, quæ in tempore suo fructum ventris parturiet. Heb. קום, ut קומו & מאחרי, ut אחרי. Vel, cum dederit dilectia somnum, *Dat peccatori dolorem, ut accumulet divitias, & reponat pro illis qui recti sunt coram Domino*, Eccles. 2. *Ita filii juventutis*, vel, *in juventute sua.*] Tunc sunt validi. Arab. كذلك الاولاد في شبيبتهم. *Pharetram*, vel, *desiderium suum ex illis.*] Arab. شهوانه منهم. *Non confundetur.*] Sterilitas erat opprobrium in Israele, sed fæcunditas erat mulieri honos & decor.

---

1 Canticum graduum. CXXVII. Heb. CXXVIII.

BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.

2 *Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.*

3 *Uxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tua:*

Filii tui, sicut novella olivarum in circuitu mensæ tuæ.

4 *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.*

5 *Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*

6 *Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 128.

LAndat timorem Dei in omni captivo, præcipue ut redemptionem intueri dignetur. *Laborem manuum.*] Id est, τὸν ἄρτον ἴδιον ex sudore faciei tuæ non ex aliorum labore. Vel, ut Isai. 65. 22. *Diu fruentur opere manuum eorum. Uxor tua erit.*] Id est, tu præcipies uxori tuæ, ut sit sicut vitis; non est arbor plantata in medio domus præter vitem, plantant eam in lateribus domus, & quando crevit, educunt eam foris ante Solem; Ecce radix est in medio domus, & rami foris; Sic uxor modesta est in lateribus domus, & non exit foris, sicut mos est meretricis, Prov. 7. 12. *Est foris, quandoque in plateis, &c.* & Prov. 9. 14. *Sedet ad ostium domus* ut videant eam transeuntes, sed hanc uxorem nemo videt nisi maritus & filii ejus, ut Genes. 18. 9. *Ubi est Sarai uxor tua? Ecce in tentorio*, non exibat ad excipiendos hospites, sed exeunt filii sui (ut negotia sua perficiant,) sicut rami vitis. *Sicut planta olivarum.*] Filii hujus mulieris castæ sunt sicut *Oliva:* Oliva non recipit insitionem alterius arboris, sic illi non sunt semen adulterinum; & ut oliva est semper viridis, sic pulchri in bonis operibus illi. *In circuitu mensæ tuæ.*] Sicut plantæ circumeunt mensam in regionibus calidis in hortis, &c. sic hi filii circà mensam administrant, & non comedunt bibuntve cum ebriis, sed ad mensam tuam solam vivunt. *Bonum Jerusalem.*] Post redemptionem. *Et videbis bonum cunctis diebus vitæ tuæ.*] Etiam in captivitate, טוב bis sumitur. *Pacem in Israel.*] In redemptione si vivus sis, vel in resurrectione si mortuus.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 128.

Beatus.] Post redemptionem, vel est de sensu prioris Psalmi de filiis. *Sicut vitis.*] Fructum in tempore suo reddit בעתו. *Sicut planta olivarum.*] Semper florent. *Videbis.*] In tribus festis.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 128.

Sicut vitis. Modesta in lateribus domus, Gen. 18. [illegible]. *Pacem in Israele.*] Filii non venient ad pœnam discalceati, in Deut. 25. 7.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 128.

Hortatur captivos ad studium legis non divitiarum. *Circa mensam* לשלחנך.] Habebis omnia necessaria pro familiâ tuâ.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 128.

Beatus.] In hoc sæculo & futuro.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 128.

Beatus eris.] Cum Israele; Duo sunt, Deut. 33. 29. *Beatus tu ô Israel.* יבורך, quatuor, duo cum Pathac, & duo cum Cametz, in Psal. 128. *Videbis.*]

Tria

Tria sunt initium versus, *vide & fac*, Exod. 25. 40. Psal. 139. 24. *Vide si sit via iniquitatis.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 128.

Laborem manuum tuarum.] Non eris orbatus amplius, ut Isai. 65. 23. *In circuitu mensa.*] Cubito innitebant veteres Romani.

Horat. Lib. 1. Od. 27.
Et cubito remanente presso.
(Ut Luc. 22. *Accumbebant*, & Joh. 13. *In pectus.*)

Sicut planta olivarum.] In pace, ut Isai. 2. 3, 4. *Non discent prælium amplius*, & Apoc. 21. 4. *Uxor tua sicut vitis.*]

Horat. Lib. 1. Od. 13.
Fœlices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis,
Divulsus querimoniis,
Suprema citius solvet amor die.

Et dicit, *sicut vitis*, in usum lætitiæ non rixarum.

Horat. Lib. 1. Od. 27.
Natis in usum lætitiæ scyphis
(Eccles. 10. *Vinum lætificat.*)
Pugnare, Thracum est: tollite barbarum
Morem: verecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
(Prov. 23. *Cui rixa, &c.*)
Vino, & lucernis Medus acinaces (gladius)
Immane quantum discrepat? impium
Lenite clamorem sodales,
(Ephes. 4. ult. *Nec clamor.*)

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 128.

Sicut vitis.] Pulchra & virens, Ital. Lætificans cor mariti.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 128.
Heb. Syr. 127.

De Zerubabel sollicitante ædificium templi & subindicat conversionem Gentium, Par. Edit. [illegible] *Laborem manuum tuarum.*] Qui dulcissimus est, opposit ad *panem ignaviæ. Circa mensam tuam.*] Plantæ olearum ibi dilatant sese. *Bona Jerusalem.*] Post ædificationem templi, urbis, & adventum Christi, qui *desiderium erat omnium Gentium credentium*, Hag. 2.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 128.
Heb. Ara. 127.

Ex fructu manuum, vel, *laboris tui.*] Arab. من ثمرة تعبك. *Beatus es*, vel, *gratia est tibi.*] Coram hominibus والنعمة لك, Arab.

---

1 *Canticum graduum.* CXXVIII.
Heb. CXXIX.

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Israel.

2 *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non potuerunt mihi.*

3 *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.*

4 *Dominus justus concidit cervices peccatorum:*

5 *Confundantur & convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.*

6 *Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam evellatur, exaruit:*

7 *De quo non implevit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit:*

8 *Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 129.

[*A pueritia mea*,] Captivitatis initium est ut pueritia, duratio ejus ut senectus. *Sæpè*, vel, *multum.*] Affixerunt nos in initio. *Dicat nunc Israel*,] Id est, dicat ad gloriam Dei quod non consumitur, & dicit, *Nunc*, id est, in tempore redemptionis, R. Arama. *In dorsum.*] Cum extrema contumelia, ut Isai. 51. 23. *Dorsum tuum posuisti ut terram. Sulcos longos.*] מענית, est linea quam arat agricola in agro, & si sit nimis longa tunc fatigantur boves, quia non quiescunt donec finem attingant lineæ, vel sulci; sic inimici non sinunt nos quiescere à durâ servitute more boum. Vel, in collum meum vincula & jugum posuerunt, R. Arama, ut Lamen. 5. *Super colla nostra, &c. Arescit*, vel, *solvit se & abit è loco suo.*] A שלף, ut, quando dicitur, *solvit calceum suum*, idem, nisi quod illud est verbum [illegible], & hoc stans. *Sicut gramen.*] Arescit, & non habet messorem, sic Gentes & earum leges pereunt.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 129.

Diu affixerunt me.] Dicit bis, id est, indies; dictus est, Psal. de Israel in captivitate. *Arabant in dorsum meum.*] Est similitudo, ut Isai. 57. 23. corpus tuum, ut terram. *Sulcos.*] Ut 1 Sam. 14. 14. *Dimidium sulci*, מענית, idem. *Funes impiorum discidit.*] Et non arabunt ampliùs in dorsum meum, sunt ut boves quando funes exscinduntur. *Sicut gramen in vertice tectorum.*] Inutiles, subitò excisi & pauci numero relicti, opposit. ad illud, *Manipulos secum*, in priori Psal. *Antequàm extrahatur in opus.*] A שלף, *Extrahere gladium. Sinum suum.*] Ut Nehem. 5. 13. חצני, idem. *Excussi sinum meum, &c. Dominus benedicat vobis.*] Sicut mos erat in agris benedictis, dicebant messoribus, *Deus benedicat vobis*, Ruth 2. 4. de Boaz; sensus est quod leges & fidem nationum nemo laudabit.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 129.

Mecum arabant.]. Israel sic in hoc mundo patitur; Princeps unus venit & subjugat eum, crastino Deus benedictus funes impiorum discindit, & populum suum à jugo liberat. *Non dicunt transeuntes.*]

Non benedicunt illis qui arant in septimo anno, Deut. 15. 1.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 129.

Arabant.] Sicut Turnosrophus aravit templum & circuitum ejus, ad perdendum memoriale ejus.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 129.

Israel.] Congregatio Israel in captivitate, in diebus juventutis erant in Ægypto, Jerem. 2. 1. *Memini amorum juventutis tuæ, &c.* Non est in Venet.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 129.

Dorsum.] Vel, corpus meum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 129.

Exscidit.] Non est amplius, & unum est cum Pathac, 2 Reg. 18. 16. *In tempore ille, exscidit Hezechia,* & duo sunt cum Vau, Exod. 39. 6. & Psal. 46. 9. *Fregit hastam, &c.* *Non dicunt.*] Sic Jerem. 2. 6. *Non dicunt ubi est Dominus.* Jer. 5. 24. *Non dicunt —— timeamus.*

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 129.

Israel.] Ecclesia Dei, Gal. 6. 16. *Excogitarunt cogitationes.*] ἐπέκτηνον, Chrysost. à חרש, *Ne cogites malum,* Prov. 3. 1, 2. Caus. in vers. 4. *Deus benedicat vobis.*] Sic Ep. 2. Joh. 10. *Neque dicite illi, Salve.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 129.

Arabant.] Id est, imaginabant malum contra me, ut in Prov. 3. *Ne cogites malum,* idem. & *Aratio impii,* Proverb. 28. Hisp. Ferr. *Arantes. Impietates.*] Ang. MS. Vulg. à עון, ut in Hos. 10. *Duas iniquitates, &c.* *Funes.*] Pollis, 2. Ang. MS. Vulg.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 129.

Priusquam evellatur.] Gr. Vulg. Arab. שלף, est *Educere è vagina.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 129.
Heb. Syr. 128.

ܕܥܡܐ ܒܐܘܠܨܢܐ, De angustia populi, Par. Edit. & innuit triumphum cultorum. *Plurimis temporibus,* vel, *multi fuerunt affligentes me.*] Syr. *Super tergum meum aratores,* vel, *castigatores plagis affecerunt, & produxerunt strigas suas.*] Reliquerunt post eos plagarum notas, Syr. נגודא, ܢܓܘܕܐ. Heb. חורשים. *Funes, vel, ramos improborum.*] Syr. מכיותין, ܕܡܚܘܬܐ ܡܩܛܘܢܐ, funes flagelli eorum erant tres, ut aiunt; Sic Hos. 10. *Ararefaciam Ephraim —— ligabo eos in duobus eorum sulcis,* idem sensus de captivitate Babel. *Priusquam crescat,* vel, *priusquam super illud afflet ventus, exarescit.*] Syr. non per ventum, sed quia caret humore. Vel, quando ventus afflat, Syr. Paris. ܕܟܠܐ ܕܢܫܒ ܒܗ ܪܘܚܐ ܝܒܫ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 129.
Heb. Arab. 128.

Super tergum, vel, *collum meum flagellaverunt me peccatores, iniquitatem suam prolongarunt; justus Dominus abscindit colla iniquorum.*] Arab. وعلي ظهري جلد ني الخطاة اطالوا اثمهم الرب عدل قاطع اعناق الاثمة, Sic Isa. 5. *Pretrahunt iniquitatem, ut funibus plaustrum.* Heb. למענותם à עון, *iniquitas,* vel, *sulcus,* in Hos. Et dicit Deus, *Abscidit colla impiorum,* quia collo duro incedunt, ut in Psal. 75. *Ne ambulate cervice dura,* σκληροτράχηλοι, Act. 7. Heb. עבורת, sic dicitur collum ob crassitiem, à עב.

1 *Canticum graduum. CXXIX.*
Heb. CXXX.

DE *profundis clamavi ad te Domine:*
2 *Domine exaudi vocem meam.*
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.
3 *Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?*
4 *Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.*
Sustinuit anima mea in verbo ejus:
5 *Speravit anima mea in Domino.*
6 *A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino.*
7 *Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.*
8 *Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus ejus.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 130.

TEcum *est remissio.*] Dedit Deus potestatem Angelis exequendi beneplacita sua in terra, sed non est in manu illorum remissio. *Ut reverearis.*] Tu solus; ut non dicant homines quando peccant, angeli possunt nobis remittere, Adoni Avi R. Jos. Cimchi. *Expecto in Dominum.*] Pro redemptione in hoc sæculo. *Anima mea expectat.*] Gloriam ejus in discessu à corpore intueri. *In verbo.*] Promisso redemptionis. *Annumerari inter illos qui vigilant pro Aurora.*] Id est, qui surgunt in vigiliis matutinis, ut orent. *Est misericordia.*] Ad omnes creaturas; & sic ad te. *Multa redemptio.*] Id est, sæpè redemit te ab Egypto, Babel, &c.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 130.

De profundis.] Captivitate, ut Psal. 42. *Abyssus Abyssum invocat,* in R. Sol. *Ut sit timendus.*] Si mihi remittis peccata mea, alii spe veniæ ad te accedent, & timebunt amplius peccare, sed si non remittis, vivent prout illis libet. Vel, dicit, *Timendus,* quia nemo præter te potest peccata remittere, R. Sol. *Vigilant in auroram.*] Noctu vigilant in moris, ut manè dormiant. *Redimet Israel.*] Quia tecum est misericordia, ut vers. 3. *Ab iniquitatibus.*] Opposit.

ad

ad illud, *Si custodias iniquitates, &c.* יוחל, in Imperat. in forma gravi.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 130.

De profundis.] Nunquam orat homo in loco elato, R. Josi bar Hanina. *Tecum est remissio.*] Id est, servas remissionem in manu tua à principio anni usq; ad diem propitiationum, in Levit. 16. ut in isto die timent homines, R. Aba.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 130.

Precatur pro remissione peccatorum captivitatis. *Ut reverearis* תורא.] Id est, exaudi me & destrue hostes meos, ut timeant te Israelitæ, sicut in Exod. 14. *Et populus timebat, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 130.

Ut reverearis.] Ut homo non confidat in alium pro remissione, sed in Deum solum, ut in Exod. 23. *Non potest* (angelus) *remittere transgressionem tuam. Expectat.*]. Reditum ex captivitate, qui est sicut mane.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 130.

Ut videaris.] Quia nemo coram te ausus est in cultu tuo apparere si non fuisses misericors, à ראה. *Vigilant in Auroram.*] Ut offerant sacrificium matutinum.

Sect. 7. *Ex Masara. in Psal.* 130.

Aures tuæ.] In Templo sancto; Duo sunt in Cethubim, 2 Paral. 6. 40. *Sit attenta auris tua*, & omnes Prophetæ sunt similiter plenæ, exceptis 3. In 1 Sam. 20. 12. & Isai. 48. 6. יוחל.] 5 sunt, tria cum Cametz, & duo cum Pathac, socius ejus in Psal. 131. 3. Judic. 13. 5. *Incipiet salvare, &c.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 130.

Quis stabit?] Ad ministrandum coram te; ut 1 Reg. 17. 1. *Coram illo consisto.* & Jerem. 35. 19. *Coram me consistere. Ut reverearis.*] Sicut Dominus à servo colitur, sic Mal. 1. 6. *Ubi est timor meus*, vel *cultus?* Vel, *propter legem tuam.*] Legem misericordiæ, S. Aug. à תורה.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 130.

Propter legem tuam.] Vulg. Gr. vel ob timorem tuum expecto, quæ sic precipit patientiam [illegible] μχτῷ, Gr. Ethiop. Arab. Vel, *Tecum est propitiatio, cùm terribilis sis.*] Lat. MS. erga hostes tuos es terribilis, ad pœnitentes misericors.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 130.
Heb. Syr. 129.

De Nehemia duce, & prece martyrum, ܡܛܠܐܡ: ܠܠ ܕܣܗܕܐ ܒܪܘܚܐ ܘܡܙܡܪܐ ܒܗ ܕܥܘܠܐ ܘܥܣܪܐ ܪ̈ܕܘܦܝܐ, id est, sub 10 persecutionibus, Par. Edit. כהנא, sic 2 Sam. 20, *Principes*, quia non erat Nehemia sacerdos, ut est in Par. Edit. sed Tirshatha, & Ezra erat sacerdos, Nehem. 10. *Si servaveris iniquitatem — ut te timeant homines.*] Quis tunc consistet? sed apud te est misericordia. תורא, non est in Syr. Et dicit, *Iniquitatem*, id est, patrum, Manassis, &c. ob quam venit captivitas. *Ab excubiis matutinis usq; ad excubias matutinas.*] Syr. absque *Vau*, עד מא, Syr. Par. ܟܠ ܝܘܡ, id est, quotidie; & dicit, *Tempus matutinum*, quoniam tunc expergiscunt homines & meditari incipiunt. *Plurimum apud eum salutis.*] Qui superavit paganos Imperatores persequentes, & martyres liberavit.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 130.
Heb. Arab. 129.

Nomen tuum, ô Domine, speravi.] Arab. Rom. Neb. ولاسمك يا رب ترجيت. Vel, *Propter legem tuam sustinui.*] In lege tua sunt præcepta patientiæ & promissa, תורא, ut תורה, Aleph pro He, sic מורא & מורה, Psal. 9. ult. Vel, *Ut reverearis — expectavi in Dominum.*] Ut alii reverentiam tui meam intuentes, mecum te expectando etiam revereantur. *A vigiliis, vel, tempore matutino ad vesperas anima mea confisa est in Domino, confidat* (etiam) *Israel à tempore matutino* (ad vesperas;)] Arab. من حين الصباح الى المسا نفسي توكلت علي الرب. فليتوكل اسرايل علي الرب. Heb. משמרים לבקר, id est, ab isto tempore, toto die usque ad vesperam.

---

1 *Canticum graduum. CXXX.*
Heb. CXXXI.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.

2 *Si non humiliter sentiebam: sed exaltavi animam meam.*

Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.

3 *Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 131.

Non est elatum.] Id est, clam; dicit David hoc de seipso, indicando, quòd si Israel, sit humilis in captivitate tunc illius miserebitur Dominus, ut Isai. 57. 15. *Sublimis est Deus & aspicit humiles*, & ideò concludit hunc Psalmum, *Confidat Israel. Nec oculi elati.*] Palam. *In mirabilibus.*] In rebus Deitatis; non glorior quòd intellectus meus possit eas comprehendere, ut Prov. 25. 2. *Est gloria Dei rem celare. Si non.*] Est juramenti forma. *Sicut puer.*] Qui paulatim crescit, & fulcit se in matrem non in seipsum, sic nec ego in propriam sapientiam, sed traditionem legis & doctores ejus; & eam paulatim disco timens, R. Arama. Vel, *Cor non est elatum.*] Quando Samuel unxit me. *Nec oculi elati.*] Quando vici Goliam. *In magnis.*] Quando rex eram. *In mirabilibus.*] Quando adduxi Arcam. Derash, Non est in Cod. Cremon,

Sect.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 131.

Non est elatum.] Clàm. *Nec oculi elati.*] Palàm. *Non ambulavi.*] Id est, cum corde; & dicit, *Non*, quia puer parvulus ambulare nequit; הלכתי, verbum stans, si est יוצא, deficit לבי. *In valde sublimibus.*] Id est, arcania quæ ad Dominum pertinent, Deut. 29. 19. *Posui, & silere feci animam meam.*] Ut Psal. 16. 8. *Posui Dominum ante me*, idem. Vel, *Si non posui.*] Est imprecatio quasi diceret, si non, tunc, *Adhæreat palato lingua mea*, Psal. 137. 6. *Sicut puer.*] Ambulare sine matre nequit, sic nec ego sine tua directione. *Sit anima mea in me.*] Est oratio; & dicit, *I nme*, id est, in oculis meis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 131.

Precatur pro seipso ut videat redemptionem. *Sicut ablactatus* כגמל] Qui expectat misericordiam matris ut cibum illi suppeditet.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 131.

Ego.] Congregatio Israel, Vel, David erat ut ablactatus ac si non habuisset manus aut pedes. גדולות, id est, splendidis ædificiis, plantis, vel aliis deliciis, ut Solomo, Eccles. 2. & Jer. 45. *Quæris magna? ne quæras ea.*

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 131.

Posui in meipsum.] Manum in os meum, silendo, donec verba legis audivissem. *Sicut ablactatus.*] Sic ego in lege profectum feci.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 131.

Canticum graduum Davidis.] Quatuor sunt, Psal. 122. 1. Psal. 124. 1. Psal. 131. Psal. 133. 1. cultus Dei præcedit ejus tutelæ, & humilitas imitati.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 131.

Cum magnatibus non ambulavi.] Gr. sic Prov. 25. *Ne venias in locum magnatum, &c.* Oportet sequi res aptas, & non sperare ultrà quam licet; Bellerephon cœlos ascensurus, ut quid ageret Jupiter cognosceret, in terram cecidit.

Horat. Lib. 4. Od. 11.

Terret ambustus Phaeton avaras
Spes: & exemplum grave præbet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerephontem.
Semper ut te digna sequare: & ultra
Quàm licet, sperare nefas putando,
Disparem vites: &c.
(In Jer. 45. *Ne quæras grandia.*)

Sicut puer.] Sic Matth. 18. 1. *Qui humiliavit sese ut hic parvulus.* Et Zephan. 3. 12. *Populum afflictum & pauperem in te relinquam*; Est Prophetia de futuro, R. David, literaliter, nos instruit ne res grandes tentemus, & quasi parvo navigio in mari mediterraneo navigare.

Horat. Lib. 4. Od. 15.

Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem, &c.

Pindar. Olymp. Od. 1.

——— ὑπέρογκον, &c.
——— *Tantalus is fuit*
Sensitque fatis dulcibus ebrius,
Magna impotentis damna superbia.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 131.

Sed exaltavi animam meam.] Gr. Vulg. per humilitatem meam in conspectu Dei filii, רוממתי, Daleth pro Resh, à רום, ut sæpè.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 131.
Heb. Arab. 130.

De Josue sacerdote summo & de humilitate, Par. Edit. nam ipse erat in vestibus sordidis, Zach. 3. 1. [Syriac text]

Sedavi animam meam.] In spe bona mutatoriarum vestium, post afflictionem meam, velut nuper ablactatus puer silere cogitur quando ad ubera illachrymatur, Syr. [Syriac text] *Anima mea contra me est* עלי, *velut ablactatus.*] Quæ aliquando ex impatientia exclamat, eam autem increpo murmurantem, Syr. [Syriac text], סכככת.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 131.
Heb. Arab. 130.

Non ambulavi cum superbis, nec cum magnificantibus se, me majoribus.] Arab. Rom. Neb. لم مع المتعظمين اعظم مني, Heb. גדולות, id est, cum illis qui grandiloqui jactatores sunt, ut in Psal. 12. sic in Psal. 26. *Cum dissimulantibus non ambulavi.* Vel, *In rebus nimis mirabilibus.*] Ut Magici. Rambam. Mor. Nebuc. c. 31. *Ut ablactatus à matre, ita retributio animæ meæ.*] Sic abnegando subjugavi, & quasi remuneravi animam meam, quia ob hanc abnegationem mercedem habebo. Vel, ut puer novissime ablactatus reluctatur ad lac matris, sic ego mercedem respicio ἀντιμισθίαν, ut Moses, Heb. 11. & Psal. 119. *Retribue servo tuo.*

---

1 *Canticum graduum.* CXXXI.
Heb. CXXXII.

Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.

2 *Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob:*

3 *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei:*

4 *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.*

5 *Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.*

6 *Ecce audivimus eam in Ephrata: invenimus eam in campis silvæ.*

7 *Introibimus in tabernaculum ejus: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.*

8 *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.*

9 *Sacerdotes tui induantur justitiam: & sancti tui exultent.*

10 *Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.*

11 *Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

12 *Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos:*

Et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam.

13 *Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.*

14 *Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.*

15 *Viduam ejus benedicens benedicam: pauperes ejus saturabo panibus.*

16 *Sacerdotes ejus induam salutari: & sancti ejus exultatione exultabunt.*

17 *Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.*

18 *Inimicos ejus induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 132.

DIctus erat quando ædificabat altare in area Ornanis, & respondebat Dominus per ignem, 1 Paral. 21. 26. quia ad hoc usque tempus locus Arcæ erat ignotus, & Nathan dixisset Davidi, *Non ædificabis domum, sed Selomo*; Et quoniam David præparasset pro ædificio, orat ut acciperet Deus voluntatem pro opere, dicendo, *Et omnis afflictionis ejus.*] Ob divisionem decem tribuum, R. Arama. Vel, in præparatione pro domo Dei, ut 1 Paral. 29. *In afflictione mea praparavi, &c.* ita, ut non potui dormire. *Jacobi.*] Meminit *Jacobi*, quia vidit Jacob in somnio locum sanctuarii, Genes. 28. 12. Scala erat sanctuarium, de quo dixit, *Quam terribilis est locus!* loquitur non de Bethel sed templo, quod dicitur, *Porta cœli*, respond. ad *thronum gloriæ in cœlis*, ut Jerem. 17. 12. *Locus sanctuarii nostri*, est opposit. ad *gloriosum thronum excelsum*, Rabboth. in Bereshith Rabba, & hæc terra est in medio orbis habitabilis, & Jerusalem in medio terræ Israel. & sanctuarium in medio Jerusal. & templum in medio sanctuarii, id est, ab Aquilone ad Meridiem, & Arca in medio templi, Rabboth. Non est in Cod. Cremon. Et licet vidit Jacob locum sanctuarii, forsan non cognovit illud quandò evigilabat, vel non revelabat illud, quia voluit Deus, ut David primò revelaret locum, & licet subindicabat illum Deus Abrahamo, quando in monte Moria obtulit filium, non apparet quòd Abraham locum cognovit. Vel meminit *Jacob*, quia primò vovit. Genes. 28. 20. ut sæcula sequentia vovere in afflictione discerent, Derash R. Abohu. Rabboth. Et addit אביר, *Potenti Jacob*, quia in liberando Jacobo Deus monstrabat seipsum potentem, ut Jacob ipse confitetur, *Per manus potentis Jacobi*, in Genes. 49. *Non ascendam in lectum.*] Est hiperbole, indicat, quòd somnus ejus non fuerat dulcis donec invenisset locum, & dixit Nathani, *Ego habito in domo cedrorum, & Arca Dei intrà cortinas*, 2 Sam. 7. 2. *Lectum* יצועי.] Id est, qui habet tegumenta regia. Vel, dicit, *Somnum*, id est, usitatum. *Ephrata.*] Ibi erat natus qui ædificabat eam, R. Jos. Cimchi. Vel, ibi erat David, quando revelabatur ei locus, R. Ara. בשהוגר לו. Vel, per Davidem è Bethlehem oriundum. R. Mosheh. Vel, quia locus erat in portione David qui erat ex Bethlehem Ephrata, R. Arama. Dicit, *Audivimus*, à senioribus in urbe Ephrata, quòd locus pro sanctuario alius foret, quia Nob, Shilo & Gibeon non erant loci electi, sed locum adhuc ignoramus. Et dicit, *Eam*, in Fœminin. id est, divinam præsentiam שכינה, R. Arama. *In agris silva.*] Area Ornanis dicitur *Ager*, propter grana, & sylva, quia erant arbores in ea עצי יער, vel quia templum desolatum in sylvam erat conversum, ut in Micah 3. *Mons domûs in excelsa sylva. Intrabimus.*] Nunc quia locum invenimus. *Surge Domine.*] Hos tres versus locutus est Solomo in dedicatione templi; est aliqua vocum non rerum differentia. *Arca roboris.*] Quæ erat in sancto sanctorum, & gloria in eam collocata. *Justitia amicti.*] Vel, vestimentis decentibus, vel vestimentis congregationis, lineis, R. Arama. *Propter David, servum tuum.*] Cui erat hic locus revelatus. *Faciem uncti.*] Audi orationem meam & Solomonis. *Juravit.*] Per Nathan, 2 Sam. 7. 13. *Regnum tuum erit stabile. Docebo eos.*] Id est, per Prophetas. *Requies.*] De loco in locum ut antea, non commigrabo. *Benedicam.*] Forsan dicitur מוריה, quia super reliquas terræ partes irrigabatur, quando illic habitabat gloria Dei; à מורה, *pluvia*, Joel 2. *Sancti.*] Levitæ, R. Arama, sic vocantur quia non sacrificabant vitulo, Deut. 33. 8. *Cornu David reflorescere.*] Postquam diu exaruit, ut Jerem. 23. 5. *Excitabo Davidi ramum justitiæ*, & hic est Christus; non erit, ut in secundo templo, quando Machabæi erant Reges & sacerdotes, R. Arama. *Lucernam.*] Regem qui illuminat populum, 1 Reg. 15. 4. *Lucerna* Davidi. *Florebit.*] Vel, erit decor, ut Exod. 28. 36. *Coronam auri*, à ציץ.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 132.

Memento.] Dictus erat hic Psalmus quando David & seniores Israel erant sacco amicti in tempore pestis, & David sacrificia ante altare Domini afferre nequit. עינותו, est nomen ex forma, cujus לא נזכר שם פעלו. *Jurabat.*] Quòd requiescere noluit donec requiem præparâsset Domino; & in die illo dixit Dominus, *In Area Ornanis Jebusæi ædificabitur templum. Jacobi.*] Meminit *Jacobi*, quia ipse vovit votum, in Genes. 28. 20. *In lectum meum.*] Scil. dormire in meridie (est mos Orientalium, ut Italorum, &c.) שינה cum Cametz, ut מסרה, in Psal. 118. *Ephrata.*] Bethlehem Ephrata, distat ad tres Parasas, פרסאות, à Jerusal. ibi audivimus quod templum Domini ædificaretur propè Bethlehem. *In agris sylva.*] In qua erat Area Ornanis, de qua dixit David, *Hæc est Domus Domini*, 1 Paral. 22. 1. *Ibimus in Tabernacula ejus.*] Ibi David ædificabat altare & offerebat holocausta. *Propter David servum tuum.*] Est conjunctum ad illud, *Surge Domine in*

in requiem tuam, &c. Justitia.] Quia docent alios legem. *Sancti.*] Levitæ. *Sion.*] Civitas Davidis. *Victum suum.*] In omni latere quo ambulant transeuntes benedictionem intuentur, à צר. *Benedicam cibo.*] Id est, sacrificiis, ut Num. 28. *Est cibus, &c. Jubilabunt.*] Levitæ cantabunt Psalmos. *Salute.*] Videbitur in illis palàm, sicut vestis exterior. *Pudore.*] Opposit. ad illud *salute* sacerdotum, qui orant pro illo, עֲרוּתִי, Holem pro Shurec, vel est vox peregrina ex singulari & plurali composita, ut מִבּוּתְךָ, Deut. 28. *Docebo illa* אֲלַמְּדֵם.] Id est, testimonium & fœdus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 132.

Memento David.] Tria dedit Deus sub conditione; terram Israel, sanctuarium, & regnum domus Davidis; *Si filii tui custodierint, &c.* 2 Sam. 8. Duo dedit Deus sine conditione librum legis, Deut. 33. *Legem dedit Moseh,* & fœdus Aharonis, Num. 25. *Fœdus æternum. Requies mea.*] Hæc est Jerusalem sic dicta quia arca ibi requievit, R. Simeon, sed postquam elegisset Deus Sionem exivit Jerusalem, & priusquam elegisset Sionem & Jerusalem. tota terra Israel erat locus pro altaribus licitus, 1 Sam. 7.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 132.

Precatur pro continuatione regni David in manu Christi. *Non dabo somnum.*] Plusquam necessitas naturæ postulat, sic ut non egomet, sed illum supplet natura. *Justitia* צדק.] Non impietate, ut filii Eli. *Desideravi eam.*] Ut in Genes. 22. *De quo ego dicam tibi, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 132.

Afflictionis suæ.] Qua afflixit animam, ut requiem pro Deo inveniret. *De Ephrata.*] Per Davidem, de Bethlehem, Ephrathitam, non est in MS. Vel, *In celebri loco audivimus de illa.*] Ut 1 Sam. 1. 1. *Ephrathita,* id est, pater familiæ, אבגינוס, à γένος. Vel, quia in Josue, de Ephraim orto, reperitur, ipse describit Jerusal. ut locum altissimum, Jos. 15. & dicit, Lex *ascendes ad locum,* indicando quod sanctuarium erit in loco altissimo positum. *In agris sylvæ.*] In Tribu Benjamin, in ejus portione qui comparatur bestiæ sylvæ, *Lupo rapaci,* Genes. 49. 27. *Benjamin ut lupus, &c.* in hac Tribu erat ædificatum templum. *Uncti tui.*] David vel Solomon qui post eum regnabat. *Florebit,* vel, *splendescet.*] יציץ à נוצצים, in Ezech. 1.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 132.

In Tabernaculum domus mea.] Ad uxorem meam, quæ est *in lateribus domus,* ut Psal. 128. *In agris sylvæ.*] Libani, ubi orabant patres. *Arca roboris tui.*] In qua est lex roboris tui. *Sancti jubilent.*] Levitæ canant cantica super oblationes. *Cornu Davidis.*] Rex fortis & gloriosus de domo Davidis, ut Psal. 18. *Cornu salutis.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 132.

Memento.] זכור, non est amplius plenè, & in libro uno traditur, illud est plenum, in Lament. 4. *Memento filiorum Edom,* sed est error, R. Jacob. *Memento pro Davide omnis ejus afflictionis.*] In bonum, ut Deut. 8. 16. *Ad benefaciendum tibi. Somnum.*] שנת, id est, antequam moriar; Quinque sunt pro somno, Jerem. 51. 39. *Somnum perpetuum.* Jerem. 51. 57. Eccles. 5. 12. *Somnus laborantis,* Ester. 6. 1. *In thronum tuum.*] Sex sunt lenia cum Sheva, Isai. 22. 23. Psal. 9. 4. *Sedes in thronum.* Nehem. 3. 7. *Ad thronum.* Psal. 132. 11. & 12. Rex sedet in throno Dei. *In habitationem suam.*] Inter homines; Duo sunt, Ezech. 48. 15. *Pro urbe, in habitationem. Disposui lucernam.*] Quia facit judicium; Tria sunt, Num. 23. 4. *Disposui 7. altaria.* Job 13. 18. *Disposui judicium.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 132.

Jurabat.] Se introducturum Arcam in civitatem David. *Ephrata.*] In terra Judæ in qua erat Bethlehem Ephrata, ubi Christus erat natus, Hier. τὴν ἴδιαν, Chrysost. *In sylva.*] Gentibus, S. August. Vel, *Agro Jaer.*] Est Ciriath-Jearim ubi arca erat, 20. Ann. 1 Sam. 7. 1. & ab hoc loco adduxit eum David Jerusalem in principio regni sui, 1 Paral. 13. 1, 6. Vel, Ephrata est Shilo in Tribu Ephraim, ubi primò erat Arca, Josh. 18. 1. *Congregabant filii Israel in Silo, &c.* 1. Caus. *In requiem.*] In templo futuro, quasi diceret, hoc Tabernaculum in quo arca est, non est requies tua; ideoque ædificetur locus gloriosior. *Est requies mea.*] Mysticè, ut Apoc. 21. 1, 2, 3. *Tabernaculum Dei est cum hominibus.* 2. Caus. *Lucernam uncto meo.*] Id est, regnum; scribunt de Ascanio Æneæ filio adhuc puero, apparuit illi una flammula supra caput suum, quæ urebat; quam manibus nequit extinguere, ex qua conjecturam regni divinatoriam sumpsit: simile narrat Livi. lib. 1. de Servio Tullo, & Moses de Rubo ardente, Exod. 3. *Sacerdotes.*] Fideles, Apocal. 5. 10. *Fecit nos sacerdotes, &c.* 3. Caus. *Viduam ejus.*] Omnis anima desolata, S. Aug. Pro χήρα obtinuit θήρα victus, Hier. Gratiarum actio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 132.

Ephrata.] Shiloh in Tribu Ephraim, Ang. MS. *De illa.*] Habitatione scil. Dei fortis. Hispan. *Della morada.* Vel, Ephrata denotat Jerusalem circumdatam montibus & arboribus, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 132.

Propter David.] Audias vocem filii ejus Christi. *In agris,* vel, *regione saltus.*] Lat. MS. *Victum,* vel, *viduam ejus.*] Vulg. Ethiop. dicit, *Viduam,* quia meminit ante *orphanos, pauperes,* Græc. θήραν, & forsan mutatum erat in χήραν. Heb. צידה à צדה, nam desolata est vidua, ut in 1 Tim. 5. *Vidua & desolata, &c.* quasi diceret, *Desolatis suis benedicam,* sed in Arab. est *venationi,* ut in Lat. MS. non *vidua,* ut notant Biblia Sixtina 70.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 132.
Heb. Syr. 131.

De ædificatione templi & revelatione Christi, Par. Edit. [illegible]. *In omni afflictione ejus.*] Quomodo afflictus erat ad inveniendum locum pro Domino. Vel, *Humilitate ejus.*] Syr. [illegible], quoniam David Rex in sacco sese humiliavit cum principibus Israel coram Domino & Angelo ejus in hoc tempore. In potentem, vel Deum Jacobi, Syr. [illegible]. *Invenimus eum in agris.*] Syr. [illegible], Syr. Paris. cum *Vau,*

ille

ille nobiscum erat in agris quando captivi ducti fuimus, sic in Micah 4. 10. *Ibis ex urbe & habitabis in agris & ibis Babylonem, illinc redimam te. De illo audivimus in Ephrata.*] Quando eramus in civitatibus nostris,& meminit *Ephrata*, quia erat civitas David qui composuit hunc Psalmum. *Ad requiem.*] In Christo in secundo templo, ut Matth. 12. in quo requiescit spiritus contribulatus. *Sancti tui.*] Justi, Syr. *Venationibus ejus benedicam.*]Syr. [Syriac], ut in Heb. *Oriri faciam cornu Davidis.*] Syr. ארבא, [Syriac], id est, iterum germinare post captivitatem, in Christo, velut in Ezech. *Corona ejus*, vel, *sanctitas mea florebit.*] In Christo, Syr: קודשי, [Syriac]. Heb. נזרו.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 132. *Heb. Syr.* 131.

Afflictionis, vel, *negotii ejus.*] Quomodo ad promovendum cultum Dei incumbebat, à ענות, in Eccles. 1. *Ut sit in eo exercitatus*, idem. Vel, *Mansuetudinis suæ.*] Arab. Rom. Neb. [Arabic], quam versùs Shimei demonstrabat, sic Psal. 18. *Mansuetudo tua*, idem. *Ecce audivimus ea in lege Ephrata & invenimus ea in campis vacuis.*] Arab. ما قد سمعنها في الشريعة افرثا ووجدنها في المزارع الخالية, Ephrata est vir celebris, in 1 Sam. 1. 1. R. Sol. & non erat Propheta sicut Moses celebris; In lege Mosis mons Moriah indicatur Abrahamo, Genes. 22. R. David. Et dicit, *Campis vacuis*, post desolationem, R. Arama. in R. David. Vel, *In Lege, ab Ephrateo.*] In Lege Mosis & à Josue qui erat ex Ephraim, R. Sol. *Benedicam venationem ejus.*] Arab. ابارك في صيدها. *Davidi oriri faciam cornu*, vel, *radium.*] Id est, regnum, ut in 1 Reg. 15. *Lucernam Davidi*, idem. Arab. قرنا لداود, sic in Hab. 3. *Cornua*, vel, *radii è manu ejus*, idem. *Corona ejus*, vel, *mea sanctificatio super eum florebit.* Arab. عليه قدسي. Quia ego illum ad regnum sanctificavi, id est, selegi.

1 *Canticum graduum David.*
CXXXII.
Heb. CXXXIII.

Ecce quàm bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum:
2 *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.*
Quod descendit in oram vestimenti ejus.
3 *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.*
Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in sæculum.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 133.

Fratres.] Omnes Israelit. R. Jos. Cimchi. Vel, rex Christus & summus Pontifex, sicut Gemelli, R. Arama. quia Rex sedet in thronum & sacerdos instruit illum,& quando redibant à Babel, Zacharia regem & pontificem duos unctos appellat: unus ad regnum, alter erat ad sacerdotium selectus. *Habitare*, vel, *sedere unà.*] Id est, in thronos suos, ità ut unus non invideat alteri, R. Arama. & ideò dicit, *Unà*, id est, in corde,& sic de Josue & Zerubbabel, Zach. 6. 13. *Consilium pacis erit inter istos duos.* Non est in Cod. Cremon. Vel, *Unà* in eodem loco, R. Arama. *Sicut unguentum bonum.*] Meminit *Aharon* sacerdotis, non Davidis, ob duas causas; Prima, David erat clam inunctus, 1 Sam. 16. 13. sed Aharon coram toto Israele,& sic de futuro: Secunda, Aharon erat primò unctus quando gloria Dei descendebat in Tabernaculum, & sic de futuro redibit gloria Dei. Vel, unguentum capitis denotat bonum intellectum,& *Ros* bonos mores & fructus, R. Arama. *Os vestimenti.*] Id est, collare, & meminit vestium, quia primo erat amictus,tunc effundit parum ex oleo in caput suum inter oculos suos ad figuram Gamma Græcorum, ג' y' וערך descendebat ad barbam,& sub barba ad collare. *Sicut ros.*] Per oleum indicat sacerdotem, per rorem Regem, ut Prov. 19. 12. *Favor regis est ut ros in gramen*, etiam redemptio erit ut ros, Micah 5. 7. & meminit *roris* in montes, quia ipsi rore maximè indigent. *Illic.*] In monte Sion præcepit benedictionem. *Et vitam in eternum*, vel, *diuturnam vitam.*] Ut Isai. 65. 22. *Sicut dies arboris sunt dies populi mei.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 133.

טוב, Toar deficit דבר. כשמן cum Pathac indicat celebre unguentum. *Fratres.*] Solomon & fratres ejus qui vixerunt in pace & abundantia; cohæret cum regno David. prædicto. Vel, sacerdotes in diebus Solomon, quando templum erat ædificatum. *Etiam unà.*] Dicit, גם, *Etiam*, id est, summus pontifex unà cum illis. *Barbam Aharonis.*] Meminit *Aharon*, quia erat primus inunctus. *Sicut ros.*] Bis sumitur, ut לא in Prov. 30. 3. id est, *Sicut ros qui in montes Sion descendit. Vitam.*] Dicit, *Vitam*, quia ros vivificat terræ fructus, quibus vita hominis sustentatur.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 133.

Fratres.] Moseh & Aharon non errabant in oleo unctionis.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 133.

Divina præsentia erit in omnibus locis ubi sunt justi, non in Templo solo. *Fratres.*] Moseh & Aharon. *Barbam*, vel, *senex*, זקן, *senex Aharon, qui descendit secundum mores suos.*] על פי מדותיו, humiliavit se, ut converteret alios ab iniquitate, ut Malac. 2. *Sicut ros.*] Sufficit ad fructum sine pluvia; sic fratres hi docuerunt plebem secundam receptivitatem ejus; intelligentibus vero dicit Moses, Deut. 32. *Doctrina mea erit sicut pluvia.*

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 133.

Unà.] Israelitæ in templo ædificato Deum unum & solum colentes, unà cum illis habitantem. Vel, *Fratres.*] Ut Moses & Aharon, Rabboth. in הורוות. *Oram*, vel, *collare vestis ejus.*] Quod barbæ subjicitur. *Qui descendebat.*] Dicit, *Descendebat*, quia Hermon est mons Sione sublimior, & ros primo in Hermon cadit, deinde si in Sion cadat, necesse est ut descendat.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 133.

Fratres.] Sion & Jerusalem, id est, templum, palatium regium, & urbs. *Et ros Hermon descendens.*] Si ros Hermon vivificans in Sion descenderet, ô quam amænus foret mons Sionis aridus.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 133.

Sicut bonum unguentum.] Duo sunt, Ezech. 32. 14. *Fluent ut oleo. Barbam.*] Tria sunt, Levit. 13. 30. *Lepra barba.* Isai. 7. 20. *Consumet barbam. Sicut ros.*] Sic benedictio Sionis à Deo solo est; Duo sunt, Micah 5. 7. *Ut ros à Domino. Benedictionem.*] Duo sunt cum accentu Athnachtah, Deut. 11. 27. *Si obedieritis.* Nulla est benedictio sine obedientia.

Sect. 8. *Ex Al. Antb. in Psal.* 133.

Fratres.] 10. Tribus divisas in tempore Roboam; Theod. *Una.*] In una fide εἰς ἄνδρα τέλειον, Ephes. 4. 3, 4, 5, 6, &c. *Unguentum illud bonum.*] Ut Joh. 1. 2. *Habemus unctionem*, id est, spiritum. Erat cornu olei in Gibeon reservatum quo erant sacerdotes inuncti, & reges, ut aliqui dicunt, 1 Reg. 1. R. David. Et monstrant itinerantibus in Gallia in civitate Rhemensi in templo Sancti Remigii vas olei cœlestis, ut aiunt, quo reges à sæculis antiquis inunctos fuisse perhibent, & in Turan in templo monasterii Sancti Martini est aliud vas in unctionem regum dictorum reservatum. Utut sint, credendum quod sacrum hoc oleum erat cœleste, & à Deo mandatum, ut Exod. 30. sed compositio hodie est ignota, R. Sol. in Exod. *Sicut ros.*] Ut Hos. 14. 5. *Ero sicut ros Israeli. Aharon.*] Meminit unguenti, Aharon pro quovis præstanti unguento (Poetarum more) quo caput prisci inungebant.

Horat. Lib. 3. Od 29.
Cum flore, Mæcenas, rosarum, &
Pressa tuis balanus capillis.
(Glans unguentaria.)
Jamdudum apud me est, eripe te moræ, &c.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 133.

Unguentum.] Denotat fundamentum unionis, preceptum Dei, scil. subindicat, Ital. *Sicut ros.*] Denotat fructum, Ital. *Usque ad collare vestis.*] Ang. MS. Gal. 19. Ital. Bruc, *Sopra d'orlo della sua veste.* Hisp. Ferrar. *Sobre cabeçon de sus vestidos*, caput vestis. Hispan. *Sobre el borde. Cadens super montem Sion.*] Vulg. Gal. Hispan. 2. Ang. MS. id est, si ros, idem caderet super Sion montem sterilem, qui super Hermon, ô quam pulcher esset mons iste Sion! Ital. Bruc. *Rugiada che discese sopra i monti di Sion.* Hispan. Ferrar. *Rocio de Hermon que desciende sobre montes de Zion.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 133.
Heb. Syr. 132.

De Mose & Aharon, Par. Edit. ܡܛܠ ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܡܟܗܢܐ, & innuit populum perfectum (ex Gentibus.) *Fratres.*] Fratres natura, sacerdotes, judices, Israelitæ, Christiani; & Rex, sacerdos, Propheta, simul in Christo uniuntur. *Fimbriam.*] [illegible] צורא, Syr. [illegible], sicut צור, *collum*; dicunt in Par. Edit. est fissura vestis pectori respondens. *Ros Hermon——qui Hermon descendit.*] Inferior est Sione, id est, Sion quamquam mons aridus magis à Deo benedictus fuit quam si ros Chermonis super eum cecidisset, quoniam ibi ædificatum erat templum, Syr. [illegible]

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 133.
Heb. Ara. 132.

Super barbam Aharon——descendentem ad aperturam subucula ejus.] Arab. النازلة الى جيب قميصه, accipit Arabs, ac si barba ipsa aperturę vestis ejus incumberet, id est, in oram superiorem.

---

1 *Canticum graduum.* CXXXIII.
Heb. CXXXIIII.

Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini:
Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
2 *In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.*
3 *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 134.

Servi Domini.] Sapientes & sancti. *Noctu stant in domo Domini.*] Resurgunt à lectis suis nocte, & veniunt die ad orandum in domo Domini. *Levate manus.*] Orantes, ut Lament. 3. 41. *Corda cum manibus*, & Psal. 28. 2. *Quando levo manus meas ad sanctum oraculum. Benedicite Domino.*] Et benedicet vobis. *Ad sanctos.*] Ut intelligatis angelos & Spiritus sanctos, R. Arama. *In domo Domini.*] In divinis meditationibus, להשכיל בדרושי, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 134.

Qui statis.] In templo, ubi pontifex maximus solus sedebat, ut Eli, 1 Sam. 1. R. David. *In noctibus benedicite.*] Pro suis beneficiis; sic conjunctæ sunt voces, & dicit sacerdotibus *Benedicite*, quia ipse bene-

benedixisset illis, ut in priori Psalmo. *Levate manus.*] Ut Aharon, Levit. 9. 22. *Levavit manus suas & benedixit*; & hoc erat die non nocte. *Cœlum & terram.*] Superiora & inferiora.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 134.

In noctibus.] Altare est ædificatum, & Michael princeps magnus stat & super illud oblationem offert, R.Gadal. Vel, discipuli sapientum sunt accepti ac si sanctuarium erat ædificatum, servirentque Deo noctes atque dies in sanctuario, R. Johan. *Levate manus —— & benedicite.*] Qui benedictionem cum elevatione conjungit, non est Satan in illo festo calumniator.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 134.

Precatur pro reditu præsentiæ Dei ad templum. *Etiam in nocte.*] Ad studium legis in cubiculis templi nocte permanserunt.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 134.

Levate manus.] O sacerdotes, & benedicite populo.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 134.

In noctibus.] Quatuor sunt, Psal. 92. 1, 2. *Enarrare in noctibus, &c. Et benedicite.*] Removendo plagas; Duo sunt, 2 Sam. 21. 3. *Benedicite hæreditati Domini*; de Gibeonitis.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 134.

In atriis.] Ibi stabat populus cum Levitis προσευχόμενος, ut Luc. 1. & sacerdotes erant intra domum, ut Zacharias, Luc. 1. Inter quos unus erat summus ἀρχιερεύς ἐστι, apud Egyptios, Herod. in Euterp. Cum defunctus fuerit, in locum ejus successit filius suus; ut apud Hebræos & Græcos.

Pindar. Nemea. Od. 7.

Sacrorum avita gaudeant custodia.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 134.

In nocte levate manus.] Benedicere super sancta sacrificia. Hispan. (Vel, Ital. Bruc. *à la santità*; ad sanctitatem.) 2. Ang. MS. Vulg. id est, benedicite, & in nocte de sacrificiis die oblatis edite. Vel, *Levate manus sanctitatis.*] Id est, puras manus, Hisp. Ferr. *Alçad manos santidad.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 134.

De sacerdotibus in ministerio Domini in noctibus, Par. Edit. ܠܟܘܢ ܟܗܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܪܝܐ ܒܠܠܘܬܐ. *Benedicite Domino —— in noctibus.*] Tempore diurno stabant in templo, & nocte sacrificia comedebant, pro quibus Deo benedicturi erant, ut Genes. 49. in Targum de Benjamin, *Est lupus rapax, mane rapit*, prædam & noctu dividit spolia; innuit sacerdotes sacrificia comedentes. *Attollite manus vestras ad sanctuarium.*] Ad cœlum, Syr. לקודשא, ܠܩܘܕܫܐ; velut in Jon. 2. 4. *Ad sanctum templum tuum.*

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 134.
Heb. Arab. 133.

Elevate manus vestras in noctibus ad sanctitatem.] Arab. ارفعوا ايديكم في الليالي الى القدس, versus templum sanctum sicut Daniel; orate non solum die sed etiam nocte.

---

1 *Allelaja.* CXXXIIII.
Heb. CXXXV.

1 *Laudate nomen Domini, laudate servi Dominum.*
2 *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.*
3 *Laudate Dominum, quia bonus Dominus: psallite nomini ejus, quoniam suave.*
4 *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.*
5 *Quia ego cognovi quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.*
6 *Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.*
7 *Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluviam fecit.*
Qui producit ventos de thesauris suis:
8 *Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus.*
9 *Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte; in Pharaonem, & in omnes servos ejus.*
10 *Qui percussit Gentes multas: & occidit reges fortes.*
11 *Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan.*
12 *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.*
13 *Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.*
14 *Quia judicabit Dominus populum suum: & in servis suis deprecabitur.*
15 *Simulachra Gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.*
16 *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.*
17 *Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.*
18 *Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.*
19 *Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.*
20 *Domus Levi benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.*
21 *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jerusalem.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 135.

L*Audate Dominum, laudate nomen Domini servi.*] In Psal. 113. 1. est horum transpositio, ultimò meminit *Nomen*, propter verba sequentia, *Sit nomen benedictum*; sed hic dicit ultimo, *Servi Domini*, propter sequentia, *Qui stant &c.* ut servi, id est, sacerdotes. *In atriis.*] Ibi orabat Israel & non intrabat in templum. *Domus.*] Quam ædificabat Solomo vel Messias. *Ego novi.*] Dicit Cantor quòd nomen ejus est magnum, ergò laudare illud. *Dominus noster.*] Dicit, *Noster*, quia illum in Dominum accepimus, Deut. 26. *Omnes Deos.*] Excercitus cœlorum, quos Ethnici, ut Deos colunt, sed illi nihil faciunt sine mandato ejus, ipse verò facit quicquid vult. *In mari.*] Oceano & reliquis. *Abyssis.*] Fluminibus. *Vapores ascendere facit.*] Est unum Dei mirabilium, ut Job 5. 9. *Magna facit, &c. A fine terræ.*] à mari quod est finis aridæ, ut Genes. 2. 6. *Vapor ascendebat è terra*, & Amos. 5. 8. *Vocat aquas maris* in vapore, *& effundit eas* in pluvia; & Elia dixit servo suo, *Aspice nunc, &c. Ecce nubecula sicut palma manus ascendebat è mari*, 1 Reg. 18. 43. *Fulgura cum pluvia.*] Est mirabile hoc, quòd fulgura quæ sunt ignis non extinguuntur ab aqua, contrario suo, R. Arama. *Eduxit ventum.*] Ut pluviam quò vult transmittat, מוצא ut מוציא. Et dicit, *Ex thesauris suis.*] Quia cætera elementa videntur, non sic, Aër & ventus, ac si esset in Thesauro inclusus; & dicit *Eduxit*, quia quando movetur sentimus eum, & sic meminit quatuor element. *Percussit primogenitos.*] Reliquas plagas comprehendit sub *signis, &c.* quæ erant ex voluntate Dei non ex accidente, quia Egyptii erant percussi, & Israel servati. *In Pharao.*] Ipse non evasit multò minùs populus suus. *Magnas Gentes.*] Sed Israelit. erant pauci; hic etiam indicat Dei voluntatem, & meminit *Sihon & Og*, quià primò pugnabant cum Israele, & erant fortissimi, ut Amos. 2. 9. *Amoræum cujus altitudo erat ut cedrus. Judicabit pro populo suo.*] Licet hæreditas quam dedit illis sit in manu aliorum, sed tempus judicii in Gentes veniet, & idola non proficient, R. Arama. Vel, *Populum judicabit.*] Et secundum opera eorum mala eos puniet, R. Arama. *Similes erunt.*] Id est, peribunt quando venit redemptor. *Domus Israel.*] Quem servavit Deus à manu idololatrarum. *Levi.*] Cantorea. *Timentes.*] Ex omni populo. Vel, sapientes discipuli ex Israel. *Ex Sione.*] Ubi habitabat gloria.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 135.

Laudate Dominum.] Bis dicit, id est, de die in diem. *Elegit Jacob.*] Et semen ejus. *Super omnes Deos.*] Angelos vel Idola quæ æstimantur dii, sic Hanania dicitur Propheta. *De fine terræ.*] De omni loco, sic Psal. 19. *De fine cœlorum*, & tamen circulus non habet in se finem. *Vapores ascendere facit.*] Est signum potentiæ Dei, in Job 37. 5. *Magna fecit*, & post meminit *Pluvia, &c.* in duobus monstrat Dei potentiam, in terra & pro Israel, sic in Jerem 14. 22. *Vanitates Gentium possunt dare pluviam?* Vel, cœli à seipsis? non. *De thesauris suis.*] Robur ejus est thesaurus, Rasi. *Percussit primogenitos.*] Meminit hujus plagæ solius, post quam Israelitæ erant liberati, & quia primogeniti Israel erant servati; ecce signum in medio signi. *Servos suos.*] Curiales, multò magis in *populum* suum. *Reges potentes.*] Reges Midian per Mosen. *Nomen tuum durat in æternum.*] Respectu plagarum in Egyptios. *Judicabit populum.*] Faciet pro illis judicium, sicut pro Israele in Egypto, & super idola Egypti quæ liberare eos nequeant. *Idola sunt argentum.*] Meminit *Idola*, quia non servabunt Gentes in die judicii dicuntur. עצבים, quia sunt inutilia & dolores in hominea inferuntur, ut Isai. 58. 3. *Omnes dolores vestros. In ore eorum.*] Dicit, *Ore*, quia omnis vivens inspirat aërem ad cor, & quando moritur spiritus ab ore suo exit, & idolum est omni sensibili pejus. *Similes sunt.*] Sine anima, spiritu & sensu.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal.* 135.

Nubes.] 5. nomina habet עב, quia incrassat firmamentum, איד, quia conterit oppressores, ענן, quia creaturas mites efficit, ענוים, נשיאים, quia creaturas in principes extollit, חזיז, quia meteora, חזיונות, in firmamento efficit.

Sect. 4. *Ex R Obad Gaon. in Psal.* 135.

Hortatur legis doctores populum in lege & in operibus bonis instruere, ne in die judicii pereant. *Stantes in domo.*] Id est, doctores.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 135.

אף cum Pathac, illud pro *nare* est cum Camerz. *Nullus spiritus.*] Non spiritus bestiæ est in illis, ideo opifex est idolo multo excellentior, Ab. Ezra. בתוכך pro בתוככי, vers. 9. ut in Psal. 103. sæpè Jod redundat. *Robustos reges.*] Illos qui sequuntur, Ab. Ezra. *Pœnitebit.*] De afflictione servorum ejus per hostes, ut Judic. 10. *Anima ejus pro miseria Israel erat coarctata. Reges Canaan.*] Erant 31. ut in Jos. 12. 24.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 135.

Thesaurus peculiaris.] Dilectus ut in Malac. 3. *Peculium*, סגלה. *In pluviam.*] Ut descendere faciat pluviam. *Qui similes sunt illis, faciunt illa.*] Id est, faciunt idola & serviunt illis.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 135.

In medio tui.] In vers. 7. est, 1, 2. Caus. *Idola erant argentum.*] Inter Romanos paganos erant innumerabilia; adorabant Vestam ἑστίαν, ignem palatiis πρυτανείοις asservatum.

Pindar. Od. 11. Nem. Virg. 2. Georg.

——— *vestaq; mater, &c.*

Plutarch. in vita Numæ. Adorabant Solem & Lunam, ut sæpe diximus, & Romæ sunt adhuc videndi quatuor obelisci Pyramides quas habebant inscriptiones, Soli sacer, & Lunæ sacer; una famosissima est, quam apud portam populi Romæ vidimus; alteram apud S. Johann. de Laterano cum Hieroglyphicis & figuris Egyptiacis; alia jacet humi in quatuor partes fracta in circo Antonii Caracallæ, secundo ab urbe lapide; altera in monte Vaticano in facie Ecclesiæ Sancti Petri, & palatii Papæ; est altera sine literis & figuris ante Sanctæ Mariæ majoris templum, hæc & multa alia templa Luci, & dona erant in honorem deorum consecrata; In Algido monte in agro Tusculano hodie *Frescata*, 12. mill. à Roma adhuc ostendunt nemus Dianæ in sacrificia &c. consecratum.

De

De quo Horat. in Lib. 1. Od. 21.

Dianam teneræ dicite virgines,
Vos lætam fluviis, & nemorũ coma (frondibus)
Quæcunq; aut gelido prominet Algido, &c.

Pindar. Nem.

Fumanti recreant te dea victima.

Homer. Odyss. 1.

Ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Laus ob ruinam Babel, cujus imagines nec audiunt aut ambulant, Apoc. 9. 20.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 135.

Sunt similes.] Ang. MS. Gal. Vulg. id est, destituti sensibus. Vel erunt similes, Ital. Bruc. *Simili à loro venghino.* Hisp. Ferr. *Como ellos sean.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 135.

Fulgura in pluviam fecit.] In signum pluviæ subsequentis, ut experientia docet.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 135.

De anima somniante hymnos [illegible] [illegible], Et de conversione populi Christiani, Par. Edit. mos erat Prophetarum in somno recipere Hymnos per inspirationem, Num. 12. *Ego in somno secum colloquar, &c. Propter thesaurum suum.*] Vel, congregationem, Syr. ut Genes. 49. *Et ad illum erat congregatio populi*, id est, per fidem ad Christum. *Fulgura ad pluviam.*] Præcedere pluviæ, Syr. [illegible]. *Hi similes illis sint.*] Syr. [illegible], est oratio, ut in Psal. 125. in Syr. *Aharon —— Levi.*] Hi ad sacerdotium separati erant, & præ aliis gratias agerent.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 135.
Heb. Arab. 134.

Hallelujah.]. Non est in Arab. Neb. Rom. sed MS. in titulo. *Sint artifices eorum sicut ipsa.*] Arab. [illegible] est maledictio, ut in Psal. 69. *Sint oculi eorum caligantes, &c.*

---

1 *Allelujah. CXXXV.*
Heb. CXXXVI.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus.

2 *Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

3 *Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

4 *Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia ejus.*

5 *Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia ejus.*

6 *Qui firmavit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia ejus.*

7 *Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia ejus.*

8 *Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia ejus.*

9 *Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia ejus.*

10 *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

11 *Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

12 *In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia ejus.*

13 *Qui divisit Mare rubrum in divisiones: quoniam in æternum misericordia ejus.*

14 *Et eduxit Israel per medium ejus: quoniam in æternum misericordia ejus.*

15 *Et excussit Pharaonem, & virtutem ejus in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia ejus.*

16 *Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

17 *Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia ejus.*

18 *Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia ejus.*

19 *Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

20 *Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia ejus.*

21 *Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum misericordia ejus.*

22 *Hæreditatem Israel servo suo: quoniam in æternum misericordia ejus.*

23 *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia ejus.*

24 *Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia ejus.*

25 *Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia ejus.*

26 *Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia ejus.*

Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia ejus.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 136.

HAbet, vers. 26. & in omni vers. repetit, *Quoniam misericordia, &c.* ad corroborandam laudem, Derash est in Rasi. Non est in Cod. Cremon. Psalmus hic dicitur Hillel gadol, Laudatio magno, R. Arama. *Bonus est.*] Ergà totum mundum, & ideò laudare eum omnes filii hominum. *Deorum.*] Angeli sunt dii respectu terrestrium. *Dominorum.*] Cœli

Cœli sunt Domini, & hæc inferiora gubernant, ut Job 38. *Dominum eorum?* sed Deus est super illos. *Mirabilia magna.*] Comprehendit sequentia particularia. Vel, indicat animas separatas השכלי' הנפרדים, quæ sunt nec corpora, nec in corporibus, & sic sunt mirabilia, & invisibilia ab humano oculo abscondita, sed cœli sunt materia pura, & sic videntur. *Fecit cœlos.*] Ideoque non sunt æterni; & dicit, *Cœlos* omnes & stellas. *Super aquas.*] Est quasi *super* quia aquæ inundare terram nequeant, ut initio, semel erat in diluvio, sed jurabat Deus, *Non addent amplius*, Genes. 8. ult. Est misericordia in æternum ad creaturas. *Solem.*] In lumen & calorem. *Lunam.*] Cujus lumen est utile propter mari navigantes, & deserto peregrinantes; & Luna est humida & habet influentiam in aquas, ita ut frigus & calor à Sole & Luna sunt subsistentiæ creaturarum causæ; & sunt fructus producti à Sole & Luna, Deut. 33. 14. & omnis stella habet influxum in plantas, lapidea & metalla, ut Job 38. 31. *Influentias Pleiadum*, & in Psal. 104. toto. *Qui percussit Ægyptum.*] Descendit ad Israel post misericordiam ad totum mundum. *In segmenta.*] Duodecim pro 12. Tribubus, ut non fieret confusio, sed ut omnis Tribus sua propria semita progrederetur, Rabboth. R. Arama. Vel, *In segmenta*, quia in latitudine erat divisum usque ad medium, & tunc in longitudine quia in eodem vento quo intrabant è mari, in eodem exibant, de Eremo Etham intrabant in mare, & iterum ex mari in Eremum Ethan, & si dicas quare intrabant? respondetur ut Egyptii immergerentur. *Per medium.*] Id est, profunditatem maris & pedes eorum non erant immersi. *Per desertum.*] Providebat ducem, & cibum miraculosè. *Reges magnos.*] Et non reliquit residuos; erat magna misericordia, & ideo repetit eam. *Sihon.*] Meminit *Sion & Og*, quia terræ eorum non erant in fœdere Abrahami; Septem Gentes erant in Deut. 7.1. promissæ, inter quas non est Hivita, in Genes. 15. 20. sed dicunt Rabboth. est idem cum Rephaim, & ex decem Gentibus, in Genes. 15. 19. Tres non sunt adhuc subjugatæ, (sed de futuro) Cenita, Cenizita, & Cadmonita (nisi erant ex Moab, & sic sub manu Davidis), & dicit, *Misericordia*, quia erat misericordia sola, non ex fœdere quia terræ trans Jordan Orientem versùs non sunt in fœdere Abrahami, Genes. 15. sed non meminit hic regna Canaan, ut in priori Psalmo, quia erant in fœdere, & sic erant *veritas* potius quam Dei misericordia. *Servo Israel.*] Cæpit terram ab idololatris ut daret servo suo. *Redemit nos.*] Est priori major misericordia; *redimere* magis est quam viventes *preservare*. *E medio eorum.*] Dicit, *è medio*, quia Egyptii occisi erant cum Israel mixti, R. Arama. *Cibum omni carni.*] Concludit cum generali misericord. ut incæpit in vers. 1. *Deo cœlorum.*] Id est, aeris & firmamenti unde venit pluvia, quæ est causa cibi, ut Isai. 55. 10. *Sicut pluvia & nives quæ descendunt è cœlis.* Vel, quia inequitat primum mobile, Psal. 68. quo cæteri cœli circumgyrantur, R. Arama.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 136.

Deo deorum.] Angelorum. *Dominorum.*] Regum המלכים. *Mirabilia.*] Circuli cœlestes. רוקע, Poal cum Pathac propter guttural, *Terram super aquas.*] Quia aquæ sunt intra terram. *Magna luminaria.*] Meminit horum quia nulla creatura sine Sole & Luna vivat. *Per medium ejus.*] Ideoque Israel in mare longè à terra usque ad medium maris transivit. *Deo cœlorum.*] Dicit, *Cœlorum*, quia pluvia cœli educit cibum pro omni carne; vel quia terram dedit hominibus, ut Ezra 1. *In hæreditatem.*] Quod non erat in fœdere suo; non promisisset. *In humili statu.*] In Babel. *Dedit panem.*] In reditu à Babel pascit nos.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 136.

חסדו.] Repetit 26. vicibus, & per 26. generationes Deus mundum misericordiâ sua sine lege data sustentabat, Ribal. Hillel gadol est abhinc, ad Psal. 137. R. Jehudah. R. Johan. dixit ab Psal. 120. ad Psal. 137. *Super aquas.*] Dicunt sapientes; terra fundata est super 12. columnas secundum numerum filiorum Israel, Deut. 32. בבכוריהם.] Percussit Egyptios per primogenitos qui insurrexerunt contra patres dimittere populum recusantes. *Og.*] Dixit R. Johan. longitudo pedum ejus erat 18. cubit. montem unum contra Israelem projiciebat.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 136.

Hortatur filios dierum Christi laudare Deum. *Super aquas.*] Terra est super aquas subterraneas quæ sunt in Abysso demersæ. *In humili conditione* בשפלנו.] In captivitate.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 136.

Divisit in segmenta.] Partes 12. pro 12. Tribubus, Rabboth. יב' גזרים. *Misericordia ejus durat in æternum.*] Repetit hoc 26. vicibus, respondet ad 26. generationes in quibus erat mundus sine lege, per Dei misericordiam sustentatus, vide Psal. 105. *Ad mille generationes*, in Rasi & Mid. Till.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 136.

Meminit nostri] Fœderis nobiscum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 136.

Deo deorum.] Non est amplius. *Domino dominorum.*] Id est, principum omnium לאדוני, septem sunt significationis, quæ pronunciant Aleph, Psal. 135. 5. Amos 4. 1. *Dominis eorum.* 1 Reg. 1. 11. *Dominus noster David.* Nehem. 8. 10. *Domino nostro. Eduxit.*] Sunt duodecim plenè, Genes. 15. 12. Genes. 24. 53. Genes. 43. 23. *Eduxit Simeon*, Gen. 48. 12, &c. *In hæreditatem.*] לנחלה, non est amplius, & est ex decem paribus quæ mutantur, in Psal. 135. 12. est נחלה sine Lamed.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 136.

Domino dominorum.] Ipse Dominus est animarum separatarum quas adorabant Ethnici. ut Dominos & Mediatores; Incirco Julii Cæsaris Romæ habuit Augustus palatium & lucum quem consecrabat diis manibus; Hesiod. vocat eos δαίμονας. Horat. Domus exilis Plutonia & lares. Lib. 3. Od. 23. & penates, parvos Deos. Lib. 3. Od. 23. Et in Puteolis adhuc videtur templum Procli, antea in honorem Augusti Octaviani per Calphurnium consecratum, ut inscriptio testatur, & propè Amphitheatrum sunt visendæ ingentes ruinæ Templi quod ædificabat Antoninus Pius pro Adriano mortuo Baiis in villa Ciceronis Spartianus. ordinabat sacrificia & sacerdotes, & ideo dicebatur Antoninus Pius. Julius, Capitolinus,

tolimus, similiter templum Apollinarii Romæ erat antiquitùs templum Apollinia, & morem consecrandi animas Imperatorum mortuorum in numerum divorum anteà tetigimus; post separationem dicuntur umbræ & vis deorum manium; per has umbraa dii manes perterrefaciunt viventes, ab iisque somnum auferunt.

Horat. Epod. 5.

Quin, ubi perire jussus expiavero,
Nocturnus occurram furor:
Petamque vultus umbra curvis unguibus.
(Quæ vis deorum est manium)
Et inquietis assidens præcordiis
Pavore somnos auferam.

(1.Sam.28. umbra Sam.)

Et Pindar. Pyth. Od.4.

Terram super aquas.] Sunt montes terræ semper super aquas inferiores, & ut aiunt aliqui super aquas etiam superiores, id est, super nubes, Alpes nempè, de quo montium tractu, in Psal. 36. nunc addam reliqua per viam transitionis & oblectationis, penè defatigatus in seriis; nomen *Alpium* est ab *Albedine*, & olim dicta erant, Ἄλβια, ut refert Strabo, scribit Herodian. lib. 8. Alpes sunt longissimi quidam montes vice murorum Italiam circundantes, adeò in altum editi ut superare nubes videantur, & ita in longum porrecti, ut universam Italiam comprehendant: Levà ad Tyrrhenum pelagus dextra ad Ionium usque pertingentes. Plinius etiam, Polybius, &c. Alpium nomen propriè montibus illis tribuunt, qui Italiam claudunt, Lucanus canit

Nubiferam —— supervolat Alpem.

Horat. Lib. 4 Od. 14.

Alpibus —— tremendis.

Alpes X M. pass. patere à supero mari ad inferum Cælius tradit, ait Plinius. Sed hic numerus longe minor est Alpium longitudine, Polybius lib. 2. Alpes quæ Italiam à septentrione claudunt ad duo millia & 200. stadia protendi ait, Polybium Strabo sequitur. A Massilia in Gallia incipiendo Polybio, & in intimo maris Adriatici sinu finiendo, ubi sita est urbs Venetia, hæc est longitudo; sed altitudo magis est ad propositum Psalmi; Polybius ait, Alpes vix quinto die possunt ascendi, quòd intelligendum est à vallium initiis usque ad cacumen ipsum, quia rectus ascensus in itinere nostro erat unius diei solùm: Dicunt Alpes omnibus totius Europæ montibus esse altiores: Græciæ montes Parnassus, Olympus, &c. unius diei itinere ascendi possunt, Strabo. Polyb. Alpes verò ne die quinto; Aliqui scribunt Alpes Lepontias omnium altissimas esse, quia ex his maxima flumina ad omnes orbis partes fluunt, ut Rhenus Rodanus Ticinus, & ut Padus à Vesulo monte; & Danubius ex Albia; altissima cacumina perpetuo nive & glacie rigent, ideoque Poetæ vocant Alpes aerias & nubiferas, & in ascensu, nubes inferiores esse apparebant, in tractu inter Massiliam & Genoam. De Olympo refert Solinus aram in ejus cacumine Jovi consecratam fuisse, ubi sequenti anno cineres remanebant, nec ventis erant dispersi nec pluviis madefacti, literæque in cinere scriptæ manebant ad annum sequentem, Lucanus & Claudian. cum nubes excedere scribunt. Similia de monte Atho Mela refert, sed nec Atho, nec Olympus, nec ulli alii Græciæ montes sunt Alpibus comparandi, ait Polybius; & tamen in verticibus Alpium semper sunt nives, quòd argumento est Alpes non esse, ut aliqui scribunt prædicti, nubibus omnibus altiores, quandoque enim nubes apparent nobis, ut diximus, inferiores, quia non semper moventur in media aeris regione; vidimus etiam densissimas nebulas tegentes Alpem Ligusticam propè mare Ligusticum quæ eminus nubes esse videbantur, sed subitò evanescebant. Nubes (ait Abdomades quidam apud Vitellion.) à terra distant 52. millibus pass. & ascensus acclivis Alpium altissimarum est 30. m. pass. minor est altitudo perpendiculi, & tenendum est cum Scaligerò majorem esse montium, ideoque Alpium, altitudinem maris profunditate quæ non excedit centenos passus, altitudo vero 2. mill. pass. In Alpibus circa Solstitium Nox penè nulla est, nam post occasum Solis diu Alpini homines fruuntur eo & manè ante initium diei, & ex Alpe dicta S. Dionysii, eo quod ejus statua erat in foro Linburgi Hannibal militibus suis Italiam ostentabat ad confirmandos eorum animos quod indicium est aliud altitudinis: De Alpibus Silius sic scribit,

De Glacie.

Sola jugis habitat diris sedesq; tuetur,
Perpetuas deformis hyems ——

De Ventis.

Ventique furentia regna,
Alpina posuere domo.

De Altitudine.

Ardua supra ——
Sese aperit fessis & nascitur altera moles.

Polyb. scribit in summis jugis non extet vestigium humanum, sed nostra ætate, diversoria ædificantur in usum peregrinorum, ut locus dictus, Tavernelle in via qua transit Hannibal in Mont-Cinis, ait Livius, & τὸν κρημνὸν ἐξαμοχλεῖ, Polyb. sed ligna & omnia necessaria per multa millia passuum jumentis portantur; nuda sunt cacumina Livius: mediæ verò & infimæ partes sunt cultui aptæ, ut Subalpina ista regio dicta Pedemontana, quasi ad pedem montium, fertilissimus est locus Polybius refert, & ubique vidimus feracitatem ejus inter Taurinos & Lugdunum, qua via Galli in tempore prisci Tarquinii regis Romæ longè ante Hannibalem Alpes transierunt, Livius. inde urbs Seno-Gallia. Poetæ ergò & Historici loquuntur de summis jugis ubi nives sunt inveteratæ & congelatæ, ut glacies multorum sæculorum, quæ chrystalli modo splendet, & dicitur, *Chrystallo di montagna*, quando dicta glacies fracta est, delicati homines servant eam in cellis, & nobis ubique itinerantibus ad vina refrigeranda inter Nicæam & Genoam alibique suppeditant in viis per omnes Alpes; quas C. Sempronius in tres partes dividit, prima Ligurum prope mare Ligusticum, à Nicæa portu subaudiæ (ad Genoam) ubi sunt Muscæ illæ pungentes, de quibus experti scribimus; Altera ad Ocram montem; tertia est Taurisana, in qua sunt Mont-Cinis, & Mont-Gibbelette, quos Jovius contendit esse Alpes Penninas, à Pæno Annibale, hos Livius vocat Julias Alpes propè Taurinos, (non illæ Juliæ à Julio Cæsare) Transivimus per has tres Alpium partes, & ex Italia redivimus à Taurinis ad Novalesam & Mont-Sanese, & vallem S. Johan. de Moriena, via valde difficili, & ubi via deest, ruptæ rupes injecta trabe

quasi

quasi ponte junguntur, sæpe transitus est in via ab incolis facta inter nives profundissimas ex utraq; manu pendentes, hic muli tutissimè incedunt in arcta, inter præcipitia profundissima, semita, & majus est periculum pede quàm mulo, progredi, licet multi manu per duces viæ assuetos deducantur. In hyeme sunt glacie tectæ hæ Alpes, & in descensu montis Gibbelete, nos suis per sex milliaria portabant humeris in sede quadam dicta *Carala*, apud nos *Sedana*, soleis ferreis, equorum soleis similibus, contrà glaciei lubricitatem utebantur: pastores utuntur Alpinis baculis cum mucrone ferreo; vidimus currus onustos in sede prædicta funibus ligatos, ad pedem montis imò demissos. Simile quiddam antiquis in usu fuit, ut refert Ammianus Marcellinus, quando nives ceciderint, præit dux viæ & viam pertica longa explorat, quod si forte deciderit in nivibus, socii ejus qui uno & eodem fune cincti cum illo sunt, è fovea illum extrahunt & quidam itinerantes post duos dies sunt reperti per incolas, & è medio nivium extracti, quasi ex inferis vivi. Preterea ut caveant itinerantes, ligna quædam erecta sunt, (de quibus Marcellinus) inter quæ transeundum est, ne in profunditates nivium ex utraque manu delabantur, sed maximum periculum est à nivibus vento, volatu volucris, vel alia causa levissima conglomeratis; labinas vocant, quæ volutando semper crescunt, & in casu violenter omnia occurrentia in præcipitia rapiunt, quia in Mont-Cinis & Alpe Ligustica nulla sunt arbusta, nec obstacula quibus violentia niviũ retundatur, quæ dicto modo conglobatæ labuntur: Præterea ex continuo nivium aspectu multi cæci facti sunt; ex frigore hyemali pedes & manus obstupescunt & pereunt, ut Claudian.

Obriguere gelu ——

Contra albedinem & impulsum nivium in oculos vitreis conspiciliis freti sumus; contrà frigus extremum vestitus & motus continuus sunt optima remedia, ut scribit suà experientià Zenophon. Hactenus de Alpibus, oblectationis ergo; redeamus ad opus, dicit Psalmista, *Qui expandit* הרוקע *terram, &c.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 136.

Misericordia durat,] In hac repetitione Levitæ se invicem respondebant, Ital. *Mare rubrum in partes.*] Hisp. Ferrar. *Mar ruvio por partes,* Hispan. *Mar Bermejo.* *In humili nostrâ conditione.*] Id est, quando humiliati sumus, Ital.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 136.
Heb. Syr. 135.

De Mose & Israele laudantibus Dominum, & de liberatione animarum è Gehenna, à Pharaone satana per Christum, ܥܠ ܡܘܫܐ ܘܝܣܪܝܠ ܡܢ ܕܫܒܚܘ ܠܡܪܝܐ ܘܥܠ ܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܡܢ ܓܗܢܐ ܡܢ ܦܪܥܘܢ ܣܛܢܐ ܒܝܕ ܡܫܝܚܐ, Syr. *Super aquas.*] Ita ut non possint aquæ redire ad tegendum terram amplius, velut in Job 38. Syr. ܥܠ ܡܝܐ. גזרים, non est in Syr. Par. Erpen. MS. quos vidi. *In humili conditione nostra.*] Semper nos eripuit à malo; & quod attinet ad *bonum*, nobis, & omni carni panem dat quotidianum.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 136.
Heb. Arab. 135.

Solus fecit.] Non habuit Angelos in creatione socios, ut aliqui putant, Neb. *Qui firmavit terram super aquam.*] Arab. الذي ثبت الأرض على الماء, primo die creavit אלהים Angelos, secundo *cœlos*, id est, aerem, tertio conclusit aquas infra terram, quarto creavit Luminaria, hæc ordine in hoc Psalmo commemorantur, deinde per opera quintæ diei & sextæ percussit Egyptum, & liberavit Israel. *Qui scidit mare rubrum in segmenta.*] Arab. الذي فلق البحر الأحمر افلاقا والى الأبد رحمته, dicit, *Segmenta*, forsan secundùm Midrash in Kimchi, & dicit, *Rubrum*, ob arenam, vel quia algosum.

1 *Psalmus David, Hieremiæ.* C X X X V I.

Heb. C X X X V I I.

Super flumina Babylonis, illic sedimus & flevimus: cùm recordaremur Sion.

2 *In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra.*

3 *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos: verba cantionum:*

Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

4 *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

5 *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.*

6 *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui:*

Si non proposuero Jerusalem, in principio lætitiæ meæ.

7 *Memor esto Domine filiorum Edom, in die Jerusalem:*

Qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.

8 *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.*

9 *Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 137.

Dictus est in persona Levitarum qui erant captivi in Babel. *Suspendimus Citharas.*] Id est, præ dolore non potuimus excitare nosmet ad canendum licet Citharæ erant in manibus (ut in Prov. 25. *Qui canit cantica ad cor mœstum*) & licet flumina, horti

horti & arbores illic erant amænissimæ spiritum contribulatorum elevantes. *Cum suspensis requirebant gaudium.*]Vel, à תושבנו ut ילדה, & Lamed deficit. *Dextera mea.*] Sion est instar dexteræ, sinistræ Babel, R. Arama. *Lingua mea adhæreat.*] Ut non canam eantica. ראש.] Id est, in principio gaudii mei & sic in fine ejus, R. Arama. *Si non meminero.*] Desolationis tuæ; hucusque verba Levitarum, tres versus sequentes sunt verba cantoris, in spiritu captivitatem domus secundæ prævidit per Edom, quia Titus destruxit eam, qui erat Imperator Romæ, & sic Jerem. in Lament. 4. 21. videt etiam captivitatem domus secundæ, dicendo, *Latare filia Edom*, εὐφραίνου, ut Eccles. 11.9. & dicunt Rabboth. Filia Edom, id est, Cæsares קסרי, & vox hæc est in MS. codicibus Targû. in Lam. 4. in Bibliotheca S. Laurentii Florentiæ, & in Vaticana] & terra Uz est רומי. Non est in Cod. Cremon. ערו.] Est in sensu odii, ut ערך, inimicus tuus, R. Arama. *Beatus erit.*] Id est, Darius qui cœpit Babel; redit Prophetæ sermo ad Babel post Edom.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 137.

Sedebamus.] Ut attoniti, Ezech. 3. loquitur in persona Levitarum cantorum, quia cessabant cantare in atriis Templi; & dicit *Super flumina*, scil. solitarii flevimus ne audirent nos Babelitæ. *In medio ejus.*] Sionis, antequam ab eo discedebant. *Super salices.*] Quia solent per aquas accrescere. Vel, in medio Babel, quia dicit, *Per flumina*, sed non erant flumina in Juda, excepto Gihon quod clausit Hezechia. *Qui lamentari nos fecerunt.*] Vel, lamentatio nostra erat gaudium eorum, à ילדה pro ילדתנו, sicut תושיבנו. *Qui vastarunt*, vel, *quando suspendissemus instrumentum nostra, de lætitia.*] In vers. 2. erant suspensa instrumenta, attamen requirebant à nobis lætitiam, à שושבים השחרר est שרדה ut à חלדה ex verbis geminatis. *In terra Dei alieni.*] Opposit. ad *Canticum Domini*, אדמת est in Fœmin. non est conjunctum. *Sit oblita*] Id est, arida, חיבש, vel obliviscatur. &c. Meminit *Dextra*, quia sonabant illâ instrumenta, & addit, *Lingua*, quia cantabant illâ. *Super caput gaudii.*] Ut conculcet omnia mea gaudia. *Edom.*] Dicunt, Titus & Romani, sed non erant Titus & Romani ex semine Edom, sed Javanis. Vel, Edomitæ, quando Caldæi destruxerunt Jerusal. *Denudate.*] Ut Isai. 3. 17. *Denudabit, &c.* idem. ערו, Resh sine Dages pro more, & quia est Soph Pasuc, vox est Millel, ut כלו, in Psal. 37. estque accentus in voce ערו posteriore in prima litera, ideoque redit etiam ערו prior Millel.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 137.

Babel.] Vidit David in spiritu, desolationem domus primæ sub Babel, & secundæ sub Edom, R. Jehud. *Flevimus.*] Quia Jeremiah reliquit illos & consolatur reliquias in terra remansit, Jerem. 40. 1, 2. Vel, flevimus propter mortem illorum quos interemit hostis, vel, aqua fluminis Euphratis, quia quando Israelitæ erant in terra non bibebant nisi ex pluvia vel fonte, ideoque aqua turbida illos interemit. *Quomodo cantabimus.*] Coram Idolis Babel, vel, quia exscindebant digitos suos. *In acervos* תוללינו.] à תלים, id est, acervi occisorum. *Super caput gaudii mei.*] Multi Israelit. non edebant carnem nec vinum bibebant quia templum est desolatum, ubi super altare sanguis erat oblatus, & vinum effusum, nec edebant ficos vel uvas, quia ex illis offerebant primitias, nec panem ex quo, in Levit. 23. in diebus Paschatis obtulerunt, &c. *Dextera mea.*] Ita ut non faciat miracula; sunt verba Dei. R. Dula. *Denudate.*] Generatio in quâ non ædificatur domus, non agit pœnitentiam, ideoque tanquam desolator domus reputatur.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 137.

De desolatione primæ & secundæ domus. *Si obliviscar tui* אם אשכחך.] Id est, in tempore lætitiæ in festis mandatæ, tui non obliviscar. *Super caput gaudii.*] Id est, cineres in caput meum in tempore matrimonii imponam. *Beatus.*] Cyrus qui cepit Babel.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 137.

Qui insultabant contra nos.]Ut Psal. 102. 8. *Qui insultant in me jurant per me*, à מהוללי. תוללינו, id est, instrumenta nostra musica; à nobis, instrumenta gaudii של שמחה, quæ erant in silices suspensa requirebant, à תלה suspendere, Menachem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 137.

Spoliabant nos.] à שלל. *Quomodo cantabimus?*] Respondent Levitæ. *Si obliviscar tui ô Jerusal.*] Vox Spiritus sancti sic respondit & dixit. *Super caput gaudii mei.*] In domo servorum meorum. *Memento Domine Edom.*] Sic dicit, Michael Princeps Jerusal. ut Dan. 12. 12. *Filia Babel.*] Gabriel princeps Sionis dixit, *O congregatio Babel, &c.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 137.

Per flumina Babel.] Flumina fortia; Tria sunt, Psal. 74 15. *Flumina fortia.* 2 Reg. 5. 12. *Flumina Damasci. Si obliviscar tui.*] Duo sunt, Isai. 49. 15. *Tamen non obliviscar tui. Si non ponam Jerusal.*] Non est amplius cum Pathac & Athnacta. *Ad fundamentum.*] Usque ad portam fundamenti, in 2 Paral. 23. 5. *Porta fundamenti. Lactentes.*] Duo sunt, unum plenè, Lam. 2. 19. *Vita lactentium.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 137.

Sedimus. Flevimus. Sic Apoc. 11. 3, 4. *Testes in Sacco prophetant*, 1. Caus. *Suspendimus Citharas.*] 2. Caus. à divers. indicium, quòd cessavit prius gaudium, Horat. de sua senectute,

Lib. 3. Od. 26.

Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit.

תוללינו ab הוללות, insania, est stultitia, in Eccles. 1. Stultè & insanè agebant nobiscum. Vel, à תל, *acervus*, ut Psal. 79. 1. *Acervum lapidum*, & in Apoc. 11. 7. *Testes sunt insepulti. Super caput lætitia mea.*] Gr. sic ut lætitia mea erit conversa in luctum. *Filios tuos.*] Villæ sunt filiæ Metropoleos. Vel, literaliter de filiis ventre inclusis, ut scribitur in ruina Troiæ,

Horat. Lib. 4. Od. 6.

Sed palam captis, (heu nefas heu)
Nescios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam latentes
Matris in alvo.

Edom.] Judæorum, S. Ang. *Per flumina Babel.*] Est urbs sita in planitie, primum fossa lata & alta, eam ambit murus 50. cubitorum regiorum, κατὰ

βασιλικὸν crassus, 200 celsas, regius cubitus major est tribus digitis, per ambitum muri centum erant portæ æreæ, Babilone 8. dierum itinere abest fluvius, qui se devolvit in flumen Euphratem, (hic dicit, *Flumina*) duasque urbis plagas interfluit Euphrates, ipsa urbs plena est domibus ternarum quaternarumq; contignationum secta invias rectas & transversas, quæ ad flumen pertingunt, Herod. Clio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 137.

חוללינו, Id est, (En) *nuestro* (instrumentos) *colgados alegria*, id est, cum suspensa essent instrumenta nostra, sic in Ab. Ezra. à חלה. *Manus mea sit oblita.*] 2. Ang. MS. Gal. Vulg. Hisp. Ferr. *Olvidose mi derecu. Ascendero faciam Jerusalem.*] In libertatem, quam ego maximè in hoc sæculo exopto, Ital.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 137.

Qui affligebant nos.] Lat. MS. à ילל. *In principio lætitiæ meæ.*] Gr. Vulg. Lat. MS. בראש, id est, ante lætitiam omnem flebam semper pro Jerusalem.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 137.
***Heb. Syr.* 136.**

Verba sanctorum qui ducti sunt captivi in Babel, Par. Edic. à בת קול, in Heb. distinguitur à Prophetia apud Rabbinos, in Syr. [illegible] [illegible], sumitur pro voce de cœlo. *Qui vastabant, vel, qui ducebant nos lætitiam petebant.*] Quando nos ducebant, Syr. [illegible], cum Vau, Syr. Paris. רבורין. Heb. תוללנו. Vel, *In luctu nostro.*] Tunc lætitiam à nobis petebant à ילל & תולל, sicut תולדה. *Canite.*] Ctesias illum qui regionis Babyloniæ imperium obtinuerat veste muliebri usum esse tradit, & ad eum cænantem 150. psallentes & canentes mulieres accedere solitas: Sic Athenæus (sic Solomo, Eccles. 2. psallentes masculos & fœminas, &c.) 300. mulieres totam noctemque canunt & Citharam pulsant Athenæ, Lib. 12. ex Heracl. *In terra aliena.*] Syr. נוכריתא, [illegible]. *Obliviscatur mei dextera mea.*] Ad agendum aliquid negotii pro meipso. *Supra caput lætitiæ meæ.*] Id est, ut lætitiam meam dolore mitiget. *Memento Domine filiorum Edom.*] Herod. Terp. Darius, ut ei nuntiatum est Sardis captas incensasque ab Atheniensibus, arcum poposcit, sagittamque quam imposuerat in cœlum excussit, & in aerem excussa dixit, ὦ Ζεῦ ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι, O Jupiter fiat mihi ut Athenienses ulciscar, hæc loquutus cuidam famulorum præcepit, ut semper apposita cœnâ ter diceret δέσποτα μέμνεο Ἀθηναίων, domine memento Atheniensium, ut (in Deut. 25. *Memento Amalec, &c.*) *Spoliata.*] Fortassis civitas jam capta erat à Medis. Vel, *Spoliatrix.*] [illegible], Syr. tu qui spoliasti alios, spoliaberis.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 137.
***Heb. Arab.* 136.**

Jeremiæ, Vulg. vel de Jeremia, Arab. MS. ut ab eo compositus. *Illic sedimus.*] Jeremia non descendebat in Babel, sed in terra manebat, donec in Egyptum ire est coactus. *Oblivischar dextera mea.*] Arab. فانسا يميني, dextera est actionum organum. Vel, pereat ratio mea quæ in dextera operatur, ut Eccles. 10. *Cor sapientis est ad dextram. Ascendero in Jerusalem in principio lætitiæ meæ.*] Arab. واصعد الى اورشليم في ابتدا فرحي, Redibo cum captivis primis ad Jerusalem redeuntibus; dicit, *Principio*, quia primo cum Ezra redibant, Ezræ 1. 2. deinde altera vice, in Ezræ 7. 8. & cum Nehemia, Nehem. 1.

---

1 *Ipsi David. CXXXVII.*
Heb. CXXXVIII.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi:

2 *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.*

Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

3 *In quacunque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.*

4 *Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui:*

5 *Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini.*

6 *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longè cognoscit.*

7 *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam & salvum me fecit dextera tua.*

8 *Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 138.

Cum corde meo.] Clam. *Coram diis.*] Palam pro publicis beneficiis, R. Arama. *Misericordia tua.*] Quia elegisti me ad regnum. *Et veritate tua.*] Quia servasti promissum tuum in liberatione mea, R. Arama. *Magnificasti nomen tuum in omnibus verbis tuis.*] Quia facis quicquid promittis & veritas tua videtur, propter quam homines laudant & magnificant nomen tuum. Respond. ad illud, *Veritate tua, &c.* & hæc transpositio verborum est usitata, ut Ezech. 39. 15. *Locus ibi sepeliendi*, pro *sepeliendi ibi*. Vel, ut exponunt hoc aliqui. *Tu major es quam nomen tuum, & verbum tuum.*] Verbum tuum declarare te hominibus secundum tuam majestatem,

ſtatem nequit, & Vau in אמרתך deficit. Non eſt in Cod. Cremon. Vel, *Magnificâſti nomen tuum per verbum tuum.*] Ex prædictionibus contingentium in verbo nomen celebre adeptus es, R Arama. *Quando inclamavero.*] Vagando huc & illuc. *Robore in anima mea.*] Firmiter credidi quòd promiſſum tuum adimpleres. *Verba oris tui.*] De regno meo adimpleta. *Omnes reges terra.*] Qui norunt me laudabunt te, quando verbum tuum adimpletum intuentur; & hic verius confirmat expoſitionem prioris, *Magnificâſti nomen tuum in verborum tuorum quolibet. Cantabunt in viis Domini*] Quia dicitur, *Nomen Davidis in omnes terras evolabat, & Deus poſuit timorem ejus in omnes gentes.* 1 Paral. 14. 17. Et qui timebant Deum, Davidem ſunt reveriti, quia ſciebant quòd à Deo erat regnum ejus; ſic Hiram rex Tyri, 1 Reg 5. 1. *Benedictus ſit Deus —— qui dedit Davidi filium ſapientem, &c. Reſpicit humiles.*] Et liberavit David à Saule (per manum Achiſ.R.Arama.) de quo deſperavimus; ſic dicent Gentes, providentiam in hæc inferiora exercet, non ut alii dicunt *Ambulat in circulo cœlorum, nubes ſunt latibulum ejus, &c.* Job 22. *A longè novit.*] In cœlis qui longè ſunt à terra, Deus novit omnia. ידע in Hiphil, ut יושב. *In medio tribulationis.*] Cum illa circundatus propè mortem. *Opus manuum tuarum.*] Dicit, *Opus*, in exaltando me, quia manus tuæ me magnificarunt hucuſque, & perfice opus tuum in regno meo.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Pſal.* 138.

Cum toto corde.] Clàm. *Cantabo.*] Palàm. *Super omne nomen magnificâſti.*] Nomen Jehovæ quod ſcribitur & non legitur, ante Moſen erat ignotum, & reliqua nomina ſunt attributa. *Sanctum tuum templum.*] Cœlum, vel locum Arcæ; nam quomodo potuit adorare versùs cœlum? בכל שמך in libro ſemper eſt cum Cametz Hateph. *Confirmâſti me.*] Ut Pſal. 90. 10. *Robur eorum*, idem. *Canent in viis Domini.*] Non de præliis, ver 5. *A longè novit.*] Deus longè eſt in cœlis, tamen novit ſuperbos. *Contra iram hoſtium.*] Ad compellendos eos. Vel, אף *etiam in hoſtes extendes manum tuam.*] R. Moſ *Humilem aſpicit.*] Ego eram paſtor ovium, & me in regem inunxit. *Perficit.*] Voluntatem, vel operâ mea, deficit vox מעשי. ידע eſt ex gravi, ut יושב, id eſt, ſcire faciet, caſtigabit. חרף ex forma gravi.

Sect. 3. *Ex Midraſh Tillin in Pſal.* 138.

Ante deos.] Sanhedrin. Vel Prophetas, ut Moſeh vocatur, *Vir Dei*, Pſal. 90. 1. etiam poſt mortem, Samuel vocatur אלהים *Deus*, 1 Sam. 28. *Vide Deum aſcendentem. Adorabo.*] Iſrael laudat Deum in hoc Pſalmo, quando pereunt impii, de quibus in priori Pſalmo. *Magnificâſti.*] Id eſt, majora feciſti quam facere prædixiſti. *Supra nomen, & ſupra verbum tuum.*] Plus quam prævidebant Prophetæ feciſti.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Pſal.* 138.

Precatur pro regibus terræ, ut agnoſcant unum Deum. *Deos.*] Judices & reges. *Verbum tuum.*] Per Nathan, 2 Sam. 7. *Super omne nomen tuum.*] Id eſt, ſupra nomina iſta, *Gratioſus, Miſericors, &c.* ut in Exod. 34.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Pſal.* 138.

Magnificâſti verbum tuum.] Promiſſum remiſſionis peccati ſuper omnia cætera tua nomina *Domini, Dei, &c.* in Exod. 34. *Omnipotentis, &c.* Gen. 17. 2. *Verba oris tui.*] Id eſt, *Non occides, &c.* Gentes etiam illa recipiunt, *Ego ſum Dominus, &c.* Exod. 20.

Sect. 6. *Ex Cald in Pſal.* 138.

Supra omne nomen tuum verbum tuum.] Id eſt, verba laudum tuarum. *Superbos novit.*] Et deſtruit è cœlis remotis. *Extendes manum.*] Plagam tuam in hoſtes meos, ut Exod. 9. 1. *Manus Domini, &c. Perficiet.*] Id eſt, perfectam ruinam adducet in hoſtes meos.

Sect. 7. *Ex Maſora. in Pſal.* 138.

Verbum tuum, vel, promiſſum ſuper omne nomen.] Sunt duodecim in hac ſignificatione defectiva, Deut. 33. 9. *Patri & matri, &c.* Job 23. 12. *Verbum tuum abſcondi*, Pſal. 119: 38. *Verbum tuum*; id eſt, promiſſum, & Pſal. 119. 42. 58. *Secundùm verbum tuum*, ver. 82. ver. 103, 133. 148, 162, 173. *Ne dimittas.*] Tria ſunt, Joſ. 10. 6. *Ne ſubtrahas manum tuam.* Prov. 4. 13. *Ne dimittas.* Deus non derelinquit eos qui illi adhærent.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Pſal.* 138.

Deos.] Angelos. Gr. qui judicia Dei exequuntur in terra, dicuntur albi equi, nigri, &c. in Zach. 1. & currus in Zach. 6. 1, 2. Rambam. *Verbum tuum magnificâſti.*] Adimplendo illud contra Anomum. *Superbos qui ſunt à longè.*] In eorum imaginatione, ſic exiſtimant, ut Pſal. 10. *Tua judicia ſunt à longè ex conſpectu ejus.*

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Pſal.* 138.

Ante Deos, vel, *Judices.*] *Juezes.* Hiſp. Ferr. Hiſp. *los dioſes. Nomen tuum ſupra omne.*] Ang. MS. Vul. Gal. דבר Ital. Bruc. *Magnificaſti ſopra ogni coſa il nome tuo.* Hiſp. *Todas las coſas.* Vel, *Nomen tuum & verbum tuum.*] Ital. Hiſp. id eſt, promiſſum, vel fidem tuam ſupra omne nomen. Ang. MS. Hiſp. Ferr. *Sobre todos tu nombre, tu dicho. Alta novit è longinquo*] Ang. MS. Vulg. Gal. *Les choſes*, id eſt, non opus eſt ut humiliet ſe Deus, ſublimia intuendo fieri inferiora. Vel, ſuperbos non omninò novit, ſunt quaſi è longinquo. Hiſp. *nolo conoce.* Ital. Bruc. *l' excelſo conoſcerà diſcoſto.* Hiſp. Ferr. *Y alto de lexos conoſcera.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Pſal.* 138.

Coram Deo.] Lat. MS. id eſt, corâ te Deo in Eccleſia; pro more linguæ dicit *Deo*, ſic Exod 24. coram Moſe dixit Deus, *Moſes aſcendet.* Hiſp. Ferrar. *Delante Juezes*, coram Judicibus. *Super omne nomen ſanctum tuum.*] Gr. Vulg. Arab. Rom. Neb. id eſt, nomen verbi tui, ſcil. nomen iſtud de quo loquitur verbum tuum, eſt Jehova, id eſt, Dominus adimplens promiſſa. *Retribuet.*] Gr. Vulg. perfectam dabit mercedem, יגמר ut יגמל. S. Ambroſ. S. Auguſt. Lat. MS. *Operabitur pro me.*

Sect. 11. *Ex Syr. in Pſal.* 138.
Heb. Syr. 137.

Gratiarum actio. Par. Edit. *Diis*, vel, *Angelis.*] Syr. מלאכא Par. Edit. מלכא regibus ܡܠܐܟܐ, velut in Heb. 12. ver. 22. *Ad innumerabilem cœtum Angelorum.* Vel, *Oculos attollam tibi ab Angelis.*] In cœlo in oratione mea tibi, non Angelis, preces fundam. *Quoniam propter* על *totum nomen magnum tuum, magnificâſti ſermonem tuum.*] Id eſt, ſermonem

monem tuum confirmas nominis tui gratiâ. Vel, *Cum toto magno nomine tuo.*] Sic in Exo. 35. v. 22. *Viri cum mulieribus* על. Vel, præter magnum nomen tuum quod per mirabilia opera tua acquisivisti, in verbis etiam magnificâsti veritatem tuam. Vel, in על toto magno nomine tuo, verbum tuum magnificatum est ut verum, quoniam opera magna hæc prædixisti, eáq; perfecisti. Vel, *Supra omne nomen verbum tuum.*] עלכל שם ܘܐܘܪܒܬ ܥܠ ܟܠ ܫܡ ܡܠܬܟ ܕܡܬܩܪܐ. Syr. id est, supra omne nomen quod nominatur in hoc & futuro sæculo, Ephes. 1. 21. omnia nomina eorum delevisti ad implendum verbum tuum. *Humilem.*] Vel profunditates. Syr. Arab. ܘܠܡܟܝܟܐ ܚܙܐ. *E longinquo.*] Quando profundè fodit homo ut abscondat consilium ejus, & eminus esse se reputat. *Perficiet, vel, dextera tua Domine protegat me.*] Syr. ܢܦܪܘܥ ܚܠܦܝ ܡܪܝܐ ܠܟ. Heb. יגמר. Vel, *Destruat circa me.*] Omnes hostes meos.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 138.
Heb. Arab. 137.

Zachariæ Arab. MS. *Inter Angeles glorificabo te — Adorabo ad templum sanctitatis tuæ, & gratias agam nomini tuo ob misericordiam & veritatē tuam, quia magnificâsti ea,* כי הגדלת *sit super omne nomen verbi, vel, exaltetur sanctum tuum nomen.*] Arab. بين يدي الملايكة اعجدك ــــ واسجد عند هيكل قدسك واعترف لاسمك علي نعمتك وعدلك تعالي اسمك القدوس. Dicit, *Inter Angelos*, id est, in cœlis, ubi spes mea est, quòd te adorabo ob misericordiam & veritatem tuam, quæ mihi magnificâsti, ut Jacob confitetur, Gen 32. *Minor sum, &c.* Et, in hoc sæculo oro, *Sanctificetur nomen tuum* prout dixisti. Heb. על כל שמך אמרתך. Vel, *Verbum tuum magnificâsti.*] Promissum per Jeremiam de redemptione post 70. annos, de qua Zacharia Propheta, Zach. 1. *Indignatus fuisti 70 an. Tu es altissimus, vides quid est in profundis, & scis distantiam cœlorum.*] Arab. وانك العالي ترى ما في الاعموق وتعلم بعد السموات, sic in Psal. 113. *Licet Dominus sit altus, tamen aspicit humiles, & qui sunt in cœlo & terra*, id est, terram & mare profundum, cœlósque excelsos intuetur. Heb. ממרחק. *distantia. Sit ira in inimicos meos.*] Affige eos. Arab. Heb. אף על ut על אף per transpositionem, simile est in Amos 5. in R. David. *Perficiet pro me.*] יגמר Heb. transeat à me, & plagas auferat. Arab.

---

1 *In finem Psalmus David. CXXXVIII.*
Heb. CXXXIX.

Domine probâsti me, & cognovisti me :
2 *Tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.*
3 *Intellexisti cogitationes meas de longè : semitam meam, & funiculum meum investigâsti.*
4 *Et omnes vias meas prævidisti : quia non est sermo in lingua mea.*
5 *Ecce Domine tu cognovisti omnia, novissima & antiqua: tu formâsti me, & posuisti super me manum tuam.*
6 *Mirabilis facta est scientia tua ex me : confortata est, & non potero ad eam.*
7 *Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?*
8 *Si ascendero in cœlum, tu illic es : si descendero in infernum, ades.*
9 *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris:*
10 *Etenim illuc manus tua deducet me : & tenebit me dextera tua.*
11 *Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me : & nox illuminatio mea in deliciis meis.*
12 *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur : sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.*
13 *Quia tu possedisti renes meos : suscepisti me de utero matris meæ.*
14 *Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es : mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.*
15 *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto : & substantia mea in inferioribus terræ.*
16 *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur : dies formabuntur, & nemo in eis.*
17 *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum.*
18 *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur : exsurrexi, & adhuc sum tecum.*
19 *Si occideris Deus peccatores : viri sanguinum declinate à me.*
20 *Quia dicitis in cogitatione : Accipient in vanitate civitates tuas.*
21 *Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?*
22 *Perfecto odio oderam illos : & inimici facti sunt mihi.*
23 *Proba me Deus, & scito cor meum : interroga me, & cognosce semitas meas.*
24 *Et vide, si via iniquitatis in me est : & deduc me in via æterna.*

Sect. I.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 139.

IN hoc Psalmo probat particularem Dei in hominum actiones providentiam, R. Aram. *Investigavisti me.*] Cor meum, ut Jer. 17.10. *Ego sum Dominus καρδιογνώστης. Sessionem & resurrectionem.*] De motibus horum meminit, quia antequam sedeat, vel resurgat, de re aliqua propter quam sederet, vel resurgeret, excogitat. Vel, novisti ea, non ea videndo ut homines, sed cogitationes à longè praenoscendo, R. Arama. *Semitam.*] Die. *Cubitum.*] Nocte. Et hic meminit situs corporis, quatuor. *Circundas.*] Et ideò cognoscis eas. Vel dicit, *Circundas*, quia adjuvat actus omnium membrorum; quando quis surgere cupit, reperit omnia membra sua obedientia, & excitant corpus, sed ignorat quomodo hoc fit, ait sapiens Cozri. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Ventilas semitam meam.*] Adjuvas negotia mea in omnibus sex lateribus; & dicit, *Semitam*, quando antè, vel retrò gradior. Vel, *Semitam meam metiris.*] à זרת *Spithama.* רבעי, id est, quatuor meos situs, suprà, infrà, dextera & sinistra: ecce sex latera, R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Crem. *Non est sermo, sed tu novisti eum.*] Ut Prov. 16. *Responsio oris est à Deo*, non ab homine; postquam de motibus corporeis dixisset, jam de animalibus; R. Aram. *Formavisti me.*] In utero. *Et posuisti manum tuam in me.*] In hac formatione, ut Job. 10. 10. *Coagulâsti me ut lac*, צרתני à צורה *forma* in R. Jos. Cimchi. Vel, posuisti in me electionem יצר הטוב boni & mali, attamen manum in me posuisti tuam; est grande mysterium, R. Aram. *Scientia est nimis mirabilis.*] Quomodo quatuor contrariae qualitates sint in uno temperatae, frigidum, humidum, calidum & siccum, sed Deus in sua sapientia fecit temperamentum. Vel, *Est nimis mirabilis.*] Scire quomodo à te fugiam, prout sequitur. *A spiritu.*] Id est, facie tuâ. Vel, *vento.*] רוחך qui est in corpore hominis, R. Arama. *Si stravero lectum in sepulchro.*] Dicit, *Lectum*, quia post mortem sepulchrum est lectus, & nominat coelos qui sunt circulus, & terram quae est centrum. *In remotissimis partibus maris.*] Id est, ab Oriente in Occidentem, circundat enim mare terram, & sic est finis mundi. *Renes.*] Qui sunt consiliarii, & cor perficit, & quomodo potest consilium aliquod à te abscondi? Vel dicit, *Renes*, quia primò formantur in utero. *Operuisti me.*] Ossibus & nervis, & addit in *utero matris*, loco obscuro vidisti me, & quomodo erit aliquid à te absconditum? *Anima mea novit.*] Sed reliqua animalia non habent hanc animam rationalem, עָצְמִי cum Cametz Hateph pro Pathac. *Quando in secreto compressus eram.*] Ut caseus coagulatus, Job. 10. 10. à עשׂו Ezech. 23. 3. *Premebant ubera virginitatis*, &c. idem. *Curiosè fabricatus.*] Assimilat formationem cum ossibus, nervis, carne, & cute, operi variegato, רקמה quod facies multas repraesentat. גלמי est semen coagulatum ante formationem membrorum, ut arbor dicitur גולם, antequam fit ex ea vas fabricatum. *Post dies formabantur.*] Post multos dies, non in uno. *Non unum ex illis.*] Erat à Deo absconditum. Vel, *Illi erant ut unum,*] Deo multi dies erant ut unus: legitur לו cum Vau. Vel, *Non unum ex illis.*] In embryone non erat unum membrum distinctum. *Pretiose.*] Quia non possum eas excogitare, ut 1 Sam. 3. 1. *Verbum Dei erat pretiosum*, id est, non erat. *Capita.*] Sunt multa, & particularia sunt innumerabilia, sic Exod. 30. 12. *Quando tollis summam vel capita*, idem. Vel, *capita* sunt coelorum motores, R. Arama. *Multiplicata sunt.*] יעצמו ut Jer. 15. 8. *Vidua tua multiplicantur. Sum tecum.*] Quando dormiam somnia mea sunt de illis, & quando evigilem de illis cogito. Vel si non dormirem, sed semper tecum viverem, numerare eas nequeam; & dicit, *Tecum*, ut 1 Reg. 2. *Habes tecum Simei*, id est, viventem. Non est in Cod. Cremon. *Si occideris impium.*] Ut non sit impedimento in meis studiis, tunc semper ero tecum. *Dico illis discedite.*] Sed praevalere in eos nequeam. ימרוך Aleph deficit, ut 2 Sam. 19. 13. תומרו *Dicite Amasa*, idem. נשוא pro נשאו, ut Ezech. 39. 7, 29. ישׂו *portabunt*, &c. Vel, nomen tuum est acceptum in vanum. Vel, *Loquuntur cogitationes suas.*] Loquuntur quae cogitant sine timore, à מזמה. Vel, *Elevant te in vanum.*] Dicunt quòd coelos inequitas, & haec inferiora nescis, R. Arama. *Qui odio habent te.*] Haereticos המינין. *Scias cor meum.*] Quod est perfectum in fide tua, non ut haeretici. *Cogitationes, vel, ramos.*] סעפי, quia cogitationes animae sunt ut ramus arboris. *Via doloris.*] Rebellionis, ut Isa. 63. 10. *Rebellabant & vexabant*, idem. *In via saeculi.*] Id est, occide me, si rebellem me inveneris, sic 1 Reg. 2. 2. *Ambulo viam omnis terrae.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 139.

Non est inter 5. libros ita honorabilis Psalmus de viis Domini, & animae rationalis; nunc breviter exponam. *Cogitationes meas.*] רעי, ut Dan. 4. 16. idem. *Perturbabant eum cogitationes sua*, in lingua Aram. *A longè.*] Antequam natus eram, ut Jerem. 1. *Novi te. Circundas cubitum meum.*] רבעי, id est, רבצי in Targum, & זרית à זר, *Corona*, in forma gravi Dages, & dicit, *Semitam*, vel, incessum meum, id est, omnes quatuor situs corporis, in Deut. 6. 7. *Vias meas.*] Naturales sensûs, ut oculos, aures, &c. ut Psal. 94. *Qui format oculum*, &c. *Non est sermo in lingua mea.*] Totum ex dimidio intelligis, antequam sit perfectè prolatus. *Retrò & ante.*] Est contrarium motui hominis. צרתני.] Posuisti me quasi in obsidione angusta, non possum fugere a te, non dicit צרת עלי, sic חצורים. *Hac cognitio est nimis mirabilis.*] Ut scirem quomodo a te fugerem, R. Sol. In שאול, id est, inferiori terrae parte opposit. ad *coelum*, supra שאול תחתיות הארץ. *Alas aurora.*] Id est, velociter ut aurorae lux, ab Oriente in Occidentem, quia mare magnum erat in Occidentali parte Judae. אסק, in Targum, sic *Ignis ascendit in Jacob*, idem. אציעה verbum יוצא. *Manus tua ducet me.*] Fugio a manu tua ad manum tuam. ישופני.] A נשף, crepusculum & obscuritas, licet sint duae radices, ut מולים & נמלחכם. *Renes meos.*] Id est, secretas meas cogitationes, ut renes absconduntur in ventre interiori, & ut aliqui dicunt, primò creabantur, ut duo coelorum Poli קרני. כליות.] *Renes* a כלתה, in Psal. 84. quia in illis est concupiscentia. *Mirabilis factus sum per opera terribilia.*] Dicit, *Terribilia*, quia Deum reverebatur quando cogitabat de opere suo, deficit עלילות, subjectum. *Anima mea valdè benè novit.*] Quòd sint mirabilia. Vel, sunt valdè mirabilia, R. Mosch.

Moseh. ut Psal. 119. עד מאד. Vel, *Licet anima mea cognoscat bene.*] Tamen sunt nimis pro me mirabilia, R. Jehud. *Substantia.*] Vel, vigor naturalis, עצמי כוח, qui non perficitur in sene, puero vel embryone. *Terra partibus inferioribus.*] Utero abscondito in quo non est lux, sic Ezech. 1. *Erat rota humilis, &c.* est similitudo. עשיתי a מעשה, non a עשו, in Malac. 4. Vel, de Adamo loquitur ex terra creato, R. Moseh. גלמי.] Est נוף. הראשון, Corpus primum (Embryo) quod non habet cor, sed est ut gutta minima a יגרים. *In libro tuo.*] Est similitudo, ut Psal. 56. 8. *Nonne sunt in libro tuo?* ac si figura sua esset scripta, & sic exibat. *Ante dies* מימים *formabantur.*] Id est, ante montes, *in oculis tuis*, ut Psal. 90. 1, 2. Vel, *In diebus in quibus formabantur.*] Per virtutem formatricem. *Non unum ex illis.*] Erat desorme נכר. Vel, non unum erat adhuc notum & distinctum. *Quam pretiosa!*] Dicit, *Pretiosa*, quia Dei cogitationes non possunt intelligi, sed Deus novit ejus cogitationes, ut vers. 2. sic Psal. 49. 8. *Redemptio animarum est pretiosa*, id est, non erat, & 1. Sam. 3. 1. *Verbum erat pretiosum*, id est, non erat. *Numerabo eas?*] Non possum. *Si evigilarem & essem semper tecum.*] Si nunquam dormirem, (attamen dimidium vitæ consumitur dormiendo) & si non moriar, sed essem semper tecum non potui eas numerare, אם לא אמות, deficit אם. Vel, *Quando evigilo sum tecum.*] Habeo visiones divinas excellentes, ut Psal. 17. 15. *Quando evigilabo, ero imagine tua satiatus*, id est, visione nocturna, ut Jerem. 31. *Evigilavi, & dulcis erat somnus meus.* אם pro אמת, *Certè occides impium. Obloquuntur cum cogitatione.*] Cogitant malè & loquuntur malè *contra te* מזמה, & dicit, *Occides*, quia sunt viri mortis propter blasphemiam cogitationum. *Tollunt nomen tuum in vanum.*] נשוא, verbum præteriti, Aleph redundat, ut in ההלביא & שמך deficit. Vel, est Paul, R. Moseh. *Detestor eos.*] Ut Job 10: 1. *Detestor vitam*, idem. *Inimici mei.*] Si fecissent mihi injuriam, magis odio habere eos nequeo. *Investiga me.*] Quia dixit ante, impii malarum cogitationum sunt pleni. *Via doloris.*] Quæ spiritum suum vexat, ut Psal. 7?. a עצבו. *In via ad domum seculi.*] Id est, occidas me si sim impius, ut in Josu. 22. *Ne servate nos hodiè.* דרך עולם, id est, אל בית עולמו, ut Eccles. 12. 5. *Homo vadit ad domum seculi*, id est, sepulchrum, *Via quâ non redibis*, in Job. יגרים, sicut Pe lenis in lingua Ishmael, & ut ויטא, in Genes. 22. non est simile in lingua Edom.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 139.

Investigasti me.] Et invenisti in me peccata sicut rex in ejus uxore quando illi libellum repudii mittit; hunc Psalmum dixit Adam. R. Jehud. קומי.] Quando surrexi ut à facie Absalomi fugitarem. *Sessionem* שבתי.] Quando sedeo in domo mea pacificè, Sic dixit Deus Senacheribo, 2 Reg. 19. *Ante & retro.*] Duabus faciebus דו פרצופין, Eva erat retro, R. Samuel. Vel, intendit duo secula. Vel, Androginos creavit Adam & Evam, R. Eleazar, R. Johan. *In libro tuo.*] Scripsit Deus omnes generationes ex Adamo usque ad resurrectionem oriundas.

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal.* 139.

Precatur pro liberatione ab impiis & à malâ imaginatione, &c. Quia Deus novit omnia. *Circumdedisti* זרית.] Vel, dispersisti in loca diversa. *Sessionem* שבתי.] Id est, tu novisti si meditar & de præceptis tuis, sicut mandasti, colloquar, in Deut. 6. *In sedendo, in surgendo, &c. Dies scripti sunt.*] In quibus infantes formantur. *Non unus ex illis.*] Id est, una causa communis & naturalis sine particulari tuâ providentiâ non sufficit. *Expergiscor.*] A meditatione hac, & ecce subitò sum tecum in eandem cogitationem relapsus *In hostes* לאיבים.] Id est, ego persequar illos ac si odio habui.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 139.

לרעי.] Id est, ut unias me tecum à ריע, in Prov. *amicus.* זרית.] Id est, circumdedisti sicut intra murum. Vel, ventilasti à זורה & purgasti; semen in generatione subindicat, Rabboth. בפכרה, id est, אכפף, ut in Job 32. *Nunc formantur.*] Novit ea Deus ac si tunc essent. *In libro tuo omnia.*] Omnes creaturæ sicut ego, ut Genes. 5. 1, 2. *Hæ sunt generationes Adami.. Non unum ex illis.*] Opera & dies hominis sunt Deo præcognita, ולא legitur לו, sic Jerem. 1. *Antequam formavi te in utero novi te.* Vel, *Illius erat unus ex illis.*] לו, dies sabbati Deo propria. Vel, dies propitiationum quotannis. *Cogitationes.*] Vel, justi, tui amici. *Quando evigilo, vel, sum propè finem.*] Generationum הקיץ à קץ. *Sum adhuc tecum.*] In timore tuo. *Tollunt.*] נשוא pro נשאו. *Impium.*] Esau.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 139.

Sessionem meam.] Ad studium legis; Discipuli sedebant ad pedes doctoris. *Resurrectionem.*] Ad prælia. *Novisti illud penitus.*] Novisti cogitationem meam antequam linguâ mea proferatur. *Es tanquam alienus.*] Ac si non animadvertisses semitam meam זרית à זרים. *Antè & retrò.*] Cum afflictionibus in circuitu. *Manum tuam.*] Plagam manus tuæ. *A facie.*] Ira tua, ut Levit. 20. *Faciem meam, &c. Substantia mea.*] Ossa. *In libro tuo omnia erant scripta, dies.*] Quot dies viverem. *Formabantur quando adhuc non erat unum ex illis.*] Quando creaturæ erant ex nihilo factæ. *Numerum, vel, principalia eorum.*] ראש. *Quando evigilem.*] In sæculo futuro. *Loquuntur in te impiè.*] Jurant falsò. *Odio ad destructionem.*] כלה à תכלית consumere.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 139.

Semitam meam.] Duo sunt; Job 19. 8. *Semitam meam ut progredi non possim*, id est, per sepem afflictianum. ארה, duo sunt cum accentu Milra, Deut. 1. 28. *Operiet me.*] Duo sunt, in Job 9. *Franget me turbine. Et nox.*] Lucebit ut per columnam ignis; Sex sunt, Exod. 13. 21. *In columna ignis.* Psal. 77. *In nocte non est mihi requies.* Psal. 19. 2. *Nox nocti. In libro scripta.*] Denotat peculiarem Dei curam in justos, ut Malac. 3. *Liber memorialis, &c.* Quatuor sunt, Jerem. 17, 13. *In terra scripta.* Ezech. 13. 9. *Non scribentur, &c.* Psal. 69. *Illi omne ex illis.*] Id est, ipse fecit illa & illius sunt, ut Psal. 100. לא Cethib, לו Ceri cum Vau. *Inimici tui.*] Octo sunt in significatione *odii*, 1 Sam. 28. 16. *Et factus est inimicus tuus, &c. Odio perfecto.*] Ad finem vitæ meæ; Sunt quinque, Job 28. 3. *Omnem perfectionem, &c.* Job 11. 7. *Ad perfectionem.* Job 26. 10.

Esse

Usq; ad finem diei, &c. Nehem. 2.23. *Ad finem domus.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 139.

Sessionem meam.] Ad cibum. *Funiculum meum.*] רבעי Heb. rectitudinem mearum actionum, Theod. *Ventilâsti semitam meam.*] Purificâsti eam. *Novissima & antiqua.*] τὰ ἔσχατα. Chrysost. *Novit valdè.*] Opera tua, non te, Chrysost. *Lectum meum in sepulchro.*] Quasi mortuus, ut Apoc. 11.11. *Illic spiritus vitæ intrabat in eos. Alas auroræ.*] Ut fugiam in Eremum, Psal. 55.6. Apoc. 12.14. *Mulier fugiebat. Ossa mea ex inferioribus terræ partibus.*] Mysticè, sic Ezech. 37.7. *Spiritus venit in ossa arida*, & suscitavit ea quasi ex sepulchro. *Omnes.*] Perfecti & imperfecti, S. Aug. *Amici tui.*] Gr. sunt honorandi, Chrysost. *Principatus eorum*, vel, *pauperes ex illis amicis tuis.*] Theodotio, pauperes à Josia sunt honorem consecuti, Theod. Heb. ראשיהם à ראש *pauper. Ero semper tecum.*] Gr. quando evigilo in resurrectione. *Per imaginationes impias irritant te.*] Quia in Pro. 6. *Cor quod imaginatur facinora, Deus abominatur. Accipiunt civitates tuas.*] Sed in vanum, vel falsò, id est, injustè diripiunt eas. Vel, quia ex lege tua utilitatem non percipientes, Theodoret. Vel, *Qui insurgunt in te, elevant se in vanum.*] Gr. quia subitò tu deprimis eos, עריך à יעיר. *Via doloris.*] Idoli, ut Jer. 22.28. *Contemptibile, fractum Idolum?* idem. In Græco est Psalmus Zachariæ in captivitate.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 139.

Ante & retrò.] Ital. Bruc. Hisp. Ferr. futura & præterita. Aug. MS. Vulg. Gal. *Ossa.*] Aug. MS. Vulg. Cal. Ital. vel robur. Ital. Bruc. *l'osso mio da te.* Hisp. Ferr. *Mi cuerpo.* Hisp. *Amici tui.*] Vul. Gal. 3. Aug. MS. Ital. Bruc. *Gli amici tuoi.* Hisp. Ferr. *Tus pensamientos* cogitationes tuæ. Hisp. *Civitates.*] 2. Aug. MS. Vulg. Gal. *Cittez.* Arab. Vel, *Exaltant vanitatem inimici tui.*] Hisp. Ferr. *Xalcaron vanidad tu enemigos.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 139.

Intellexisti malum meam de longè.] Lat. MS. Heb. רעי à רע *malum. Conculcabunt me.*] Gr. Vulg. ישופך in Gen. 3.15. *In deliciis meis.*] Gr. Vulg. dicit *deliciis*, quia lux est suavissima res, Eccles. 11. ערני à עדי *ornamentum. Magnificatus es.*] Jod redundat. Vulg. Gr. *Substantia mea.*] Vulg. Gr. curiosè fabricata. à רקמתי. *Principatus eorum.*] Gr. Vulg. Lat. MS. id est, sodalium tuorum super impios sequentes dominium. *Dicitis*, vel, *dicunt in cogitatione.*] Vulg. Gr. ἐρεῖς in codice Vaticano sine accento; impii cogitant quòd civitates Dei possidebunt, sed in vanum, nam erunt recuperatæ. Vel, *Elati sunt frustrà adversarii tui.*] Lat. MS. Heb. עריך.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 139.
Heb. Syr. 138.

Quando Shimei maledixit, 2 Sam. 16. Par. Edit. *E longinquo.*] Ab altis cœlis. Syr. מן מרומא [illegible] [illegible]. *Circundas*, vel, *cognoscis vias meas & semitas meas.*] Syr. שבילי [illegible]. Heb. רבעי. *Assuefactus es*, vel, *perscrutaris omnes vias meas.*] Si sim homo Belial, ut Simei maledicit. Syr. עקבתי [illegible]. Heb. הסכנתה, velut à סכן habitare, vel כנס, velut in 1 Reg. 1. סכנת ministrans in Syr. MS. *Verbum*, vel, *mutatio in lingua mea.*] Syr. MS. שחלופא [illegible], unum si sit in lingua, & aliud in corde, illud nôsti. *Retrò & ante.*] Dicta mea præterita & futura. Syr. Arab. *Mirabilis scientia à me est.*] In contemplatione artificii ejus in me, scientia mirabilis exhauriatur. Syr. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. *Exaltatar & non possum.*] Id est, sumpsi animum à te evadendi, sed non possim. Syr. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. *Alas velut auroræ.*] Vel aquilæ. Syr. [illegible] Arab. *Manus tua super me.*] Ut me pro placito tuo deducas. *Teget*, vel, *incubit mihi.*] ישופני Heb. à נשף, & תעופה crepusculum matutinum in Psal. 119. & Job 11. id est, tenebras in lucem vertere nequeo, quod tibi est facillimum. Syr. נוהר לי [illegible] [illegible]. *Fecisti renes meos.*] Syr. & cognoscis quicquid est in isto tenebrarum loco. *Obtexisti*, vel, *accepisti me ab utero matris meæ.*] Syr. [illegible] Syr. Paris. *Texisti me.*] Carne, & nervis, & cute, velut in Job 10. ver. 11. *Ossa mea non abscondita sunt à te—in imis partibus terræ.*] Id est, quando morior & sepultus sum, & ossa sunt in pulverem redacta tu nôsti ea. Syr. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. *Substantiam*, vel, *retributionem meam.*] Vides quæ mihi erunt præmia in posterum, & scripta sunt in libris qui aperti erunt. Syr. פורעני [illegible]. Heb. גלמי, גמלי, sicut in Psal. 116. *Formabantur*, vel, *abbreviatur tempus quotidiè, & non unus erit in illis.*] Nullus homo relictus erit in terram apud magnum diem. Syr. ולית אנש [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & יצרו à צר *arctavit. Adhuc sum tecum.*] De operibus tuis singulo mane cogitabundus. *Certò.*] אם pro אמת, velut in Prov. 3. *Inimici tui* vel, *capiunt civitates tuas in vanitate.*] Syr. nam rursus ejicies eos. *Inimici sunt mihi.*] Æquè ac tibi. *Cogitationes meas.*] Vel, ambulationes. Syr. Heb. סרעפי. Syr. Par. [illegible].

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 139.
Heb. Arab. 138.

Cogitationes, vel, *secreta mea.*] Arab. سرائري Heb. רעי ut רוזי. *Verbum*, vel, *dolus in lingua mea.*] Arab. في لساني غش. *Cognovisti omnia, posteriora & anteriora, creâsti me.*] وانك يا رب تعلم جميع ما تقدم وما تاخر. Heb. פנים ואחור, quis prænunciet futura nisi Deus? *Alas auroræ*, vel, *aquilæ, & cecidero in fines maris.*] Arab. كالنسر واسقطت في اقاصي البحر, sic scribunt de aquila, quando plumas suas mutat, in mare cadit. Vid. Sect. 1. in Psal. 103. *Nox est lux in delicias meas*, vel, *pro me.*] Arab.

Arab. لنعبني. Heb. בעדני à עדן *voluptas. Principium operum meorum viderunt oculi tui —— Tu es creator dierum, cùm non erat in eis homo.*] Arab. بدو اعمالي ابصرت عينك —— انت خالق الايام وليس فيها انسان. Principium operum est ut גלם embryo, substantia imperfecta; omnia opera antequam fiant præscivit Deus, & tempus dierum pro illis certum prædeterminavit, antequam creatus erat homo, qui opera illa faceret, Heb. ימים יצרו ולא אחד בהם. *Quàm pretiosi sunt amici tui —— principatus eorum corroboratur, sunt plures quàm arena, —— Deus quando perdidisti peccatores, & dixisti —— Declinate à me.*] Arab. احباك كرموا —— وعزت رياستهم اكثر من الرمل حين اهلكت الخطاة, Id est, quando Deus disperdit impios, illis dicens, *Discedite à me*, ut in Matth.25. tunc justi, Dei amici ut Abraham, valdè multiplicabuntur, & in impios dominabuntur, ut Mal.4.1,2. *Conculcabunt eos* in die judicii; & dicit, *Amici*, opposit. ad *peccatores*, quos odio habet. *Experrectus sum, & fui tecum.*] Post resurrectionem *semper cum Domino erimus*, ut 1 Thes.4.

---

1 *In finem, Psalmus David.* CXXXIX.
Heb. CXL.

2 *Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.*

3 *Qui cogitaverunt iniquitates in corde: totâ die constituebant prælia.*

4 *Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum.*

5 *Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.*

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos.

6 *Absconderunt superbi laqueum mihi.*

Et funes extenderunt in laqueum: juxta iter scandalum posuerunt mihi.

7 *Dixi Domino: Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.*

8 *Domine, Domine virtus salutis meæ: obumbrâsti super caput meum in die belli:*

9 *Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.*

10 *Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.*

11 *Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos: in miseriis non subsistent.*

12 *Vir linguosus non dirigetur in terra: virum injustum mala capient in interitu.*

13 *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum.*

14 *Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 140.

DE Doeg. & Ziphitis calumniantibus. *Eripe me.*] Ne noceant mihi verbis suis. *In prælia.*] Dicebant Sauli in illo loco eum reperies, & cum illo pugnabis. *Sicut serpens.*] Qui acuit linguam quando vult mordere, sic illi student aspera proferre verba, vel sicut serpens Evam decipiens, R. Arama. *Venenum aspidis est sub labiis.*] Quando irascitur homo, humor vel spuma ab ore suo exit, & defluit sub labiis, quam assimilat veneno quod projicit serpens. *Posuerunt laqueum.*] Ut 1 Sam.23.20. *Tradere eum regi. Per manum viæ.*] Ubi pedes mei erant, ut Saul dixit, 1 Sam.23.22. *Videte ubi ambulatio sua est? Operuisti caput meum.*] Quando pugnant mecum eris περικεφάλαια salutis in caput meum; & dicit in præterito, *Operuisti*, pro futuro, denotat fiduciam ejus. *Caput eorum.*] Erat Doeg. *Malitia labiorum.*] Id est, mendacia eorum de me illabi eos faciant. *Carbones.*] Ita Dei de cœlis sicut carbones, ut in Psal.18. Vel, ut Cora qui erat combustus, R. Arama. *In puteos profundos.*] Ut Cora ob linguam malam, R. Arama. במהמרות in Rabboth. dicunt, primò sepeliebant homines in sepulchris profundis, caro erat devorata, & congregabant ossa, sepeliebántque in arcis, idem. *Vir lingua.*] Doeg. *Expellere eum.*] Ab uno malo ad aliud. *Novisti Domine.*] Cogitationes eorum malas, & judica eos; sic scribitur ידעת. *Habitabunt in præsentia tua.*] Ediscere, & in viis tuis incedere.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 140.

Dictus erat antequam erat rex inunctus. *Congregant in bella.*] à גור, vel bella faciunt, ut Deut.2.9. *Ne contendas cum illis*, idem, sed sunt duæ radices. *Aspis.*] Venenosa bestia quæ mordet, חיוה נושכת sic lingua eorum. *Selah.*] Amen. *Expellere gressus meos.*] Sicut sepes casura, Psal.62.3. idem, & Psal.116.8. *Pedes à lapsu*, idem. יד est *locus viæ* in Deut.23.12. idem. *Es Deus meus.*] Non habeo aliud refugium. *Caput meum operuisti.*] Sicut περικεφαλαία salutis כובע. *Desideria impii.*] Saulis, vel servorum ejus, quia non appellat unctum Domini impium, ut in Psal.7. (Vid. Sect. 1. 2.) *Ne elevet caput.*] ירומון pro ירומם & ראש sumitur à sequenti versu. Vel, *Ne exaltent caput in veritate illi qui circundant me.*] Ne glorientur super me; finis versus conjunctus est initio sequentis. Vel, principium mali quod erit super circundantes me, sit ut labor labiorum suorum, cadat in eos, R. Moseh. *Cadent in*, vel, *per ignem.*] Fulgura, & lapides qui necant odore multò magis corpore. *In puteos profundos.*] Non habet socium in lingua nostra; & dicit, *Profundos*, propter illud יקומו *non resurgant. Venabitur violentum.*]

lentum.] Donec expellant eum viri loci ejus & non maneat in mundo. *Ante faciem tuam.*] In domo orationis. ירעתי.] Id est, tunc cognoscam; & dicit, אך, recti sed non impii excluduntur.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 140.

Malitiam in corde.] Sed non profert in ore; intendit bestiam quartam. Dan. 7.

Sect. 4. *Ex R. Obad in Psal.* 140.

De persecutione David per Saulem quæ anteit regnum Davidis, sicut persecutio (Gog) adventum Christi anticipat; ita conjunguntur hi Psalmi. *A viro malo.*] Doeg. *Superbi.*] Ziphitæ. *Ne educas* אל חפק.] Quia dixit Saul, *Percutiam Davidem & parietem*, 1 Sam. 19. *Carbones.*] Id est, Calumniarum.

Sect. 5. *Ex R. Sel. in Psal.* 140.

Malo viro.] Esau contra quem orat Israel. *Habitant in bellis.*] Vers. 2. id est, bella sunt in habitationibus suis, ut Psal. 55. & inter eos, à גור, idem. עכשוב, in extran. ling. איריינא, *aranea*, Hispan. *aspide. Funes.*] Mos aucupis est rete funibus contrahere, & volucrem intra illud illaqueare. *Ne finas imaginationem suam egredi.*] In actionem. Vel, *Ne exeat è maxillis.*] זממו à זמם, *frænum*, in Misneh. *Caput*, vel, *numerum eorum qui circundant me.*] ראש, in Exod. 30. *Tolle summam, &c.* idem. *In puteos*, vel, *eadent in bellis.*] במהמרות במלחמות, MS. à ממרים, Deut. 9. 14. *Rebelles*, sicut pugnantes contra Dominum. *Malum venabitur.*] Peccatum quod commisit.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 140.

Desideria impii.] Doeg. *Caput illorum qui circundant me.*] Ahitophel erat caput Synedrii. *Malitia labiorum eorum.*] Calumniæ labiorum. *Ne surgant.*] Ad vitam sæculi futuri. *Vir linguæ.* Tertiæ linguæ. *Malum.*] Angelus mortis illum ad ruinam ejus in Gehenna venabitur.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 140.

Viro violentiæ.] Qui violentiam ut aquas epotat; Quatuor sunt, 2 Sam. 23. 49. *Ab homine violento*; id est, Saule, Psal. 140. 4. Amos. 2. 8. *Vinum violentiarum. Laqueos.*] Id est, mortis; Tria sunt defectiva in significatione, 2 Sam. 22. 6. *Laquei mortis, &c. O Deus Dominus.*] Justus ille, potens & misericors; Quinque sunt sic scripta, Psal. 68. 20. *Deo Domino exitus mortis*, Psal. 140. 7. Psal. 141. 8. *Ad te Deus Domine oculus meus*, & Judic. 13. 8. cum *Adonai* plenè, & *Deus Domine robur meum, &c.* Et *Deus Domine fac, &c. Jus pauperum.*] Qui sunt oppressi; Tria sunt defectiva in significatione, Job 24. 5. *Egenos ex via.* Ester 9. 22. *Dona pauperibus.* Deus corda hominum movet, ut pauperum commiserentur.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 140.

Selah.] Aei, Chrysost. *Venenum aspidis.*] Peccatum homines serpentes efficit; Chrysost. ut Matth. 23. *Progenies viperarum, &c. Ne derelinquas me ne fortè exaltentur.*] Intima mea, Gr. Vulg. *Caput*, vel, *venenum capitis*, vel, *amaritudo*, ראש, Chrysost. *circundantium me, labor labiorum suorum operiet eos.*] Descendat afflictio in verticem eorum, ut Psal. 7. ult. similitudo est à sacrificiis quorum capita execrabantur, Levit. 1. *Manum super caput, &c.* Herod. Euterp. de Egyptiis, Execrantur capita in hæc verba, Quicquid mali aut ipsis immolantibus, aut Egypto futurum sit, id in caput hoc convertatur ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι, hoc ritu omnes utuntur (forsan ab illo, Levit. 16. *Omnes iniquitates in caput Azazel*) Ex hoc fit ut nemo Egyptiorum de capite ullius animantis gustet, Herod. Euterp. Vel, *Principalem eorum.* ראשי.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 140.

Contra Doeg.] Ital. *Caput eorum.*] Principem, Ital. Vel, capita, Ang. MS. Vul. Gal. *Puteos.*] *En fuessas* Hispan. Ferrar. *Ne le fosse.* Ital. Bruc. Vel, *in miserias.*] 2. Ang. MS. Gal. Vulg.

Sect. 10 *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 140.

Pro victoria, canticum David contra omnes inimicos, Lat. MS. *Selah.*] Semper, Lat. MS. *Ne des Domine desideria impii, scelera ejus ne effundentur, & eleventur semper.*] Lat. MS. Vel, *A desiderio meo.*] Vulg. Gr. contra preces meas, מאויי. *Cogitaverunt contra me, ne derelinquas me.*] Vulg. Græc. זממו à זמה cogitatio, & תפק à נפק, ne educas me, & in eorum manus tradas, ut Prov. 3. idem. *Caput circuitus eorum.*] Vul. Gr. id est, principalem eorum operiet tribulatio. Vel, *amaritudo convivarum ejus.*] Lat. MS. Heb. מסבי convivæ sedebant in circuitu, Vau pro Jod. *In miseriis.*] Vul. Gr. במהמרות à מרה *amare* afflictiones.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 140.
Heb. Syr. 139.

Quando Saul projecit הרמח, hastam ad occidendum illum, in 1 Sam. 19. & de omni qui certat, cum osoribus suis, Par. Edit. ܟܕ ܫܕܐ ܪܘܡܚܐ ܥܠܘܗܝ ܡܬܟܬܫܢܐ ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ. *Ne caput attollant circumdantes me.*] Saul & cæteri ad insultandum, in Syr. ראש, ܪܫܐ, jungitur cum priori vers. in alio tamen sensu. Vel, *Ne ascendat in caput meum.*] Syr. Par. Edit. ܠܐ ܢܣܩ ܥܠ ܪܫܝ, לרישי, ne superet me, vel ut in Psal. 7. ult. *Descendet in verticem suam*, id est, in pœnam. *Labor*, vel, *improbitas labiorum ipsorum.*] Syr. במהמרי, non est in Syr.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 140.
Heb. Arab. 139.

Cum cogitaverunt adversùs me, ne abjicias me, ne magnificent (caput) *& cum ipsi circumvallabunt me, & loquentur labiis*, vel, *ob laborem labiorum*, Heb. *retribue illis*, ——— *In miseriam dejicies illos.*] Arab. وعند فكرهم علي لا تطرحني لكلا يتعظموا وعند احتباطهم وكلام شفاههم اعطهم وفي الشقا تلقيهم, id est, quando corde machinantur, ore obloquuntur, & manibus in me operantur, ne derelinquas me, quia tunc caput eorum extollent, sed è contra in miserias dejicias eos, Heb זממו, verbum, Heb. תפק à נפק, *educere*, & sic *derelinquere*, Heb. מסבי à סבב, *circumvallare*. Heb. יכסימו à כסה, obtege eos confusione, sit eorum retributio. *Malum venabitur eum*, vel, *ipso venabitur* (& quærit) *malum in suam perniciem.*] Arab. الرجل الظالم يبتغي الشر لهلاكه.

1 *Psalmus David. CXL.*
Heb. CXLI.

Domine clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamavero ad te.

2 *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

3 *Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis.*

4 *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.*

Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.

5 *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Quoniam adhuc est oratio mea in beneplacitis eorum,

6 *Absorpti sunt juncti petræ judices eorum.*

Audient verba mea quoniam potuerunt:

7 *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram.*

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:

8 *Quia ad te Domine, Domine oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.*

9 *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.*

10 *Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego donec transeam.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 141.

Est ejusdem sensus cum priori. *Sicut sacrificium vespertinum.*] Et similiter ut matutinum, sed meminit *Vespertinum*, forsan quando composuit Psalmum erat tempus vespertini sacrificii. Vel, si matutinum erat mundum, acceptum erat ut unicum, sed quando etiam vespertinum erat mundum eo magis Deo placuit ut duo sacrificia, quia sub se comprehendit matutinum, R. Jos. Cimchi. *Custodias portam labiorum.*] Ut cor meum est integrum, sic etiam sit oratio labiorum, ut Prov. 16. 1. *Responsio linguæ est à Deo*, & dicit, *Portam*, quia conveniens est, ut os recti sit sicut porta quæ aperit & claudit, sed non sine necessitate. *Porta, vel, elevatio labiorum.*] Id est, verba quæ labiis meis tollo à דלו, in Isai. 38. 14. *Oculi mei attolluntur ad excelsum*, R. Jos. Cimchi. Non est in Cod. Cremon. *Ne inclina cor meum ad malam.*] Ut est perfectum, sic illud perfectum custodias: antea locutus est de *labiis*, nunc de *corde*, & dicit, *Ne inclina*, quia tu cohibere illud queas, quod si non facis, quasi inclinas illud. *E delicatis eorum.*] Voluptatibus mundanis. *Erudiat me justus.*] Id est, Deus justus, R. Arama. *Adhuc erit.*] Id est, quamdiu vivam orabo, Eripe me Domine à viis eorum malis. *Ne frangat meum caput.*] Si impii inungant me exclamabo & dicam, *Ne frangat, &c. In lecis petra.*] Id est, dejecti à vertice rupium, vel quando Saul & Jonathan in monte Gilboa ceciderunt, tunc novit populus inimicitias in illos me non habuisse, R. Arama. & dicit, *Judices eorum*, quia non cohibuerint eos à viis malis, sed confirmabant eorum manus, ut dicit in Psal. 58. *Judicatis rectum? non, sed ponderatis violentiam, &c. Audient verba mea.*] Forsan populus erit instructus quando judices suos perditos intuetur. *Ossa nostra sunt dispersa.*] Est hyperbole denotans magnum corporis tremorem, ac si essent ossa unum ab altero dispersa: & dicit, *Nostra*, id est, ego & servi mei, vel populus Israel in monte Gilboa, R. Arama. *Scindit.*] Sic Job 16. 13. *Scindit renes meos*, idem. *Transeam.*] Rete illud, עד, id est, semper. *In reti proprie.*] Dicit, *Reti*, in singulari de Saule, & in plurali dicit, *Cadant*, de adjutoribus suis.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 141.

Sicut incensum.] Manè; Caph deficit. *Pone* שיתה *frenum, custodi os meum.*] שמרה, Paul deficit, vel est nomen pro שמירה, R. Mosch. ut Psal. 86. 2. Et דל pro דלת, ostium in fœminino, Prov. 26. נצרה, in Imperat. & Dages redundat. *Ex delicatis eorum.*] Non sedebo in concilio eorum. Vel, ut in Prov. 23. 3. *Ne comedas panem mali oculi.* Vel, est similitudo malorum operum. *Caput, vel, oleum excellens.*] Respond. ad eorum *delicata*, sic בשמים ראש, *aromata principalia. Non franget.*] Habet effectum contrarium, quia oleum sanat dolores capitis, & est opposit. ad eorum *Calamitates*. Vel, *Ne unus eorum frangat caput meum.*] Scil. unus impiorum יניא ג׳ רשעים, Num. 32. 7. *Cor debilitatis.* Vel, ictus justorum non frangent corpus meum, R. Mosch. *In calamitate eorum.*] Venturâ, oro ut evitem eos. *Judices eorum.*] Et illi etiam sequentes judices eorum & principes obruentur in persecutione mei. *Verba mea.*] Verba Davidis, 1 Sam. 24. 13. *Iniquitas exit ab impio, &c.* Vel, verba illa, 2 Sam. 14. *Omnes morimur, &c.* R. Mosch. *Dulcia sunt.*] Erant proverbium antiquum. Vel, in calamitate eorum cogitant de verbis meis, quæ rejecerunt in pace. *Ossa nostra.*] Robusti Davidis, sicut ossa sunt robur corporis, Psal. 22. 14. & hi erant à Davide dispersi, sic Genes. 49. *Issachar asinus ossis*, id est, robustus. *Ore sepulchri.*] Propè destructionem. *Ne evacues animam meam.*] Sic Genes. 24. 20. *Evacuavit*, idem. & dicit, *Evacues*, quia anima implet corpus. *Operantium iniquitatem.*] Aliorum præter hos. *In rete eorum unà.*] Quia sunt omnes ejusdem concilii, & semper evadam ego, R. Mosch. Vel, יחד, conjunctum est cum עד, ut transeam ego & evadam.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 141.

Oratio sicut incensum.] Quia templum est jam desolatum, Ezra & Daniel in tempore oblationis orabant, Ezra 9. Dan. 9.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 141.

De persecutione Saulis, & precatur ne illum Philistæi per mala eorum opera seducant. *Incensum* קטרת.] Incensum pro peccato non offertur. *Munus vespertinum.*] Post hoc oblatio pro peccato non succedit, ideò est magis gratum. *Custodi ostium, vel, labia mea pro paupere* דל.] Id est, custodias labia mea ut orent pro paupere, id est, pro meipso jam paupere,

pere, & aliis. *Viros* אישי.] Id est, magnates inter Philistæos. *Unguentum capitis* שמן ראש.] Id est, Saul unctus Domini me in misericordia increpet. *Justus in misericordia* צדיק חסד.] Id est, Abner justus ille percutiat me in misericordia. *Oratio mea.*] Ego orabo pro illis. *In loco rupis.*] Id est, ubi Saul fortitudo Israel occidit. *Sicut scindens terram.*] Id est, vox mea erat sonora, & quasi terram scindens. *Unà ego* יחד אני.] Id est, in prælio cum Philistæis ego sum cum illis unà.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 141.

דל ostium, vel superior pars labii, à דלל extollere. *Justus.*] Propheta. נביא. *Ne oleum excellens frangat caput meum.*] Oleum quo unctus sum in regem, Psal. 23.3. ne me faciat admonitionibus Prophetæ aversum. *In calamitate.*] Ne cadam in eam, vel contra iniquitatem eorum. *Judices eorum*] Qui ducunt eos per cor lapideum, & malam concupiscentiam, sicut ad petram scandali impingant, & à via recta aberrent. Vel, *In locis saxosis.*] Ut 1 Sam. 24.13. *In Sela*, rupe ceciderunt persecutores. Vel, *Per manus rupis.*] Erant ut latera rupia, id est, duri cervice. Vel, Judices sunt Moses & Aharon, qui ceciderunt apud petram, Num. 20. ob duritiem cordia populi, Rabboth. similiter hi qui verba audiebant dulcia, & non convertebant.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 141.

Ex delicatis eorum.] In domo convivii. *Ne cesset*, vel, *desitiat in caput meum.*] יבטל Cald. Num. 14. 34. *Defectum*, vel, *frustrationem verbi mei. Per manus petra.*] Id est per manum fortem obruantur Judices eorum de domo judicii, beth Midras, sic Deut. 32. *Rupes eorum*, id est, fortitudo.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 141.

דל *ostium.*] 12. sunt cum Pathac in significatione. Exod. 30.15. *Pauper*, Et, *si sit pauper, &c.* & Judic. 6.15. *Est pauper*, 2 Sam. 13.4. *Macilentus es*, Isa. 17.4. *Macrescit*, Prov. 22. 22. *Pauperem*, Job 5.16. & omne conjunctum cum *paupere & egeno* est similiter, sic hoc loco *Serva labia mea in re pauperis.*] Ne pronunciem falsum judicium. Vel, *in re agrots.*] Quia dicitur, Psal. 41.1. *Visitat agrum*, & consolatur eum labiis. אישים, Tria sunt plenè, & symbolum est, pauper, impius, purus. ינ non est amplius defectiv. & unum est cum Aleph. *Ne evadam ego.*] אעבור, quia non transgressus sum in illos; Tria sunt plena, Jerem. 2. 20. *Non transgrediar*, Ceri אעבור cum Daleth, Job 19.8. *Transire nequeam.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 141.

Oblatio vespertina.] Mos erat Græcorum vesperi semper expiare peccata quotidiana per hunc Psalmum, & habebant alium manè, S. Chrysost. *Ut incensum.*] In Altare aureum intra velum [illegible], Chrys. ut Heb. 9. [illegible] dicitur de [illegible] aiunt alii. *Delicatis.*] Sacrificiis Idolorum. *Oleum peccatoris.*] Falsa laus adulatoris, S. Aug. Vel literaliter de oleo quo prisci capita inungebant.

——Horat. Od. 20. Lib 3.
—— *lenis recreare vento*
Sparsum odoratis humerum capillis, &c.

Et Herod. Clio de Babyloniis. *Contra iniquitates eorum.*] Gr. ut in Psal. 28. *Ne trahas me cum impiis. In loco petræ.*] Christus petra erat doctis scandalum, Hier. Aug. Vel demersi in mare, & in lapsu per manus petrarum rupti, Chrysost. ut in littore Mediterranei maris à Massilia Genoam, usque & Livornium sunt ingentes petræ quæ undas marinas retundant. Vel, *juncti petræ.*] Instar scopulorum maris brevi submergentur, Theod. *Audient verba mea.*] Id est, populus multus Deo gloriam reddet, quando eorum ruinam intuentur, ut Apoc. 11. 13. *Perterrefacti, dabant Deo gloriam. Sicut crassitudo terræ erupta est.*] Gr. Vulg. scil. per agricolam.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 141.

Oblatio vespertina.] Antiqui Hebræi, & postea Syri habebant formulas precum manè & vespero Ritual. Syr. p. 81. Ut custodias nos hoc die sancto, & omnibus diebus vitæ nostræ in omni pace, [illegible] Ab omni peccato & tentatione, [illegible], sic in nostra Liturgia oratione matutina, Qui in salute ad initium hujus diei adduxisti nos, custodias nos hoc die ab omni peccato, sic Ritual. Syr. p. 82, 84 eadem verba [illegible] Et ab omni opere malo, & à consilio impiorum, [illegible]. Et p. 83. Ne nos inducas in tentationem, [illegible] sed libera nos à malo, [illegible] propter gratiam Filii tui dilecti Domini & Dei nostri, &c. [illegible].

Ne pinguescere faciat caput meum.] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. *n'engraise.* Hisp *unte.* נאוה, vel נוה manere in capite, ut Hab. 2. Hisp. Ferr. *No quebrantara mi cabeça*, ne frangat caput meum. *Impietates.*] Vel dulcedines. Ang. MS. Gal. à רוע. *Judices eorum apud Sela erant absorpti.*] Ang. MS. Vul. Gal. ut in Syr.

Sect. 10 *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 141.

Serva ostium, vel, *paupertatem labiorum meorum*] Lat. MS. preces pauperis exaudi, & serva eum. Heb. דל. *Oleum pretiosum*, vel, *amaritudinis.*] Lat. MS. ראש ut in Psal. 141. idem.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 141.

Davidis cum meditabatur ministerium vespertinum. Par. Edit. Mos erat etiam Syræ Ecclesiæ. Vid. Orat. quotidian. Syr. caractere & linguâ Arabica pag. 46. Orant, dicentes, Da nobis Domine salubrem somnum—— & mitte nobis Angelum pacificum, ut custodiat nos ab omni malo, propter gratiam & misericordiam Filii tui unigeniti, & donum Spiritus sancti; Dele Deus peccata nostra, & miserere nostri; tibi sit honor, gloria, adoratio, & timor in secula seculorum, Amen. [illegible] &c. [illegible] Et pag. 36. Protege nos ab omnibus periculis, vel passionibus noctis, [illegible] sic oramus in nostra Litur-

gia,

gia, oratione vespertinâ, Illumina Domine tenebras nostras, & defende nos ab omnibus hujus noctis periculis, &c. Et pag. 35. Adduxisti nos ad initium hujus noctis, ܘܐܝܬܝܬܢ ܠܫܘܪܝܗ ܕܗܢܐ ܠܠܝܐ Et illumina mentes nostras lumine operis tui, ܘܐܢܗܪ ܡܕܥܢ ܒܢܘܗܪܐ ܕܦܘܠܚܢܟ. Et serva corpus nostrum ab omni periculo noctis, &c. pag. 36. sunt permultæ aliæ precum formulæ in codice prædicto, jussu Pontificis Gregor. xiii. impresso ann. 1584. Romæ; de Liturgia Cophtitarum dixi in Psal. 20. Sect. 2. non differt ab Ethiopica: Vid. P. Athanas. habent Syri fol. 49. Ritual. Cophtitæ, & Ethiopes Trisagion illud, Sanctus, Sanctus, Sanctus. In Ritual. Rom. impress. Ethiop. dicunt, Oremus pro Principe nostro, pro principe Archiepiscoporum, &c. est etiam hodiè eadem formula consecrationis ante 1400. an. usitata. *Oblatio manuum mearum.*] Quæ nunc affero. Syr. קורבנא ܘܩܘܪܒܢܐ. cum *Vau* in Parif. Edit. ידי non est in Syr. Parif. Edit. vel MS. *Haud sumam salem cum illis.*] Syr. Par. Edit. ܠܐ ܐܬܡܠܚ לא אתמלח, sic in Ezra 4. *Salem habemus à regio palatio*, & Act. 1. συναλιζόμενος *salem comedens*, vel consortium habens cum illis. *Percutiat*, vel, *doceat me.*] Syr. *Ne præstantissimum unguentum caput meum ungat.*] Unguentum improborum. Syr. רשיעה ܡܫܚܐ ܕ. Heb. ראש, & יני à נאוה. *In calamitatibus eorum.*] Vel, contra improbitatem eorum. Syr. *Judices eorum cohibiti erant*, vel, *redibant apud locum petræ.*] Quando Saul & servi ejus sequebantur Davidem apud Sela, vel, petram divisionum in 1 Sam. 23. 29. ibi venit nuncius, & ab illo redibant. Syr. MS. אתכליו באידא ܐܬܟܠܝܘ ܒܐܝܕܐ ܕܟܐܦܐ. Heb. נשמטו à שמטה *remissio* in Deut. 15. Vel, *Manu lapideâ repressi sunt Judices eorum.*] Syr. Par. Edit. id est, manu forti, ut Job ait, *Num est robur meum lapideum?* *Audient verba mea.*] Postea audiebant Davidem loquentem ad Saul, in 1 Sam. 24. v. 9. & 1 Sam. 26. v. 14. & dicit, *Amœna* opposit. ad *res amœnas eorum. Diffindit terram.*] Syr. ita sumus ego & servi mei in periculo, & quasi apud os foveæ. Vel, *Dispersa sunt ossa eorum.*] Syr. Par. ܐܬܒܕܪܘ ܓܪܡܝܗܘܢ. *Ne diffundas animam meam.*] Velut aquas, sic in Psal. 63. יגירהו, & 2 Sam. 14. *Ut aqua effusa.* Vel ne effundas sanguinem meum, vel ne rejicias, Syr. ܠܐ ܬܫܕܝܗ. *Donec evasero.*] Illaqueati sint in consiliis suis, velut apud Sela in 1 Sam. 23. ver. 29. donec è manibus eorum evasero. Syr. עדמא ܥܕܡܐ ܕܐܥܒܪ ܐܢܐ. Heb. עד.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 141.
Heb. Syr. 140.

Non inunget unguentum peccatorum caput meum, nec erit oratio mea pro beneplacito eorum, Deglutierunt judicia sua ad petram, Audite (vos rebelles) *sermonem meum, quia utilis est.*] Arab. لا يمسح دهن الخطاة راسي ولا صلاتي في مسرتهم ابتلعوا احكامهم عند قولي فانه نافع, Id est, oleum peccatorum est adulatio, ne contingat mihi, oro ne id quod illis est beneplacitum mihi fiat, qui habent cor lapideum, & judicia legis Dei deglutierunt, absque emendatione vitæ: Veruntamen jam tandem audiant vocem meam incorrigibiles. Heb. ברעותיהם à רעה *amicus*, & רעוה *beneplacitum*, & אל *nec* bis sumitur, ut לא in Gen. 2. *Nec erat vapor*, & in Prov. 30. 2, 3. Dicit, *Oleum*, ut in Psal. 55. *Verba sunt oleo meliora*, & dicit, *Beneplacitis*, id est, illis operibus flagitiosis, in quibus delectantur. *Ne evacues animam meam.*] Est similitudo à vagina evacuata, quando gladius extrahitur, & anima est in corpore ut in vagina, Dan. 7. *In medio vaginæ*, idem. *Donec pertranseam solus.*] وحدي Arab. id est, unus solus. Heb. יחד.

---

1 Intellectus David,
Cum esset in spelunca, oratio. (*1 Reg. 24. 1.*)
CXLI. Heb. CXLII.

2 *VOce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.*

3 *Effundo in conspectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.*

4 *In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognovisti semitas meas.*

In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

5 *Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.*

Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam.

6 *Clamavi ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.*

7 *Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.*

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

8 *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant justi, donec retribuas mihi.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 142.

IN *spelunca.*] In 1 Sam. 24. 3. *David & servi ejus erant in lateribus speluncæ. Ostendi coram eo.*] Dicit, *Ostendi*, licet ante novit eam. *Nosti semitam meam.*] Quod non ambulavi semita mala, nec illis nocui. *In via.*] In omni loco laqueos pro me ponunt. *Aspexi.*] Non est in imperativ. & addit in *dextera*, sed intelligit etiam sinistram licet non exprimatur,

primatur, ut Jos. 13.8. *Ruben & Gad*, comprehendit etiam Manassen. *Deficit refugium.*] Non erat locus in quo non persequebatur me Saul. *Nemo requisivit animam meam.*] De manu Saulis, de cujus manu, non est redemptor nisi Deus, & dicit, *requisivit*, ut Psal. 9. *Quando facit inquisitionem pro sanguine. Portio mea.*] Postea in Israelis terra, licet nunc profugus sim & exul. *Fortiores sunt me.*] Quis enim potest illis resistere. *Justi facient me ut coronam.*] Gloriabuntur in me, dicentes, David confidit in Domino & Deus liberabat eum.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 142.

Maschil.] Super tonum poeseos, cujus initium est Maschil. *Cum voce mea.*] Bis dicit, id est, indies, & dicit, *Voce* palam, & *querela* clam. *Obrutus erat.*] Sic Psal. 102. 1. *Oratio afflicti, &c.* idem. quando incurvando se unam partem sui alterâ tegit. *Nosti semitam meam.*] Quòd recta est coram te, ut Psal. 1. ult, *Novit viam justorum. Aspice in dextram.*] Loquitur ad seipsum. Vel, הבט, verbale, & ראה pro ראוה. *Portio mea.*] Neminem expecto in terra præter te, qui potest me sanare. *Coronabunt sese mecum.*] In me gloriabuntur, ac si corona gloriæ erat in capite eorum posita.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 142.

Maschil.] Vel, didascalicus, intellexit David quod non per divitias sapientiam, vel fortitudinem sed per orationem homo stabilitur, sic ante Abimelech, Psal. 34. orat, & in Psal. 3. 1. & in deserto Judæ. Psal. 63. 2. *Cum voce mea.*] Repetit bis, inclamo ne cadam ego in manus Saulis nec Saul in meas. שיחי *querelam.*] Sicut in Psal. 102. 1. & Hanna, 1 Sam. 1. *Ex abundantia querola mea, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad Gaon. in Psal.* 142.

Vide dextera הבט ימין.] Id est, ô dextera Dei vide. *Circumdabunt* יכתירו.] Id est, Coronam regni tui super omnes reges exaltabunt, sic etiam in redemptione Israel; idcirco omnes hi Psalmi sunt conjuncti.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 142.

Novisti semitam meam.] Quot laquei sunt in illa. *Pro me circumdabunt te.*] Gratias tibi agent pro me. *Cadant*, vel, *projiciant*.] Sese in laqueos pro me absconditos.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 142.

Aspexi in dexteram.] Cald. pro adjutore qui ad dexteram meam assisteret. *Propter me facient tibi coronam.*] Coronam laudis ad morem Triumphantium.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 142.

Erat obrutus.] Tunc ocavi; Duo sunt, Jonæ 2.7. de Jona, Vir afflictus oret. *Nemo quærebat animam.*] In bonum præter Deum; Quatuor sunt plena, Ezech. 34. 6. *Nemo quærit eas.* Mica 6. 8. *Quid quærit Dominus?* 1 Paral. 28. 8. *Scrutatur corda omnia*, id est, preferret ea. *Humiliatus sum valdè.*] Duo sunt, unum cum accentu in penult. aliud in ultima, Psal. 116. 6. Deus adjuvat humiles. *Circumdabunt me.*] Ut discant à me; Duo sunt defectiva, Prov. 14. 18. *Sapientes circumdant scientiam*, id est, quia associant se sapientibus.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 142.

De carcere.] Ut in Judic. 6. *Filii Israel seipsis cavernas fodiebant*, præ timore Midian, & sic in Italia adhuc est visendus non procul à Patavio locus dictus Custoza, ubi est caverna mirabilis per septem milliaria tenebricosa; continet intra se mille columnas, & cubicula è petra excisa, quando ardebat regio bellis, tunc huc à crudelitate Barbarorum evaserunt: in spelunca sunt fontes multi, & venti è montium penetralibus efflant, & per meatus quosdam ducuntur ad interiora speluncæ, & per hiatus denuò emittuntur foris, in diebus canicularibus venti dicti sunt magnum adjacentibus refrigerium. Etiam Romæ sunt Catacumbæ, id est, Cavernæ subterraneæ, ubi delitescebant Christiani à furore persecutorum Romanorum liberati: Una est subter Ecclesiam Sancti Sebastiani, ubi sunt ingentes ruinæ altarium & sepulchrorum, ut videre est Romæ, & in Roma Soterranea; Alia in Ecclesia Sancti Laurentii extra portam Esquilinam uno ab urbe lapide, i.e. milliari; Alia in Janiculo quæ transit sub Tiberi flumine, vid. Sect. 8. in Psal. 68. sunt carceres revera quia tenebræ in illis sunt horrendæ, ut ait Sanctus Jeronymus in Ezech. experti scribimus, peritum viæ ducem, luminaribus, ob multos labyrinthos accommodatum, caveat hospes ut eligat; Et non procul à Turan in Gallia, est *Le cave guttiere*, ubi sunt tenebræ per leucas duas densissimæ. *Singulariter sim ego.*] Ab istis temotus, Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 142.

Coronabunt mecum, se justi.] Hisp. festa observabant mecum, *Conmigo se coronaran los justos.* Ital. Bruc. *In me si coroneranno i giusti.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 142.

Considerabam ad dexteram.] Vulg. Gr. dicit, *Dexteram*, quia per dexteram fiunt actiones non per sinistram. Vel, *Respice ad dextram.*] Lat. MS. *Me expectant justi.*] Gr. Vulg. id est, videre me: à כתר, in Job 36. 1. *Expectato, &c.* Idem. Vel, *In me coronabuntur justi.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 142.
Heb. Syr. 141.

De fame tribus annis, 2 Sam. 21. ob scelus Saulis.
[illegible]
[illegible]
[illegible], Par. Edit. & spiritualiter verba Agonistarum. *Qui quærat animam meam.*] Qui sanguinem meum vindicet si moriar. *E carcere.*] Dubitabar de causa famis, & dubitatio ista erat quasi carcer animæ suæ. *Cingent*, vel, *ministrabunt mihi.*] Vel, aspicient in me, Syr. נסכון, [illegible], Heb. יכתירו, Sic in Job 36. 2. *Permitte me paulisper*, idem.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 142.
Heb. Arab. 141.

Me enim expectant justi donec retribuat mihi.] Et ego fuero illis paradigma. Arab. Rom. Neb فلي ينتظر الأبرار.

Psalmus

Psalmus David,
1 *Quando persequebatur eum Absalom filius ejus (2 Reg.17.) CXLII.*
Heb. CXLIII.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

2 *Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

3 *Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.*

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi:

4 *Et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.*

5 *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.*

6 *Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi:*

7 *Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.*

Non avertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

8 *Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speravi.*

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

9 *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi:*

10 *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:

11 *Propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.*

Educes de tribulatione animam meam:

12 *Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.*

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum.

Sect.1. *Ex R. David. in Psal.*143.

ESt ejusdem sensus cum priori. *In fidelitate tua.*] Quia promisisti, & addit, *Justitiâ tuâ*, quia inimici mei injuria me afficiunt. Vel dicit, *Fidelitate tua*, quia ego in te credo fide vera, R. Arama. אשר אני מאמין בך. *Ne intres nunc in judicium.*] Ne castiges me magis & magis quia sum abundanter humiliatus & undique afflictus. *Animam meam.*] נפשי, intellectivam. *Vitam meam.*] Anima vegetativa terrestris. רוחי.] Sensitiva. לבי.] In corde est hæc anima, R. Arama. *Vitam meam ad terram.*] Id est, sum prope mortem redactus. *In tenebris.*] In lateribus speluncæ ubi sum absconditus, & ubi lux nulla est. *Sicut mortui.*] Qui sunt sub terra, sic ego in obscura hac subterranea caverna delitesco; & dicit, *Diù mortui*, qui nullam spem habent subitæ resurrectionis, quia corpus est consumptum in sepulchro, & sic ego sum in opinione multorum exspes, & dicit, *Diù* mortui, quia minor spes est eorum quam qui recenter sunt mortui, tamen nec hi possunt resurgere. *Recordor dies antiquos.*] In quibus liberasti patres nostros, & dicam animæ meæ quod similiter mecum facies. Vel, dies creationis antiquos, R. Arama. *Spiritus meus deficit.*] Subitò morior, & ideò festina Deus. *Manè.*] Tempore salutis, R. Sol. *In terra sitibunda est anima mea.*] In corpore, R. Arama. *Viam in qua ambulabo.*] Et fugiam ab inimicis meis. *Celavi ab illis, ad te.*] Id est, clam ad te orâvi, non ad hominem cujus vana est salus. כסיתי מהם, vel tecum abscondi meipsum כסיתי עצמי vel nomen tuum celavi, R. Arama. *Ut faciam voluntatem tuam.*] Orat nunc pro salute animæ, ut ante pro corporis. *Deus*, vel, *judex meus.*] Qui es potens & justus. *In planicie.*] Via recta ישר, ut non vacillem. *Propter nomen suum.*] Ut laudetur in ore hominum. *De misericordia tua.*] Quia ego sum servus tuus non illi.

Sect.2. *Ex Ab.Ezra in Psal.*143.

Justitiâ tuâ.] Fac manifestam justiciam tuam, ut Psal.118. *In latitudine, &c. Ne intres in judicium meum.*] Id est, nunc pro peccatis meis, quando sum persecutus. *Nemo justificabitur.*] Multò minùs ego, *Vitam meam in terram.*] Est similitudo denotans contemptum extremum. *In tenebris.*] Locis ubi erat absconditus. Vel, quia in afflictione cordis sedet homo quasi in tenebris. *Spiritus opertus est.*] Una pars est aliâ cooperta, ut quando incurvat se homo, אשתוחח, ex verbis absconditis, Ain & Lamed duplicantur. *Omnia opera tua.*] Præterita. *Extendu manus meas.*] Sicut ille qui quiddam vult accipere. *Sitit anima mea.*] Pro auxilio adversus Saul, sicut terra sitibunda. *Spiritus meus consumptus est.*] Sicut homo moribundus, ut sequitur. *Fac me audire.*] Dicit, *Audire*, ac si vox è cœlo descenderet. *Mane.*] quia plerunque opera manè incipiunt fieri. *Levo animam meam.*] Sicut merconarius pro mercede, sine qua non potest vivere, ut Deut.24.15. idem. *Secreta ea servavi.*] Ad te revelavi eos hostes non ad alium, quia tu solus potes me liberare כסיתי אליך, sic scribitur, *Vertas ad me*, id est, à loco tuo & veni ad me. Vel, sicut חסיתי, *Confisus sum in te*, R. Marinus. *Assuesce me facere voluntatem tuam.*] À למד, Jerem.2.24. idem. ut fiat habitus. *Deduc me in planum.*] Ac si nunc esset in medio maris, רוחך per spiritum tuum deduc me, Beth deficit. *Propter nomen tuum.*] Ut enarrem nomen tuum, vel quia sum servus tuum nomen habens, ut postea dicit. *De misericordia tua.*] Ad me destrue hostes meos.

Sect.3. *Ex Midrash Tillin in Psal.*143.

In judicium.] Quis stabit in die judicii, quis dicat ego purus sum à peccato? in Prov. & Eccles.7. *Non est homo qui non peccat, &c.*

Sect.4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.*143.

De fugâ ab Absalom. *In judicium.*] Propter peccatum

catum Bathshebæ. *In me* עלי.] Quia ego quid facere, ignoro. *Terra fatigante* עיפה.] Id est, in deserto quando fugit ad Mahanaim, 2 Sam. 16. *Populus est defessus, &c.* *Fovea* בור.] Id est, Gehenna. *Misericordiam tuam.*] Per manus Shobi filii Nahash, 2 Sam. 17. *Vivifica me.*]De consilio Abitophel, qui enecare me consuloit.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 143.

Sicut terra sitibunda.] Sic israel in captivitate בגולה. *Languet.*] Quia *desiderium quod prolongatur, cor languidum reddit,* in Proverb. *Attonitus.*] Ut in 2 Sam. 14. *Tamar sedebat attonita.* idem.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 143.

Expandi manus meas.] In oratione, ut Isai. 1. *Quando expanditis manus vestras.* *Ad puteum.*]Sepulchrum. *Levavi animam.*] Orando, ut Psal. 25. 1. *Spiritus tuus.*] Spiritus Prophetiæ.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 143.

Quoniam.] Non justificabitur quia addit peccatum peccato, כי; Quatuor sunt cum accentu, *Quia Dominus est magnus, &c.* Et Psal. 117. 2. *Quoniam bonitas ejus.* Job 34. 37. *Quoniam addet.* *Extendo manus meas.*] In oratione, vel concione ad alios; Tria sunt, Isai. 65. 2. *Tota die.* Zach. 2. 6. *Expandi vos, &c.* Psal. 143. 6. *Deus meus.*] Dignus laudari in robore & justitia; Duo sunt plena, & tria sunt in significatione, Psal. 145. 1. *Extollam te Deus mi.* Psal. 18. 46. אלוהים plenè. *Inimici mei.*] Qui affligunt me injustè; Tria sunt defectiva, Isai. 11. 13. *Invidia Ephraim, &c.* Amos. 5. 12. *Affligunt justum.*

Sect. 8. *Ex Al. Antb. in Psal* 143.

Sicut terra sitiens.] Selah, vel semper sitit, Chrysost, ut Psal 42. 1 *Ut cerva.* *Sicut descendentes.*] Non est mihi spes vitæ, ut 1 Sam. 27. 1. *Peribo semel per manus Saulis.* Oratio pro liberatione ab Absalomo. Gr. Vulg.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 143.

Cum filius ejus eum persequebatur, Lat. MS. *In recta via.*] Gr. ἐν τῇ εὐθείᾳ, Ambros. Gr. Vel, *Interram rectam.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 143.
Heb. Syr. 142.

De Edomitis qui veniebant in [illegible] [illegible], David. Paris. Edit. *In tenebrosis locis.*] Cogor meipsum in speluncis abscondere. *Desolatum est cor meum.*] Vel, movetur inordinatè, Syr. [illegible], ut in Psal. 38. 10. Ne similis fiam, vel ne traditus sim cum descendentibus ad foveam, Syr. ולא אשתלם, [illegible], Heb. ונמשלתי. *Attolle animam meam.*] In nullo alio spem habeo, velut in Deut. 24. 15. *Ad eam attollit animam suam,* id est, sperat, בטחתי, non in Syr. *Rectitudinis.* vel, *in terra plana ducat me.*] Omni monte in planitiem verso, velut in Zach. 4. 7. Heb. מישר. Vel, *Vita.*] ודחיא, Syr. [illegible]. *Exscinde.*] תצמית sicut תמית. Vel, *Fac ut sileant.*] Syr. [illegible], ne amplius opprobriis me afficiant. Vel, ut sileant in sepulchro, loco silentii, ut Psal. 94.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 143.
Heb. Arab. 142.

Quando persequebatur eum filius ejus Absalom, 2 Reg. 17. Arab. MS. Vulg. *Ne inducas servum tuum in judicium.*] Arab. nunc, in re Uriæ. *Dierum antiquorum.*] In quibus à Leone, Urso, Saule, &c. liberatus fui. *Misericordiam tuam in matutinis.*]Per Abimaaz & Jonathan, 2 Sam. 15. & 17. *Dirigat me Spiritus tuus.*] Spiritus Prophetiæ, de modo belligerandi nos dirigat, ut per Elizæum, 2 Reg. 3. Vel, benedicat consilio Husei.

Psalmus David.
1 Adversus Goliath. CXLIII.
Heb. CXLIIII.

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

2 *Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.*

Protector meus, & in ipso speravi: qui subdit populum meum sub me.

3 *Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?*

4 *Homo vanitati similis factus est: dies ejus sicut umbra prætereunt.*

5 *Domine inclina cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.*

6 *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.*

7 *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis; de manu filiorum alienorum.*

8 *Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.*

9 *Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio, decachordo psallam tibi.*

10 *Qui das salutem regibus: qui redemisti David servum tuum de gladio maligno:*

11 *Eripe me.*

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

12 *Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua.*

Filiæ eorum compositæ: circumornatæ ut similitudo templi.

13 *Promptu-*

13 *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.*

14 *Oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis : boves eorum crassæ.*

Non est ruina materiæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

15 *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt : beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 144.

DIctus erat in principio regni sui, quando vicisset Pelistæos, & à bellis Pelistæorum & Israelis erat liberatus. *Manus meas ad prælium.*] Unâ defendit seipsum tenendo clypeum, & subjugat sub se populos manu alterâ, R. Arama. *Liberator meus, etiam meus.*] Addit לי ad majorem explicationem, vel Jod redundat in מפלטי. *Ipse est laus mea.*] Quia Deus & attributa ejus sunt unum & idem. *Populum meum.*] Id est, Saul & adjutores ejus, qui erant ex ejus populo. Vel, עמי, Mem deficit, sed Masora notat hoc, ut unum ex illis quæ supponuntur esse עמים, & leguntur עמי R. Sol. *Domine, quid est homo?*] Loquitur de Saule, à quo regnum erat subitò ablatum, & quid est honor apud homines, nisi res vana? *Ut cognoscas eum?*] Id est, ut sit providentia tua in eum, ut dicitur in Psal. *Novisti animam meam in adversis.* Vel, ut miraculum pro illo ostenderes, R. Arama. *Sicut umbra.*] Solis, vel volucris volantis, Midras Rabboth. *Inclina cœlos.*] Est similitudo, quasi descenderet Deus ad destruendos hostes, & orat contra reges terræ, ut Psal. 18. 9. *Inclinabat cœlos, & descendit. Montes.*] Reges terræ, ut Zach. 4. *O mons magne, &c. Et fumabunt.*] Ut res igni combustâ fumat, & qui non vident ignem, vident fumum: sic qui non vident ruinam impiorum, de ea exaudiunt. *Sagittas tuas.*] Decreta quæ descendunt è cœlis. *Ex aquis multis.*] Id est, filiis alienigenis, quia sub initio regni non habuit alios hostes. *Libera, vel, aperi me.*] Ut Judic. 11. 35. *Aperui os meum Domino*, nam qui liberat hominem, aperit vincula ejus. *Os eorum loquitur vanitates.*] Os Ethnicorum regum, quando hoc vel illud mihi facere gloriantur. *Dextera eorum.*] Id est, eorum robur est res vana. *Novum canticum.*] Semper quando beneficia tua renovas. *Salutem regibus.*] Reges indigent ejus salute. *A gladio periculoso.*] Gladio Saulis, quia non erat in manu sua evadere. *Filii nostri ut planta.*] Meminit trium benedictionum uteri, terræ, bestiarum, ut in lege, Deut. 28. *Benedictus sit fructus ventris, terra, & bestia.* Et dicit, *Ut planta*, per aquas in loco fœcundo, sic filii nostri crescunt in fide, & bonis operibus. Vel, ut plantæ in principio incurvantur post plantationem, sed curvitatem abscindunt, & statura fit recta, sic filii nostri ad veritatem rectificantur, R. Aram. מחושבים אל האמת. *Ut lapides angulares.*] Qui curiosè fabricantur, & omnes lapides palatii propter eos apparent ut lapis unus, sic filiæ nostræ sunt formâ pulcherrimæ. Vel, ut anguli domus & Cherubim templi, se invicem aspicientes, sic illæ in ordine suo maritantur, R. Ara. *Anguli nostri.*] Omnes anguli domus implentur grano. *Educentes à specie ad speciem.*] Id est, ex omni specie; una mixta est cum alia, quia est tanta abundantia, ut loca separata pro illis non reperiantur. Et dicit, *Educentes*, id est, servi domûs educunt hanc speciem ad illam, sic Gen. 1. 24. in Targum, *secundum speciem suam*, idem זן. *Boves potentes ad onera.*] In arando & trahendo plaustra, R. Arama. Vel, boves onerati carne. *Non est confractio.*] Id est, sterilitas, ut 1 Par. 13. 11. *Deus fecit confractionem in Uzza.* Vel, פרץ est in filiis, יוצאת in filiabus, R. Arama, *Nec discessus.*] hominis in captivitatem, vel bestiæ, vel non est discessus animæ à corpore violentus. *Nec querela.*] Quia cunctis diebus David erant in pace, sed Rabb. Saadia Gaon intellexit hunc Psalmum de diebus Christi. *David servum suum.*] Id est, Christum filium Davidis, Ezech. 37. 24. *Servus meus David erit Rex, &c.*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 144.

Dictus erat post liberationem à Saul & cæteris hostibus. *Assuescit manus meas.*] לקרב ut ante. *Misericordia mea.*] In pace. *Locus fortis.*] In tribulatione. *Subjugat populum.*] Et quid est homo? vanitas: quando Deus juvabit, quis resistere possit? sic Ver. 2, 3, 4. cohærent. *Descende.*] Sic dicit, quia omnia Dei decreta è cœlis descendunt. *Tange montes.*] Per ignem, & fumabunt. *Sagittas.*] Lapides fulminares. *Ab aquis multis.*] Hostibus, ut Psal. 18. 16. hic Psalmus est illi similis. *Filiis extranei.*] Bis repetit hoc; ad primum dicit, *ut canam novum canticum*; pro secundo dicit, *Ut pax sit nobis. Novum canticum.*] Pro nova liberatione, & Vau in עשור deficit. *A gladio & malo.*] Vau deficit in רעה. Vel, *Gladio mali exercitus.*] מחנה deficit, quia חרב est masculin. *Dextera falsitatis.*] Opera eorum dextræ sunt falsa, & ante meminit *Oris*: Ecce, verba & opera sunt impia. Vel, juramenta eorum sunt falsa, R. Marinus in Arab. & Ben Bileam, quia forma juramenti externa erat, Elevatio dexteræ, ut in Dan. 12. *Levavit & juravit. Ut filii nostri in juventute eorum.*] Crescant ut plantæ. *Sicut anguli.*] Altaris sunt pleni sanguine, sic illi filiis, ut Zach. 9. 15. R. Sol. *Sicut anguli sculpti.*] Anguli regii palatii sunt curiosè sculpti; hic est idem sensus multis verbis. *Ut anguli nostri sint pleni.*] Id est, Anguli domuum nostrarum, servi qui ministrant משרתים in domo. *Educentes de specie ad speciem.*] De specie anni unius, donec veniat fructus alterius, ut in Levit. 26. *Vetera ante nova.* Vel, omnes grani species, à זני in Dan. 3. 5. 15. *Species Musica*, idem. *Portantes.*] Plaustra plena trahentes, סובלים. *Decem millia.*] Ut millia crescant ad decem millia. *Non sit ruptura.*] In muro. *Non querela.*] Dicentium, Israel fugit in bello. *Cujus Deus est Dominus.*] Et hæc est omnis boni in illos origo.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin. in Psal.* 144.

Rupes mea.] Dixit Solomo in omnibus viis tuis agnosce illum, & David confitetur Deum esse suam rupem. *Manus meas in prælium.*] Quando pugnabat cum Golia, immisit manum, & eduxit lapidem, 1 Sam. 17. & cum lapide erat Angelus qui Goliam debellavit.

Sect. 4.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 144.

De liberatione ab Absalom & Sheba, 2 Sam. 20. *Populum meum* עמי.] Post prælium Absalom. *Refugium meum* מצודתי.] In Gath. *Liberator.*] à Saul. *Quid est homo?*] De nationibus mundi, ut diceres in Deut. 20. *Proclamabis pacem, &c. Inclina* הט.] Id est, contra stellarum influentias. *Dextera eorum.*] Scribere falsa. *In similitudinem templi.*] Ut inter illas divina præsentia sicut in templo cohabitet. *Anguli* מזוינו.] Id est, anguli agrorum, à זויה. *A cibo ad cibum* מזן אל זן.] Ut patronus agri nutriat familliam suam, & communicet etiam pauperi, & ipse suos sustentet, à מזן. *Effractor* פרץ.] Id est, qui fregit legem. *Exitus* יוצאת.] Id est, non exit malum ab homine ad socium ejus. *Querela* צוחה.] Id est, nulla fit murmuratio, quia omnes sunt legi obedientes.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 144.

Expandit populum in loco suo.] Ita ut in securitate habitent, sic 1 Sam. 31. *Diffusi in terra lati, &c.* תחתי pro תחתו Keri Masora, & רודד est שטוח in Targum, pro רוקע est רדידו. *Sicut umbra transeuntis.*] Id est, volucris volantis. *Quid est homo?*] Esau & Ismael, ut illis vitam prolongares? *A gladio.*] Saulis in Sela quando erat propè mortem, 1 Sam. 23. 26. *Sicut planta à juventute eorum.*] ἐν εὐθυμίᾳ, & hoc erat in diebus Hezech. *Sicut anguli excisi in modum palatii.*] Pulchri, recti, & staturæ proceræ. Vel, plenæ ἐπιθυμίᾳ, ut anguli altaris sanguine, Rabboth. *A cibo ad cibum.*] Omnia cibi genera, זן à מזן, Ab. Ezra. Vel, fructus hujus anni durabit ad proximum, Hispan. *Especie. Exitus.*] Rumoris mali. *Nec clamor.*] Belli, vel vini in tempore famis cum exclamabant, Quicunq; habet vinum educat & vendat illud, ut Isai. 24.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 144.

Aquis multis.] מאיכלוסין, Cald. ab ὄχλοι, *Turbæ. Loquuntur vanitatem.*] Vana juramenta. *Dextera.*] Leges dexterâ scriptæ. *Gladio.*] Goliæ. מגדלין.] Sicut plantæ Amygdalorum דוקלין, Cald. *In juventute.*] In doctrina legis educati. *In similitudinem templi.*] Filiæ pro sacerdotibus ministrantibus in templo aptissimæ. *De specie ad speciem.*] De anno in annum. *Nec querela.*] Id est, luctus, Cald. ut populus murmurabat & lugebat pro pane, aquis, carne & ad rumorem exploratorum. *Plateis.*] בפלטיותנא. Cald. ex Latino.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 144.

Et digitos meos.] Non est amplius plenè, & unum est in Cant. 5. 5. *Et digiti mei cum Myrrha.* עמי tria putantur esse pro עמים. *Cælos tuos.*] Tria sunt in Psal. 8. *Qui dat.*] Quatuor sunt in Psal. 18. *Qui dat vindicias, &c. Filia nostra.*] Pulchræ post afflictionem earum. Quatuor sunt plenè in significatione, Judic. 21. 7. *Quid faciemus?* Judic. 21. 18. *De filiis nostris.* Et, *Patres lapsi sunt, &c.* שבבה duo sunt. *Beatus est populus.*] Tria sunt in Psal. 68.

Sect. 8. *Ex Al. Anth. in Psal.* 144.

Manus meas ad pugnam.] Erat res mirabilis, Propheta & Miles, sicut de Epaminonda Capitaneo Thebano, Plut. & Justin, lib. 6. melior homo an Capitaneus incertum, & unde tanta in arte militari homini inter literas nato peritia, erat mirabile; Hic semimortuus scutum laboris & gloriæ suæ socium amplectitur & osculatur, & de victoria Thebanorum sentitus, quasi redivivus exspiravit. *Ad prælia.*] Contra Goliath. Gr. & Anonum illum, Psal 9. 1. *Populum meum.*] S. Chrysost. cujus ego sum rex, ut Exod. 32. *Populus tuus, O Moses. Quid est homo?*] Homo ille incircumcisus, ut opprobrio afficeret Deum viventem? 1. Arg. *Sicut lapides angulares.*] Per filios suos sustentantes domum Israel, ut Ruth 4. 11. *Quæ dua ædificabant domum Israel.* 2. Arg. *Non exitus.*] In captivitatem. *Nec ruina.*] Muri, domûs vel vineæ, quod arguit pigrum agricolam, ut in Pro. 24. 30, 31. ver. 3. Arg. Oratio pro liberatione.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 144.

Dextera eorum.] Per quam pepigerunt fœdus. Ital. *Filii eorum.*] Ang. MS. Gal. Vulg. αὐτῶν. Gr. MS. Theodor. Trin. Coll. Cant. Hisp. *Nuestros hijos. Anguli.*] Benè fabricati, sunt ornamentum domus. Ital. sic filiæ nostræ benè sunt in membris corporis proportionatæ. *Ab uno vase in alterum.*] 2. Ang. MS. Vulg. Gal. Hisp. Ferr. *De especie à especie. Boves onusti.*] Carne. Hispan. Ferr. *Corgados de carne. Non casus muri, vel, transitus.*] Inimici. Ang. MS. Vulg Hisp. *Combate in assalto.* Ital. Bruc. *Non è sterile, & non è che faccia abortivo.* Heb. אין פרץ ואין יוצאת. *Non exitus.*] Exulum. Ital. *Bandito.* Vel, non est exclamatio. Hisp. Ferrar. *No esclamacion.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 144.

Cùm pugnatet adversus Goliam. Lat. MS. *Filiæ composita.*] Gr. Vulg. ut anguli ornati. Lat. MS. *In egressibus suis.*] Gr. Vulg. à חוצות. Vel, compitis nostris. Lat. MS. *Boves pingues.*] Lat. MS. Vulg. Gr. onustæ carne. מזן.] Superessundentia ex hoc in illud. Lat. MS. *In plateis.*] Vel, ἐπαύλεσιν. Gr. Æthiop. Chrysost. *Non est interruptio, egressus, ululatus.*] Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 144.
Heb. Syr. 143.

Quando Asaph occidit fratrem Goliah, & gratiarum actio ejus qui victoriam consecutus est. [illegible] *Quid est homo?*] Quid ego sum, ut ita me conservares? Vel, quid est homo fortissimus, cùm Gigas tam subitò & facilè moritur? *Repleta est muneribus.*] M. Curius Consul Rom. Samnitas fugavit, posteà aurum ei obtulerunt, sedebat Curius super scamnum ligneum, risuque dulci vultum serenando respondit, O ministri *di vana ambasceria*, M. Curius imperare in divites, quàm dives fieri mavult, mementote, quòd prælio invictus, & pecuniâ sum incorruptus, Eutrop. lib. 2. Valer. lib. 4. ab eodem Curio, Pyrrho ab Italia expulso, de tanta præda regia, quæ exercitum Romámque ditavit, ne λέπτον quidem ipse tetigit, Eutrop. lib. 2. *Nostri, vel, eorum filii — & filiæ.*] Syr. MS. Arab. sunt in omni prosperitate, & improbi sunt. *Lapides angulares, vel, sponsa ornata secundùm similitudinem templi.*] Syr. Arab. gemmis & pretiosis sicut templum, vel sicut summus sacerdos cum vestimentis aureis, sic in Isa. 61. 10. Syr. כללתא [illegible]

ܟܠܟܠ̈ܐ ܘܡܪܟܒܝܢ ܡܢ ܓܘܢܐ ܠܓܘܢܐ. Heb. זויות à זיו splendor. *Diffundentia à specie ad speciem.*] Id est, adeò repleta, ut diversæ species granorum mixtæ sunt una cum alia. Arab. Syr. מתאשרן ܡܘܠܕܢ ܘܡܣܓܝܢ. Heb. מפקין. *Parturientes & crescentes in plateis eorum.*] Syr. *Nulla eruptio.*] Ad fugam. Syr. ܠܐ ܥܪܘܩܝܐ. *Nunquid beatus ille populus cui ita est?*] Syr. etiam prout illi existimant, sed ego dico potiùs beati sunt, si Deus sit eorum Deus.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal. 144. Heb. Arab. 143.*

Adversùs Goliath. Arab. MS. Vulg. *Homo vanitati, vel, exhalationi similis est.*] Arab. الانسان كالهبا, sic Jacob. 4. *Quid est vita vestra? Est vapor, &c. Dextera eorum, vel, juramentum eorum per fidem suam est injustitia.*] Id est, jurant falsò. Arab. قسمهم في ايمانهم ظلما. Heb. ימינם est juramentum in Ab. Ezr. & ימין posterius est à מימין, & נאמן *fidelis*; Et dicit, *per fidem suam*, pro more omnium Gentium, qui per religionem suam jurant, ut Amos 8. *Via Beersabe vivit*, & Galli hodierni, *Per ma foy*, & ferè similiter omnes Christiani. *Oves alunt in vicis eorum, boves sunt pingues, non habentes macram, nec decidentem ad sepem, non est clamor —— in viis eorum.*] Arab. Syr. اغنامهم يكثرون الاولاد وتربين في اسواقهم بقرهم سمان ليس فيها هزيل ولا واقعة للسياج طرقهم لا نوح. Heb. מרבבות à רבו *multiplicamini*, in Genes. 1. Heb. פרץ est ruptura in sepi; Heb. ויצאת est *clamor exiens*, reliqua in Arab. sunt paraphrasticè addita.

1. *Laudatio ipsi David. CXLIIII. Heb. CXLV.*

Exaltabo te Deus meus rex : & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.

2 *Per singulos dies benedicam tibi : & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.*

3 *Magnus Dominus & laudabilis nimis : & magnitudinis ejus non est finis.*

4 *Generatio & generatio laudabit opera tua : & potentiam tuam pronunciabunt.*

5 *Magnificentiam gloria sanctitatis tua loquentur : & mirabilia tua narrabunt.*

6 *Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.*

7 *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt : & justitia tua exultabunt.*

8 *Miserator & misericors Dominus : patiens & multum misericors.*

9 *Suavis Dominus universis : & miserationes ejus super omnia opera ejus.*

10 *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua : & sancti tui benedicant tibi.*

11 *Gloriam regni tui dicent : & potentiam tuam loquentur.*

12 *Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam : & gloriam magnificentiæ regni tui.*

13 *Regnum tuum regnum omnium sæculorum ; & dominatio tua in omni generatione & generationem.*

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis : & sanctus in omnibus operibus suis.

14 *Allevat Dominus omnes, qui corruunt : & erigit omnes elisos.*

15 *Oculi omnium in te sperant Domine : & tu das escam illorum in tempore opportuno.*

16 *Aperis tu manum tuam : & imples omne animal benedictione.*

17 *Justus Dominus in omnibus viis suis : & sanctus in omnibus operibus suis.*

18 *Propè est Dominus omnibus invocantibus eum : omnibus invocantibus eum in veritate.*

19 *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet : & salvos faciet eos.*

20 *Custodit Dominus omnes diligentes se : & omnes peccatores disperdet.*

21 *Laudationem Domini loquetur os meum : & benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum, & in sæculum sæculi.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal. 145.*

HI sex Psalmi usque ad finem libri sunt laudes Dei, & ideò incipit & concludit cum laudibus, תהלה quæ erunt in redemptione captivorum, ideóque meminit ædificationis Jerusal. & hic Psalmus est compositus per Aleph Beth, solummodò deficit litera Nun, quia est in eo ruina hostium Israel. Rabboth. in hoc Psalmo sunt creatoris mirabilia, & qui orat hunc Psalmum ter in die (corde, ore, & opere) est filius sæculi futuri; Rabboth. R. Arama. quia in eo sunt opera Dei secundùm & supra naturam, in cujus manu est clavis nutrimenti, R. Arama. *Extollam te.*] Corde & ore, quia tu es rex supremus, & omnes reges sunt sub te. *Nomen tuum quod est in æternum.*] Vel, extollam te in hoc sæculo, & *Benedicam tuo nomini.*] In futuro sæculo ; Et dicit, *Te & nomini tuo*, quia Deus & nomen ejus sunt unum & idem, & vers. prox. habet multa verba ejusdem sensus. Et dicit, *Quotidiè*, quia non est omittendus dies unus. *Majestas ejus est imperscrutabilis.*] Magnus est super omnes laudes, sed extollam eum secundùm intelligentiam meam, vel secundùm opera ejus, R. Arama. *Una generatio*

neratio laudabit opera tua.] Dei laudes sunt multæ, & vita est brevis, & succedit generatio altera, ideóque una ad aliam generationem Dei mirabilia, enarret. *Ego eloquar.*] Sicut ego, sic loquimini vos generationi sequenti. *De honore majestatis.*] Ut Exod.14.17. *Honorem in Pharao, &c. Eloquentur homines.*] Illi qui adepti sunt à Deo favorem, loquentur ut ego. גדולותיך in plurali, ut ad homines sunt, sed legitur sine Jod respectu Dei. Et voces hæ הוד גבורה גדולה, honor, opus, gloria, justitia, regnum, mirabilis, terribilis, sunt decem verba ejusdem sensus, sed quia repetit ea, per nomina differentia ea distinguit. *Cantabunt.*] Voce sonorà coram hominibus. *Gratiosus.*] Dat creaturis necessaria. *Misericors.*] Servat eas à nocivis. *Tardus ad iram.*] Erga peccatores. *Multus misericordiâ.*] Magis quam apti sunt recipere filii hominis. *Omnia opera tua.*] Id est, homo aspiciens ea, laudat te. *Sancti tui.*] Qui semper considerant opera tua & tibi benedicunt videntes ea. *Loquentur.*] In laudibus regni tui. *Notificare.*] Aliis opera tua, & non solùm clàm tibi benedicere. *Regnum æternum.*] Non sicut regnum terrestre, quod finit in vita regia, vel post mortem. Vel, *Regnum omnium saeculorum.*] Id est, trium sæculorum, supremi, medii, infimi, in Psal.148 & trium temporum, præsentis, præteriti, & futuri, בכל דור, R.Ar. *Oculi omniū.*] Quia tu es Creator, & una creatura comedit gramen, alia semen, &c. *Das cibum eorum.*] Causarum concatenatione, ut Psa.104.27. nos homines novimus quòd à te est. *Dominus est justus.*] Et justitiâ dat unicuique cibum suum, licet leo rapiat agnum, quia istis creaturis dat Deus cibum, & quando tempus mortis venit, decrevit Deus, quòd mors eorum in delectationem viventium conducet; quandóque à seipsa, & hæc est perplexitas inter sapientes maxima quia dicunt aliqui, quòd est pœna bestiæ quæ rapinam patitur, Rabboth. R. Joan. alii dicunt, non est pœna nisi in hominem, sed dicimus, quòd est merces & pœna aliarum creaturarum respectivè ad hominem, בעסק האדם, ut Genes 9.5. *De manu omnis bestia, &c.* Et Hab. 2.17. *Destructio bestiarum, &c.* Et Zach.8.10. *Merces Asini.* Et quare primogenitus Asinæ solus redimitur. quia portabant spolia Israel ex Egypto, Rabboth. Et in Exod. 22.31. *Projicite canibus*, quia canis non movebat suam linguam, Rabboth. Dat Deus cuilibet mercedem suam, & est adhuc alia opinio, quam memorare non oportet Non est in Cod. Cremon. חסיד id est, liberalis, dat præter necessitatem, nec sunt aptæ ad recipiendum. *Qui invocant eum.*] Ex quocunque populo. *Qui diligunt eum.*] Et serviunt illi sine spe, vel formidine pœnæ, & superiores sunt illis qui timent. Et dicit, *Servat*, id est, à tribulationibus, sed destruit omnes impios, ut Mal.4.1. *Eloquetur laudes Dei.*] In isto tempore, quia resurgam in resurrectione ultima.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 145.

Laus Davidis, vel, *Psalmus Davidis, laus.*] Dei. *O Rex.*] Psalmus est de regno Dei, quod est fundamentum, vel aliquid Psalmi. *Benedicam nomini tuo.*] Est additio benedictionis ad alteram. *Magnus est.*] Ut rex debet esse. *Imperscrutabilis.*] Differt ab aliis regibus, quorum majestas habet initium & finem; attamen in Prov.25. *Cor regis est imperscrutabile. Magnalia tua.*] Visibilia in Egypto, &c. ut reges propter gesta sua laudantur. *Promulgabunt.*] Palàm, & quasi canentes dicent *Meditabor.*] Ego, & eloquar opera tua, quæ generationes non intelligunt. הדר, id est, radicea gloriæ gestorum tuorum. *Majestatem tuam.*] In invisibilibus. *Memoria bonitatis tuæ.*] Quia bonitas & justitia decent reges, & pro illis omnes laudant eos. *Gratiosus.*] Servat invocantes in eum. רחום custodiendo servum suum ne cadat. *Bonus erga omnes.* Sed reges alii ad servos suos solùm. *Omnia opera tua laudabunt te.*] Sed non est rex qui ab omnibus laudatur. *Benedicent.*] Est additio ad laudem. *Ad filios hominum.*] Parvulus. *Gesta terribilis.*] Revereri regem oportet. *Regnum sempiternum.*] Sed regnum aliorum habet finem. גבורתיו redit ad כבוד מלכותך, ut in Psal. 103. מלכותו משלה. *Oculi omnium respiciunt ad te.*] Et tu pascis eos, sed alios pascunt subditi, ut Solomon. *Imples.*] Sufficienti cibo. *Misericors* Quia dat unicuique cibum convenientem, uno triticum, alio hordea, &c. ut medicus edocet, quid comedat patiens. *Propè est ad omnes.*] Sed reges alii non possunt omnes petitiones exaudire. *Dabit desiderium.*] Satis est si alii non nocent timentibus, sed Deus etiam illis benefacit. *Omnes impios destruet.*] Alii reges non possunt destruere omnes, quia ignorant aliquos, vel forsan conspirant, & prævalent.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 145.

Exaltabo te.] Sic dixit Isai. post ruinam hostium, Isa.25.1. & David ob abundantiam in priori Psal. & salutem, quia non est ulla propter Angelum mortis querela: In futuro sæculo Israelitæ laudant Deum perpetuò. quia aliud non est illis opus.

Sect.4. *Ex R. Obad. Gaon in Psal.* 145.

Precatur ut dignus sit convertere multos. &c. *Omnia opera tua.*] Ut in Zach. 14. *Dominus est rex totius terra, &c. Incurvatos* כפופים.] Id est, in captivitate Gog. *Reples omnem viventem* רצון.] Id est, ex favore tuo. *Voluntatem timentium.*] Etiam quando non orant.

Sect.5. *Ex R. Sol. in Psal.* 145.

Et ego.] Ego etiam laudabo te cum illis. *Regnum tuum.*] Inveni Nun defectivum in Alphabeto in hoc Psalmo, quia David prædixit ruinam gravem, de qua Amos 5.2. נפלה *cecidit virgo Israel*, incipit cum Nun; vertit & sustentat eam per spiritum sanctum. סומך, proxima versus est cum Samech. Non est in MS. רצון, id est, sufficientiâ, ut Prov.30. לחם חקי. Hispan. *à basto*

Sect. 6. *Ex Cald in Psal.* 145.

Litera Nun non est in Cald. *Desiderium.*] πρὸς ἀυτάρκειαν, desideria eorum.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 145.

Extollam te.] Quia honoràsti me; Tria sunt plena in Scripturis, *Extollam te. &c.* Et, *Extollam te Deus mi*, & Psal. 30.1.2. *Generatio una alteri.*] Enarrabit redemptionem; Quinque sunt sic scripta in Cethubim, Psal.89.4. Ester 9. 28. *In omni generatione*, Eccles.1.4. Et quatuor sunt, primum plenè, secundùm defectivè, דור ודר, & omne דר דר est defectiv. *Loquentur.*] Non in hypocrisi ut Idololatræ; Tria sunt, Jer.5.2. *Si dicant, &c.* Et Psal.145.11.6. duo sunt illic. לכל septem sunt cum Dagea. *Omnium*

 saeculorum.]

saculorum.] Quia Deus per Christum omnia justitiâ gubernat; Tria sunt absque Vau, Eccles. 3. 15. *à saeculo.* Dan. 9. 24. *Justitiam aeternam. Et erigit.*] Non est amplius, & unum est sine Vau in Psa. 146. 8. *Qui dat.*] Sex sunt plena, 2 Reg. 19. 7. *Ecce mittam in illum.* Psal. 147. 9. *Dat bestiae, & qui dat pauperi.* Et Prov. 26. 8. *Dat honorem stulto.* Psal. 37. 21. *Laudem.*] In destructione superborum; Quatuor sunt, *Laus Moab.* Et Jer. 49. 25. *Urbs laudis.* Jer. 51. 40. *Shesak laus terrae.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 145.

Fidelis.] Versus pro litera Nun, S. August. *Misericordia ejus.*] Non eorum merita. Gr. ut Psal. 115. 1. *Non nobis Domine:* 1. Caus. *Beneplaciti tui.*] Id est, pascis quibus delectaris, εὐδοκίας. Chrysost. ut Luc. 2. ἀνθρώποις εὐδοκίας in quibusdam codicibus. 2. Caus. Est gratiarum actio.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 145.

Regnum sempiternum.] Vel, in totum mundum. Hisp. Ferrar. *Reyno de todos los mundos.* Heb. עולם. Hispan. *Todos los siglos.* Ital. Bruc. *Di tutti i secoli.* *Dominus est fidelis.*] Versus hic est in Syr. Vulg. 2. Ang. MS. Gal. Gr. non in Heb. Ital. ant Hisp. Ferrar. *Omnium.*] Bestiarum. Ang. MS. *Appetitum omnis viventis.*] Quantum sufficit. Ital. Hisp. Vel, *de voluntad.* Hisp. Ferrar. *Liberalmente.* Hisp. Ital. Bruc. *Di buona voluntà*, voluntariè largitur Deus, Jacob. 1.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 145.

Fidelis Dominus, &c.] Litera Nun est in Lat. MS. *Satias omnem animam refectione.*] Lat. MS. *Super omnia opera.*] Gr. Vulg. super opera justitiae, &c.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 145.
Heb. Syr. 144.

Vers. 5. non est in Syr. *Justitiam tuam.*] Vel, justi tui canent. Syr. וזדיקיך ܘܙܕܝܩܝܟ. *Fidelis in omnibus sermonibus suis, & justus in omnibus operibus suis.*] Hic versus additur in Syr. MS. & non est in Heb. in quo litera Nun deficiens est, unde miratur R. David. & hic versus cum Nun incipit ex Syr. נאמן מהימן ܡܗܝܡܢ, &c. observavimus defectum in MS. Heb. Rom. Florent. Cantabrig. & Paris. *Oculi omnium.*] Omnium hominum. Syr. Paris. דכלנש ܕܟܠܢܫ ܘܕܟܠܗܘܢ. *Ad te spectant.*] Vel, in te pendent. Syr. תלין ܬܠܝܢ. *In tempore eorum.*] Syr. quodlibet habet tempus edendi proprium, R. David.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 138.
Heb. Arab. 144.

Magnificentiam tuam effabor, vel, *effabuntur.*] Arab. وبعظمتك يحدثون. Heb. אשיחה. quilibet eorum sic dicet, *Effabor, &c.* *Deus verax est.*] الرب صادق versus hic est in Gr. Vulg. Arab. non Heb. *Saturabis animas omnium viventium.*] Arab. فتشبع نفوس جميع animas appetitivas.

1 *Alleluja, Aggai, & Zacharia. CXLV.*
Heb. CXLVI.

2 LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus:
3 *In filiis hominum, in quibus non est salus.*
4 *Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*
5 *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius:*
6 *Qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt.*
7 *Qui custodit veritatem in saeculum, facit judicium injuriam patientibus: dat escam esurientibus.*
Dominus solvit compeditos:
8 *Dominus illuminat caecos.*
Dominus erigit elisos, Dominus diligit justos.
9 *Dominus custodit advenas, pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.*
10 *Regnabit Dominus in saecula, Deus tuus Sion in generationem & generationem.*

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 146.

O*Anima mea.*] Ego etiam cum illis laudabo Dominum. *Quamdiu vivam.*] Id est, hodiè in vita mea. *Ne confidite.*] Ut ait Jerem. 17. 5. sed si confidat in homine, ponat radicem in Deo, qui potest cor principis in adjutorium suum movere. *In principibus.*] In justitia patrum non confidite, nec *in filio hominis*, id est, in Mose, R. Arama. *Non est in illis salus.* Nisi ex Dei voluntate, quia Deus efficit salutem per manus hominum, ut salus ex Babel per manum Cyri, sic de futuro per manus regum terrae, ut in Isa. 66. 20. *Adducent fratres vestros, &c.* *Deum Jacobi.*] Qui habuit Deum in adjutorium ejus, quando fugiebat à fratre suo, & non confidit in Labane pro cibo suo, ut Genes. 28. 20. *Si Deus panem dederit, &c.* *Terram.*] Aridam, quia etiam meminit *Mare.* *Quae sunt in illis.*] Angeli sunt in coelo, homines, & bestiae, avésque in terra, pisces in mari. *Servat veritatem.*] Vera sua promissa (ad Israel) de redemptione. *Cibum esurientibus.*] Ut Isa. 49. 10. *Non esurient, &c.* in exitu è captivitate. *Vinctos solvit.*] In omni saeculo, & adjungit *Caecos*, quia caecus est quasi vinctus. Vel dicit, *Caecos*, qui sunt ut caeci per afflictiones, ut Isa. 59. 10. *Eramus ut caeci.* *Peregrinos.*] Qui non habent adjutores, ut viduae & orphani, & Israel sunt ut peregrini, caeci, &c. R. Arama. *Subvertet.*] Ita ut cadant in illa. *Dominus regnabit.*] Ut Zach. 14. 9.

Dominus

Dominus erit rex in tota terra, tunc erunt hæc omnia adimpleta.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 146.

Laudate Dominum.] Sermo est ad Israel. & post ad seipsum, *Ego canam*, id est, linguâ & canticum redarguit homines. *In quo non est pro seipso salus.*] Non potest servare seipsum, multo minùs alios, ver. 3. *Spiritus exit.*] E corde ad Deum qui dedit illum, Eccles. 12. 7. *Ad terram suam.*] Et ossa sua ad pulverem. *Cogitationes.*] Ad alios benefaciendos. *Deo Jacobi.*] Dicit *Jacobi*, qui servabat Jacob, quando ibat ad Padan, Gen. 28. 15. *Cæli cælorum.*] Angeli, & exercitus cœlorum. *Terra & mare.*] In quo sunt creaturæ magnæ, sic potest facere quicquid vult. *Pro oppressis.*] Qui confidunt in illum, non in hominem. *Cæcos.*] Per morbum oculorum חולי עינים. *Incurvatos.*] In lectis ægritudinis. *Diligit justos.*] Ita ut hęc non accidant illis, fames, cæcitas, &c. *Extraneos.*] De altera natione, qui non habent amicos. *Subvertit.*] Ita ut non possint facere quicquid volunt. *Regnabit.*] Quis ita regno dispositus est, qui facit judicium & misericordiam pro omnibus.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 146.

Laudate Dominum.] Quando cadere facit impios in Gehennam. *Ne confidite in principibus.*] Abrahami justitia non liberabit Ishmael in die illo, ut in Psal. 49. *Frater non redimet fratrem. Exit spiritus.*] Homo est sicut vas pelliceum aëre plenum, exit aër, & vas vacuum reperitur. *Esurientes.*] Ut Eliah, 1 Reg. 17. corvi nutriebant illum. *Vinctos.*] In futuro sæculo permittit Deus usum omnis cibi, & moris in נדרה, etiam vinctos mortis & sepulchri aperit. *Aperit cæcos.*] In futuro, quando venit Deus ad sanandum mundum. *Cæcos.*] Corpore & animo. *Incurvatos* כפופי. Israel post captivitatem non ambulant staturâ erectâ. *Peregrinos.*] Qui deserunt familiam suam propter Deum. *Justos diligit.*] Non sunt ex certa familia, ut Levitæ & Sacerdotes, &c. ideóque qui quærit, potest esse justus. *Pervertit.*] Viam impiorum, qui cum piis incedunt versùs Jerusalem, sed pii congregantur in hortum Edenis, & impii convertuntur in Gehennam.

Sect. 4. *Ex R. Obad. in Psal.* 146.

Hortatur captivos in Babel ut Deum laudent. *Principibus.*] Persis. *Filio hominis* בן אדם.] Id est, Cyrus qui mortuus est, & cessavit opus templi. *Vinctos.*] Jehojachin erat liberatus, 2 Reg. 25. *Justos.*] Ezram, Nehemiam, &c. *Incurvatos* כפופים.] Quando Artaxerxes præcepit operarios cessare, Ezra 4. *Peregrinos* גרים.] Qui ascendebant cum Ezra, &c. Ezr. 2.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 146.

Quamdiu sim.] In hac vita, quia Deus servat per mare per terras, quod nemo alius facere potest, ne rex quidem, Et dicit, *Jacobi* qui servabat ipsum, in Gen. 28. *Regnabit.*] In redemptione filiorum ejus futura.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 146.

בעודי omne hujus significationis est plenum exceptis duobus, Jerem. 15. 9. *Quando est adhuc dies.* Psal. 39. 1. *Quousq; impius? &c. Qui fecit.*] Sex sunt cum Segol in libro, Psal. 18. 5. Psal. 37. 5. Psal. 104. 4. *Facit Angelos.* Et Psal. 146. 7. *Facit judicium*, id est, per Angelos, vel alias creaturas, quia fecit omnia. Et sunt 16. in reliqua Scriptura, 2 Reg. 7. & omne העושה est cum Pathac, excepto uno in Ezech. 17. 15. *Rebellavit in eum, &c.* Et octo sunt cum Cametz, & omne אמרת רחקע est similiter cum Cametz.

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 146.

Cibum esurienti.] Miraculo Christus pavit tot millia, Mat. 15. 1. Caus. *Vinctos.*] Per Christum Deus solvit in secundo templo, ut Luc. 4. *Vinctis liberationem, &c.* 2. Caus. *Deus incurvat elevatos.*] Pindar. Pyth. Od. 2.

——καὶ ὑψιφρόνων τινὰ κάμψε
βροτῶν ἑτέροισι δὲ, &c.
Et viri elatum caput eminentis
Tergaq; curvat.
Supplices idem timidosq; terrâ
Erigit vultus, & honore donat——

Dominus regnabit. Ut 1 Corin. 15. *Regnabit donec deposuerit omnes hostes suos.* 3. Caus. *Pereunt cogitationes ejus.*] Pereunt amor & odium sine spe redeundi.

Horat. Lib. 1. Od. 24.

Tu frustra pius heu, non ita creditum,
Poscis Quintilium, deos.
Quid si Threicio blandiùs Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem
Non vana redeat sanguis imagini
Quam virga semel horrida
Nigro compulerit Mercurius gregi,
Durum. Sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.

Canticum Haggæi & Zach. post captivitatem. Gr.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 145.

Bienaventurado el que pone la confiança en el Dios poderoso, ver. 6. *Fiel en sus prom.* ver. 6. *justo, bueno, misericordioso*, ver. 7. Hisp. Haggæi & Zach. Gal.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 145.

Illuminat, Lat. MS. vel, *sapientes reddit cæcos.*] σοφοῖ Gr. Chrysost.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 146.
Heb. Syr. 145.

De Hagg. & Zach. redeuntibus de Babel, & de ministerio Sacerdotum matutino. Pat. Edit. [illegible] [illegible] *Rectos facit incurvatos.*] Syr. חרץ [illegible] Christus sic fecit miraculo, in filiam Abraham, Luc. 13. *Nutrit pupillum.*] Syr. מתרסא [illegible], sic Christus pavit multa millia. Heb. יעודד à עד spolium, sic טרף significat prædam & cibum in Psal. 111. *Submergit.*] Syr. Paris. Edit. ut discus submersus in faciem suam.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 146.
Heb. Arab. 145.

Aggæi & Zachar. Vulg. *In principibus.*] Multi Principes ædificare domum Dei præceperunt, sed mortui sont, ut Cyrus & Ahasuerus, Ezræ 4. & ædificatio

ficatio erat per ann.18. impedita ut supputant eos Judæi, R.David. in Hag.1. *Qui fecit cœlum.*] Sic Ezræ 1. dicitur *Deus cœlorum.* *Servans equitatem.*]

Promissi fui per Jeremiam, post 70. ann. Dan. 9.1. *Dominus aperit*, vel, *intelligere facit cæcos.*] Arab. الرب يفهم العميان.

---

1 *Alleluja. CXLVI. Heb. CXLVII.*

LAudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus: Deo nostro sit jucunda decoráque laudatio.

2 *Ædificans Jerusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit.*

3 *Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.*

4 *Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.*

5 *Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus: & sapientiæ ejus non est numerus.*

6 *Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.*

7 *Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.*

8 *Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam.*

Qui producit in montibus fœnum, & herbam servituti hominum.

9 *Qui dat jumentis escam ipsorum: & pullis corvorum invocantibus eum.*

10 *Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.*

11 *Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia ejus.*

Alleluja. CXLVII.

12 *LAuda Jerusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.*

13 *Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.*

14 *Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.*

15 *Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.*

16 *Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.*

17 *Mittit crystallum suam sicut bucellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?*

18 *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.*

19 *Qui annunciat verbum suum Jacob: justitias & judicia sua Israel.*

20 *Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit eis. Alleluja.*

Sect.1. *Ex R.David. in Psal.147.*

L*Audate Dominum.*] Quando regnabit, ut in priori Psalmo. *Jucunda est.*] Erit vobis tempus jucundum. *Expulses Israel.*] Congregabit ad terram suam. Vel, הנרחי לנהנם, vel illos qui ad Idololatrias Gentium incitantur, R.Arama. *Claudicantes.*] Ex nimia concupiscentia, ut Jacob *in nervo oblivionis* בגיד הנשה oblitus est Dei decreti, ut elongaret eos à concupiscentia, R.Arama. *Numerum stellarum.*] Consentiunt sapientes, quòd stellæ sunt mille & 88. si verũ sit, quomodo hic dicitur quòd Deus solus numerat eas? Et dicit Deus Abrahamo, Gen.15.5. *Annumera stellas si possis.* Et Bildad ait, Job 25.2. *Non est numerus exercituum*, & ait sapiens Hannasi R.Abraham in nom.R.Hai, quòd nemo potest videre minores stellas quæ non apparent, & hæ erant creatæ, Gen. 1.16. *ut imperent*, non luceant; & inter visibiles stellas sunt multæ quæ apparent ut una respectu distantiæ, & ideò Deus solus novit eas. Vel, stellæ sunt justi 12. Dan, quos Deus per nomina eorum appellat, sed nomen impii putrescit, R.Ara. *Vocat eas omnes per nomina.*] Per nomen suæ operationi conveniens, dicúntque Rabboth, non est planta in terra, quæ non habet stellam in cœlo illi dicentem, *Cresce.* *Magnus est Deus.*] Rex terrestris imperare in provincias multas remotas nequit: si habuisset potentiam, non habet intelligentiam, quæ duo sunt in Deo, qui totum mundum gubernat. *Non est numerus rerum quæ cadunt sub ejus intellectu.*] Sic verba lege, quia intelligentia est qualitas, & non cadit sub numero, qui est de quantitatibus. *Ad terram dejicit.*] Penitus destruit de futuro. *Cantate Domino.*] Pro redemptione per potentiam Dei cui adjungit *pluviam*, quæ est iudicium potentiæ Dei in mundo, Job 5.10. *Qui facit magna, qui dat pluviam*; & redemptio hæc est ut pluvia, quæ non expectat hominem, Mica 5.7. *Sicut pluvia in gramen, &c.* *Tegit cœlum.*] Ab oculo hominum. *In montes.*] Qui aridi sunt, & à flumine irrigari, ut loca humiliora nequeant. *Filiis corvorum*] Qui derelicti sunt, quoniam albi sunt quando nascuntur, ideóque matres putant eos non esse suos, & dicit, *Clamant*, pro more suo, & Deus juvat infirmos, ut Israel, sed non delectatur in superbis, ut sequitur. Vel dicit, *Corvorum*, nam corvi speciem in Arca Deus servabat, & corvus Eliæ usui fuit, R.Arama. *In robore equi.*] In illo qui confidit in equo, vel in pede aufugere, ut Amo.2.15. *Velex pedibus non evadet, nec equitans in equum, &c.* sed in robore equi delectatur. Deus, quia est Dei donum, Job 39.19. *Dedisti equo robur?* *Jerusalem.*] Id est, incolæ. *Confirmavit.*] Custodiet te Deus in securitate, & non timebis, ut Isa.62.6. *Posui custodes in muros tuos O Jerusal. &c.* & in Isa.60.11. *Portæ tuæ erunt apertæ semper*, denotat multam confidentiam,

confidentiam. *Filiis.*] Benedixit in fructu ventris, & in operibus manuum. *Limitem pacem.*] Extra urbem, in fructu terræ. *Mittit verbum suum.*] Pluviam ut nuncium, qui currit velociter, ut obediat Domino suo; & dicit, *Verbum*, id est, beneplacitum, & meminit *Pluvia & Nivium*, quia sunt fructuum dictorum causæ. *Nives ut lanam.*] In albedine, licet nix magis albescat quàm lana, sed in terra non invenit similius. Vel, ut lanam, non officit omninò, sed prodest, R. Arama. Dies unus nivium prodest, plusquam 5. dies pluviæ, R. Arama. *Pruinam.*] Videtur in hyeme manè, & dicit, *Sicut cineres*, parùm hic, parùm illic, & non albescit ut nix. *Glaciem.*] Fortior est in frigore quàm pruina, & ideò addit, *Quis stabit?* Et addit, כפתים *buccellas*, quia per frigus partes congelatæ sunt. *Ante frigus suum.*] Id est, Dei, quia non fit ex accidente, ut ait Elihu, *Per spiritum Dei est frigus*, ut pluvia moderata est in misericordia, sed diluvium est judicium, sic nives & frigora sunt pro semine & arboribus utilia, sed quando sunt vehementia, tunc sunt in judicium, & occidunt fructus, &c. Et meminit horum in hac eucharistia, quia fiunt continuò; Et addit, *Quis stabit?* quia propter frigus non exeunt homines è domo ad opus, ut Job. 37. 7. *Claudit manum omnis hominis, &c. Emittit verbum suum.*] Solis calorem vel pluviam. *Aqua fluunt.*] Vento ab angulo maris, venit pluvia quæ dissolvit ea. Vel, *Ventum flare facit, & fluunt ad aquas.*] Quia ventus dispersit ea, & non congregantur, convertuntur ad aquas. Vel, fluunt ut à terra absorbeantur, & moriantur talpæ, &c. intra terram animalia, quæ fructibus sunt hostes, R. Arama. *Verbum suum Jacobo.*] In monte Sinai, & est conjunctum majestati Dei in creaturis, quia erat res magna, quæ non habuit similem, ut Deut. 4. 32. *Non erat ut res hac magna, &c. Non taliter fecit cum omni gente.*] Ut Deut. 4. 33. *Num populus audivit vocem Dei? &c. Judicia sua non noverunt ea.*] Ut Deut. 4. 18. *Quæ natio habet judicia tam justa?*

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra in Psal.* 147.

Laudate.] Loquitur cum Israele, prævidens reædificationem Jerusalem. זמרה verbale He redundat. נאוה *desiderabilis*, à נאוה in Niphal, ut נעשה. *Fractos corde.*] Lugentes in Sion, Isa. 60. 1. *Dolores.*] Sic dicti, quia causant dolorem. Vel, à עצביני fecerunt me, Job. 10. R. Isaac. Hasepharadi ex Arab. *Numerum stellarum.*] Quæ sunt dispersæ in cœlis superioribus, ut Israel in captivitate. *Ad singulas vocat nomina.*] Id est, non una ex illis deficit. *Intelligentia sua non est numerus.*] Opposit. ad illud, *Numerum stellarum. Cantate.*] Sic Exod. 32. 18. *Vocem canentium*, idem. Vel, loquimini, ut Job. 3. 1. *Tegit cœlos.*] Dicit, *Tegit*, quia cœlum est serenum. *Gramen in montes.*] Dicit, *Montes*, quia sunt aridi. יבשים. *Bestia cibum.*] Meminit *Bestia*, quia non potest cibum petere. *Corvorum filiis.*] Dicunt sapientes ex Gentibus, quòd sunt derelicti à matribus. Rasi. *In cruribus.*] Vel in illo qui benè equitat, הרוכב. *In illos qui timent illum.*] Et illis dat panem, quem violentià nemo potest adipisci. *Lauda Deum tuum.*] De futuro. *Verbum suum.*] Decretum ut illud, Isa. 5. 6. *Præcipiam nubibus ne pluant*, & juncta est pluvia cum tritico, quia educit illud, nives etiam & frigora in tempore suo in hyeme prosunt tritico, & multiplicant illud in æstate. *Citò currit.*] Mittit & citò liquefit glaciem. ישב à נשבה in forma gravi redundante. *Liquefit ea.*] Nives, frigora, & glaciem. *Verbum Jacobo.*] Jungitur cum *pluvia*, ut Levit. 26. 3, 4. *Si observaveritis præcepta mea, dabo pluviam in tempore suo. Laudate.*] Concludit ut incœpit.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal.* 147.

Laudate.] Quia Deus est rex quem omnes celebrant. *Expulsos Israel.*] Ut Korach & Achan, Hosa. *Vallem Achor.*] Vel 10. Tribus expulsas in terram alienam, Deut. 29. *Fractos.*] Propter desolationem Jerusalem.

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 147.

De redemptione. *Ædificans.*] Per Cyrum. *Sanans.*] Per Ezram, qui restituit legem, Ezra 7. & vitem eorum emendavit, sicut in Ezra 10. & Nehe. 13. *Sion.*] Domus Davidis in Sion. *Citò* מהרה.] Id est, verbum ejus in Psal. 67. *Terra dabit fructum suum. Pruinam* כפור.] Id est, in tempore Christi erit ros congelatus vice nivia, & loco hyberni frigoris erit semper Abib. *Declarat* מגיד.] Tunc temporis *plena erit terra scientià Domini*, ut Isa. 11.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 147.

Filios corvorum.] Dicunt Rabboth. quòd hæc species est crudelis erga filios, & providet Deus muscas è stercore eorum, יתושים qui congregant in ora filiorum in cibum, est in MS. בשוקי.] Id est, in illis qui veloces sunt pedibus. *Vento.*] Occidentali qui removet frigora. *Quis stabit?*] Sine sensu frigoris.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 147.

In robore equi.] Robore equitum, sed magis delectatur in illis qui timent illum, sic dicitur, *Misericordiam volo magis quàm sacrificium.*

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 147.

Decet.] Quia Deus pulcher est & sanctus, & sic sancti sui; Quatuor sunt cum Cametz, Cant. 6. *Pulchra ut Jerusal.* Et in Prov. *Non decet stultum*, quia odio habet illum, & cum עינים, & unum est cum Vau, Cant. 1. 5. *Sed pulchra.* Et Psal. 93. 5. *Sanctitas decet domum tuam. Numerat.*] Duo sunt, Jer. 33. 13. *Qui numerat eos. Cantate Domino.*] Qui dat pluviam & fontes; Duo sunt, Num. 21. 17. *Cantate. Tegit cœlum.*] Duo sunt, Gen. 18. 17. *Celabo ab Abraham?* & omne *Rerum* est similiter. *Qui ponit limitem tuum.*] Quatuor sunt, Isa. 63. 12. *Posuit spiritum.* Psal. 104. 3. *Nubes facit, & ponit animam nostram in vita.* Deus dat vitam, pacem, spiritum, & auxilium. *Limitem tuum.*] Sub Evangelio; Duo sunt, Isa. 54. 12. *Omnes limites tuos.*

Sect. 8. *Ex Al. Antb. in Psal.* 147.

Fractos corde.] Ut Matth. 12. *Non franget arundinem contritam.* Et Luc. 4. sanabit συντετριμμένους. 1. Cant. *Pullis corvorum.*] Dicuntur de rore vivere, Hieron. Et dicunt, quòd cornix repetit paludes quietas, imbrium præscia; ideòque vocatur divina avis, & Oscines, quasi oricines, ore canens futura. Lævus picus, parra avis vox tristis, lupa coloris ravi, serpens velox, vaga cornix, sunt mala inceptorum omina.

Horat. Od. 27. Lib. 3.

Impios parræ recinentis omen
Ducat —— aut ab agro

Rava

Rava decurrens lupa———
Foetaq; vulpes.
Rumpat & serpens iter institutum,
Antequam stantes repetat paludes
Imbrium divina avis (cornix) *imminentum,*
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Teq; nec laevus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.
Et Od. 17.
———*aqua nisi fallat augur*
Annosa cornix———
Et Od. 13. Lib. 4.
Cornicis vetula temporibus——(100 an)

Vel, *Pullis corvorum.*] Clamor iste est ob necessitatem emissus, hinc Christus corvorum meminit, Luc. 11. Theod. *Pacem.*] Ut Isa. 2. 1. 2. quia ipse est *Princeps pacis*, Isa. 9. 2. Caus. Gratiarum actio. Hagg. & Zach. post captivitatem. Gr. *Sicut buccellas.*] Ex una aquarum natura fit repugnans crystallus, & nix mollis, &c. Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 147.

Non partitur Psal. 147. in Hisp. Ferrar. ut in Vulg. *Nubeculam.*] Sicut cineres. 2. Ang. MS. Gal. פתים.] Id est, *come pezzi.* Ital. Bruc.

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 147.

Incipit ut Vulg. in Lat. MS. Psal. Haggaei & Zachariae. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 147.
Heb. Syr. 146.

De Zorob. & Josua. & Ezra sollicitantibus [illegible] ܠܐ [illegible], aedificationem Jerusalem. Par. Edit. Vulg. Josue, id est, Sacerdote, ut in Zach. 3. 1. *Fractos corde.*] Cum opprobriis & aliis afflictionibus, sic in Psal. 69. 20. *Opprobrium fregit cor meum.* *Attollit.*] Vel pascit mansuetos, מעודד, ut supra in Psal. 146. *Pullis corvorum.*] Quantumvis creaturae tam contemptibiles sint. *In tibiis Gygantis.*] Syr. גנברא ܘܠܐ ܒܫܩܝܐ ܕܓܢܒܪܐ [illegible], qui in eis fiduciam ponit. In Syr. hic incipit Psal. 147. ad vers. 12. *Sermo ejus currit velociter.*] Id est, praecipit, & subitò descendunt pluviae. *Pruinam, vel, caliginem.*] Syr. ערפלא ܥܪܦܠܐ. *Liquefacit ista.*] Syr. מפשר ܡܦܫܪ ܠܗܝܢ [illegible], sic in Psal. 68. in Syr. *Non indicavit eis.*] Syr. לא חוי ܠܐ ܚܘܝ.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 147.
Heb. Arab. 146.

Haggaei & Zachariae. Arab. MS. *Laudate Dominum sermone bono.*] Arab. بالقول الصالح. Heb. טוב זמרה, id est, *bonâ laudatione*, Masculin. cum foemin. est usitatum. *Aedificans Jerusalem.*] Post reditum è Babel. *Non delectatur in tibiis, vel, rigiditate Gygantis, sed delectatur timentibus se.*] Arab. id est, potiùs in illis, sic Matth. 12. *Misericordiam volo* potiùs *quàm sacrificium*, ولا يسر بعظلات الجبابر لكن يسر بخايفيه Dicit, *Rigiditate*, id est, rigidis & robustis tibiis.

Psal. 147. Arab.

Vectes portarum.] Nehemia erigebat portas & muros Jerusal. Nehem. 1. 2. 3. *Pruinam, vel, nebulam, sicut cineres, vel, fumum.*] Arab. الطباب كالدخان. *Glaciem ut perfectissimum tritici.*] Arab. البر. Heb. פתים *buccellae* panis. *Emittit verbum.*] Propriè verbum est prolatum, non missum, ideóque intendit Prophetam, ut Mal. 4. *Mitto Eliam.* Vel Christus est *verbum*, sanavit omnes, &c. Judaeus Christian. apud Nebiens. ita hunc locum exponit.

1 *Alleluja.* CXLVIII.

Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis.

2 *Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.*

3 *Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellae, & lumen.*

4 *Laudate eum caeli caelorum: & aquae omnes, quae super caelos sunt,*

5 *Laudent nomen Domini.*

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.

6 *Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: praeceptum posuit, & non praeteribit.*

7 *Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi:*

8 *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quae faciunt verbum ejus.*

9 *Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.*

10 *Bestiae, & universa pecora: serpentes, & volucres pennatae:*

11 *Reges terrae, & omnes populi, principes, & omnes judices terrae.*

12 *Juvenes & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini:*

13 *Quia exaltatum est nomen ejus solius.*

14 *Confessio ejus super caelum & terram: & exaltavit cornu populi sui.*

Hymnus omnibus sanctis ejus: filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Alleluja.

Sect. 1.

Sect. 1. *Ex R. David in Psal.* 148.

E *Cœlis.*] Id est, omnes creaturæ in cœlis. *In excelsis.*] Id est, veræ essentiæ quæ non sunt corporeæ. Et dicit, *Laudate*, non est præceptum, sed ostendit quàm pulchrum est laudare Deum. *Exercitus.*] Sunt pura corpora, vel Israel sunt angeli & exercitus Dei, R. Arama. *Soli* eos assimilat ob legem, ut *Lunæ* ob varia præcepta, & *Stellis* ob eos qui justificant multos, Dan. 12. R. Arama. *Stella lucis.*] Planetæ reliquæ, quæ majorem dant lucem quàm stellæ in spæra octava, quia sunt terræ propiores. *Cœli cœlorum.*] Dicunt ex sapientibus nostris aliqui, cœli supremi, ut *Rex regum*, id est, supremus, tunc cœli hi sunt sæculum animarum, עולם הנשמות, & non sunt corpus. Non est in Cod. Cremon. Vel, *Cœli cœlorum.*] Id est, globus ignis, vel aër cœlorum infimus, ut *servus servorum*, Gen. 9. id est, infimus. *Aquæ super cœlos.*] Non sunt corpus; aut aliqui dicunt secundùm priorem sensum. Vel, regio pluviæ, מגריד inter ignem & aërem, sed in hoc non contentiunt Philosophi, quia dicunt nihil est inter nos & Lunam sed ignis & aër, tunc hæ aquæ sunt in regione aëris, ubi nubes convertuntur in aquas. *Facta erant.*] Non sunt æterna; Deus est illis sublimior. *Stabilivit ea.*] Individua eorum, ut species inferiorum. *Non transibit.*] Quòd individua eorum non peribunt. *Et omnes abyssi.*] Id est, aquæ subterraneæ, & super terram; meminit *aquas* ante aridam, quia erant primò creatæ, & dracones in illis, Genes. 1. 21. Et sunt majores bestiis terræ; Dicit illis, *Laudate*, licet careant intellectu, quia homines videntes opera Dei in illis laudant Deum. *Ignis & grando.*] Quicquid est in terra vel aere, creatio ejus est ex terra. R. Eliezer. R. Huna in nom. R. Josi. & ideò meminit, *Ignis, &c.* quæ sunt in aëre, sed ex terra, ut sapientes probant manifestis demonstrationibus. Non est in Cod. Crem. Vel Israel in hoc sæculo sunt in humili conditione, ut dracones in mari: viri & mulieres ut montes & colles, juvenes ut arbores fructiferæ, &c. R. Arama. *Turbo.*] Est ventus vehementer agitatus, diruit cedros, ædificia, &c. *Verbum suum adimplentia.*] Non sunt ex accidente, sed secundùm verbum suum. *Montes.*] Ante meminit eorum quæ sunt in *aere*, proximè post *aquas*, quia ex aquis ascendunt vapores, ex quibus fiunt pluvia, nives & grando &c. nunc meminit *arida* & *montes*, quia durant, & sub *montes* comprehendit etiam *Metalla*, ut dicitur, *Ex cujus montibus fodiunt æs*, & post הרים silentes venit ad viventes *cedros, &c.* qui sunt procerissimæ arbores, sub quibus comprehendit omnes infrugiferas, & post plantas meminit *sensitivas* creaturas absque sermone. חיה fera, בהמה domestica bestia. *Reptilia.*] Minimas ex feris. *Aves alæ.*] Sunt altissimæ inter eas quæ non loquuntur. *Reges terræ.*] Non solùm Israel, sed Gentes laudent Deum, R. Arama. Vel, descendit ad creaturas quæ habent sermonem, id est, homines, qui sunt thesaurus peculiaris mundi inferioris, meminit *Homo* ultimò, quia ultimò erat creatus, ut rex omnium; inter homines meminit gradus *honoris* & *ætatis*. *Etiam virgines.*] Dicit גם *etiam*, quia mos virginum est, non laudare Deum, sed ornare earum corpora. *Senes cum pueris.*] Dicit, *cum pueris*, quia senes debent pueros instruere, quia nesciunt ex seipsis. *Nomen suum solùm est exaltatum.*] Dicit, *solùm* in hoc mundo inferiori, quia inter hæc inferiora nullum permanet, sed inter superiora non dixit hoc, quia permanent, & quando venit redemptor hæc inferiora fiunt vana, Isa. 2. 17. *Dominus solus exaltabitur.* Non est in Cod. Cremon. *Cornu populi sui.*] In redemptione potentia ejus erit super omnem populum. *Laus sanctorum.*] Omnea in hoc laudabunt eum.

Sect. 2. *Ex Ab Ezra in Psal.* 148.

Est Psalmus honorandus, in quo sunt secreta profunda, de sæculo superiori & inferiori, העליון והשפל quod est sicut punctum. *De cœlis.*] Id est, cœlites, vos qui estis in excelsis cœlis. *Omnes Angeli.*] Qui non sunt corpora. *Exercitus.*] Qui habent corpora lucida, ut stellæ magnæ. *Sol & Luna.*] Sunt planetæ in usum hominum ministrantes. *Stella lucis.*] Quæ sunt propè terram, & lucem majorem reddunt. *Cœli cœlorum.*] Globus ignis, כדור אש qui est super omnia quæ sequuntur. *Aquæ super cœlos.*] Globus aquarum, est limes sæculi superioris, in quo incipit à principali, & in minùs principali concludit, sed est è contrario in sæculo inferiori. *Non transibit.*] Quia non sunt mixta ex elementis, ideò non pereunt, vel, *unum ex illis non transgredietur.*] Illam legem. *Dracones & abyssi.*] Balænæ sunt sub aquis maximæ, abyssi sunt sub terra, & terra & aqua unum globum efficiunt. *Ignis & grando.*] Sunt conjuncta, quia ortum habent ex terra & aquis, ignis est lapis ignitus, cui contraria est grando; Et nix frigescit, cui contrarius est vapor vel fumus qui ascendit, & est calidus, עשן איד. *Montes.*] Meminit *Montes*, quia in illis sunt metalla, & inter res terræ sunt maxima corpora, & postea plantas. *Cedri.*] Qui sunt infructiferi. *Reptile, & volucris alæ.*] Reptile est in terra, & volant super terram volucres: Nunc descendit ad hominem ultimò, & incipit à regibus, qui sunt maximè honorabiles. *Omnes populi.*] Sub regibus, ver. 11. *Principes.*] Qui non judicant justè, quibus contrarii sunt *justi Judices* in versu. *Juvenes & virgines.*] Masculi & fœminæ. *Senes & pueri.*] Hic sunt ætates diversæ in tribus gradibus, pueri, juvenes, senes, in quibus robur viget vel deficit, sic in Scriptura communiter dicitur, *Viri, fratres, & patres*, & *scribo vobis filii juvenes, patres.*] *Nomen ejus solùm exaltatur.*] Quia individua creaturarum pereunt, sed nomen Dei & populus ejus manent, & nomen ejus conservat species. *Cornu populi.*] Quia populus suus non peribit. *Laus est omnium sanctorum ejus.*] In hoc possunt gloriari. *Populus cui ille propè est.*] Quando orant. Vel, *Populus sibiipsi vicinus.*] Sunt omnes in carne, ex uno patre, propinqui.

Sect. 3. *Ex Midrash Tillim in Psal.* 148.

De cœlis.] Illi qui sunt in cœlis, Angeli. *Cœli* שמים.] Quasi שא מים portans aquas. *Statutum dedit.*] Dixit; *Sit firmamentum*, Genes. 1. ab hoc die non movebant, sed fixa stabant. *Dracones.*] Incipit ab illis, quia sunt majores. *Populus propinquus.*] Id est, per præcepta illis data. *Cornu.*] Est in capite, sic Israel est super nationes terræ. *Ignis.*] Est de terra, quia in cœlis non est malum, *Deus pluit de cœlis super Sodom*, Gen. 19. id est, decretum erat in cœlis;

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 148.

De die Judicii, in quo visitabit Deus exercitum excelsum,

excelsum, ut in Isa. 24. & hortatur omnes ut Deum celebrent, &c. *De cœlis* מן שמים] Id est, firmamento & altissimis cœlis. *Cornu populi sui* קרן לעמו.] In adventu Messiæ cornu erat exaltatum. *Laus.*] Id est, in laudem omnium sanctorum, ut in Isa. 60. *Vos eritis sacerdotes Domini, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 148.

Stella lucis.] Quæ lucent noctu כוכבי לילה, & sic reddunt lucem majorem. *Nix.*] נייף in ling. extran. Hisp: *En nieve. Vapor.*] Ling. extr. ברואינא *pruina. Turbo.*] Dicunt Rabboth, quòd hæc omnia judiciorum genera erant deposita in cœlis, sed David ea descendere facit, quia cœlum Dei thronus, est misericordia. Est in MS.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 148.

E cœlis.] Omnes creaturæ sanctæ è cœlis laudate eum. *In excelsis.*] אנגלי Cald. Angeli. *Aqua super cœlos.*] Suspensæ super cœlos.

Sect. 7. *Ex Masora. in Psal.* 148.

In excelsis.] Quia illic habitat; Tria sunt plena in significatione, Isa. 33. 16. *Habitabit in excelsis.* Et Eccles. 10. 6. *Stultitia est in excelsis. Dracones.*] Naturales, miraculosi, & per similitudinem; Duo sunt plenè plena, Psal. 74. 13. *Capita draconum*, & tria cum defectu Jod posterioris, Genes. 1. 21. *Creavit balaenas.* Exod. 11. 14. *Erant dracones.* Deut. 32. 33. *Vinum draconum*, id est, venenum quod tendit in laudem Dei. *Virgines.*] Propter vina, &c. quatuor sunt defectiv. vel variantia [Venet] in literis, Isa. 23. 4. *Non parturivi.* Psal. 45. 14. sine Vau priori. Lament. 5. 11. sine utrâque Vau. Zach. 9. 17. *Vinum lætificat virgines*, cum duplici Vau, plenè plenum est, & volumen Ester est plenum. In hac vita est γλυκύπικρος. De hac Masora, ego Collector minimus admoneo quod hoc בתולות Psalmi scribitur sine Vau posteriori דוק quære & invenies, & multùm fatigavimus nosmet in loco, quia in omnibus codicibus erat plenè plenum, sed in Masora non est, & in uno codice erat Masora, Quatuor sunt plena. R Jacob. *Terram & cœlum.*] Duo sunt, Gen. 2. 14. *Fecit Deus terram & cœlum.*

Sect. 8. *Ex Al. Auth. in Psal.* 148.

Et lumen.] Omne quod lucet. Hieron. visibiles creaturæ. *Laudate Dominum in terra.*] Pueri, juvenes, senes, ut post lapsum Babel, Apoc. 18. 20. *Lætamini tu cœlum, & vos Propheta & Apostoli*, & per similitudinem omnes creaturæ, Isa. 55. 12. *Montes & colles in cantica, &c.* R. David. *Sol & Luna laudate eum.*] Audite hoc stulti, Lunam in Novilunio sub triplici nomine colentes. Herod. Clio. ἥλιον ἐπώνυμον per Solem juro Massagetarum dominum unicum, Solique deorum pernicissimo, equos pernicissimos immolant. [ut 2 Reg. 24. *Currus Solis, & equos.*] Herod. Melpom. Virgines ex Hyperboreis venisse ad reddendum Lucinæ tributum, quod pro partu maturando instituerant. Canticum Hag. & Zach. post captivitatem. Gr. *Aqua super cœlos.*] In nube. Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 148.

Cœli cœlorum.] Id est, omnes cœli. Ital. Hisp. *Los ceilos mas altes. Omnes populi seu nationes.*] *Todas nasciones.* Hisp. Ferr. *Laus omnium sanctorum.*] Placet Deo summoperè, quando sancti laudant eum. Ital. *Cornu, vel, regnum populi sui.*] *Reyno à su pueblo.* Hisp. Ferr. Hisp. *El cuerno.* Ital. Bruc. *Il corno.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg. in Psal.* 148.

Omnes stellæ & lumen.] Vulg. Gr. Vel omnes stellæ luminis. Lat. MS. *Confessio ejus.*] Vulg. Gr. הוד ab הודה. *Juvenes.*] Gr. selecti homines, Chryſ. Gr.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 148.

Haggæi & Zachariæ; & ut laudent superi inferiq; Dominum Sabbaoth. Alsadai [Arabic], Parif. Edit. est hymnus in Ritual. Syrorum ling. Arab. sumptus ex hoc Psalmo, estque pro media nocte, laudate eum Sol [Syriac] & [Syriac], & Angeli, & [Syriac], & superiora, & inferiora, & nubes, & fontes, [Arabic] grando. pag. 62, 63. lux & tenebræ. *Lucis*, vel, *omnes stellæ & lux.*] Syr. ונהורא [Syriac]. Hortatur per similitudinem omnes creaturas laudare Deum pro reditu, ut Psal. 97. ult. &c. *Vapor.*] Vel gelu. Syr. גלידא [Syriac] *Laudate eum Sol & Luna.*] Est contra adorantes Solem, &c. Herod. Polym. ubi Sol exortus est ex aurea phiala Xerxes libans in mare apud Solem vota concepit, σπένδων ἐκ χρυσέης φιάλης εὔχετο πρὸς τὸν ἥλιον, phialámque in Hellespontum abjecit, ac gladium Persicum, hoc pro comperto judicare non possum, utrum Soli dedicans gladium dimiserit in pelagus, an Hellespontum quòd flagellâsse eum pœniteret in compensationem gladio donaverit? Herod. In hoc Psalmo est mundus superior & inferior, R. Mos. Egyptius in lib. 2. Moreh Neboch. scribit, היתה דעת הראשונים כלם erat opinio omnium antiquorum, quòd sphæræ Veneris & Mercurii sunt supra Solem, postea Ptolomæus sub Sole eas constituit, sed omnes antiquiores posuerunt sphæram Lunæ nobis vicinam, supra eam sphæram Solis, & sphæras quinque Planetarum pro una reputabant, & sphæram fixarum pro alia, & cœlum circum omnia in quo non sunt stellæ, sicque apud Egyptios erant quatuor sphæræ stellarum, & hic quaternarius numerus in Hieroglyphico schemate depingitur apud P. Athan. figura Scarabæi apud Egyptios, sphæram stellarum fixarum significat, & 12. signa Zodiaci, 12. Scarabæi digitos majores, & Scarabæus volvens pillulas, orbis figura est, Plin. lib. 30. ca. 11. Secundum symbolum est facies pueri Scarabæo adaptata, id est, Ori filii Isidis & Osiridis, qui Solem significat, (Plutarc.) nunquam senescentem. Tertium symbolum sunt 5. circuli, 5. planetas supra Solem significantes. Quartum symbolum est cornuta Lunæ facies Ori capiti innixa. Quintum symbolum est caracter crucis ✠ quatuor elementa orbis inferioris indigitans in Saracen. Cabal. apud P. Athan. بصورة الصليب مربع وبكتبونهم. Est etiam Tabella in qua scripta est Copthicè ϯϢλ, à ϕιλ, id est, autor qui omnia superiora & inferiora inter se connectit. Est globus alatus serpentibus circundatus animæ mundi symbolum, نفس ورح العالم هو علامة ait Baruch. Albenephi, apud P. Athanaf. hæc anima apud Rambam est sphæra invisibilis; ex his apparet sensus Egyptiaci mysterii illius Cophticè

ticè prolati, ΟΥρΑΝΟ ΑΝΟ, ΟΥρΑΝΩ ΚΑΘΟ, ΑCΤΡΑ ΑΝΩ ΑCΤΡΑ ΚΑΘΟ ΤΑΥΤΑ ΚΑΤΑΛΑΒΕ ΚΕ ΕΥΤΥΧΗC, id est, cœlum est supra, cœlum est infra, astra supra, & astra infra, hæc comprehende, & prosperaberis. *Cornu populi sui.*] Potentiam & honorem eorum, ut omnes eum laudent, præcipuè Israel. Vel, cornu David in Christo, qui venit sub secundo templo, ut Psal. 132. ult.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 148.

Haggæi & Zachariæ. Arab. MS. *Stellæ & lumen laudant eum.*] Arab. الكواكب والنور, ideóque vos Angeli & homines eum laudate. *Adimplentia verbum ejus*, vel, *opus verbi ejus sunt montes, &c.*] Arab. عمل كلمته الجبال. Heb. מעשה ut עשה דברו, sic in Psal. 101. idem, in Heb.

1 *Alleluja.* CXLIX.

CAntate Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia sanctorum.

2 *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filii Sion exultent in rege suo.*

3 *Laudent nomen ejus in choro: in tympano & psalterio psallant ei:*

4 *Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.*

5 *Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.*

6 *Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum:*

7 *Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.*

8 *Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.*

9 *Ut faciant in eis judicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis ejus, Alleluja.*

Sect. 1. *Ex R. David. in Psal.* 149.

IN *congregatione justorum.*] In sæculo futuro, R. Arama. *Novum canticum.*] Quasi hæc omnia non sufficienter exprimerent laudem suam. *In illis qui fecerunt eum.*] Est per modum honoris in plurali, ut Job 35. *In gloria.*] Illâ quæ durabit in æternum. *In, vel, è cubilibus*, vel, *locis in quibus quiescunt.*] In æternum erit pax, à שכב in Eccles. 2.23. *Cor ejus non quiescit.* Et Job 30.17. idem. Vel, post resurrectionem è sepulchris exultent, R. Aram. *Preces sonoræ in ore eorum.*] Quando exeunt ad prælia contra Gog, orent. Vel, *In gutture.*] Quia vox exit è gutture, & perficitur in ore. Vel, quia in precibus suis clamant in gutture, ut Isa. 58.1. *Clama in gutture. Judicium scriptum.*] Id est, in Dei decreto, ut Exod. 32. *E libro quem scripsisti, &c.* Vel in lege, Deut. 32.41. *Si acuero gladium meum, &c.* Et Ezech. 38.21. Zach. 14.13. R. Arama. *Laudate Dominum.*] Pro vindicta.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 149.

עושיו in plurali, ut אלהים, בעליך, עושיך Job 35. *Novum canticum.*] Dicit, *Novum*, quia permanebit Israel solus, ut in Psal. 148.14. *Super lecta.*] Noctu quando soli sunt. *Lætentur sancti in gloria.*] In hac gloria prædicta, quia permanent in æternum in animis suis, vel de futuro. *Quæ sunt gladius.*] Laudes sunt quasi gladius in hostes, Rasi, R. Josue. Vel, quia laudant Deum quando ad prælia cum gladio in manibus incedunt, R. Mosch. *Vindictam.*] Postea erit scripta post reditum; Et dicit, *Vindictam*, ad convertendas omnes Gentes, ut *serviant Deo humero uno* in diebus Christi, Zephan. 3.9. *Ligare reges eorum.*] In catenis, Isa. 60.11. *Ut adducantur reges. Judicium scriptum.*] Pro futuris generationibus, ut sit in honorem omnium sanctorum ejus.

Sect. 3. *Ex Midr. Tillin in Psal.* 149.

Novum canticum.] Quia ego creavi omnia nova quæ sunt; Rex terrenus habet sub se duces qui portant secum onus & honorem, sed Deus solus omnia facit; Rex terrenus in uno loco habitat principaliter, & ibi reveretur, sed Deus in omnibus locis, cœlo & terrâ adoratur. *Super cubilia.*] In horto Edenis. *In gutture eorum.*] Quia placet Deo laus quâ Israel Deum celebrat, sed guttur impiorum est sepulchrum apertum quod emittit odorem, quem odit Deus fœtidum; de justo dicitur, Psal. 104. *Dulcescat apud Deum meditatio mea. Reges eorum.*] Quia tumultuantur contra Christum, Psal. 2.1. *Judicium scriptum.*] In Isa. 66. *Videbunt cadavera, &c.* Et Mal. 4.1. *Dies venit, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 149.

De diebus Christi. *In factore suo* בעושיו.] Id est, qui fecit Israel populum suum, ut in Deut. 26. *Filii Sionis.*] Qui faciem Christi intuentur. *Super cubilia.*] Cantant & quiescunt sine formidine belli, nec pro victu & rebus mundanis defatigantur. *Scriptum* בתוב.] Id est, scriptum in Deut. 32. *Manus mea judicium apprehendet, &c.*

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 149.

Judicium scriptum.] Postea, ut Ezech. 35.15. *Desolata erit Edom*, & prævidit David per spiritum redemptionem futuram, multis annis antequam erat hoc judicium in Ezechiel scriptum.

Sect. 6. *Ex Cald. in Psal.* 149.

Et sicut gladius.] Cald. Verbum Dei est gladius spiritûs. *Judicium scriptū.*] In lege Cald. ut Deut. 32.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 149.

Delectatur in populo suo.] Duo sunt, Psal. 147.11. *In illis qui timent illum*, quia illi sunt populus ejus. *In lectis suis.*] In sepulchris, in resurrectione, ut Isa. 26. *Cantate, &c.* Quatuor sunt, Mica 2.1. *Iniquitatem excogitant in lectis.* Isa. 57.2. *Quiescent in lectis.* Hos. 7.14. *Ululabant in lectis*, qui excogitant iniquitates ululabunt, sed sancti lætabuntur. *In gutture eorum.*] Tria sunt & in libro, Psal. 5.9. *Sepulchrum,*

guttur eorum. Psal.115.7. *Non meditantur in gutture.*

Sect.8. *Ex Al.Auth. in Psal.*149.

Novum canticum.] Pro novo testamento, τῆς καινῆς, S.Chrysost. *In illis qui eum faciebant.*] Qui sunt tres in cœlo testes, 1 Joh.5. sic Eccles. 12.1. *Creatorum tuorum.* Vel, qui magnificabant illum, ut 1 Reg. 12.6. *Exaltabat Mosen & Aharon.* *Cubilibus.*] Quiete, Theod. *Vindictam*]In Babel, Apoc.17.14. *Gladii ancipites.*] In manu Machabæorum, de quibus hic Psalmus, Theod. *Ligare reges eorum.*] Pro more Romanorum, in triumpho ducebant reges & reginas in vinculis; adhuc videndæ sunt Romæ in Capitolio in marmoribus, & hodiè ære incisæ à Lauro Romano facies regum & reginarum mœsto vultu, quas Romani per medium urbis, spectante populo, ducebant: Tibicines & Musici cantabant, & similiter Psalmista hic dicit, *Laudes Dei alta sint in ore eorum.* *Judicium scriptum.*] Id est, manifestum ἔγγραπτον φανερόν, S. Chrysost. ut Mal. 3. *Liber memorialis scriptus erat, &c.* Vel, *conscriptum.*] In hodiernum usque diem, Theod. *Hallelujah,*] Corde, ore, vitâ, S.Aug.

Sect.9. *Ex Ital.&c. in Psal.*149.

Cubilia.] Ang.MS. Vulg.Gal. *Couches.* Hisp.Ferr. *Cantaran sobre sus yazidas.* *ne loro cubili.* Ital.Bruc. *Judicium scriptum.*] Secundùm Dei verbum judicia sunt exequenda. Ital. Vel scriptum in Deut.7.1. contra septem nationes. Hisp.

Sect.10. *Ex Gr.& Vulg. in Psal.*149.

ὑψώσεις.] Gr. Chrys. sublimitates Dei sint in ore eorum, loquantur de attributis Dei sublimibus.

Sect.11. *Ex Syr. in Psal.* 149.

De novo templo, Par.Edit. *In facientibus, vel, faciente.*] Syr. ܒܥܒܘܕܗ. בעבודיה *Sion— lætetur in rege suo.*] Velut in Zach. 9.9. *Lætare filia Sionis, Rex tuus venit, &c.* *In cubilia eorum.*] Præ gaudio non dormiunt, velut in Psal.63.6. *Quando de te cogito super cubile meum, &c.* sic in Psal.4.4. *Cogitate cum animo vestro super cubilia vestra.* *Laudes alta Dei.*] Id est, exaltent Deum in gutturibus suis, Syr. id est, donec rauci fiant, ut Isa.58. *Clama in gutture.* Syr. ܢܫܒܚܘܢ ܠܐܠܗܐ ܒܓܓܪܬܗܘܢ. *Ad vinciendum reges eorum.*] Ad ducendum eos captivos ad Evangelium, velut in Isa. 60.11. *Reges eorum ducentur*, sic in Ephes. 4.8. *Captivam duxit captivitatem.* *Judicium scriptum, talem honorem habent omnes sancti ejus.*] Ita scriptum erat ante in Psal.148.14. *Vindictam.*] Sic in 2 Corin. 10.6. *Ad vindicandum omnem inobedientiam.* *Omnes sancti sui.*] Apostoli in nova Ecclesia ad quorum honorem ædificabant templa, &c. ut ostendimus in Psal.45. in Sect.8.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 149.

In creatore suo.] Arab. بخالقه in sing. in Heb. est plural. *In choro.*] במחול vel congregationibus. Arab. في المجامع. *Laudes Dei excelsa, vel, magnificabunt Deum in gutturibus suis.*] Ara. يعظمون الله. *Honor hic est* (Deo datus) *ab omnibus sanctis suis.*] Arab. propterea laudabunt Deum omnes electi ejus, لهذا يمجد جميع اصفيائه.

1 *Alleluja. C L.*

Laudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.
2 *Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.*
3 *Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.*
4 *Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.*
5 *Laudate eum in cymbalis benè sonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis:*
6 *Omnis spiritus laudet Dominum. Alleluja.*

Sect.1. *Ex R.David in Psal.*150.

IN hoc Psalmo concludit omnia; sunt laudes in eo 13. vicibus respond. ad 13. attributa Dei in Exod.34. quibus mundum gubernat, ut *Dominus,— gratiosus, &c.* *In Sanctuario.*] Sæculo Angelorum. *In firmamento roboris.*] Cœlo nono sub quo est totus mundus, & circundat omnia, & ideò dicit, *Roboris*, quia in illo apparet Dei robur, ut Psal.68. *Qui equitat super* ערבות *primum mobile.* Non est in Cod. Cremon. *Propter gesta magna.*] Pro Israele magis quàm alio populo. *Secundùm majestatem suam excellentem.*] Quam monstrabit in redemptione Israel. מינים sunt species instrumentorum diversæ, quas non hoc loco nominat, R.Saad.Gaon. *Omnis anima laudet Deum.*] Dicit, *Anima*, quia quando anima laudat Deum, est super omnes laudes oris. *Laudate Dominum.*] Sermo est ad animas. *Cum tuba.*] In principio mensis, R.Ara. *Cum psalterio & cithara.*] In die decimo mensis cum jejunio; pœnitentiâ, & corde contrito, R.Aram. *Cum tympano.*] In decem diebus pœnitentiæ, R.Aram. *Cum organo.*] In festo Tabernaculorum, R.Aram. *Cum cymbalis.*] In Hosanna Rabba. R.Aram.

Sect. 2. *Ex Ab. Ezra. in Psal.* 150.

In sanctuario suo.] In cœlo, R.Mosch. Vel, in templo & oraculo, R.Jehud. *In firmamento roboris sui.*] Id est, Arca הארון. R.Jehud. ut Psal.78.61. *Robur suum in captivitatem*; & in hoc Psalmo sermo est ad Levitas, qui omnia hæc instrumenta gestant. *In gestis suis.*] Enarrando ea aliis. *Secundùm plenitudinem majestatis suæ.*] Sicut plenè magnus est, sic multùm laudate eum. *Psalterio.*] נבל habet decem perforationes. מינים instrumenta varia, tonus unus. *Altè sonantibus.*] Hæc instrumenta hodiè sunt ignota, licet habeat Edom instrumenta, quæ non audiunt sapientes Ismael, & Ismael talia quæ non vidit Edom. *Omnis spiritus.*] Dixit R.Jehud. quia alterantur toni secundùm altitudinem vel demissionem vocis, ideóq; dicit,

dicit, *Omnis spiritus*. Vel, *omnis anima laudet Deum.*] Id est, anima suprema rationalis, quæ est è cœlis, quia vox hæc nunquam attribuitur irrationali creaturæ, R. Solom. Halepharadi.

Finis. Benedic anima mea Domino, &c. Ecce libri Psalmorum finis, Abraham filius Meir exposuit eos, sed laudes Dei in æternum non cessant, & quis est qui incipit & perficiat eas?

Sect. 3. *Ex Midrash Tillin in Psal.* 150.

In Sanctuario, vel, *pro sanctis suis.*] Quando facit vindictam super Gog propter sanctos ejus, & cadavera erunt cibus bestiarum per 12. menses, Ezech. 39. & Isa. 18. *Volucres cœli in æstate & hyeme* devorabunt ea, *&c. In firmamento.*] Id est, propter mirabilia quæ fecit in cœlis, ut Isa. 34. *Gladius meus in cœlis, &c.*

Sect. 4. *Ex R. Obad. Gaon. in Psal.* 150.

Hortatur sanctos in diebus Christi laudare Deum. בתקע.] Id est, ad congregandum discipulos, ut in Num. 10.

Sect. 5. *Ex R. Sol. in Psal.* 150.

שמע.] Sonitus, est nomen cum Cametz magna propter Athnachta, ideò accentus est sub Shin.

Sect. 7. *Ex Masora in Psal.* 150.

Et organo.] Duo sunt, unum plenè, & unum defectivè, Gen. 4. 21. *Pater tractantis organum. Sonantibus cymbalis.*] Duo sunt & in versu, & sunt de Alphabeto parium in eodem versu in magna Masora in litera Beth. *Omnis spiritus.*] Duo sunt; Sensus est ut dicitur, *Canam spiritu & intellectu*, 1 Cor. 14.

Numerus versuum in Psalmis sunt 2572. אאע״ב וך. Medium, Psal. 78. 36. Sectiones 19. Psalmi 150.

Sect. 8. *Ex Al. Ansb. in Psal.* 150.

Sanctuario.] Inter viros sanctos qui sunt templum ejus, 1 Cor. 3. S. Chrys. Vox Hallelujah toties repetita indicat celebrem aliquam redemptionem, ut in Apocal. post ruinam Babel, Apoc. 19. 1. Deinde, quia multi Psalmorum sunt Abecedarii, ad indicandam majorem materiæ dignitatem, Cimchi. *Organis, &c.*] Ethnici veteres in deorum sacris musica usi sunt.

Horat. Lib. 3. Od. 11.

(Nec loquax olim, neq; grata nunc &
Divitum mensis, & amica templis, &c.)

Sheminith erat cithara octo chordarum, ait Targum, & veteres habebant septem chordarum.

Horat Lib. 3. Od. 11.

Tuq; testudo, resonare septem
Callida nervis, &c.
Tu potes Tigres comitesq; sylvas
Ducere, & rivos celeres morari.
(in Orphei fabula.)
Cessit immanis tibi blandienti
Janitor aulæ,
Cerberus, quamvis furiale centum
Muniant angues caput ejus, atq;
Spiritus teter, saniesq; manet
Ore trilingui.

Pindar. Nem. Od. 4.

Ἄριστος εὐφροσύνα
πόνων κεκριμένων
ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ, &c.
οὐ δὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον, &c.
Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ——
——τερον βιοτεύει, &c.

Id. Od. 4.

ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ-
——σοδαίμονα τεύχει.

Lætitia est optimus gravium medicus ærumnarum [ut in Prov. *Lætum cor est ut medicina*] Et carmina Musarum, filiæ magis animum, quàm aquæ dulces & unguenta athletarum corpus refocillant; & sermo gestorum ex sincero corde cum carmine, & gratiis prolatus diuturnius vivit.

Et Od. 4.

Hymnus exornans animosa facta:
Illum clarum genium supremis
Regibus æquat.

Et Nem. Od. 8.

Et morbos abigit nocentes.

Plutarch. in lib. de Musica, pestem abegit, Athenæus, lib. 14. 10.

Ischiacos sanat,
Dispellit iras.

2 Reg. 3. in Elizæo; malos spiritus, ut in 1 Sam. 16. in Saule; trahit saxa. id est, homines rudes, & quasi cordis lapidei dociles reddit, ut Amphitrionis fabulam, Euseb. in Chron. interpretatur. *Omnis spiritus.*] Non Judæi solum, Theod.

Sect. 9. *Ex Ital. &c. in Psal.* 150.

Psalterio & cithara.] Hisp. sed Hisp. Ferr. *Gayta y harpa. In tympano & choro.*] Hisp. Ferr. *Adufle y bayle.* עגב.] *Organo.* Hisp. Ferr. *Cymbalis.*] Hisp. *Trompetas.* Hisp. Ferr. *Omnis spiritus.*] 2. Ang. MS. Vulg. Ital. Gal. *Esprit.* Hisp. *Todo loque respira.* Hisp. Ferrar. *Toda alma*, omnis anima. Ital. Bruc. *Ogni anima.*

Sect. 10. *Ex Gr. & Vulg in Psal.* 150.

In sanctis suis.] Vulg. Gr. Arab. inter sanctos suos habitat. *In tympano & choro.*] Lat. MS. מחול Heb. ut Miriam, Exod. 15. *Spiritus.*] πνοὴ Gr. vel omne quod spirat. Lat. MS.

Sect. 11. *Ex Syr. in Psal.* 150.

Cymbalis sonoris.] Vel, cum voce & clamore. Syr. id est, [illegible] voce & instrumento.

Chordis & tibiâ.] Vel instrumentis robustis. Syr. [illegible] בנאזא. Heb. מנים. Vel jucundis chordis. Syr. Par Edit. [illegible] Syr. à חיל robur ut quidam.

Finis Psalmorum Davidis Regis & Prophetæ. Syr. Erpen. in numero 150. libri sunt quinque, graduum 15. laudes 60. versus 4832. Sunt nonnulli qui 12. alios Psalmos addiderunt, nos illis haud egemus; Sit gloria Deo in sæcula sæculorum. [illegible]

[illegible]

In Editione Parisiensi additus est alter Psalmus, compositus, ut dicitur, quando David pugnabat

nabat cum Goliah; est in Græco & in Athanasio, sed non in antiquis MS. Syr. prædictis, quibus usi sumus.

Sect. 12. *Ex Arab. in Psal.* 150.

בקדשו.] In omnibus sanctis suis. Arab. في كل قديسية inter omnes sanctos, vel ob omnia sancta ejus opera & attributa. *Cymbalis sonantibus.*] Arab. بصلاصل, ut in Heb. *Cymbalis*, vel, *cum vocibus altis.*] Arab. باصوات عالية, sic est posterior versus.

Quinque libri Psalmorum finiuntur. Finis primi ad Psal. 40. Secundi ad 70. Tertii ad 80. Quarti ad 105. Quinti ad 150. Arab. MS.

Conclusio ex Theodoret. in Commentar. in Psal.

Quæ invenire potuimus, omnibus abundè proposuimus, & quæ à patribus nostris didicimus, nostris posteris studuimus afferre; laborem suscepimus, ut sine multo labore cæteris fructum afferremus, quos precor ut suis precibus nostrum laborem compensent. Theod.

FINIS.

Alphabeticus Index, & Explicatio vocum Arabic, & Syriac. quæ occurrunt, difficiliorum.

أذينك Arab. *judicare*, Psal. 44. & Psal. 5. *judices eos*, & اذيان sunt leges in Alcor. Vel ab ארץ perc. cepit, Matth. 19. 8. Arab. ab אזרון Heb. vel אזן. أدب אדב Arab. significat *instruere*, psal. 2. psal. 18. psal. 6. 1. Arab. وتوتبوا *instruimini Judices terra*, est pro Heb. באר à בר *explanare*, Sect. 8. pag. 7, [illegible] Syr. psal. 10. in Targ. psal. 15. & in R. Sol. Levit. 19. *calumniator*. اضا [illegible] in Syr. ab [illegible] *evum* in Gr. vid. ps. 48. Syr. اضا Arab. est *illucere* in sect. 12. in psal. 4. & psa. 19. bis *illuminat visus*, idem Arab. [illegible] Syr. est in psal. 7. sect. 11. & in Judic. 16. *opprimebat ipsum*, idem. لقطار in psal. 7. Arab. à קטר *funes, vincula* in Dan, 5. nam limites agrorum fune mensurabantur, Psal. 16. *funes ceciderunt*. الجبيم Arab. in psal. 9. ut גיהנם in Alcoran, est in psa. 94. in Ara. ابعص Ara. in ps. 34. *discede à malo*; & ps. 36. sect. 12. جرتكب Ar. in ps. 46. & ps. 6. *turbata est anima mea*, idem. تجريه Arab. in psal. 12. & Matth. 4. 1. ut *tentaretur*, idem. [illegible] Syr. דלח est proprié aquas fontis perturbare, p. 7. sect. 11. دلس Arab. sect. 21. p. 125. psal. 39. sic psal. 10. Arab. *Via ejus polluta*, idem Arab. [illegible] תמה Syr. est *admirari* in psal. 4. in Syr. & Matth. 8. 10. *Admiratus est*. Arab. بوعل à δόλος Gr. dolus, psal. 36. sect. 12. اوسعت à وسع Arab. psal. 12. ut in Gen. 9. *Dilatet Deus Japheth*, idem. Ain pro Phe. Syr. [illegible] à שרג Arab. *luxit*, sic in precat. Mahum. يا من جعل الشمس شريجا ô qui posuit solem lucernam, idem. A חלף est Arab. تغلقوا in psal. 5. sect. 12. & in psal. 55. *Non sunt illis mutationes*, idem in Heb. Syr. [illegible] ut in Job 3. *Tenebræ eam inquinent*, idem. كالملنا in psal. 5. Arab. à כלילא corona in Targ. in Cant. 3. [illegible] Syr. psal. 19. & in Dan. 7. *agrorum*, idem. Arab. كرامتك psal. 45. à כבד *honorabo illum*, psal. 91. idem. لزم Arab. est *adhærere*, ut in psal. 119. لزمت & in psal. 2. *Adhærete disciplinæ*, idem. congruit cum Heb. נשקו ut interpretatur illud R. Sol. in psal. 2. انطلق Arab. psal. 42. طالق est stadium ubi currunt, & كتاب طالق libellus repudii, & in Avicen. البطن اطلاق solutio ventris. Arab. ملون à לרון jocundus in psal. 55. & Luc. 16. *Jucunde vivit Dives*, idem. Syr. [illegible] psal. 56. à מלכו Dan. 4. *consilium meum*, idem. [illegible] Syr. psal. 10. à עקבו, quia per vestigia quærit quis alium, ut Cant. 1. *Per vestigia pecoris*. Syr. [illegible] miscuit, psal. 45. & Cant. 8. *Plenum mixto*. Arab. نعمته psal. 62. sic psal. 27. Heb. *Pulchritudo Domini*, idem. Arab. تالنا in ps. 46. à נאל *cepit uxor* in Genes. 3. in Arab. & تويلة [illegible] stabulum ubi recipiuntur hœdi. ندم *pœnitere*. Arab. inde اندمعوا in Psal. 4. & psal. 35. *Non pœnitebant*, idem, ubi in Heb. est דמו ut in psal. 4. ناموس Arab. psal. ab Gr. νόμος. [illegible] Syr. in psal. 36. sect. 13. est in psal. 34. *Malitia occidit malum* in Syr. تهين Arab. psal. 44. ab הון ut 1 Corin. 1. *Contemptibilem reddidit*, idem Arab. ab הנה *Ecce* homo, vel res vilis. Arab. ينسوا psal. 59. à נשה in Exod. 18. *Oblivisci me fecit*, idem. Arab. بالنبل in psa. 64. sagitta, sic in ps. 45. *Sagitta tue*, idem. شراح Ara. psal. 9. est in Job 36. pro jaculo mortis. سمكك in Arab. psal. 8. significat *piscem*, sic Gen. 1. *In piscem maris* idem in quibusdam codicibus est mendosè cum Lam. ينسلط Arab. psal. 10. & psal. 19. inde Sultan *dominator* in Dan. frequenter usurpatur. بالسنيان pag. 97. sect. 12. à שוא Heb. *mendacium*. Syr. [illegible] à Gr. συγκεία psal. 141. Syr. [illegible] in psal. 45. à סגר Dan. 2. *Adoravit Daniel*, sic ps. 48. Arab. المسنة psal. 68. à שנן *acuere*. بسمر لج *lucerna* in psal. 50. & psal. 119. *Sicut lucerna pedibus*, idem Targum, atrè in precat. Mahumet. يا من جعل الشمس سراجا Qui posuit Solem in lucernam mundi. Arab. سرائر in plurali significat abscondita in psal. 91. Heb. שורירר *cogitatio cordis* in Deut. 29. à שור *intuitus est*, in Num. 24. quia cogitatio est intuitus cordis. Arab. سحر in psal. 58. & in Arab. Geog. يسحرون الحبوان fascinant serpentes, idem. Arab. السهل *planum reddit* in psal. 68. & Johan. 2. *Planum reddite viam Domini*, idem. غضبهم Arab. psal. 58. & psal. 4. *Irascimini*,

e

& ne peccetis, & Ephes. 6. *Ne provocetis ad iram*, in Hiphil اغضب. Arab. اغتسل à עשש *miscere, fallere* clàm, à עש *tinea*, vestes invisibiliter corrodens, vel, à עשא, ut postea in hac litera. Arab. اعطينا psal. 48. à עשא in Matth. 6. *Da nobis hodiè*, idem. عسهم psal. 44. sect. 12. sic عس ضرف est numerus multiplicans in Euclid. عبارة est spectaculum, psal. 44. כראי in Nahum. 3. θέατρον 1 Corin. 4. & اعتبارات sunt speculationes in Alcor. عدالة *equitas*, psal. 43. sic Johan. 5. *Æquat se Deo*, idem. Arab. & معدل النهار est æquinoctium in Arab. Geog. عنى وهن Arab. psal. 42. à عنى *ad*, & وهن infirmitas Alcor. 29. وهن العظم Infirmus ossibus, & sæpè in Avicen. اعادوا ab اعاد in psal. 41. in Hiphil, *retulit* 30. *argenteos*, Matth. 27. idem. غشة Arab. in psal. 12. labio operto & doloso, à עשא *operuit* in Luc. 23. *Operuit caligo totam terram*. اغشى Arab. in psal. 19. sic in Alcoran. 2. pro *adversario* ولا تعتدوا ان لا يحب الله المعتدين *Ne adversamini, quoniam Deus non diligit adversarios*, in psal. 19. David contra adversarios suos orat. عظم Arab. psal. 19. ut ועצמו in Exod. 1. *Magnificati*, & psal. 12. linguam *magnificabimus*, idem, hinc Otoman عظمن dicitur sic, familia ob magnificentiam. عار opprobrium, sect. 11. p. 115. psal. 39. sic in psal. 42. Arab. *Improperiarunt mibi*, idem, & Mat. 5. *Cùm exprobraverint vobis*. & psal. 42. عيروني in Arab. عثرة in psal. 49. & in psal. 91. *Ne offendas ad lapidem*, idem. Syr. ܥܘܬܪܐ in psal. 52. divitiæ, à עשר Heb. ܦܠܓܘܬܐ פלגותא Syr. psal. 12. à פלג *divisa est terra* in Gen. 11. Syr. ܦܪܨܘܦܐ à Gr. πρόσωπον in psal. 45. ܦܘܪܩܢܐ פורקנא Syr. à פרק redimere in Dan. 4. *Redime peccata tua*, & in Targ. פורקנא est redemptio. فاض Arab. psal. 45. effudit tanquam ex angusto vase, ut Joh. 17. 15. Arab. وفهم in psal. 47. & psal. 2. *Intelligite reges*, idem. ܦܪܘܣ Syr. psal. 4. est *expandere*, sic 1 Sam. 30. in Heb. Arab. يفتشن in psal. 50. & in Johan. 5. *Scrutamini Scripturas*, idem. مظلة Arab. à צל *umbra*, in psal. 42. Arab. الصوف *vellus* ob levitatem, à צפה *natare*. اصلحت Arab. psal. 11. à צלח *prosperari* facere in psal. 1. in Heb. اصواتهم Arab. *voces eorum*, psal. 19. sic 1 Cor. 13. *Cymbalum sonans*, idem. & psal. 115. *Vocem non edunt in gutture suo*. قولا Arab. à קול *vox*. اقلالت Arab. psal. 44. à קליל Heb. Syr. ܩܘܒܠܐ est id quod occurrit oculis, sic in Pers. Pentat. de Eva idem. p. 129. sect. 2. قلق Arab. in psal. 38. sect. 12. sic Joh. 12. *Anima mea est turbata*, idem. Arab. غبا Arab. in psal. 38. pro נקלה Heb. id est, mobilibus undis afflictionum, à קל in Job 24. *Levis super undas*, idem. قدرتك Arab. in psal. 42. & psal. 78. *Num poterit Deus?* idem. sic in Alcor. sæpè, مقتدر الكل *omnipotens*, & psal. 51. & psal. 13. *Prævalui in ipsum*, idem. لا يرجع Arab. psal. 21. *Non redibit*, sic Alcoran. Man. فرجعناك الي امك *reverterè te fecimus ad matrem tuam*, idem. ذو רנו Syr. in psal. 4. in Syr. est cogitare, sicut רזן in Heb. رحمتك Ara. p. 115. sect. 1. psal. 39. à רחם in psal. 18. 1. *Diligam te Domine*, idem. Syr. ܪܩܘܕܐ psal. 45. est chorus, à רפס pedibus calcare, in Dan. 7. Arab. يرفق Arab. psal. 48. *laxiùs*, sic in Cant. 8. *Blandè innixa*, idem. Syr. ܐܬܪܦܩ in psal. 55. sic Hebr. 11. *Enoch translatus fuit*, idem. Arab. ارعني in psal. 55. & psal. 108. *Vociferabor*, ut victor in terrorem hostium. Arab. ارذلوا in psal. 56. & psal. 14. *Abominabiles facti sunt*, idem. Et in Hiphil. ارذل in Act. 4. abjecistis eum, idem. وينصرعوا Arab. est dejicere in psal. 6. sect. 12. ut צרעה lepra, vel musca venenata perimens, in Exod. 23. صعيف in psal. 40. & Matth. 15. *Ne deficiant in via*, idem. Ara. تصرف in psal. 41. & Alcor. 2. تصريف الرياح reversio venti, idem. شهوانه Arab. à سها psal. 39. sect. 12. sic Matth. 5. 28. *Qui videt mulierem ut concupiscat eam*, idem. & in Avicen. الشهوة الكلبية est appetitus caninus, morbus. لشبابي Ara. in ps. 43. *juventus*, sic in Luc. 1. 18. يشب *crescebat puer*, idẽ. & شبابة est tibicen juventutis recreatio, non senum, ut Eccles. 12. respuunt musicam, *Filiæ musicæ debilitantur*. تعط Arab. in psal. 37. sect. 12. à יעץ ne consilium ineas secum. لازمو à ܠܐܙܡܠܘ abjicere in Matth. 4. *Dimitte te deorsùm*, idem. تغيلي Arab. in psal. 4. *gravati corde*, sic in psal. 32. *Manus tua gravata est*, idem.

Index rerum memorabilium, & vocum Heb. Rabbin. Arab.Syr. secundùm ordinem Psalmorum digesta explicatio.

PSAL.1. *Die & nocte meditatur*, Sect.3.(i.)bis in die, vel duo capitula indies, vel in tempore vacationis,Sect.1. PSAL.2. Psalmi non sunt in ordine, secundùm res gestas, Sect.1.pag.5. Non appellantur reges,sed סרני Pelistæorum,Sect.1. PSAL.3. Dicitur Psalmus in tempore canendi, Sect.3. עזרתה Hé redundat, Sect.1. *Selah* Sect.1,2,8,9,11. Vox *Clypeus*, bis sumitur pro more linguæ, ut לא in Prov.31. ישועתה cum duobus signis fœminini, Sect.2. Beth in לחי deficit, Sect.2.p.8. PSAL.4. Quid *præfectus musica*,& Neginoth,Maschil,& cæteri tituli? Sec.12.Futurum pro præterito, Sec.1.עולה in Ab.Ezr. p.10. Vau deficit in עולה in Psal.51. ult, ut *Ruben Simeon*, absque Vau, pro Reuben & Simeon. Abscondita Ain,id est, verba quorum media litera est absconditā,ut Jod in שב pro שיב, & dicit Ain,quia Ain est media litera in פעל, quo utuntur Judæi pro paradeigmate verborum, Sect.2. Mos Judæorum erat orare ponè columnam templi, Sect.3. PSAL.5. *Nehiloth*, Sect.1,3.Paal יוצא,id est, verbum transitivum seu activum, Sect.1. Pe Happaal est prima radicis litera, pro exemplo producitur היצא, id est, Jod in יצא est prima radicalis, & movetur, ut ישר ibid. Verba geminata sine Dagesh,Sect.2. sic והקל producitur pro exemplo. Notricun נוטריק' est litera una pro voce, Sect.3. Quatuor versus proferebant eos 4.Rabbini in hora mortis, Sect.3. אצופה, Sect.4,8,10. *Videbo te*,vel videbo cœlestia meditando, vel videbit me Deus, Sect.11. יגירך deficit affixum, Sect. 5. PSA.6. Sheminith, Sect.1, 2,3,6,8,9. Toar est nomen formæ in materia, Sect.1. p.14. PSAL.7. Sigaion, Sect.2,3,4,5,8,9.אל pro אלה, pag.17. PSAL 8. *Gittith*,Sect.1,2,3,5,8,9. PSAL.9. Muthlabben,Sect.1,2,3,4,5,6,7,8,9,12. Duplex affixum pro uno, ibid. Sect. 1. Higgaion Selah, Sect.1,2,4,5,7,8,10,11. vel ut in Sect.8.המה pro אתה, sic כלכם pro כלם, Sect. 2. Quid לבן ימיני in Masora, Sect.7. reperitur in Psal.7. in titulo. PSAL.12. Derash de jactu sagittæ,literis inclusis ad Sennacherib est in R.Dav. Sect.1. sic Herod. Uran. Quoties exaratum libellum, aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere voluit, eum sagittæ postremo τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιελίξαντες involvebat,adspratisque desuper pennis, sagittam ad locum emittebat, Herod. PSAL.12. *Sheminith*, Sect. 2, 8 .20. Quare dicitur lingua tertia, Sect.3. *Vilitas* זלות, Sect.2,3,5,8, 10. pro זלות mutatis punctis pro more, ut עשק & עשוק cum Holem vel Shurec in Prov. R.Levi. PSAL.14. *Comedunt populum meum,comedunt panem*, ex oppressione vivunt, Sect.1. Vel, non gustant panem, nisi comederent populum; non dormiunt, ut Prov.4. Sect.3,5. Vel fulciuntur à populo meo sicut baculo panis, & non agnoscunt Deum, Sect.6. Vel, comestione belli comedunt populum, Sect.11.

PSA.15. Sunt præcepta affirmativa, & negativa: oris, cordis, operis, Sect.1,2,12. לא נשא, id est, non tollit lingua sua calumniam, sect.1. Vel non recipit linguam malam, sect.1. Vel non promulgat, & exprobrat, sect.5,12. Vel, non edit buccellas calumniantis, sect.6. De usura lege, sect.1,4,8,11. *Qui facit hæc*, id est, unum ex his imputatur ei, ac si fecisset omnis, sect.3. PSA.16. *Non est ad te*. Non obligatus es mihi benefacere, sect.2,5. Vel, mea bonitas non prodest tibi, sect.2. Vel, non ad me, sed ad sanctos pertinet tua bonitas, sect.1. Vel, non ut mihi benefacias oro, quia sum indignus, sect.2. *Oblationes sanguinis*, id est, ex sanguine pauperum, sect.1, 10,12. Vel sacrificia Idololatrarum, sect 6. ut sacerdotes Bellonæ, sect.2,8. vel Magorum, sect.4. Vel, de sanguine, Judæi non comedebant, sect.9. vel proprium sanguinem bibent, sect.12. *Cor, caro, gloria*, id est, anima, corpus, spiritus, sect.1,2,4,8. ut in templo Jovis Capitolini erant tria sacella, sect. 8. PSA.17. *De terra divide eis*, Vulg. portionem terrenorum. *Frameam tuam*, Vulg. id est, animam meam à spiritu, φαςγανῶν, ut Ezech. ait, *Ad destruendam urbem*, Ezech.43. & Jer.1. *Ad eradicandum & plantandum, &c. A paucis*, Vulg. paucia tuis inimicis qui hodiè superstites sunt, sect.10. pag.43. אישון ab איש ib. Vau & Nun ad diminuendum. Moses solus vidit imaginem Dei, pa.42. sect.1. PSA.18. אם באו ex hisce verbis in sect.3. Midras colligit septem dies colloquii Dei cum Mose in Rubo. Deus tentabat Abrahamum 10. tentationibus, sect.2. PSA.19. *Cæli enarrant*, sine voce, sect.1,2,3,5,6,8. *Linea*, vel sonus, vel spes, sect.1, 2, 8, 9, 11,12. *Sicut gigas*, & sponsus est Sol, vel Deus ipse, sect.1, 2, 3, 10, 11. Angari Persarum. ibid. Pentathli & Pancratiastæ, ibid. Lex Dei cum Sole collata, à simil. & dissimilibus multis, sect. 1, 2. Discrimen inter פקודי עדות מצוה חקיו, judicia, timor, &c. Conferuntur cum 6. ordinibus Misneh, sect.1,3, De intercalatione anni, sec.3. pag.51. De cursu bigarum, &c. & stadio veterum, sect.8. pag.52. Deus posuit tabernaculum in cœlis supra Solem, Syr. Philos. pag. 57. sect.11,12. Septem gradus, 7. dona Spiritus, Isa.11.1,2,3. & 7. portæ, 5. fenestræ, tres feræ, 12. urbes, 7. reges, 10. arces in Od.Syr. sect.11.p.53. Columbus primò promulgavit Evangelium in America, ait Nebiens. sect. 12. PSA.20. Per ignem è cœlis testimonium Deus sacrificiis acceptis perhibebat, sect.2. pag.54. sect.9. pag.55. ut in Gen.4. *Accepit Jehovah Habel & oblationem ejus*, est eadem vox in Arab. Pentat. R.Saad. & in Persico Pentat. ut hîc in Arab. Psalterio; in Persico, sic قبول حرن بي وبهنبيهياو in Arab. מקבל אללה היותו, paulùm differunt ab הרה in Isa. 11. *porrigit*, vel *ducit manum*, Liturgia Cophtitarum, & Ethiopica cum Anglicana, sect. 2.

pag. 54. ubi vide collatum ipsum Cophtitarum caracterem, & in scribendo abbreviaturas per lineolas superne indicatas, ōκ̄c, id est, ὁ κύριος, π̄ν̄ατος, id est, πνεύματος, &c. Psa. 21. *In reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.*] Sagittas & plagas tuas quae reliquae sunt, praeparabis in vultum eorum, Lat. MS. *Funes tuos firmabis contra facies eorum*; primò pones eos dorsum, id est, fugabis eos, & tunc convertes manum tuam, & obviam contra facies eorum ibis. De Gog & Magog apud Rabbinos, sect. 1. Prophetia Sybil. contra Gog, sicut Ezech. 38, 39. & in Apoc. 20. Abassinorum Imperator non est verus ille Presbyter Joannes. A tergo montis Caucasi est provincia Gog & Magog, tributa hodiè Magno Cham reddit; dicitur Belor & Balor, ubi sunt inclusi, & quasi incarcerati multi Judaei, & habitant in honore Christiani, ideóque prophetant Rabbini de ruina Gog & Magog futura, utpote Judaeorum inimicis, ib. Civitas sub Sole maxima apud R. Abraham Pizul videtur esse Cambalu, P. Athanas. sect. 1. Altitudo montis Caucasi est trium dierum iter, ibid. Ex urbe Belech in Cathais oritur Archiepiscopus Sinensis, qui Christianam religionem Sinis praedicabat, quod indicium est Christianos in regionibus Gog & Magog in honore esse, sect. 1. שכם dorsum, meta, humerus, &c. pag. 56. sect. 1. sect. 2. pag. 56. Psa. 22. *Super Ajeleth Shahar*, est instrumentum musicum, sect. 1, 5. Vel initium Poëseos, sect. 2. vel in robore Aurorae dictus, sec. 2, 5. vel canendus, sec. 3. vel de auxilio matutino, sect. 2, 8. vel *de cerva quaerentis* השחר quae fugit à marito, sect. 4. vel de holocausto matutino, sect. 6. vel de Christo in passione & resurrectione manè, ut cerva matutina, sect. 8, 9. vel de luce matutina, sect. 9, 1, 5, 3. Inscriptio mirabilis in monte Sinai, viz. *Virgo concipiet, & pariet filium*, se. 8. Graeci multos cruci figebant ante tempora Romanorum, sect. 8. Indis à S. Thoma conversis, sect. 8. Incarnatio Christi est tertius Articulus inscriptionis Sinicae marmoreae, sect. 11. Ascendit in crucem, descendit ad inferos, fregit daemones, sic canit Syrus Philosophus, sect. 11. Psa. 23. *Valle umbra mortis*, sepulchro, vel afflictione, sect. 1. vel fame, sect. 2. vel captivitate, sect. 6. vel hac vita, sect. 8. vel extremo periculo, ut in deserto Ziph, sect. 1, 5. Psa. 24. תבל est orbis habitabilis, ארץ est vox generalior, sect. 1. Non est urbs celebris 18. diebus à mari distans, sect. 1. Judaei non apertè pronunciant nomen Jehovah ob reverentiam ut aiunt, sect. 1. De Trinitate & unitate literis Armenis & Cophticis mysticè adumbrata, se. 1. *Super mare*, vel propè, vel per, vel in mari, sect. 1, 2, 4, 8, 9, 11, 12. Vau parvum in Psal. 24. & reliquae literae majusculae & minusculae haud notantur in MSS. antiquis, sect. 7. Cantabant Psalmos peculiares in omnes dies hebdomadae, sect. 8. Roma super fluminis Tiber. & Almon. aedificatur, ubi reperitur brevis descriptio urbis Romae veteris & novae propè Puteolos, de aquae ductu Claudii, arcu, columnis, & septem collibus, itineréque inter Romam & Puteolos, ubi de campis elysiis, sect. 8. Ethnici requirebant, manuum quae tangerent Dei aras, mundiciem, sect. 8. De modo triumphandi inter Romanos, palmis, aromatibus, arcu, &c. ut Titi, Constantini, &c. sect. 8. De falso juramento & poena Glauci Lacedemonii, sec. 11. Psa. 25. Quidam Psalmi sunt Alphabetici, & quare, sect. 1, 8, 9. *Peccata juventutis* ante 20. an. vel, ante 30. an. Zenoph. Sect. 1, 3, 4, 8. Ad civitates refugii erat ad omne milliare hospitium viae indicium, ut in via Appia lapides, ideóque scribunt primo, secundo, tertio, ab urbe lapide, sect. 3. Christiani Arabes & Cophtitae, Syri, & Samarit. etiam concludunt libros, MSS. Vat. Romae his verbis, *Servi pauperis, &c.* sec. 8. Psa. 26. נעלמים dissimulantes, stulti, vel juveniles, vel adulteri, vel secreti, vel superbi peccatores, sect. 2, 4, 6, 8, 9, 10, 11, 12. Ante aedificationem Templi quilibet obtulit sacrificium suum, & circumdedit Domini altare, sec. 1, 3. Psa. 27. *Sacrificia clamoris*, sunt gaudii, vel laudis, pag. 78, sec. 1. vel cum tubis, canticis, vocibus, jubilo, conventu, sect. 2, 5, 9, 10, 11. & pinguibus sacrificiis, sect. 12. Septem erant in re Gideon prohibita, & tria in re Samuelis, sec. 3. Samech parva in psal. 27. sec. 7. Psa. 28. Oraculum est coelum, vel in templo; & Ethnici habebant sua oracula, sect. 1, 8. *Trahere cum impiis*, id est, ad mortem vel peccatum, vel societatem, sect. 1, 2, 5, 11, 12. Arab. وسمهم à סאם in psal. 78. *dedaxit eos*, idem, & significat equorum moderatorem. Psa. 29. *Vox Domini* in Sinai & mari rubro, vel Gentes debellans, vel tonitru, & vox de arca, sec. 1, 2, 4, 5, 9. Multa de lapsu cedrorum exempla; Hannibalis, Scipionis, Marii, sect. 8. *Dominus sedet in diluvium* aquae vel ignis, ut afferat, auferat, vel cohibeat, sec. 1, 2, 6, 7, 10, 11. dicitur in Pentat. Pers. & Arab. الطوفن in Pers. أن نوفن ut in Jacob. 1. *Evanescit dives*, Syr. Sinai habet 5. nomina, sect. 5. Libanus, id est, Alpes ut quidam, sec. 11. Ar. يثبت in psal. 18. *Stabiliet pedes meos*, idem, & ثوابت sunt stellae fixae. Arab. يمسك 1 Pet. 3. 10. *Cohibeat labia*, idem Arab. Psa. 30. *Dedicatio domus*, id est, templi primi, secundi, tertii, sec. 1, 2, 3, 6, 8. vel propriae domus, sec. 8. vel Ecclesiae, vel coelestis domus, sec. 8. vel renovatio templi per Josiam, sec. 12. Inter 13. Dei attributa, 12. sunt misericordia, ibidem. Syri orant ad portam Ecclesiae, sec. 8. Luctus debet esse moderatus, non frontem scindere, ut Lacedaemonii, sec. 8. Psa. 31. *Mendaces*, vanitates, incantatores, vel divinantes, vel idola, vel bona terrena res nihili, vel humanae traditiones, vel signa pseudoprophetarum, vel Augurum Romanorum, sec. 1, 2, 5, 6, 7, 8, 9, 11, 12. נגרשתי à גרזן, vel גרש sec. 2. Sybillini versus Graeci de Christi incarnatione, judicio ultimo, &c. ex libro 8. sec. 8. Bella civilia indispar feris, sec. 8. p. 88. ex Horat. Syr. ܐܬܛܥܝܬ à התעיתי in psa. 119. ult. *Erravi ut ovis*. Ara. يبتغي à בעי quaerite, Isa. 21. idem. Ara. تعيير à خرير cadere, Alcor. Cap. Jos. وخروا له سجدا prociderunt ei adorantes, idē. Ara. تقوى à קוי *roboravit*, in Phil. 3. *Corroborante me Christo*, id. ē Ara. In Avic. القوي في الاركن virtutes in elementis. Psa. 32. Concubini pueri in Ital. sec. 8. *Multi sunt dolores*, sic Pro. 24. *Cadit septies*, id est, saepè in Pent. Ara. R. Saa. *Si pro Caino vindicta erat septies*, i. e. saepè بتكثير in Pers. Pent. Const. نو ut in Heb. in dual. שבעתים

שבעתים *bis septies*, Syr. ܚܕܝܐ à חזה pectus. Arab. אלהמום الهموم *cura*, ut in Exod. 14. *Turbavit exercitum Ægyptiorum*, idem. sect. 12. Psal. 33. נאוה à נאה, vel אוה, sect. 1,2. Instrumenta musica animam rationalem exsuscitant, sect. 1. *Eorum corda format simul*, vel solus, vel unum pariter ac aliud, vel thesaurizat, sect. 1, 2, 4. vel format in una fide, spe, charitate, sect. 8, 10, 11, 12. vel unà visione intuetur, sect. 5. Syr. ܡܫܡܫܝܢ à שמש in Dan. 7. *ministrant*, idem. Psal. 34. נהרו ab אור, vel נהר, sect. 1, 2, 11. כפירים sunt leones, sect. 1. vel raptores, vel Athei, sect. 2. vel divites, sect. 8, 9, 11. vel villæ, sect. 11. Abimelech nomen commune regum Pelistæorum, vel Achis erat binominis, sec. 2, 5, 8. vel erat Ahimelec sacerdos, sec. 8, 11. Syrus videtur hunc sensum innuere. Psal. 35. Amici ægri antiquitus jejunia observabant pro ægro, sec. 1, 2. נכים sunt viles, sec. 1 vel claudi. sec. 11. & superbi, sec. 2. vel sordidi, sec. 5. vel percutientes, sec. 6, 8. vel percussos se fingentes, sec. 9. vel dolosi sec. 12. Psal. 36. *Montes Dei* sunt altissimi, sec. 1, 2, 8. ut Alpes amplè descriptæ viatorum inter Galliam & Italiam gratiâ; sic montes super quos requievit Arca in Pers. & Heb. Pentateuc. ابر كوهي اررط in Arab. & Chald. ܩܪܕܘ على جبل قردو super montes Cardu, qui sunt tractus longissimi & altissimi, Curtius vocat hos montes in Armenia Cordæos, ubi reliquiæ Arcæ, ut aiunt, apparent. Ablatio scribarum, sec. 7. Est fons Solis, & alius Lunæ, sec. 8. *Tre fontane* Romæ. S. Barnabæ Mediolani, ibid. Veteres fontibus sacrificant, Persæ adorabant fontes, ibid Psal. 37. *Sicut pinguedo agnorum*, vel ut agni saginati fumo suspensi sunt impii, sec. 1, 2, 5. vel ut pascuum pingue, vel quando honorificati sunt, vel ut Monocerotes devorant, sec. 8. חמירים est ad immerentes sec. 1. יסלו est ex geminatis, & est sine Dagesh, sec. 2. תחולל à חיל vel תחלים, sec. 2. Impius non restituit fœnus, sec. 8. Psal. 38. להזכיר est unus tonorum, sec. 2. ad commemorandam ægro formulam orationis, vel nomen Dei, vel afflictionem Israelis per incensum, sec. 5, 6, 8. vel diem sabbati, sec. 8, 12. vel salutem & requiem, vel peccata, ibid. vel liberationes, sec. 9, 10. חבורות sunt tumores corrupti, מכה in quo colligatur sanguis, ibid. נקלה à קלוי febri, sec. 9. vel contemptu coram aliis, sec. 1, 2, 4 vel in oculis propriis. sec. 5, 6, 7, 8, 10. vel levi commotione, sec. 11, 12 Morbus Indorum Gall. & Neapolit. species & consequentia & quomodo sanantur, sec. 1. Dicunt quòd David leprosus erat 6. mensibus, sec 4. Ad leprosum nemini licet accedere apud Persas, sicut in Israel, sec. 4. Psal. 39. *Ambulat homo in umbra* mortis, vel tenebrarum, sec 5, 10. Etiam Enoch in Pentateuch. Pers & Arab. vel in imagine Dei. sec. 1. vel cum imagine stellarum, vel umbra, sec. 4. 2 vel figura Dæcis & Gigantis in Pent. Pers & Arab. sec. 7. vel sub certo sidere, sec. 8. vel in pictura, ibid. vel post umbram, ibid. vel in corpore mortuo, sec. 9. 11, 12. In Pers. ܟܘܪܐ בורא est nomen Dei Jehovah, sec. 1, Rex Persiæ lacte Leænæ à morte servatus, sec. 3. pag. 113. Psa 40. Formula orationum Syrorum lingua Arab. p. 118. sec. 11. Psal. 41. *Convertisti lectum ejus* in lectum afflictionis, vel vertes ad sanitatem, vel illum vertes de latere in latus, sec. 12, 2, 5. *Calcem magnificavit*, id est, conculcavit, sec. 1. vel superbiens non visitavit me, sec. 2. vel insidiatur, sec. 5. ut impingam & cadam, sec. 8. vel fefellit, sec. 10, 11, 12. Scribæ Deum benedicunt quando librum Scripturæ absolvunt, ibid. Babylonii non utebantur medicis, sed ægrotantes in forum afferebant, sec. 8. Mos laudabilis pauperes sustentandi in Vicenza Italiæ, sec. 8. Quot Xenodochia Romæ & Venet. & de annuis eorum proventibus, ibid. Psa 42. Cervæ degunt in deserto, ideóque sitiunt, sec. 8. vel, quia edunt serpentes: Cervarum uterum aperit serpens; Cervæ clamant ad Deum, sec. 1, 2, 5, 7. Sitis durior est fame, ut in Alexandri militibus apparet, sec. 1, 2. תערוג vox cervæ, vel ut ערוגת, sec 5, 8. *sicut areola*. אדדם à דום, sic lege p. 122. sec. 5. vel à דוד dilectus, ibid. vel נוד consolari, sec. 6. Romani festos dies observabant, ex Horat. sec. 8. Psa. 43. A Judæis Ethnici mutuati sunt altaria, &c. sec. 8. Psa. 44. *In locum draconum*, id est, crudelium Gentium, sec. 1, 4, 9, 11. vel mare profundum, vel desertum, sec 2, 5. vel afflictionum, sec. 8, 9, 11. vel fabularum, sec. 12. *Victori.*] Sic Poetæ Græci inscribunt Odas suas, sec. 8. *Sicut oves in cibum* Imperatoribus Romanis erant Christiani, ut Neroni, Diocletiano &c. sec. 8. Sunt multæ Cryptæ subterraneæ Romæ, sec. 8. Psal. 45. Myrrha, aliqui musc. vel succus לובני, sec. 1. Aloes in Arab. *Ambar*. Cassia in Arab. *Sandal*. Primo Lubeni in Arab. est styrax; In Arabia felice regio est thurifera silvam habens, cujus arbores sunt abieti similes, & circa Canis ortum incisæ, edunt humorem spumeum, qui concretus aut decidit in solum, unde queat colligi, aut cortici adhærescens depectitur. Quid Aloe, sec. 9. & Cassia, sec. 10. *Regina est* ex Israele: Opinantur carnaliter Judæi Messiam fore maritatum, sicut priores domus Davidicæ reges, sec 1, 2. sed spiritualiter piæ & fideles animæ sunt Christi sponsæ, etiam spiritualiter concubinæ sunt exponendæ, ut in Cant. 6. 80 *Concubina*, &c sec. 1, 2. *Shoshannim*, initium poëseos sec. 1, 2. vel de liliis, virginibus, vel rosis, sec. 3, 5, 7. vel est instrumentum sex chordarum, sec. 5. vel Seniores Synedrii, sec. 6. vel de iis quæ commutabuntur, sec. 8. Pe & Ain, id est, prima & secunda litera radicis cujus paradigma est פעל, sec. 2. צור nomen Gentis, ut aliqui, sec 2. vel *ex apud me*, sec. 11. vel à מאני vel מני, sec. 12. Christus est Θεανθρωπος in Chald. Par. in Psal. 45. sec. 6. contra Judæos. Templa gloriosa, tanquam thalami sponsi, Christi ædificata S. Petri, S. Crucis, S. Joannis, S. Pauli Romæ, S. Marc. Venet Annunt. Genoæ. S. Laurent. Florent. &c. sec 8. ut Dianæ Egypti, Jovis Beli, Latonæ Egypti, aliud Minervæ ex uno lapide, sec. 8. Arab. يبهج *lætari*, Psal. 45 & Psal. 60. *Lætabor & dividam Sechem*, idem. Christus Dei sapientia assimilatur puellæ pulcherrimæ à Syro Philos. in Ode Syra, sec. 11. Psa. 46. *Alamoth* עלמות instrumentum, sec. 1, 5. vel poëseos nomen, vel de Arcanis, sec. 3, 12. vel duobus sæculis, ibid. vel secreto pietatis, sec. 8, 10. vel de fide, ibid. *Maschil*, cum intellectu, sec. 12. vel qui habet intellectum, sec. 1, 2. vel de Deo intelligente, sec. 4. vel erudite, sec. 10. vel Psalmum cujus titulus Maschil, sec. 11. Psal. 48. *In regione*, נוף, sec. 1.

vel Nympha pulchra, vel sponsus, Sect. 6, 9. vel pulchra in ramis, Sect. 5. vel fructibus, &c. Sect. 8. vel germine, vel fundamento, Sect. 10. Aer Jerusal. est taluberrimus, ibid. sic Rabbini, sed Herod. ait, Lybies esse inter omnes populos corpore salubertimo. *Deus docet nos usq, ad mortem*, Sect. 7. vel supra mortem, Sect. 11. vel, ut in pueritia nostra, Sect. 1, 2, 6. vel viis secretis suæ providentiæ, vel in æternum, Sect. 2, 5, 12. vel in duobus sæcula, Sect. 3. vel à juventute ad senectutem, Sect. 9. p. 139. vel in morte, Sect. 10. עלמות. Secundà Sabbati Psalmi canendi erant, & sic quolibet die alio septimanæ apud Græcos & Syros, Sect. 10, 11. In Arab. p. 139. de Sabbato secundo in uno MS. vel Sabbato δευτεροπρώτῳ in Luc. 6. 1. Psal. 49. *Iniquitas calcanei*, id est, viarum, vel iniquitatis pœna in fine operum, & in fine dierum, Sect. 4, 6. vel in sæculo futuro, Sect. 1. vel levia peccata, Sect. 5. vel fraudis, Sect. 8. pag. 141. vel homines iniqui, Sect. 8, 9, 11, 12. vel juventutis, Sect. 10. שחו pro השחו ibid. vel ut Sect. 2. *Justi dominabuntur in impios* in die judicii, Sect. 1. vel elementa post mortem, Sect. 2. p. 141. vel motores cœlorum in hac vita, Sect. 4. vel Angeli custodes, Sect. 8. אח pro אחור vel Aha, vel ab אחים, ibid. בְרפק Arab. à מתרפקת *laxim*, Cant. 8. *blandè*, vel *laxè innixa*, Sect. 5. רון in Persico est dies, ut Gen. 1. in Pentat. Persico. Syrus interpres est magnę antiquitatis & authoritatis, Chrys legit. ῤᾶ ex Syro pro רע in Heb. ut aliqui approbant, quia Judæi ע ut A proferunt, Syrus codex hodiè apud nos habet pro רע in Heb. ܒܝܫܐ est ejusdem sensus cum Heb. רע, sed quare S. Chrysost. citaret Syrum (cùm rarò in Psalmis eum citat) ubi ab Hebręo nihil differt? Arab. الزلل idem in Arab. in Psal. 21. Sect. 1. Arab. تعثر sic Psal. 91. *Ne offendas ad lapidem*, idem. Psal. 50. *Fœdus per sacrificia* sui ipsius, vel fœdus circumcisionis, Sect. 1. vel fœdus ad offerenda sacrificia, Sect. 2. vel sacrificium cordis contriti, Sect. 4. vel orationis, Sec. 6. vel sanguinem sacrificii effundendo, Sect. 12. Doctor legis qui non facit eam peccat, & peccare facit, sec. 1. *Vocavit terram*, id est, creavit, Sect. 3, 6. vel Adam & Evam, Sect. 1. vel vocavit ad judicium, Sect. 1. vel redemit, Sect 5. vel ad Evangelium, Sect. 8. vel ut testes, Sect. 11. Omnia sacrificia cessant in tempore Christi, ut Judæi tenent, Sect. 4, 8. דופי à חרפִּ"י, Sect. 5, pag. 146. vel duplicem linguam, à רו in lingua Persica (vel à גרפי, Sect. 11.) ut unius authoris est ἑτεροπελία. Die judicii impii omnes pœnas luent, ut Ethnici tenent, sect. 8. Adulteria & furta Ethnici reprehendunt acerrimè, & adulteræ mulieres concremantur, Sect. 8, 10. Alexander noluit perpetrare, ibid. Amasis rex Egypti legem condidit, quod singulis annia Egyptii unde viverent, demonstrarent, Sect 8. Arab. حسن sic Gen. 1. *Et erant valdè bona*, idem Arab. & حسنة est bonitas. Psal. 51. *Tibi soli peccavi*, id est, coram te, Sect. 6. vel quia Uria erat mortuus, vel quia contra tua præcepta solùm, Sect. 1. vel חטאת error in ejus cogitatione erat, quam nemo nisi Deus novit, Sect. 2. vel tibi soli, qui solus es absq; peccato, dico peccavi, Sect. 8. vel tibi soli comparativè. *Spiritu voluntario*, id est, qui inspirat ubi vult, Sect. 1. vel ut libenter viam tuam edoceam, Sect. 2. vel liberali & munifico spiritu, qui dat & non exprobrat, vel libero spiritu à servitute peccati, Sect. 8, 9. vel potenti, Sect. 10, 11. prostravit Prophetas quando eos supervenit, Sect. 12. כליל holocaustum, sect. 1. vel Minchah sacerdotis, Sect. 2. vel incensum, Sect. 4. Psal. 52. *Doeg Edomita*, quia in Edom peregrinabatur, vel de urbe Adummim, Sect. 1. vel Adam, Sect. 8. vel à civitate sua, Sect. 3. Cald. מטלטל in Sect. 12. pag. 153. reperitur in Isa. 22. in Targ. & in R. David exprimitur in Arab. & socios ejus vagos, & exules è civitate & terra sua. Psal. 53. *Mahalath*, initium cantici, sect. 2, 9. vel super instrumenta perforata, Sect. 5. vel de profanatione nominis Dei, à חלל, Sect. 6. vel à נחלה hæreditate, vel pro dolente, vel pro choro, vel est nomen viri, Sect. 8. Psal. 54. נדבה, id est, voluntario spiritu, vel sacrificio, præter illa quæ sunt in præcepto, quia Deus non delectatur morte peccatoris, Sect. 4. vel præter vota mea, Sect. 10. p. 155. vel in voluntatia redemptione, vel peculiari, & principali sacrificio, à נדב in Cant. 7. Sect. 11. vel cum separatione, Sect. 12. Psal. 55. ישי exigat mors animam eorum, Sect. 1. vel capiat, vel sit oblita, vel regnet, Sect. 1. pag. 157. vel sit, Sect. 5. vel decipiat, Sect. 8. Manè, vesperè, meridiè, orationis καιροι, Sect. 1, 2, 5. à Patriarchis instituti, Sect. 3. & à Christo, Sect. 8. in Ritual. Syr. Rom. sunt orationes ad tertiam, sextam, & nonam. *Cum illo non sunt mutationes*, id est, cum Deo, sec. 11. vel impio, Sect. 1, 2. non pœnitet, Sect. 6, 9. vel Deus non mutat eorum adversa, Sect. 8. p. 158. vel non est eorum animis ἀντάλλαγμα, Sect. 10. Selah, in unico loco est in medio versus, Sect. 8. p. 158. Psal. 56. *Al Jonath*, id est, de columba muta loqui non audet, Sect. 1, 5, 8, 9. vel initium Psalmi, Sect. 2. vel de congregatione Israelis muta, Sect. 6. vel anima oppressa, Sect. 7. *Evadent propter hanc iniquitatem!* ut illi putant, vel ad divitias, non pro certo, Sect. 1, 4, 5. vel propter iniquitatem eorum libera me, Sect. 2. vel fac eos fugitivos, Sect. 6, vel quia iniquitas evadit eos, & nemo justus evadit eos, Sect. 8, 9. vel licet pro nihilo illos salvas, Sect. 8, 10. עַל אין פלט לםו, vel quia nullus ex eia salvabitur, Sect. 10. vel quia non habent excusationem, Sec. 12. pugnare est jurare, quando Lamed sequitur, Sec. 2. p. 161. Psal. 57. *Ne destruas illum*, Sec. 1. pa. 163. vel me, Sec. 5. vel mitem, vel David, vel Christum, Sec. 8. pag 164. vel est concentus poëseos, Sec. 2, 9. *Cor meum est fixum*, firmiter credendo, Sec. 1, 8. pag. 164. vel in prosperis & adversis tibi adhæret, Sec. 5. vel paratum ad legem recipiendam, Sec. 6. p. 164. vel ad obedientiam, vel laudem, Sec. 9. Syr. כלבא à Caph similitudinis, & לבאים Heb. ut quidam cum Heb. reconciliant illud, Sec. 11. Psal. 58. *Aspis surda*, quia obturat aurem, Sec. 1. vel habet aures, & non audiet, Sec. 1. vel impius obturat aurem, ac si esset surdus, ut Aspis, Sec. 1. p. 165. vel in senectute est revera surda, Sec. 5. vel tenet spiritum suum, vel de cauda & pulvere obturat aures. Sec. 8. *Ut limax* fugit calorem Solis, & non exit, nisi manè, è domo sua, Sec. 1, 2. vel ut flumen, Sec. 5. vel spicæ aridæ, vel res terra sepulta, ab אשר & בְלל, vel cera liquescens, Sec. 9, 10, 11, 12. אשת & אשון promiscuè sumuntur, ut in Prov. ubi dicitur, *Mulier pulchra forma*. Incantabant per carmina

carmina magica nocte, Sect. 8. Luna dicitur Lucina, Dea frugum, regina coelorum, Ilithiia, Diana, Sec. 8. Psal. 60. *Olla lavacri*, id est, ad usus serviles, sec. 1. vel irrigabo terram eorum, sec. 2. vel ut olla reversa & diffracta, sec. 5. vel olla sanguinis, vel coquendi carnes, sec. 8. vel olla spei meæ, sec. 9, 10. vel robur spei meæ, sec. 12. *Ad docendum* cantoribus, vel militibus, sec. 2. vel synedrio, sec. 1, 3, vel populo, sec. 8. vel Psalmus doctrinalis, sec. 9. sec. 7. Quoties litera Samech reperiatur in Bibliis, quod memoratur illic, quia numerus ejus conficitur ex isto loco. Mictam, id est, Scriptura Davidis, sec. 6. pag. 172. vel Tituli inscriptio in crucem Domini, sec. 8. Psal. 61. *Hæreditatem dedisti*, id est, habitare in domo tua, sec. 1. vel terram hæreditabunt, sec. 6. vel in Canaan, sec. 7. vel adoptionis, vel vitæ æternæ, sec. 8, 12. vel per Josuam & Davidem, sec. 11. Psal. 62. *Semel & bis locutus est*, id est, sæpè, sec. 1, 2, 9. vel semel locutus est Decalogum, Deut. 5. hæc duo in illa lege audivi, sec. 4, 5, 11. vel bis dedit legem, Exod. 20. Deut. 5. sec. 5. vel bis per Samuel & Gad, sec. 9. *Quia reddit secundùm opus suum*, in hoc sæculo illum punit, ut in futuro salvet, sec. 1. vel in fine post pœnam miseretur, licet reddat, &c. vel secundùm opus malum reddit, non punit cogitationem, sec. 1. pa. 175. vel in hoc sæculo Deo est misericordia, in altero justitia, sec. 2. vel illi est misericordia, qui potest omnes creaturas destruere, & nolit, sec. 2, 5. vel quia reddit ei minus quàm meruit, sec. 3. vel secundùm opus bonum, malum prætereundo, sec. 3. vel est ex gratia, quod reddit ei secundùm opus bonum, sec. 11. תהותתו ab הות. Quare excogitatis, sec. 2, 5. vel extrahere linguam, sec. 5. Arab. vel quare congregatis, sec. 5. ab אתא. Psal. 63. *Vulpium portio*, id est, infirmiorum hostium, sec. 8. vel feræ comedentes eos, sec. 1, 11, 12. vel portio vulpium erit illis, habitabunt in desertis, sec. 5. *Deserto Juda*, id est, Ziph, sec. 2. vel in confinibus Tribus Judæ (ut Idumæa erat) sec. 6, 8. vel Idumææ, sec. 8, 9, 10, 12. Psal. 64. תמנו pro תממו, sec. 1, 2. Nun in loco literæ duplicatæ. Vel consumuntur illi, sec. 11. Martyrii dies dicuntur Natalitia Martyrum, sec. 8. quæ in primitiva Ecclesia observabant. Ethnici observabant natalitia sua. Psal. 65. *Expectat tibi laus* דומיה, sec. 1, 2. vel est similis tibi, sec. 5, 12. vel silet, sec. 3, 9, 10. quoniam in captivitate præcipuè orant, sec. 1. Vel, quia in Sione erant sacrificia principaliter, non laudes. Vel *silet*, quia Deus nequit sufficienter laudari, & non indiget laudibus, sec. 1. Vel Dei silentium & patientia est laus sua, sec. 5. Vel post silentium, laus erit tibi, sec. 2, 8. *Exitus mane & vespere* Solis & Lunę, sec. 1, 12. Vel filii hominis exeuntes, sec. 2, 5. Vel initium & finis diei, sec. 2, 9. Vel exitus columnæ nubis & ignis manè & vespero, sec. 1. Arab. حرثها à חרש Heb. חרש *arare*, Exod. 34. *In satione*, idem. Arab. خروج est exitus, & in Hiphil اخرج est *educere*, Alcor. 2. يخرجهم من الظلمات الي النور educet eos ex tenebris ad lucem. Et Psal. 19. *Sonus eorum exivit*, idem. Arab. قطر à بالقطار distillavit in Avicen. فقطرنا هما في النبيق distillavimus ea per Alembicum, à קיטור vapor,

Psal. 148. quoniam vapores aquæ frigiditate dissoluti distillant. Psal. 66. לרויה *In locum humidum eduxisti nos*, aërem, sect. 2. vel locum pinguem, sect. 1, 9. vel locum ubi respirare potest, Sect. 11. vel refrigerium in Evangelio, Sec. 11. vel in coelis, sec. 12. Arab. بجحدها sic lege à כחד in Gen. 18. *Negavit Sara*, idem. ut כחד Heb. sic סכר & סגר *claudere*. Psal. 67. Poëtæ fingunt de Insulis fortunatis, ut Judæi de diebus Messiæ, sec 8. Nomina Dei trium 12. & 42. literarum Antonino Romæ Consuli, R. Hakkodes patefecit, sec. 12. Psal. 68. *Qui equitat super* ערבות *cœlos*, id est, primum mobile à vespero, ערב ad vesperum motum absolvente, vel quia est cœlum obscurum nobis, à ערב obscuritas, sect. 1, 4, 8. vel quia cœli sunt spatiosi ut planicies, sec. 2, 8. vel qui equitat ad occasum, sec. 8, 11, 12. vel in deserto ערבה sec. 8, 10. שנאן id est, Angeli qui vocantur שנונים, sec. 1, 5, 9. vel à שנים duo millia, sec. 2. vel à שנה, sec. 4. quia diversimodè apparent, vel à מון exercitus. sec. 11, 12. *Reducam de Basane* de manu Og regis Basan, sec. 9. vel ab Assyriis, qui primò ibi captivos duxerunt, sec. 1. vel pars terræ pro tota, sec. 2. vel de manu bestiarum Basan, id est, hostium, sec. 4. 6, 11, 12. تريح Arab. forsan à طريق via, ut דרך. Psal. 69. *Liber viventium*, similitudo à Fastis Romanis, sec. 8. Psal. 70. *In mercedem* עקב *pudoris*, vel ob calumniam pudoris, quia עקב *calcaheus* linguæ potest applicari, ut רגל *pes* in Psal. 15. vel in vestigiis pudoris revertantur, sec. 1, 2, 5, 8. vel retrò in calcem vertantur, sec. 6. vel statim ut per insidias, sec. 8, 10, 12. vel duplici pudore, sec. 11. Psal. 72. *Descendet ipse ut pluvia* ad populum *in gramen excisum*, vel in cadaver, ut illud resurgere efficiat, 11 sec. 1. vel ipsa justitia descendet, sec. 2. vel in vellus, sec. 7, 11. sic Christi incarnatio erat quietè & mysticè, sect. 8. In Babylone mira narrantur de fructibus ab Herodoto, sect. 5. *Preces Davidis finiuntur*, non dicit *Cantica*, ultimum canticorum ejus erat in lectum langnoris, sec. 1. vel preces implentur, כלו in Christo, sect. 2. vel hæ omnes כל אלו sunt preces David, sec. 5. vel defecerunt hymni David, sec. 8, 10. Beth in בצדק, ut Beth in בבעל sec. 2. ציים incolæ deserti, vel qui sunt in navibus, sec. 1. vel dæmones, sec. 5. vel principes, sec. 6. vel naves, id est, respublicæ Christum adorabunt, sec. 8. vel naves maris, mercatores & reliqui, vel Æthiopes in deserto habitates, sec. 8, 10. Descriptio brevis Venetiæ, & Insularum, & Templorum ejus, & Transtiberinæ Insulæ Romæ, sec. 8. Psal. 73. *Populus ejus redeunt huc*, ad hoc argumentum, sect. 1, 2, 9. vel opinionem Philosophorum, sec. 1. vel sibiipsi responsum reddit, vel redit percussus, הלם, sec. 2. vel populus, Epicuri discipuli, sec. 4. *Aqua pleni calicis*, afflictionum, sec. 1, 2, 6. vel errorum, sec. 1. vel cognitionis Dei, sec. 4. vel verborum legis, sec. 5. vel prosperitatis, sec. 11. vel cogitationum multarum, sec. 11. *In Sanctuaria Dei veni* in cœlos, in spiritu prophetico, sec. 1. ut Johannes erat in cœlo in spiritu, Apoc. 4. vel ad Sacerdotes in Sanctuario, sec. 2. vel sacras Scripturas, sec. 4, 9. Arab. ضرب بانهم flagella à צרב. Alcor. 2. اضرب بعصاك الحجر percute

vindictam in illum sumat alius, sect.2. vel numerum annorum,sec.6.vel Apostolatum,sec.8,9,10.vel repositum pro filiis,se.11. *Allon Becuth* in Gen.35.R.Sol. interpretatur ex Græc.ἄλλος,& Heb.בכות alius luctus,sec.5. Arr. بكا à בערים in ps.78. *Loco aquis carente*,idem,Syr. حطا à חטא peccavit, defecit, ut חטא in hoc psal est,*defecit* in sec.1. Psal.110. *Bibet ex flumine* eorum sanguinis, sec.1,3,9. vel fontibus hostium,quod erit copiis suis magnum refrigerium,sec.2,4.vel flumine propheticæ instructionis,se.6. vel vitam aget pauperculam, ut Elias de torrente bibens,sect.8. vel dicit,*de torrente in via*,quia properabit,sec.11. Virgarum fasces ante Reges & Consules portabant Romani,se.8.Ara.بهي est splendor, sect.12. sic ps.45.*Speciosus forma*,idem,Ara.& בהו in Gen.1. physici interpretantur *formam*, & תהו materiam. Psal.112. *Moderatur res suas in judicio*, mediocritate,non penitus fugit delicias mundi, nec utitur cum excessu,sec.5,9. vel *res suas*,id est,passiones, vel verba sua,sec.1,11,12. vel adversa sua patienter tolerat,sect.2,6. Ara. يميز à מוש *separabunt bonos à malis*,idem, Arab.Mat.13. & Alcor.3. يميز الخبيث من الطيب separabit à bono malum. Psal.114. הר גבנון non est in vertice acuminatus, ut sect.1. Psal.115. יהגו non edunt idola sonum depressum in gutture,multò minùs vocem, sec.1,2. De Pantheo Romano rotundo,& Mediolani simili,aliòque Ravennæ;Ab Amasi pelvis aurea in Idolum convertitur,s.8. Psal.116. *Calicem salutis aeternæ*,se.6.vel inter sodales convivantes, se.1,8,9.vel in sacrificiis Pacificorum,se.2. vel vinum libaminum,se.5 vel calicem martyrii,se.8.Syr.ܟܣܐ ab הוה intellectus,divitiæ veræ. Syr. ܡܗܠܟܢܐ à שוט ambulare,Dan.12.Ar. اجري à גזה retribuere in ps.62.Ara.inde gazæ, divitiæ, præmium. Psal.118. מצר ut מסגר ex geminatis,sic lege,se.1. *Ligate funibus* עבתים vel ramis densis,s.9. vel populis condensis,ib. vel sacrificia pinguia ligate, se.8. vel in frondosis, id est, sacrificia coronis circumcincta,sec.10,12.Ara. الظفر est *vincere*, ps.20, *Vincat dextera tua*,idem. Psa.119. Differunt hæc octo, *Lex,via,statuta,judicia,testimonia,præcepta,justitia,veritas*,vid.etiam ps.19.se.1,2;❧ non est versiculus (excepto uno) in quo non reperiatur harum vocum una,se.1,2,7,8.David composuit hunc Psalmum per *octo*,quia sunt octo media adipiscendi sapientiam,tantoperè in hoc psalmo celebratam,sec.1. die dominicâ cantabant eum,se.8. *Statio* in Gr.est ut Sectio in Syr. in ps.22.&c. Ara.حاد est *declinare*,bis in hoc versu,*Ego non declinavi*.Ara.غريب cum Ain punctato,sic ps.119.in Gimel *peregrinus ego*,idem.& in Exod.12.*Multitudo mixta peregrinorum*,idē.& ps.120. *peregrinatio mea*. حطى Arab. à חוט linea, portio in Euclid. في خطين مستقيمين مختلفين في الطول lineæ rectæ diversæ in longitudine, à חוט filum in Heb.Arab. عقلني à עקיל funis, & עקל perversè agere,Hab.1. Ara.غلظ est incrassare, & in Alc. غليظ القلب crassities cordis.& Mat.13.15. idem.Ara. Psal.120. Cedar,ut Scythæ gens vaga, habitabat in campis non domibus,se.8.quam Scythiam interfluit Ister fluviorum maximus, 5.ostia habens,sec.8. Psal.121. Arab. يغفو *dormitare*, à עפעפים Heb. *palpebra*. Psal.123. בגאיונים à גאה ,vel גיא vallis oppressorum,sec.1,5. Psal.124. נחלה tria significat, *hæreditas, mortalis, flumen*, & tribus modis punctatur, sec.2. Psal.126. Arab. كالمنعرين à עז *robur*, solamen animi. Psal. 127. *Filii juventutis*, vel excussorum de pueritia, sec.10.vel de prosperitate, sect.10.vel ad prælium, sect.8.vel quorum patres ex hoc mundo sunt excussi, sect.10. Arab. انهضوا à נהץ incedere, surgere in ps.120.נאצאיצנו Ara. *surreximus*. Psal.129. Arab. جلدني à גלד flagellare, ut Alcor. Lux. الزانية والزاني فاجلدوا كل واحد منها مائة جلدة. Adulter & adultera flagellentur singuli ex ipsis centum flagellis,sic 2 Cor.11.*Cæsus fui quadragies*,idem,Ara. Psa.130. الصباح sic Gen.1.*Erat manè*,idem.ps.131.Syr.ܓܡܠܐ à Chald.גמל *ablactavit*,Gē.21.7. Psa.132. قن ab קנה Heb. اشر est *lex* sæpius,& שרע idem,ps.94. *contra legem tuam*,sec.12. Psa.133. Ar.قميص est indusium,tunica, ut Joh.19.*tunica absq; sutura*, idem Ar. inde Ital.*camiscia* vestis interior. Psal.140. Ara. تلفيهم à לוט filum circundans. Arab. الحقيطهم à לקח psal.2. Alcor.30. Moses projecit eum,& erat serpens,والقيها ولذا هي حية. Psal.141. الالم Ara.in pluralii,ab אלם ut Rom.8. *Si compatimur*, idem Ar. Lyturgia Cophtitarum non differt ab Æthiopica,formulâ confessionis,precum,&c.se.11. Ara.نافع sic Mar.7.11. *Omnis oblatio à me proderit tibi*, idem, Arab. كل قربان ينفع لك. Psal.144. M.Curtius aurum Samnitarum respuit, sec.11.Ara.بالسياج à סוגה *vallatus liliis*,Cant.7.3. Arab.نوحي *flevit*, ut Heb. נהה, vel נהי *lamentatio*, Ezech.7. Psal.146. Arab. العميان à עמא cæcus factus est, ut Lamenr.4.1.idem in Cald. Psal.147. *Pullis corvorum*, qui à matribus sunt derelicti, vel quia corvi speciem in Arca servabat,sec.1,2,5. vel dicuntur de rore vivere. Vel,quia cornix est divina avis imbrium præscia,& Oscinea, se.8.Vel quia est annosa, sec.8.Vel licet sint creaturæ contemptibiles,sec.11. malum omen, sec.8. Ara.الظباب à צבב spargit, & צבאב nebula quæ dispersa est, ut ps.69. *Sparge iram tuam*,idem,Ara. الدخان *fumus*,sic ps.104.*Tange montes & fumigabunt*,idem,Ara, بسر delectatur,sic in psa.16.Arab.*omnis delectatio ejus*,مسرة idem. Psal.150. Lege Arab. بصلاصل in sec.12. ut in Heb. pro cymbalo sonante, à צלל *sonuit*, Hab.3.

FINIS.